

COMMENTARIA
AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS
PER QVÆSTIONES DISTRIBVTA.

Authore

R. P. D. ANDRAEA MOLFESIO

CLERICORVM REGVLARIVM, VTRIVSQ. IVRIS, Ac Sacræ Theologiæ Professore.


HABES HOC VOLVMINE, LECTOR, SVCCESSIONVM, ET Renunciationum Omnium; Alimentorum Item, Dotium, & Donationum propter Nuptias, amplissimam materiam, diligentissimè explicatam.

ACCESSERVNT EIVSDEM AVTHORIS CONSILIA, quæ his ipsis rebus elucidandis mirificè faciunt.

Opus omnibus studiosis non solùm in hac Ciuitate, & Regno, sed etiam vbicunque statuta vigent, vt stantibus masculis, fœminæ non succedant, apprimè vtile, vt conspicienti patebit.

Cum duplici Indice, Quæstionum, scilicet, & Rerum Notabilium.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





NEAPOLI,
Ex Typographia Lazzari Scoriggij. MDCXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Approbatio, & licentia Admodùm Reuer. Patris Generalis Clericorum Regularium ad hæc Commentaria.

Don Marcellinus de Oda, Congregationis Clericorum Regularium Præpositus Generalis.

CVm opus, dictum, Commentaria ad Consuetudines Neapolitanas, per Quæstiones distributa Don Andreæ Molfesij, Clerici Regularis, ab ipso, dum in sæculo degeret, cæptum, Doctorum virorum, Quibus id commisimus, iudicio recognitum, & approbatum fuerit; vt typis mandetur, modo ijs, ad quos pertinebit, visum fuerit; facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes, manu propria subscriptas, & nostræ Congregationis sigillo munitas, Damus. Romæ Apud Sanctum Siluestrum In Monte Quirinali, die 30. Iunij. 1616.

Don Marcellinus Præpositus Generalis.

Io. Baptista Aprilis Secretarius.

Censura huius Operis, de Supremi Collateralis Consilij Neapolitani Ordine facta.

Illustriss. & Excellentiss. Domine.

VIdi luculenta Commentaria per Titulos, & Quæstiones miro ordine, summoq; lepore, & sapore digesta ad Consuetudines Neapolitanas, materiam Successionis ex testamento, & ab intestato, dotium, Iurium dotalium, ac alimentorum, Itemq; muliebrium renunciationum complectentes, cum aliquot allegationibus circa eandem materiam, omnia per supplicantem composita, eaq; tàm exactè discussa, vt ausim affirmare, nihil intactum fuisse relictum; Ideoque illa digna censeo, vt in lucem prodeant, typisq; tradantur, ni aliud Vestra Excellentia mandare decreuerit, cuius sublimiori iudicio meum submitto, omnemq; præcor fœlicitatem. Neap. die 13. Iunij. 1613.

Vestræ Excellentiæ

Humillimus Seruus
Scipio Rouitus Regius Consiliar.

Imprimatur.
Constantius Regens. *De Castellet Regens.* *Montoya Regens.*

ILLVSTRISSIMO DOMINO

IOANNI MONTOYAE DE CARDONA

CATHOLICI REGIS SVPREMI CONSILII
A Latere Consiliario, ac Regenti Reg. Cancell.
Regn. Neap. Dignissimo.



D. ANDRÆAS MOLFESIVS CLERICVS REGVLARIS. Æ. F.



IDEO, Vir Illustrissime, non alio (nisi quàm te vno Duce, atque Auspice) has meas lucubrationes in Consuetudines Neapolitanas, Deiparæ Virgini offerre atque dicare. Quemadmodum enim, Olimpo sacrum facturo, altissimum eius verticem pertransire necessum erat, post hæc ad Aram sistere, nec non, & oblationes mactare cœlicolis. Ita nunc mihi propemodùm Idem videre videor. Tu mihi. MONTOYA. Mons. profectò eris, gradumq; facies, vt tutus persistam & libri huius victimam ad solidam Dei Matris Aram offeram: Nec mirum cur hac in re te potissimum delegerim. Etenim cultu, deuòtione erga Virgem, ita polles, vt assidua defensione (non nisi eius honoris gratia) erga Ecclesiasticos, & eorum Bona omnes anteire videaris: Præterea duplici nactus ratione hoc operis studio me dicaui, Prior est vt elucido istius montis vertice lucem aliquam fætus primitiarum mearum capesseret, nè coram Serenissima Angelorum Regina, quasi nubibus obtectus, existeret. A quò enim alio maiorem lucem expectet, quàm à te, Viro, & genere, & virtute, & Dignitate eximio? Genus enim

Nobile

Nobile admodum, & antiqua decoratum Progenie; Quippe quod è MONTOYA, & Cardonensi, veluti è clarissimis duobus syderibus, ex quibus tot Iuris Prudentiæ lumina, tot fulmina Belli, totius terræ Cardines Illustrantia, conflatum est. Quid de morum grauitate commemorem? Quid de Prudentia? num vtriusq; exemplar. vno in magistratu dedisti? Aduocarem Hyspanias; Implorarem Parthenopem ipsam, Italiam deniq; totam: testes sunt hi, qui te Philippo II. Regum maximo promouente Regium Consiliarium, & Regiæ Cameræ Præsidem, & viderunt, & experti sunt. Testes ij etiam sunt, qui nunc Philippo III. Regnante Collateralis supremiq; Consilij Consiliarium, & Cancellariæ Regentem ad altius vtique honoris fastigium euectum, Longeq; clariores Virtutum Radios emittentem, aspexerunt: Plura dicerem, sed vt ille ait;

Et veri sermonis opem mens coscia laudis:
Abnuit.

Vlterius ergo mea procedit oratio; Sile bonè Beneuolentiam tuam, qua publicè & priuatim in me vti visus es, Iam inde cum ab Excellentissimo Marchione Campaneæ Vniuersæ eius Ditionis Constitutus Præses RipamCandidam (quæ mea Patria est) modereris. (Deum Immortalem) quanta tunc me, meosq; Consanguineos, & omne lioy Stirpem, satis Inibi claram: prosecutus es humanitate? Splendescet profectò illa magis In dies, si tù quam cæpisti perges benefactis extollere: hoc vt à te Impetrare valeam, faciet humanitas, efficiet Virtus, perficiet amplissima dignitas. Quid plura? Deus optimus maximus per Virginis Implorationem diù te nobis huic Inclitæ Ciuitati, ac toti Neapolitano Regno seruet Incolumen.

AD
DEIPARAM VIRGINEM
COELORVM REGINAM.


VOD pluribus ex causis, Sanctissima Virgo Mater, in Speculo Diuinæ essentiæ optimè tibi notis, iam diù comprimendum iudicaui; qualecumque tandem hoc industriæ meæ opus, nunc primùm, tuo munitum patrocinio, prodit in lucem. Cum enim te intercedente, & mediante, Populo, qui erat in tenebris, celerius lux illa magna effulserit: haud mirum, si hoc itidem Opus, quod meæ sunt in Consuetudines Neapolitanas lucubrationes, non alio lucem ferente, lumine fruitur. Quòd si alias perquiro causas, tibi soli dicandum erat; tùm quia magna est erga te Authoris pietas: quem culpis, instar prodigi filij, à Cœlesti Patre longè latèque distantem; tuæ Clementiæ aura spirante, reuertentem, Clericorum Regularium (quos Teatinos vocare solent) Sanctissima recepit Congregatio: in qua ob Dei gratiam, præsidiumq, tuum, aptè, compositè, concinnèq; summa diligẽtia, maxima sedulitate, animiq; feruore, Dei obsequio, datur (quod neminem latet) opera. Tùm quia hoc idem, eiusdem meæ Congregationis in te pietas, ac deuotio postulabat. Ipsa etenim protectione tua [a] (quæ totius Religionis mirabile es firmamẽtum) munita, hucusque firma, sancta, immaculataq; permansit, & te intercedente permanebit; vtpotè orta, te nascente: Namque inter salutiferæ Crucis exaltationem, tuiq; fulgentissimi ortus Octauas, nostra Religio per nostros Sanctiss. Patres sumpsit exordium; Quo factum est, vt non solùm Crucis mortificationem iugiter ac omni cum alacritate portaremus in corde, ac corpore, tuaq; protectione perpetuò mu-

[a] D. Bonau. in Psalm. B. Virg.

niremur; sed etiam continuò studeremus (quod S. Augustino feliciter accidit) hinc pasci à Christi vulnere; hinc à Sacris tuis lactari vberibus. Grati igitur animi partes erant ob tot maxima, & in Congregationẽ, & in me collata beneficia, vt hoc qualecumq; ingenioli mei opus tibi dicarem. Opus ipsum etiam id exposcere videbatur; quoniam Neapolitani Ciues, quorum consuetudines his Cōmentarijs illustrare conatus sum, ita tibi existunt deuoti, vt ob illorum erga te pietatem, & obsequium, multa quotidiè peragant charitatis opera, præcipuè in locis tuo Sanctiss. Nomini dicatis, vt omnibus notum est; Adeo vt Ciuitas hæc Inclyta, & fidelissima sua erga te pietate, & obsequio, fortis & inuita magis quàm armis efficiatur: Nobilior & Illustrior quàm tot Magnatũ innumerabilibus Illustrissimisq; Insignibus, quibus Vniuersus coruscat Orbis, inclarescat: Vberior, fęcundior, iucundiorq; fiat, quàm hortorum, fontium, aliarumq; rerum copia, fertilitate & amęnitate: Ditior veris diuitiis, quàm aliarum omnium opum cumulis refulgeat. Verè quidem fidelissima, quæ Religiones omnes veneratur, earumq;, & meæ præcipuè alumnos fouet; eisq; omnibus ad Diuinum Cultum spectantia subministrat; adeò vt iuge videatur miraculum, cum tam maxima charitatis opera exerceat. Hinc fit, vt qui hæc omnia norunt, eius pietatem celebrent, extollant magnitudinem; faxit Deus, vt quotidiè proficiant. Accedit tandem potissima ratio, namq; Opus tuo Nomine insignitum nullas detractorum calumnias timebit, nullum horrebit Momum: verborum simplicitatem in hoc opere tibi dicando adhibui, omisso Doctiorum elegantiori sermone; vt omnia (& si inconcinna) mea tamen essent. Accipe igitur, Sanctissima Mater, hos meos labores, & pro eorum mercede, meque, Religionisque meæ Patres tua Benignitate continuò tuere, vt tuo Præsidio suffulti, Filij tui Domini Nostri voluntatẽ grato animo exequentes, Gloria potiamur æterna.

AD

Ad Beneuolum Lectorem.



ON me fugit, Amice Lector, perpaucos esse, qui in præfationis vestibulo scriptorem velint præstolari. Præfari enim, vt vulgo faciunt, fucum potius forensem esse, quàm solidum quidpiam. Operæ prætium tamen duxi, dicere, quamobrē post tot Doctiorum virorum lucubrationes, quæ ad Neapolitanas consuetudines illustrandas emanarunt, nouas ediderim; præsertim cum sciam nonnullos huic rei optimam dedisse operam. Hæc fuit ratio: Cùm visus sim mihi videre, multa in hac re obscurius tractata, & perturbatius esse dicta, Quàm ex vsu sit consimilium rerum studiosis; faciundum putaui, vt claritatem cōsectarer, & plura in pauca conferrem, & quæ magno labore, ac summa difficultate in alijs erant perquirenda libris, in istis, breui, & facili methodo digesta reperiant Commentariis. Id assequutus, nec nè, sim; nō ausim affirmare; conatum quidem libenter pronuntio: Qui tamen probarunt, suaserunt, exhortationibus effecerunt; vt ad omnium vtilitatem opus ipsum in lucem proderem; quorum votis obtemperandum censui, nil aliud exigens, quàm Dei Gloriam, ac proximi commodum. Itaque, Beneuole Lector, opus tibi damus,[a] vt ille ait, Nouum--vetus; nouam enim lucem indidimus vetustæ imagini; nouam expositionem detrito volumini; nouam claritudinē antiqui Regni moribus, Ritibusq;. Iure etiam[b] Commentaria nuncupatum, cùm sit ad dilucidationem, & ornatum eorum omnium, quæ hucusq; Prudentes alij in hac materia tradiderunt. Igitur, non quia illi præcesserunt Messores, inanis ego fuerim, qui spicilegium facio. Multa eos præterire, quæ nos posteri adnotauimus. Multa præterea, tum ordine, tum stylo meliora fecimus aut clariora. Neq; id mirum. Multa quippè dies præsens docuit, quæ externum latuere. Quin & adiecisse nos plura prudentum Responsa, quæ ad hanc nostram illustrandam methodum visa sunt necessaria, facilè quisq; intelliget, si vetus volumen cum hoc nostro conferat. Hæc dico, ne talis in me aliquis obganniat Zoilus, quasi actum egerim, atq; (vt verbum est) oleum, operamq; perdiderim. Alioquin ista, quæ nobis laudi esse poterunt, libentissimè suppressissem; non ignarus, vino vendibili nil opus esse hedera. Vale igitur Lector, cui si quid ex sentētia scripserim, gratulor, mihi gaudeo, qui si quid vt scripturio; præterea sim scripturus, ex tua sententia aptus mihi videor pendere. Destitero, si displiceo, si placeo, pergere non verebor.

a *Varr. libr. 5.*

b *§. Quas ex omnibus. In Auth. Instit.*

OPERIS DIVISIO.

Hucusque scripta ita commodè diuidenda censui, vt in prima parte de viribus ipsarum Consuetudinum, & quid disponant summatim attingere; In Secunda de Personis, ac Bonis, quæ his ligantur Consuetudinibus, pertractare; In Tertia, qualiter earum vigore sit permissa dispositio; In Quarta, qualiter per eas ab intestato succedatur, & Renunciationum materiam discutere, cùm sit vna ex causis non existentiæ ad succedendum; In Quinta, de Alimentis præstandis; In Sexta de Iure Dotium; In Septima, de Iure Quartæ, seu Antefato disputare. Non sum vsus longiori argumentorum apparatu, nec magna Scribentium allegatione, vtrumque enim visum fuit relinquendum. Primum quidem, quia Scribentes, & Consulentes vti non debent superstitiosis subtilitatibus, & argumentis, nā solent veritatem obumbrare; sed plano & facili stylo procedere debent, vt ex tex. in l. sancimus. C. ad Trebel. & in l. Nuper. C. de natural. liber. Notat post alios Melchior Palaez in tract. de Maioratib. par. 6. in prin. Secundum verò, quia tot allegare Scribentes multoties solet generare nauseam, & magnum facere volumē, sine vtilitate: Idcirco conatus sum prius citare Textum, vel Glosam, vel Classicum Doctorem, & postea allegare illum, qui alios cumulat; Sic enim omnibus credo satisfactum esse, dum Scribentium cumulum penes illum habere possint. Iterum Vale.

§ 3 INDEX

INDEX QVÆSTIONVM, CONSILIORVM, & Argumentorum, quæ in hoc Volumine continentur.

PARS PRIMA.

DE PERSONIS, QVAE LIGANTVR per has Consuetudines.

PARS II. TIT. I.

DE BONIS SVBIECTIS dispositioni harum Consuetudinum.

TIT. II.

QVALITER SIT PERMISSA dispositio vigore harum consuetudinum.

PARS III.

An

DE MASCVLIATIONE fœminarum, & de successionibus ab intestato.

PARS IIII.

DE RENVNCIATIONE.

DE ALIMENTIS præstandis.

PARS V.

DE IVRE DOTIVM.

PARS VI.

DE IVRE QVARTÆ.

PARS VII.

INDEX CONSILIORVM.

FINIS.

Errata grauiora, quæ vidi; sic corrigenda sunt: Quæ autem non vidi, per te ipsum corrige.

Comment. Molfese. lege, Molfesij; & sic lege semper.

Folio 1. columna prima, linea 10. Siquis, sed si qua; corrige. Siquis vel si qua.
fol. 2. in Rub. ad Comment. Neapolit. lege, ad Consuet. Neapolit.
fol. 2. col. 2. lin. 13. pro æquali peritione, lege portione.
fol. 4. col. 1. lin. 5. & sine liberis moneritium, corrige morientium.
fol. 11. in numeris. nu. 24. lege nu. 22.
fol. 12. col. 1. lin. 19. vnum tamen caput. lege, vnum tantùm caput.
fol. 16. col. 2. lin. 38. Præf. lege Præfect.
fol. 33. col. 1. nu. 4. lege nu. 10.
fol. 52. col. 2. lin. 21. nu. pone nu. 66.
fol. 84. col. 1. lin. 16. ad factam, corrige, ad factum.
fol. 95. col. 1. lin. 9. beres, lege, hæres.
fol. 108 col. 1. lin. 7. oppositum, lege appositum.
fol. 116. lin. 17. Sit etiam, corrige Sic etiam.
fol. 120. col. 2. lin. vlt. in suo creditore, lege, in suo credito.
fol. 124. col. 1. lin. 27. patri, lege, patris.
fol. 158. col. 1. lin. penult. Aretius, corrige arctius.
fol. 220. col. 1. lin. 4. Anchar. lege, Author.
fol. 229. col. 1. lin. 40. Resiperet, lege respiceret.
fol. 230. col. 1. lin. 28. filios, corrige, filias; ibid. lin. 10. referant. lege, referuntur.
fol. 231. col. 2. lin. 18. submirare, lege, subintrare.
fol. 132. col. 1. lin. 23. ei, loge, & ibid. col. 2. lin. 46. decis. 486. lege, decis. 586.
fol. 259. col. 2. lin. 1. in Summario. Tonsuetudines. lege, Consuetudines.
fol. 263. col. 1. lin. 49. cassa, non.
fol. 286. col. 1. Filii nati post fornicationem, lege, post foriudicationem.
fol. 290. col. 1. lin. 37. non dicatur, cassa non, & lege dicatur,
fol. 442. col. 1. lin. 18. intra domum, lege, extra domum.

DE CONSVETVDINE IN SCRIPTIS REDACTA VVLGARITER DICTA

ALLA VECCHIA MANERA.

Caput Primum.

SVMMARIVM.



Quot sint consuetudines, de successione loquentes. nu. 1.
Quot modis succedatur, ex cõsuetudine in scriptis redacta. nu. 2.
Quid disponat consuetudo, sed & mulier. nu. 3.
Quid disponat cõsuetudo, Si moriat. n. 4.
Quid consuetudo Si quis, sed si qua. nu. 5.
Quid consuetudo, Sed si morienti. nu. 6.
Quid consuetudo, Quod autem, nu. 7.
Quid consuetudo Si aliquis moriens. n. 8.
Quid consuetudo. Et si testator. num. 9.
Qua procedit tam in masculo, quàm in fœmina. nu. 15.
Quid consuetudo Filiusfam. nu. 10.
Consuetudo potest introducere, vt filiusfam. testetur. nu. 11.
Quid disponat consuetudo, Si qua moriens. num. 12.
Consuetudo Si qua moriens, ligat bona, non autem inhabilitat personas. n. 13.
Quid disponat cõsuetudo, Si qua mulier habens. nu. 14.

1 

PRO resolutione igitur primę partis in materia successionum, de quibus principaliter agimus tres sunt cõsuetudinum species; Vna, quę dicitur in scriptis redacta; Secunda quæ nuncupatur nouus vsus Capuanæ, & Nidi; & tertia nuncupatur Mos Procerum, & Magnatum, vt colligitur infra in consuet. Si quis, vel si qua. fol. 131. & per Præs. de Franch. decis. 537. in 4. par.

2 Consuetudo, igitur in scriptis redacta, quatenùs de successione loquitur, in tres diuiditur partes. In prima disponitur qualiter earum virtute ab intestato: in secunda qualitèr ex testamento: & in tertia qualitèr in dote, & in alijs bonis vxoris, tàm ex testamento, quàm ab intestato, succedatur.

Prima igitur pars in tres partes diuiditur. Prima tractat de successione bonorum ascendentium, qualiter in ipsis bonis descendentes succedant. Secunda agit, qualitèr defuncto sine liberis legitimis, & naturalibus, transuersales succedant. Et tertia disponit quomodò ab intestato morienti, frater, & descendentes ex alio fratre admittantur ad succedendum. Prima incipit. Si moriatur. Secunda Si quis, vel si qua. Et tertia. Sed si morienti, sub tit. de success. ab intest.

Secunda pars, loquens de successione ex testamento, in tres alias subdiuiditur partes. In prima agitur, qualiter ascẽdentes possint ex testamento de bonis suis disponere. In secunda descendentibus non extantibus, qualitèr ascendentes de bonis eorum disponere valeant. In tertia denique traditur qualitèr filius, vel filiafam. ex testamento disponant, & de quibus bonis, Prima incipit, Si aliqs moriẽs. Secũda, Et si testator. Et tertia, Filiusfam. sub ti. de succes. ex test.

Sed antequàm Author tractare incipiat, qualitèr mulier de dote disponat,
3 præmittit, quòd mulier eò ipso, quòd nubit, quamuis non sit emancipata, tamen liberata est à patria potestate, vt in consuet. Sed & mulier, & hoc peracto, tertiam partem in duas diuidit partes. In Prima agit, qualiter mulier de dote, & alijs bonis disponat. In secunda qualiter mulieri, intestatæ decedenti, succedatur. Prim. incip. Si qua moriens. Secunda, Si qua mulier habens.

Consuetudo. Si moriatur, disponit, quòd descendentes vsque in infinitum,

4 tàm ex propria persona, quàm per subingressionem, & iure repræsentationis ascendentibus succedunt, non in capita, sed in stirpes, cum onere tamen dotandi amitas, & sorores de paragio; quas, si maritare in tempore præfinito, hoc est, vsq; ad decimumsextum annum completũ, distulissent, fœminæ masculiantur, & succedunt in virilem, vna simul cum masculis, vt habetur in d. consuet. iuncto §. eas autem, & §. idem Iuris. Præs. de Franch. decis. 91. & 92. Reg. de Pont. consi. 61. num. 36. & seq. & suo loco dicemus. infra in 4. par. Verùm, adueniente nubili ætate, interim habent alimenta à masculis, vt latius tradit idem de Franch. decis. 559. Quæ alimenta regulariter præstanda sunt in domo propria, si nõ adest causa iusta in contrarium, vt post alios explicat Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. cas. 170. nu. 11. & seqq.

5 Consuet. Si quis, vel si qua, Statuit, quod liberis legitimis, & naturalibus non existẽtibus, ipsi defuncto succedãt trãsuersales, & in ipsa successione seruanda sit linea, à qua bona ipsa proueniunt; & in bonis ex paterna linea prouenientibus, proximiores ex parte patris, in bonis verò peruentis ex linea materna proximiores ex parte matris succedant, quod etiam explicat Præs. de Franch. decis. 157. & decis. 652. num. 1. in 4. par. & 518. num. 3. & alib. Reg. de Pont. d. consi. 61. num. 33. Consil. de Ann. consi. 79. vol. 1. & dicetur suo loco.

6 Consuet. Sed si moriẽtis introduxit, quòd, defuncto transuersali ab intestato, fratres, & descendentes ex alio fratre succedant in stirpes, & non in capita; exclusis tamen fœminis, quæ dotari debẽt de paragio, aliàs masculiantur, & æqualiter succedunt, quod etiam tradit idem de Pont. consi. 40. nu. 14. & seqq. vol. 1.

7 Sed si non extarent fratres, vel alij transuersales in gradu, siue linea superiori, tunc ad ipsam successionem admittuntur agnati, & cognati, seruata gradus prærogatiua, & bonorum distinctione, & nunquàm appellatione fratris venit soror, nisi quando succederet tanquã masculus, vel quia masculiata esset, vel ex voluntate fratris esset admissa ad successionem; tunc enim habetur tanquam masculus, & filij ipsius in hoc casu habentur, ac si ex masculo descendissent, vt habetur in consuet. Quod autem, & latius Reg. de Pont. consi. 50.

8 Consuet. Si aliquis moriens, introduxit, vt ascẽdentes de bonis, nouiter quæsitis, possint ad libitum voluntatis disponere, reseruato tamen liberis debito bonorum subsidio: de bonis autem antiquis tàm paternis, quàm maternis ipsius testatoris, ac etiam de bonis sibi a consanguineis donatis, vel ex quacunque linea obuentis, non possunt disponere, nisi de medietate tãtùm; aliam verò medietatem tenentur relinquere liberis ipsorum pro æquali petitione; nec possunt plus vni, quàm alteri relinquere, nisi in eorum vita alicui ex liberis expensas fecissent; tunc si vellent, possent alios eidem filio adæquare, & omnes ad paritatem reducere: verùm ipsos liberos ex iusta causa exhæredare possunt, illosq; priuare dicta bonorum medietate, vt habetur in d. Consuet. & tradit etiam idem de Ponte in cons. 9. nu. 4. 13. & seqq.

9 Consuet. Et si testator disponit, vt nõ extantibus descendentibus, vnusquisq; possit de bonis nouiter quæsitis ad libitum disponere: de bonis verò obuentis ex quauis linea, solum de medietate: nã aliam medietatem tenetur relinquere proximioribus illius lineæ, à qua bona peruenerunt, quod etiam tradit idem de Ponte dict. consi. 9. num. 4. Præs. de Franch. decis. 307. vbi hanc consuetudinem interpretatur.

10 Consuet. filiusfam. permittit, vt filius, vel filiafam. in bonis aduẽtitijs sibi à matre premortua, & etiam in alijs bonis ex materna linea sibi obuentis, possint testamentum facere, ac si pater, vel materfam. essent: in alijs verò bonis aduentitijs iura communia seruentur; & hæc consuetudo vltra dicta hic per Neapod. & alios, exornatur per Presid. de Frãch. in decis. 71. num. 18. & seqq. & decis. 92. num. 14. & seqq. & latius in decis. 552. in 4. par Vbi hoc dicit procedere, licẽt matrimonium contractum sit secundum nouum vsum, vt ibid. legitur nu. 22.

11 Quæ consuetudo procedit in bonis sitis intra districtum huius Ciuitatis, non autem extra, vt habetur dicta decis. 552. & etiam decis. 546. Quæ consuetudo valida est; nam consuetudine introduci potest, vt filiusfam. testetur, vt tradit Bald. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. Gratian. in decisionib. March. decis. 61. nu. 7. & alij; quia consuetudo destruit,

struit, & corrigit leges, vt sunt iura vulgata.

12 Consuet. Si qua moriens, præcipit, vt mulier, quę habet filios, de bonis sibi obuentis ab agnatis, vel cognatis, tam iure successionis, quàm alio quouis titulo lucratiuo, non possit disponere, nisi de decima parte tantùm; alias nouem partes tenetur conseruare ipsis filijs: de bonis autem paratis ad ipsius mulieris vsum, vel eidem mulieri ab eius viro, tempore contracti matrimonij donatis, vel de quarta habita ex priori matrimonio, à quo non habet liberos, potest pro suo voluntatis arbitrio ad libitum disponere, prædicto debito bonorum subsidio relicto tam liberis vtriusq; matrimonij, quàm etiam parentibus; quod etiam prosequitur Præs. de Franch. decis. 435. 606. 639. 667. & alibi, de Ponte in consi.

13 9. num. 13. Quæ consuetudo ligat bona, nō autem inhabilitat personas, vt latius probat ille feudista maximus, Anna pater in rub. de vass. decrep. æta. num. 217. & 218. & in alleg. 70. Naucler. in suis addit. in fol. 12. a ter. circa med. & dicetur infra par. 3. quæst. 11. & seq.

14 Consuet. Si qua mulier habens, determinat, quòd, si mulier intestata moriat, relictis liberis ex diuersis maritis, vt absque sexus discretione, eidem mulieri liberi ipsius succedant in viriles, hoc est, pro æquali portione; & filiarum portio accrescat fratribus vtrinq; cōiunctis qui eas secundū paragium maritare debent tam de bonis paternis, quàm etiam de bonis maternis: verùm si testata decedat, de quarta sibi acquisita quoad proprietatem, potest quem vellet ex filijs meliorare; in reliquis verò bonis seruatur præcedens consuet. Si qua moriens.

15 Quę si cessaret, haberet locum Consuet. Et si testator, vt post alios docet Reg. de Ponte in consi. 9. nu. 13. Quia ipsa consuetudo non solùm in masculo, sed etiam in fœmina procedit, vt ibid. explicat Neapod. in verb. relinquere, sub num. 1. vbi omnes addentes. de Ponte loco cit. nu. 14. & hæc sint satis pro reassumptione harum Consuetudinum, in scriptis redactarum, quæ vulgariter nuncupari solent, alla Vecchia manera.

DE CONSVETVDINE CAPVANÆ, ET NIDI, VVLGARITER DICTA, ALLA NVOVA MANERA.

Caput Secundum.

SVMMARIVM.



Ntefatum quantum sit secundum hunc nouum vsū. & qualiter in eo succedatur. num. 1. & cap. 3. num. 18.

Qualiter, dote recepta, maritus, & vxor excludantur à successione filiorum; secundum hunc nouum vsum. nu. 2.

Mulier qualiter disponat de suis dotibus secundum eundem vsum. nu. 3.



1 Ecunda pars, & sic consuet. siue nouus vsus, Capuanę. & Nidi: Primò statuit, vt antefatum, siuè donatio propter nuptias, sit medietas dotium receptarum. Quod antefatum, decedente viro absque liberis, lucrifacit mulier integrum, tàm quòad proprietatem, quàm quòad vsufructum: Si verò filij extent, proprietatem tenetur mulier ipsius filijs conseruare: vsumfructum verò ipsa lucratur, vt legitur in reassumptione capitum dictæ Consuet. infra in Consuet. si quis, vel si qua. sub nu. 195. mihi fol. 131. Et hoc etiam procedit secundum consuetudinem in scriptis redactam, vt in Consuet. Quartam autem sub tit. de iur. quart.

2 Secundo disponit, vt mulier, recipiēs dotem, tam à patre, quàm ab alijs personis, quæ tenentur ipsam maritare, quas enumeraui in §. fuerat, inst. de action. teneatur renuntiare in beneficium dotantis,

tis, & ideò virtute ipsius renuntiationis mater oīnò excluditur à successione filiorum, in pupillari ætate, vel aliàs quan docunque ab intestato, & sine liberis moreritium; & in bonis paternis, & ex paterna linea peruentis; proximiores ex parte patris, succedunt. Sic etiam è contra, quia pater consimilem renunciationem facere tenetur, excluditur à successione filiorum, quandocunque ab intestato, & sine liberis morientium, & in ipsis bonis maternis, & ex materna linea obuentis, succedunt proximiores ex parte matris, vt habetur in dicta capitum reassumptione, & latius per Afflict. decis. 237. de Franch. decis. 92. & 537. in 4. par. de Ponte consi. 61. nu. 71. & seqq. Anna in consi. 2. nu. 2. & doctissimè iuxta morem consi. 92. & consi. 119. 2. vol. & nos suo loco dicemus.

3 Tertiò deniquè introduxit hic nouus vsus, vt mulier, habens liberos, nō possit de dotibus disponere, nisi de decima parte tantùm, alias verò nouem partes teneatur conseruare ipsis liberis. At si liberos non habeat, poterit de medietate tantùm disponere, vt legi potest in dicta capitum reassumptione, & dicta decis. 537. Præs. de Franch. in princ. & in consi. 9. nu. 7. Marchion. de Ponte. Et hæc sint satis, quia infra cap. 4. de prædictorum veritate discutietur.

DE CONSVETVDINE PROCERVM, ET MAGNATVM.

Caput Tertium.

SVMMARIVM.



Hic mos reducit successionem ad ius commune. num. 1.

Quotum sit antefatum, & qualitèr in eo succedatur secundū hunc morem nobilium. n. 2.

Qualitèr, secundum eundem, mulier succedat, & de bonis disponat. nu. 3.

Bina iudicatura tollit, & inducit Consuetudinem. nu. 4. & infra cap. 5. nu. 7. & 28.

Mulier secundum hanc consuetudinem, Si moriatur viuente patre, & sine liberis dos ad patrem reuertitur num. 5. & qualiter, si habet liberos, disponat. nu. 12. & 17.

Mulier ex hoc vsu, viuente patre, nec de obulo disponit, eo mortuo, & liberos non habens, de tota dote disponit. n. 7.

Mulier nupta liberatur à patria potestate; sed an mortuo viro, reincidat in potestatem patris. nu. 7. 8. & 9.

Pater num valeat bona filij sine causa, & sine decreto alienare. nu. 9.

Filiusfam. de Iure communi non liberatur à patria potestate per matrimonium. num. 10.

Mulier vltra casus, à consuetudine sibi permissos, habet os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum. n. 11.

Secundum morem magnatum pater succedit filijs in pupillari ætate decedentibus, etiam quò ad dotes. nu. 13.

Idem procedit in matre, si pater non fecit filijs pupillarem substitutionem. n. 14.

Pupillaris substitutio matrem excludit, etiam à legitima. n. 15.

Dos ad dotantes reuertitur, si mulier intestata decedat, non autem pertinet ad proximiores. nu. 16.

Mulier qualitèr antefatum lucretur secundum morem nobilium nu. 18.

In Regno filij succedunt in antefato tāquam filij; Neapoli verò tanquam patris heredes, si pactum non sit in contrarium. nu. 19. & 21.

Antefatum secundæ vxoris, an etiam debeatur filijs primi matrimonij. nu. 20.

Substitutio pupillaris, facta per matrem filijs, an valeat iure obliquo. nu 22.

Mater non habet filios in potestate. num. 23.

Succedentes vocantur ad bona, existentia in districtu, ex prouidentia consuetudinum. nu. 24.

Ter-

1 
Ertia verò pars, & sic consuetudo Procerum, & Magnatum, reducit successionē ad ius commune, vt h.betur in dicta capitum reassumptione, quod etiam tradit Præs. de Franch decis.537.nu.17. & alibi, Anna in consi.2.num.2. Reg.de Ponte in consi.65.num.74.& in tract. de potest.Proreg tit.9.de success.mulier.in prin.num. 24. Vbi sic refert decisum,& hoc idem tenet Naucler. ad Neapod.in suis addit.fol.9. incip. In eadem consuetudine & Glos. ibi,respondeo.

2 Sed quia varia capita continet præfata consuetudo, ideo ea. reassumam, quam potero citissimè. Primò igitur statuit, vt antefatum, siue donatio propter nuptias sit tertia pars dotium, quam lucrifacit mulier integram, decedente viro absque patre; sed si pater extaret, medietatem tantùm lucratur, vt etiam affirmat Dominus de Franch.decis.617. num.1. Sed contrarium est decisum in hoc casu, quod etia msi vir decedat cum patre, adhuc mulier lucratur totum antefatum, vt refert Consiliarius de Bottis d.fo.131.Quæ decisio fuit in anno 1576. iunctis Aulis; Sed est adhibenda in hoc casu eadem distinctio,si extant liberi, lucretur quòad vsumfructum,si non extat, etiam quòad proprietatem, vt etiam ibidem legitur.

3 Secundo mater in quibusdam bonis non excluditur à successione filiorum, sed succedit eis,ac de iure communi succederet, & hoc idem procedit in patre, & hoc tenent omnes præcitati Doctores.

Tertio quia,tam si habeat liberos,quã si non habeat,potest de integris dotibus disponere,reseruata tamen legitima, iure naturæ debita filijs, si extent.

Insuper,quia præfati antiquiores prudentes reassumpsere decem alia Capita circa hanc consuetudinem, quæ hic scribenda curaui, vt videamus, si hodie vi-

4 geant; clarum est enim, vt per binam iudicaturam recedatur ab omni consuetudine, vt docet Neapod.in consuet.In bonis,sub nu. 18.in tit.in quib.reb. hab. loc.quart.fol.mihi 308.de Franch.decis. 722.nu.11. in 4.par.

In primis igitur disponit,vt mulier,nupta à patre, ab intestato decedens, &

4 absque liberis; si pater viuat, dotium restitutio eidem patri fieri debeat. At si pater mortuus sit, tunc dotium restitutio fit proximioribus in gradu ex linea paterna; & hoc de iure communi nullam habet cõtradictionem, quia dos à patre profecta, ad patrem redire debet.l.dos a patre. C.sol.matr.vbi glos.& omnes.de Franch.decis.67 Thesaur. decis.138. & 190.vbi plures cumulat, & latius ad partes hoc disputat Andr.Facch.tom.1.cõtrouers.Iuris lib.3.cap.71.Surd.in decis. Mantuan.272.num. 17. & in consi.196. num.47.volum. 2. & hoc idem procedit

6 in donatione propter nuptias, quæ ad donantem reuertitur, soluto matrimonio,vt not.glo.in Authen. dos data, vbi alij C.de donat.ant. nupt. & in Authen. siue à me. in fi.C.ad Velleian.cap.fin.de donat.int.vir. & vxor. Bart. in §. 1. in 2. notab.Authē.de æqualitate dotis,Natt. consi.391.num.3.Roland.consi.62. vol. 1.post alios Surd.conf.164.num.18.vol. 2.& omnes hoc intelligunt, si non adessent filij ex matrimonio. tunc enim dos non restitueretur dotanti, secundum opinionem Martin. quam opinionem Hierony. de Ceuall. pract. quæst. commun. contr. comm. eò magis procedere dicit, quando filia liberata esset à potestate patris; quod maximè facit in materia harum consuetudinum,per quas liberatur filia à potestate patris per matrimonium,vt mox dicetur.

Secuudò mulier ipsa, mortuo patre, potest dotes suas cui voluerit in totum

7 legare,si testamentum fecerit, & liberis careat; sed si pater viueret, tunc nec de minimo obulo poterit disponere, & ratio esse poterit, quia licèt mulier,harum consuetudinum virtute, efficiatur sui iuris,dum nubit; attamen,soluto matrimonio,reddit in potestatem patris,vt docet Neapod.in d.consuet.Sed & mulier.nu.

8 10.& sic fuit decisum in Sacro Consilio, teste Gramm.decis.54. de quo meminit Scip.Bucin.ad Neapod.d.num.10.in addit.incip.Is casus. Et licèt Afflict.ibid. & Anton. de Viuaia teneant contrarium, tamen opinio Neapodani seruanda est, prout aliàs seruauit Sacrum Consilium, licet Camill. Salern. ibid. sub fol.192.& 193.conetur distinguere,quòd, si mulier est sagax, & rectè sciat sua negotia peragere,nō reincidat in potestatem patris, & ita procedat opinio Afflicti; Si secus,

seruetur opinio Neapodani: hæc tamen opinio in puncto Iuris mihi non probatur, quia mulier liberatur à patria potestate ex causa, nempe per matrimoniū; ergo, cessante causa matrimonij, cessare debet liberatio à patria potestate, etiã quia fauore patris introductum fuit; secundum Neapodani, & aliorum Prudentum interpretationem, vt, soluto matrimonio per mortem viri, reincidat filia in potestatem patris, tum vt ad patrē reuertatur dos, casu, in quem decederet filia, viuente patre, vt num. 5. dictum est, tum etiam, vt pater habeat administra-
9 tionem, & vsumfructum bonorum filiæ, vt sunt termini notissimi in iure, adeò vt possit pater etiam sine decreto alienare bona filij, vt ex multis probat Afflict. decis. 493. Præs. de Franch. decis. 665. n. 1. vbi alios cumulat, qđ procedit si adesset iusta causa, & filius non sit enormiter læsus per talem alienationem; tunc enim rescinderetur alienationis contractus, vt per eum; quod latius probat Pinell. in l. 1. par. 2. nu. 33. & seqq. C. de bon. mater. Dixi, in puncto Iuris, quia in practica seruatur, vt dum filia semel liberata est à patria potestate per matrimonium, mortuo viro, non reincidat amplius in potestatē patris; vt explicat idem de Franch. d. 4. par. decis. 546. num. 9. & seqq. & de facto seruatur: sed, vt dixi, secundum terminos Iuris communis defenderem contrarium, etiam quia filiafam. per has consuetudines non est simpliciter habilitata ad testandum, sed solum, vt possit testari de bonis, sibi à matre, vel ab alia persona, ex materna linea descendente, donatis, vt etiam habetur in Consuet. Si qua moriens. Et ideò, viuente patre, non potest de dotibus disponere, quod, eò magis confirmatur, quia hæc consuetudo Procerum, & Magnatum; retrocessit à consuetudine in scriptis redacta, & reuersa est ad ius commune, vt num. 1. di-
10 ctum est. Et clarum est secundum ius commune, vt filia per matrimonium non liberetur à potestate patris, vt in §. fin. instit. de patr. potest. l. si vxor. C. de cōdit. insert. Neapod. in d. Consuet. Sed & mulier. Vbi addentes alios cumulant: quod non negat Præs. de Franch. d. decis. 546. nu. 9.
11 Potest etiam addi alia ratio, quia dum per consuetudinem introductum est, vt bona conseruentur in familia, vt dicetur in cap. 5. nu. 12. Et mulier habeat os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, vltra casus, à consuetudine sibi permissos, vt scripsit Neapod. in consuet. Si qua moriens, sub num. 5. & seqq. vbi omnes. Reg. de Ponte consi. 61. num. 27. & seqq. Consequenter stante inhibitione consuetudinis, & conseruatione bonorum in familia, æquior est opinio explicata, vt reincidat in potestatem patris: de qua re dicentur aliqua in 3. par. quęst. 11. & seqq.
12 Tertiò, mulier, nupta secundum hunc morem, si moriatur, superstitibus filijs, vno, duobus, vel tribus, superstite etiam patre, relicta legitima filijs, quæ in hoc casu intelligitur tertia pars; de alijs duabus partibus dotium ad libitum disponere potest: Si vero superessent quatuor filij, vel plures, tunc mulier solùm posset disponere de medietate dotium; nam alia medietas esset legitima filiorum. quod etiam procedit secundum taxationem Iuris communis, vt suo loco dicetur.
13 Quartò, Si mulier, testata, vel intestata decedens, præmoriatur viro, & post mortem ipsius mulieris, aliqua morula data, filij moriantur, succedit pater ipsis filijs, in pupillari ætate, vel alias quandocunque ab intestato sine liberis decedentibus, in dotibus maternis.
14 Quintò, si mulier nupta, vt supra, moriente viro, superstitibus liberis, & vir nullam pupillarem substitutionem in testamento suis liberis fecisset, mater admittitur ad successionem filiorum in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque ab intestato morientium, ei succedit in omnibus bonis paternis hæreditarijs, tã mobilibus, quàm stabilibus, tam burgensaticis, quàm feudalibus; & in hoc differt consuetudo hæc à consuetudine in scriptis redacta, quia illa non compræhēdit bona feudalia, vt dicam in 2. par. in titu.
15 de bonis quæst. 7. Et in hoc consuetudo ista cōuenit cum dispositione Iuris communis: quo attento, mater excluditur à successione filiorum, etiam à legitima, stante pupillari expressa, & etiam tacita, si alius filius sit illi substitutus, vt not. Bart. in l. 2. nu. 44. ff. de vulg. & pupill. Et hanc dicit receptam sententiam. Mant. de coniect. vltim. volunt, lib. 5. tit. 15. nu. 30. & seqq. Surd. decis. 273. n. 4. Et dixi in §. fi. conci. 3. inst. de vulg. subst.

Sextò

16 Sextò, mulier, secundum hanc consue
tudinem nupta, si sit dotata à fratre, vel
ab alijs personis, & intestata absque li-
beris decedat, dotium restitutio fit do-
tantibus; & illis non extantibus, fit pro-
ximioribus in gradu ex linea paterna,
vel materna illorũ, à quibus dotata fuit,
& hoc etiam caput concordat cum iure
communi, quo dos ei restitui debet, à
quo descendit, vt in principio dixi.

Septimò mulier, vt supra, nupta à fra-
tribus, si moriatur, adhuc superstitib. fra-
tribus absque liberis, potest de omnibus
dotibus ipsius testari, ac eas legare cui
voluerit, quia talis dos semel effecta est
patrimonium mulieris. l. 3. ff. de iur. dot.
& ideò dum suum est patrimonium, po-
test de eo ad libitum disponere, nisi ta-
men adiectum esset pactum incontrariũ
per fratres, quia dum non tenētur dota-
re sorores, nisi pauperes, dum dotant, &
illæ moriuntur sine liberis, possunt fra-
tres legem apponere, vt dos reuertatur
ad dotantes, vt dixi supra vers. 2. mulier.
num. 7.

17 Octauò, si ipsa mulier decedat cum li-
beris, non potest testari, nisi eo modo,
& forma, vt dictum est supra n. 12. quia
& si à fratribus dotata sit, idem seruan-
dum est, prout in patre.

18 Nonò ipsa mulier, vt supra, nupta, prę-
moriente viro absque liberis, lucratur
antefatum in totum, tam quòad ꝓprie-
tatem, quàm etiam quòad vsumfructum;
at si superfunt filij, nō lucratur, nisi vsum-
fructum tñ, quia ꝓprietas erit filiorum;
quam proprietatem habebunt filij, nō vt
filij, sed vt hæredes, sic refert decisum in
Sacro Consilio, iunctis Aulis, in anno
1570. die 14. Martij in causa Comitis
Montiscalui. Consiliarius de Bottis in
dicta Consuetudine secundum morem
Procerum fol. 132. in fin. de Franch. de-
cis. 621. in 4. par. & hoc antefatum secun
dum hunc morem est pro tertia parte
dotium, idem de Franch. decis. 617. in 4.
par. Vbi etiam docet, quòd debitores
19 viri possunt executionem facere super
proprietate antefati, licet hoc non fuit
decisum, vt ibid. legitur, & hoc procedit
in quolibet antefato debito in hac Ciui-
tate Neapolis, semper enim filij illud ha-
beant tanquam patris hæredes, non autẽ
vt filij, ex quo necesse est, eos esse patris
hæredes, si illud consequi velient: Secus
tamen esset de iure, per Authen. hæres.
C. de secund. nupt. quia illud tanquam
filij, non tanquã hæredes habent, prout
affirmat idem de Franch. in decis. 106. n.
7. Anna in consi. 74. nu. 7. & seqq. prout
etiam notat quædam additio ad Nea-
pol. in consuet. quartam autem, sub tit.
de iur. quar. fol. 252. incip. Ex hac con-
20 suetudine. Quæ etiam asserit quartam,
siue antefatum secundæ vxoris, etiam fi-
lijs primi matrimonij deberi; quia dum
debetur filijs, vt hęredibus, debetur om-
nibus hæredibus patris; quod dicit esse
idem de iure cõmuni, ex doctrina Curt.
in consi. 69. dummodò non adsit pactum
in contrarium; tunc enim pacto staretur,
iuxta illud pacta seruanda sunt.

21 Verba tamen dictæ sentētiæ, de anno
1570. sunt, Videlicet, Die 14. Martij
1570. Neapoli. In causa Comitis Mon-
tiscalui, petentis se debere satisfieri su-
per antefato, qđ competit Iustinianæ de
Capua more Magnatũ, & Procerũ, vxo-
ris Dydaci Cabanilia in bonis, q̃ fuerũt
Troiani Cabanaliæ soceri, & patris di-
cti Dydaci, nempe parte terræ Montel-
læ, & Troiæ, peruento per mortem di-
ctæ Iustinianæ ad filium primogenitum
dicti Dydaci, & Iustinianæ matris, fuit
diffinitiuè declaratum per Sacrum Con-
silium; referente Consiliario D. Tho-
ma de Altomare, præsentibus Thoma
Salernitano Præsidente Sacri Consilij,
Ioanne Andrea de Curtis, Antonio Ori-
ficio, Ludouico Quadra, Antonio Cade-
na, & Iacobo Anello de Bottis, Regijs
Consiliarijs, dictum dotarium, seu ante-
fatum, vel tertiariam, constitutum more
magnatum, spectare ad filios mariti, il-
lud, seu illam constituentis, tanquam ip-
sius mariti hæredes; & proinde assisten-
tiam, petitam pro parte dicti Comitis
Montiscalui super antefato prædicto cũ
adiudicatione, præstandam esse pro con
currenti quantitate sibi euicta ad instan-
tiam Fabritij Mormilis in terra Petræ.
& vendita per dictum Comitem Mon-
tellæ, nomine Troiani Cabaniliæ, &c.
Et de hac decisione meminit nouissimè
Reg. de Pote in tract. de potest. Proreg.
tit. 9. de success. mulier. num. 25. Vbi ait,
talem decisionem duram fuisse visam, &
inde factum est, vt soleat apponi pactum
in capitulis matrimonialibus, vt filij suc-
cedant in antefato tanquàm filij, non vt
hæredes.

22 Decimò mulier nupta secundum con-
sue-

suetudinem procerum, & magnatum si moriatur, superstitibus liberis ex eodem matrimonio, non potest dictis eius filijs in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque ab intestato sine filijs morientibus in successione suarum dotium substituere; quòd secùs est in viro; & hoc latius examinat Reg. de Ponte in sæpius cit. consi. 61. num. 27. & seqq. Qui affirmat hoc procedere, quãdo fit substitutio pupillaris, quia illa substitutio fieri nequit, nisi à parentibus, qui habent filios in potestate. l. 2. §. 1. ff. de vulg. & pupill. cum vulgat. alijs: Sed mater non habet filios
23 in potestate. l. illud. §. ad testamentum ff. de contr. tabul. & ideò non valet substitutio, & quãdo mater pupillarem substitutionem filio faceret, valeret iure obliquo, nempe vt fideicommissaria, vt notarunt glo. Barto. & alij communiter in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill. Angel. in §. 1. num. 23. instit. de pupill. substit. quamuis Imola contrarium teneat, vt refert idem Angel. in §. fin. num. 8. instit. de pupill. substit. Quam materiam latius examinat Sim. de Petr. in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit. 5. solut. 4. num. 28. Et vt obliquetur, tenet etiam nouissimè Ludouic. Morot. in consi. 56. vol. 1. post hæc scripta in lucem editus: de qua materia dicam aliqua infra par. 2. in titu. de bonis quæst. 23. & consi. 5.
24 In proposito, dum mater non habet filios in potestate, nequit illis pupillariter substituere; imò nec potest illis alias substitutiones facere; quia filij portionem, de qua mater non potest disponere, non ex iuditio matris, sed ex prouidentia cõsuetudinis consequuntur: quod etiam procedit in portione debita agnatis, & cognatis, ea ratione, quia, sicut consuetudo filiorum prospexit beneficium, ita etiam & agnatorum, quod etiam post Neapod. & alios docet Reg. de Ponte d. consi. 61. num. 27. & seqq.

AN REASSVMPTIO CAPITVM DE successione secundum vsum Capuanæ, & Nidi, & more Magnatum posita per Camillum Salernum, sit vera.

CAPVT QVARTVM.



Os magnatum reducens successionem ad ius commune superfluam reddit Salerni reassumptionem. nu. 1.

Hic mos non consuetudo, sed assuefatio est, & cur Magnates illum introduxerunt. nu. 2. & 15.

Contrahentes an Iuri communi, vel consuetudinario, se præsumantur subijcere. nu. 3.

Contrahentes semper præsumuntur eligere sibi viam qua negotium est illis cautius, & vtilius. nu. 4.

Capita consuetudinum Capuanæ, & Nidi vndenam fuerunt desumpta. num. 5.

Hæc capita non consuetudo, sed ciuium contractus sunt, & pactum. num. 6.

Ideo si non apponantur in contractu matrimonij, locum non habent. nu. 8. 9. & 10. & ita verificatum est per omnes Notarios, nu. 12. & 13. & semper practicatum, etiam in Sacro Consilio num. 16. & 20. & ita obseruari debet. num. 23.

Consuetudo non dicitur, quæ ab vno, vel inter aliquos tãtum seruatur, sed quæ ab omnibus. nu. 7. & cap. 6. nu. 19.

Camilli Salerni, & Consiliarij de Anna lapsus circa consuetudinem Capuanæ, & Nidi refertur. num. 12. & 23.

In capitulis matrimonialibus secundum vsum Capuanæ, & Nidi an plura, vel vnum tantum caput apponantur de conseruanda, & restituenda dote, & de filiorum successione. n. 12.

Aduocati non possunt affirmare, per quẽ Iuris articulum causa determinetur à Iudice, & ratiò affertur. n. 17.

Impubes an transmittat hæreditatem non

non aditam. num. 18.
Consilium secundum Fabij de Anna ponderatur, & refellitur. n. 17. 18. & 19.
Bona, peruenta alicui ab auo materno, ipsi Auo magis sunt debita, quàm matri, quamuis haec sit proximior in gradu. nu. 19.
Camilli Salerni locus refertur, & ponderatur. nu. 22.



T igitur dicam, quid circa prænarratã capitum reassumptionẽ de more Magnatum, & de cõsuetudine Capuanæ, & Nidi mihi veriora videntur, ponam infrascripta.

1 Et Primò, quoad morem Magnatum, hæc Salerni reassumptio ad nihilum deseruire videtur, quia mos iste aliud non est, quàm Iuris communis dispositio, vt cap. præcedenti nu. 1. notatum est, se-
2 cundùm quam assuefationem, (sic.n. vocat mos iste) solent Magnates matrimonia cõtrahere, nec aliudè mos magnatũ dicitur, nisi ad differentiam Iuris consuetudinarij, in scriptis redacti huius Ciuitatis, eò φ Magnates noluerunt se submittere his cõsuetudinib. sed potius viuere secundum Iuris communis dispositionem, & ideò si magnates ipsi dum matrimonia contrahunt, expressè, & specialiter non se submittuut harum consuetudinum dispositioni; semper præsumuntur consuetudines istas à se profligare, & reijcere, & ius commune retinere, eò magis, quia, licèt sit controuersia,
3 an quis in dubio præsumatur magis contrahere secundum Iuris communis dispositionem, vel secundum loci consuetudinem, & multi teneant, vt magis præsumatur se confirmare cum iure communi. ex dispositione text. in l. quanquã, & in l. in testamento, la prima. C. de testam. milit. Quamuis multi, quos etiam probat Anna consi. 2. vol. 1. teneant cõtrarium, de quo axiomate dixi infra par. 4. quæst. 33. num. 9. consi. 2. num. 13. & 16. & alibi, nihilominus quando contrahentibus vtilius est ius commune, quàm ius speciale, in dubio magis præsumun-
4 tur se confirmare cum iure communi; quia semper contrahentes præsumuntur eligere viam, qua sibi cautius, & vtilius prouideatur, vt ex multis probat Alex. Trentacinque in tract. de substit. par. 4. cap. 8. num. 12. vers. supradictæ: nec negare hoc possunt DD. in contrarium citati. Cùm igitur contrahentibus vtilius sit contrahere secundum Ius commune, quàm secundum has consuetudines, in dubio magis contrahere præsumuntur secundum iuris communis, quàm secundum harum consuetudinum dispositionem; & proindè, si mea me non fallit opinio, vana est reassumptio capitum de cõsuetudine secundum morem Magnatũ, cùm solùm sit Ius commune.

5 Quod attinet ad consuetudinem, siuè nouum vsum Capuanæ, & Nidi, notandum est diligenter, hæc omnia capita fuisse extracta per Camillum Salernum, siue alterũ à Protocollo Notarij Ioãnis Baptistæ de Valle, vt ipsemet Salernus affirmat in dictorum capitum reassumptione infra fol. 131. & cõsequẽter nè fal sitas aliquos decipiat, aduertendum est
6 diligenter, vt capita prædicta nullo modo sint consuetudines, sed tantum sint quidam contractus, à partibus celebrati, vt colligitur ex dispositione tex. in
7 pragmatica 2. & 3. de Notarijs. Consuetudo enim non dicitur illa, quæ seruatur ab vno, vel vt plurimum inter aliquos tantum contrahentes, vt suo loco dicetur, & ideò hæc capita nullum possunt habere effectum de per se, nisi à partibus, vel omnia, vel eorum aliqua deducantur in pactum in ipso contractu.
8 Probatur hoc assumptum duplici medio, & primo ex decisione Afflict. 237. vbi in primis verbis ait, quòd hæc consuetudo exprimitur in capitulis matrimonialibus, & in decis. 202. dicit, quòd consuetudo nobilium Capuanæ, & Nidi, est, quòd in contrahendis matrimonijs faciant hoc pactum; Si igitur cessat hoc pactum in matrimonio, cessat etiam hic nouus vsus, Et ratio est manifesta, quia dum partes in contractu matrimonij de illo vsu mentionem non fecerunt, signum est, vt noluerint secundum talẽ vsum contrahere: nam pacta, quæ operari solent talem effectum, dum exprimuntur; non vigent, si in contractu non apponantur, vt sunt iura vulgaria.
9 Redditur hoc manifestum ex vltimis verbis, quæ ponit Afflict. d. decis. 237. describendo formalia verba huius consuetudinis, ibi (& sic partes ad inuicem renunciauerunt per stipulationem, iura-

uerunt,&c.) Quæ quidem verba funt im mediatè ante num. 1. & ex eis manifeſtè conſtat, quòd vt illa conſuetudo ſuum operetur effectum, requiritur expreſſa pactio, & ſtipulatio cum iuramento, & conſequenter non poſſunt effectum habere, dum non ſunt expreſſa, & num. 15. ſubdit hæc alia verba, Videlicet (iuxta nouum vſum, ſecundum quem pactione, & renunciatione ſe excludit) & nu. 16. verſ. ſed dicebatur ibi (ſecūdum morem nobilium, & ſecundum quem ex pacto pater ſe excludit) hoc idem colligitur ex dictis per Præſ. de Franch. deciſ. 552. in 4. part. nam licet appellet hunc morem conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, ſemper tamen dicit, quòd pater, aut mater
10 excluditur pactione, vt colligitur ex dictis per eum ante nu. 7. & faciunt etiam dicta per Anton. de Alex. infra in conſuct. ſi quis, vel ſi qua, ſub nu. 185. fol. 127. in addit. incip. & nota q̄ hæc gloſa ibi (tunc enim renunciat mater ſucceſſioni filiorum, vt, illis decedentibus inteſtatis, etiam legitimam non habeat in illorum bonis, ſed illa veniunt ad proximiores ex parte patris, excluſa matre, & ita vidi in pluribus inſtrumentis expreſsè ſpecificatum per Notarios conficientes matrimonia alla nuoua manera) & ſi vellem authores numerare, qui de hoc nouo vſu loquuntur, vtique omnes concludunt, vt pater excludatur pactione; ſi pactione, ergo neceſſaria ponenda eſt, & ſucceſſiuè nullo modo hic nouus vſus vocari poteſt conſuetudo; quod latius patebit infra par. 2. in tit. de bonis q. 24.
11 Secundo probatur ex communi Notariorum huius Ciuitatis obſeruantia, & ſtylo; quia dum, annis elapſis, eſſet mota lis ſuper ſucceſſione bonorum burgenſaticorum Principis Sulmonis inter D. Iſabellam Geſualdam Comitiſſam Saponariæ Auiam maternam dicti Principis, & D. Beatricem de Ghueuara Marchioniſſam Sanctę Agathæs, eiuſdem Principis Materterā; vt hic nouus vſus verificaretur, & omnis ambiguitas tolleretur, quæ ex doctorum dictis introducta videbatur, fuerunt in iuditio examinati præſtantiores Notarij huius Ciuitatis, & cum iuramento omnes vno ore faſſi ſunt, vt talis nouus vſus nunquā effectum aliquem operetur, niſi partes expreſsè, ſic paciſcendo, contraxerint; & quando de eo vſu nulla eſt facta mentio in contractu, contractus ipſe remanet ſub diſpoſitione iuris vel communis, vel conſuetudinis in ſcriptis redactæ, vt eſt videre in dicto proceſſu agitato in Sacro Conſilio in Banca de Cioffo, præcipuè ſuper 4. & 5. articulis fol. 114. cum ſeqq.
12 Plus etiam depoſuerunt prædicti periti Notarij, videlicet, quòd in capitulis matrimonialibus prædictorum nobilium non ſolent apponi diuerſa capita, vnum nempè circa conſeruationem, & reſtitutionem dotium; & alterum circa ſucceſſionē filiorum ex illo matrimonio procreandorum (vt malè, & inaduertenter notauit Salern. loco cit. quem eadem inaduertentia ſecutus eſt Conſiliarius de Anna in conſi. ſuo 2. nu. 1. Sed in vno, eodemq; capitulo concipitur pactum tam de conſeruanda, & reſtituenda dote, quā etiam de ſucceſſione filiorum, put vno ore præfati Notarij depoſuerunt cum iuramento, vt cernitur in dicto proceſſu fol. 115. & ſeqq. ſuper 6. art.
13 Ex quibus omnibus ſequitur, vt eatenùs hęc conſuetudo ſit attendenda, quatenùs in pactum fuit deducta, & ſic vim pacti, non autem conſuetudinis habet, & conſequenter ſi contrahentes illam appo nere omittunt in contractibus matrimonialibus, remanęt caſus ſub diſpoſitione Iuris, vel communis, vel conſuetudinarij in ſcriptis redacti.
14 Nec etiam verum eſt; quòd hæc ſit cōſuetudo, neque quòd habeat vim conſuetudinis; nam licèt in dubio, non apparente contrario, credatur Doctori atteſtanti de conſuetudine, vt dixi infra c. 5. nu. 34. nihilominus cùm hodie conſtet contrarium, & ſit explicitè probatum in iudicio cum iuramento nempè hunc nouum vſum eſſe potius pactum, & in vim pacti valere, vt ſuperius dictum eſt, & quaſi omnes Doctores hunc nouum vſum pactum vocauerunt, nulla vtique fides erit amplius habenda Doctoribus illis, qui dicunt hunc nouum vſum eſſe conſuetudinem, ex dictis d. cap. 5. nu. 34. 36. 37. & 39. Quæ omnia eò magis confirmant ea, quæ pro hac veritate diſcuſſa ſunt in par. 2. in tit. de bonis, quæſt. 24. ſæpius citata.

Nec obſtant duo, quæ contra hanc veritatem opponi ſolent. Primò quia vulgariter nuncupari ſolet conſuetudo Capuanæ, & Nidi, & ſic communiter habe-

tur;

tur; ergo vt talis, non autem in vim pacti seruanda est. Secundò, quia Sacrum Consilium iudicauit contra matrem, & consequenter secundum ea, quæ allegauit, & discussit Consiliar. de Anna d. consi.2.vol.1. Nam

15 Ad Primum respondetur, quòd hoc nomen consuetudinis suscepit ex eo, qa nobiles horum Sedilium fuerunt primi, qui huiusmodi pactum in eorum matrimonijs introduxerunt, ita vt magis propriè dici debeat assuefactio, quàm consuetudo, vt post alios probat Piagius in tract. de iur. consuet. quæst. 1. num. 13. & seqq. Roland. à Vall. consil. 5. nu. 75. & seqq. vol. 1. post Barbat. & alios multos, quos ibid. citat, & probat, cum alijs cumulatis d. q. 24.

16 Et confirmatur, quia ex communi obseruantia, & stylo Notariorum, imò de ordinaria praxi Sacri Consilij, vt superius probatum est; nunquam auditum fuit, vt consuetudo ista fuerit practicata, nisi quando expressè fuit in pactum deducta per contrahentes; propter quod in casu conuento substinebitur in vim pacti, non autem in vim legis, seu veræ consuetudinis, iuxta tradita in hac materia per Paris. consil. 27. nu. 4. lib. 1. Rimin. Iun. consi. 72. nu. 15. lib. 1. Crauett. cons. 814. nu. 9. lib. 5. etiam quia, dum hodie verificatum est in iuditio, vt solùm valeat in vim pacti, non statur amplius Doctorum assertionibus in hoc, vt dixi nu. 14. versus fin.

17 Ad Secundum respondetur, Fabium de Anna non interuenisse vti Consiliarium in dicta causa, sed tanquam Aduocatum, & licèt fuerit lata sententia contrà matrem, non potuit tamen de causa scientiæ affirmare, vt illa sententia fundata fuerit in allegationibus per ipsum adductis, multoties enim Aduocati super vno insistunt articulo, & Iudices causam determinant per alia media, vt cerni potest, si tribunalium decisiones perquirantur, prout etiam euenit in dicta causa, pro qua Anna consuluit, vt retulit ille oculatissimus Vir Præs. de Franch. Consiliario Rouito, qui hoc mihi dixit, & ex eisdem allegationibus in dicta causa Comitissæ Saponariæ factis, vidi, nempè, quòd in illa causa, quam Anna tuebatur, quæ accidit inter D. Mariam de Auolos, & Marchionem Sancti Lucitu conuentum super successione bonorum D. Beatricis Carrafæ filiæ dictæ D. Mariæ, & neptis prædicti Marchionis ex filio præmortuo, quæ decessit

18 impubes, non adita hereditate paterna, fuit, inquam, determinata illa causa per illum Iuris articulum, quòd videlicet filia non potuit transmittere ad matrem hæreditatem paternam non aditã, & propterea remanere debebat penes auum, iuxtà opinionem Castren. in l. infanti. nu. 9. versic. quidam habebat. C. de iur. deliber. & Iacobin. de S. Georg. ibid. nu. 9. circa fin. quem secutus fuit Ascan. Clemens in tract. de patr. potest. effect. 13. num. 11. post alios, quos ad hoc propositum adducit; de qua etiam quæstione dixi multa in consi. 6. Attento etiam, quòd hæc bona paterna ab eodem Auo

19 peruenerunt, quę propterea potius auo, quàm matri debebantur deferri iuxtà opinionem Bart. in l. quod scitis, in summar. C. de bon. quæ liber. & in l. post dotem. in fin. ff. sol. matri. quam frequentiori Doctorum concursu receptam esse testatur Couarr. de success. ab intest. nu. 2. & ita refert decisum in illo Senatu. Tessaur. decis. 88. quod etiam procedit secundum has consuetudines, vt patet ex dictis in par. 4. quæst. 43. Quod etiam patet ex consi. 19. Reg. de Pont. qui consuluit pro matre D. Maria, & in eo verbum nullum facit de hoc articulo Consuetudinis Capuanæ, & Nidi, cernens non esse necessarium in illa causa; nam doctissimus ille, ac pariter Oculatissimus Vir, si vidisset, hunc fuisse Iuris articulũ, vtique super eo se fundasset, & non super alijs.

20 Ex his omnibus deducitur, esse hodiè indubitatum, vt hic nouus vsus solùm vim habeat in vim pacti, & tunc solùm quando expressè in pactum deducitur, & pro ea tantum parte, pro qua in con-

21 tractibus exprimitur, quòad omnia tamen, quæ in eo capite, in contractibus deducto contineri possunt, ex regul. tex. in l. fin. C. de fideiussor. pro alijs verò nõ expressis in contractibus, præsumantur contrahentes se submittere dispositioni Iuris communis, vel etiam consuetudinibus in scriptis redactis, vt sæpius replicatum est, quod etiam affirmat idem Salern. ad Neapod. in Consuet. Si qua

24 moriens. fo. 195. sub nu. 1. in addit. incip. Ex hac consuetudine. Vbi hæc verba habet. (Ideo aliàs vidi dubitari de facto,

fi inter aduenas contractum eft matrimonium fecundum confuetudinẽ Neapolitanam, quæ dicitur alla nuoua manera, quod ex quo talis mos fe refert ad confuetudinem teftandi in fcriptis redactam, quòd partes prædictæ videntur fubieciffe fe dictæ confuetudini, folùm in dicto cafu fuperexiftentiæ liberorum, non autem in alio cafu, quando liberi nõ fuperfunt, cùm ille cafus non reperiatur in dicta confuetudine in fcriptis redacta. Cogita tamen) Et faciunt ea, quæ dixi infra in confi.5.nu.19.& feqq. ad confirmationem huius doctrinæ Salerni. Igitur fi contrahentes folent fe referre folùm ad cafum, qui in aliqua confuetudine inuenitur expreffus, & non ad alios, etiam fecũdum Salerni doctrinam, dum hic nouus vfus vnum tamen caput comprehendit, vt nu.12. dictum eft, dum contrahunt fimpliciter fecundum hunc nouum vfum, ad illud tantum caput fe referunt contrahentes, & non alios, cùm omiffum habeatur pro omiffo, vt funt Iura vulgaria.

23 Quæ omnia funt valdè notanda, quia maximi funt momenti, maxima confideratione difcuffa, ruminata, & examinata in Sacro Confilio in dicta caufa, quam Marchioniffa S.Agathæs, cognita veritate etiam a fuis Aduocatis, procurauit honefta tranfactione finire potius, quàm manifefto periculo amiffionis totius fucceffionis fe fubmittere, prout iã finiuit, ceffis ad beneficium Comitiffæ Saponariæ auiæ maternæ ducatis quadragintatribus mille de effectibus hæreditarijs; & fucceffiuè luce clarius cernitur, vt maxima inconfideratione Salernus illa pofuerit capita, quæ nullo modo ponẽda erant, dum eatenùs vigent, quatenùs in pactum deducuntur, & pro illa tantum parte, pro qua deducta funt, & non aliter; Omnes tamen debemus dehis gratias habere prænarrato Confiliario Rouito, qui hanc veritatem aperuit in dicta caufa, nam ego eadem allucinatione, & errore Salernum ipfum fequebar circa dictorum capitum reaffumptionem, quàmuis defendebam, hunc nouum vfum, nullo modo confuetudinem effe, vt cernitur dicta quæft. 24. fæpius citata.

ALIQVA NOTABILIA
Circa Confuetudines.

CAPVT QVINTVM.



Mnes hæ confuetudines feruantur, vt leges in hac Ciuitate, & fecundum eas iudicandũ eft, & ratio affertur. nu. 1. procedit etiam in confuetudine vnius parentelæ. nu.2.

Familia an poffit confuetudinem introducere. nu.3.

Confuetudo eft optima legum, & dubiorum interpres. nu. 3. etiam contra fifcum. num.6.

Confuetudo contraria legi quadraginta annorum, præter legem verò decem annorum fpatio introducitur. num.4. 5. & 43.

Confuetudo per binas iudicaturas introducitur. nu.7. & 41.

Confuetudinis acceptio tribus fumitur modis; nam alia dicitur fcripta, alia præfcripta, fiue titulata, & alia iudicata. num.8.

Omnis confuetudo eft ftricti iuris, & ideò cafus eius probari debet in indiuiduo. num.9.

Confuetudo an femper vendicet fibi locũ in cafibus expreffis tantum. nu.10.

Confuetudo eft actus practicus, & ideò adamuffim obferuanda eft. nu.11.

Confuetudines iftæ funt introductæ, vt bona conferuentur in familia, etiam fecundum morem Capuanæ, & Nidi. num. 12.

Diuitiæ bonorem familiarum, & dignitatem conferuant, & ratio affignatur. num.13.

Fa-

Fœminæ ex vi comprehensiua statuti à successione excluduntur. n. 14.
Statutum exclusiuum fœminarum, quotuplicem habet rationem. n. 15.
Nulla consuetudo aliam tollit in hoc vo lumine, secùs tamen est de iure communi. nu. 16.
Vbi non adest propria consuetudo, regionis, & Prouinciæ consuetudo seruanda est, præcipuè in locis subditis illi loco. nu. 17.
In omni negotio, etiam in officiorum exercitio, & officialium electione, Consuetudo attenditur. n. 18. & 19.
Confirmatio Officialis elapso anno fieri nequit, vno contradicente. nu. 18.
Quando de re aliqua plures Doctores agunt, sufficit vltimum allegare, qui alios cumulat, & ratione probatur. num. 20.
Consuetudo loci etiam in honorarijs, & in sedendo seruanda est. n. 21. & 40.
Inuestitura de Iure probari potest per testes, contrarium tamen inducere potest consuetudo. nu. 22.
Res Ecclesiæ, vt possint dari in feudum, statur consuetudini, quæ etiam per vnicum legitimum actum induci potest. nu. 23. & 25.
Verbum, solitum, importat vnam vicem. nu. 24 & 26.
Concessio facta non legitimè, non est concessio. nu. 25.
Consuetudo, & statuta recipiunt interpretationem à Iure communi, si tamẽ constat, eam recedere à Iure communi, à se ipsa declaratur. nu. 27. & 28.
Consuetudo tollit legem etiam in feudis. nu. 28.
Consuetudo inducens aliquid noui, à se ipsa declaratur. nu. 29.
Instrumentum non authenticum de Iure, tale fieri potest ex consuetudine. num. 30.
Consuetudo notoria non est probãda, sed sufficit, vt allegetur, si tamen probãda erit, Iudex ex officio id agit, & sententiæ executionem impedit. nu. 31. & 33
Notorium habet vim sententiæ, & in eo Iudex non pronunciando, sed exequẽdo procedit. nu. 32.
Doctoribus attestantibus de consuetudine non esse credendum multi docent, contrarium sequitur Author. nu. 34. & 36. & *ratione solidissima probat nu.* 37. & 39.
Facti quæ sunt non præsumuntur, nisi probentur. nu. 35. 37. & 39.
Decisio vnius Doctoris, non habentis contrarium, vim legis habet, nu. 58.
Episcopus, electus Consiliarius sedet vt Episcopus, & sic statim post Præsidem Sacri Consilij. nu. 40.
Consuetudo est habitus, & ex frequentatis sit actibus. nu. 42.
Ad inducendam consuetudinem præscriptam non requiritur iudicatura, sed spatium legis sufficit. nu. 43.
Si in modo sedendi non adest consuetudo, sedere debent secundum personarum dignitatem, nu. 44.
Consuetudo viri, non autẽ mulieris tàm in constitutione, quàm in lucro dotis attenditur. num. 45. & *ratione aperitur.* 46.
Vxor cur efficiat de domicilio viri. n. 46.
Consuetudo patrisfam. attenditur potius quàm patriæ in actibus gestis à patrefam. nu. 47.
Iudex sequi debet consuetudinem litigantium, etiam in appellatione. n. 48.
Pragmatica prima de censibus refertur nu. 48. *in fi.* & *num seruetur.*
Consuetudo non potest inducere, vt Papa non possit negotia expedire sine Cardinalibus. n. 49.
Papæ potestas non potest ab aliquo præscribi. nu. 50.
Consuetudo non potest introducere secundum aliquos, vt nobiles torqueantur, contrarium tamen seruatur de facto. nu. 51.
Nec vt moniales ad libitum exeant de monasterio. nu. 52. *Nec vt mors Prælati denuncietur Regi. nu.* 53. *nisi esset, vt eligentes moneat, vt bonum Prælatum eligant. nu.* 58.
Electio Prælatorum debet esse libera penes ecclesiasticos. nu. 54.
Res semel Deo dicatæ non debent ad profanos vsus conuerti. nu. 55.
Nulla consuetudo etiam inueterata potest permittere, vt Rex habeat Iurisdictionem in Clericos. nu. 56.
Omnis consuetudo præiudicialis Ecclesiæ nulla est. nu. 57.
Regis interest non habere Episcopos, qui secreta Regni sui alijs manifestẽt. n. 59
Consuetudo non potest facere, vt mulier nubere nequeat extra suum territorium, nu. 60. & 63.
Statutum ne bona alienentur in forenses,

A

sei, an valeat? num.61.

Pactum, ne quis nubat extra territorium, sit ne validum, & quid de statuto? nu.62.

An valeat consuetudo, vt Monachus possit testari. nu.64.

Num possit permittere pluralitatem vxorum, & qualiter fuit permissa in veteri testamento. nu.65.

Consuetudo non potest introducere aliquid contra Ius Diuinum. nu.66.

An consuetudo possit abrogare legem Ecclesiasticam, quæ prohibet matrimonia vsque ad certos gradus. nu.67.

1 His præhabitis, & breuiter reassumptis circa istas consuetudines; summariè vidẽda sunt aliqua etiam circa consuetudinem in communi, & Primò notandum est, has consuetudines approbatas fuisse per Reges huius Regni, & ideò eandem vim habent, quam obtinent Regiæ Constitutiones: istæ enim consuetudines de ordine Regis Caroli fuerunt in scriptis redactæ, approbatæ, & præsentatæ per duodecim viros, & Antistitem huius Ciuitatis Neapolis, vt legitur in prohem. consuetud. in §. vt igitur. & §. præfatis. Vbi Neapod. nu. 193. & omnes, & post alios Ioan. Thomas Minado. in repet. Constit. Regn. In aliquibus, in 2. notab. nu. 97. Et hoc est notissimum, quia istæ consuetudines in hac Ciuitate, & eius districtu seruandæ sunt tanquam leges, & ante alias leges; nam e auiç non secundum leges communes, sed secundum has consuetudines iudicari debent, vt docet idem Neapod. in consuet. Si quis aliquam. nu.2. sub tit. de pignor. latius addentes in prohem. & præcipuè Salern. fol. 4. & 5. Præs. de Franch. decis. 149. & 563. nu. 4. & seqq. &

2 alibi passim. Et hoc non solum procedit, dum loquimur de consuetudine in scriptis redacta, sed etiam in quacunque alia consuetudine, etiam si esset vnius parentelæ, quia illa seruanda est circa successionem, & ideò dum euenit casus, secundum consuetudinem, non autem secundum ius commune decidendus est, vt scripsit Andr. in cap. Imperialem. §. præterea ducatus. num. 73. de prohib. feud. alien. per Federic. Sic etiam Ioan. Andr. lumen Iuris Canonici in addit. ad Spec. sub tit. de instrum. ædit. §. compendiosè. vers. sed nunquid. post alios Boer. decis. 228. nu. 6. innumeros alios cumulat Anna in consi. 92. nu. 8. & seqq. vol. 2. Anto.

3 Gabr. in recoll. commun. opin. in tit. de consuet. conclus. 5. Quò etiam loci recẽset Authores, qui tractant, num familia possit consuetudinem introducere, & in quibus: de qua materia dicam aliqua infra par. 2. in tit. de bonis. q. 24.

4 Consuetudo igitur est optima dubiorum, & legum interpres. l. de interpretatione. ff. de legib. c. cùm dilectus, de consuet. quod est notissimum axioma, vt tradit Anna in consi. 100. num. 22. vol. 2. & hoc siue sit consuetudo interpretatiua, siue præscripta, vt quia sic seruata esset, quæ per decem annorum spatium intro ducitur, vt scripsit glos. in §. ex non scripto. instit. de iur. natur. Castren. consil. 347. nu. 14. & 15. volum. 1. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. nu 57. Anna in consi. 129. num. 42. volum. 2. & vltra relatos per ipsum, Sic etiam scripsere Hieronym. Gig. in consi. 45. num. 26. & consi. 49. nu. 45. volum. 1. Roland. à Val.

5 consi. 63. num. 5. volum. 2. Et hoc procedit, ẽt si consuetudo esset contraria legi, vt probat. ex multis Reg. de Ponte consi. 41. nu. 1. licèt in tali consuetudine introducenda quadraginta annorum spatium requiratur: Sed si esset consuetudo præter legem, cursus decennij sufficeret, vt tenent omnes in l. de quibus. ff. de legib. cap. fin. vbi notata, & præcipuè per Abb. de consuetud. Plures cumulat Surd. in consi. 58. nu. 8. vol. 1. Sic etiam Anna in consi. 40. nu. 4. vol. 1. Quod non solùm

6 procedit contra priuatos, sed etiam contra Fiscum, vt benè probat idem de Põte in consi. 54. num. 15. Sequitur etiam Naucler. in addit. ad Neapod. in prohe. in 3. apostill. & docet idem met Neapod. in Consuetud. Si mulier, in verb. super bonis nu. 3. in tit. de consens. mulier. in

7 nouis. fol. 376. Procedit etiam, si esset consuetudo iudicata, quæ per binas iudicaturas introducitur, vt probat idem Neapod. in consuet. in bonis. num. 18. Semper igitur vim legis obtinet, dicitur enim auctoritas rerum iudicatarum, vt etiam firmauit Reg. de Ponte consi. 1. num. 32. & docet etiam Præs. de Frãch. decis. 91. nu. 16. & decis. 722. num. 11. ex doctrina Andr. in cap. 1. de his, qui feud.

dar.

8 dar.poss.& dixi supra cap.3.nu.4. Nam consuetudo alia dicitur scripta, vt sunt omnes consuetudines in scriptis redactæ;alia dicitur præscripta, siue titulata vt dixi supra.nu. 4. & 5. & habetur infra num. 28. & alia est iudicata, vt nu. præcedenti dictum est.

9 Secundò notandum est, quòd omnis consuetudo dicitur stricti iuris,& in specie consuetudines istæ; & ideo id, quod non exprimunt,dicuntur nolle,vt in l. 1. §.fin autem ad deficientis.C. de caduc. toll. vbi omnes, idem de Franch. decis. 91.num.3.20.& seqq.& decis. 253.num. 11.Portius in consi.106. num. 54. & 56. Gabr.in consi.81.num.30.& 47.qui post alios in consi. 156.nu. 10. affirmat, vt casus consuetudinis verificari debeat in indiuiduo, vt à consuetudine exposcitur, & idem habet in consi.1.volum.2.Sequitur hoc iddem Natt.consi.46.n.2.consi. 575.num.15.& consi. 600.num. 20. Roland.consi.59 num.24.& consi. 35.num. 30.volum.3.& consi.53.num.39.volum. 2.Surd.decis.131.num. 9. & in tract.de aliment.tit.2.quæst. 15.nu.86.& seqq.Et 10 ideò sunt intelligendę solùm in casibus, in quibus loquuntur,vt tradit idem Neapod.in consuet. Si qua moriens, sub nu. 12.& in consuetud. Si quis,vel si qua,sub num.182.circa med. vers.præterea, vbi Præs. de Franch. ad hoc allegat Bald. Deci.& Crauet.vt legitur fol.126.& idē Neapod.in consuet.si aliquis emit.num. 3. de iur. congr. sequitur Marchio de Ponte consi. 23. num. 25. & hoc est notissimum apud omnes, qui docent consuetudines non extendi ad alium casum, in ipsa non comprænhensum etiam à maioritate rationis; quod etiā docuit Bart. in l.post dotem.ff.sol.matrim. Anton.de Butr.in cap.fin.de consuet.vbi Rocchus de Curte, quos recenset, & probat Minad.d.notab.2.sub nu.106.Surd.d.decis. 131.nu.10.Faciunt etiam scripta à Præs. de Franch.in decis.489. nu. 8. In quibus autem casibus extendatur consuetudo, habetur per Anto. Gabr.in recoll. commun.opin.lib.5.in tit.de præscript.conclu.2. num.15.& seqq. ad quem me remitto: & catenùs est verum, vt consuetudo in casu suo tantùm habeat locum, vt non sufficiat, si casus probetur in genere,sed specifice probandus est in casu comprænhenso in consuetudine, vt scripsit Surd.in consi.371.nu.3. & seqq.vol. 3.& consi.138.num.7.vol. 1. consi. 262. nu.19.vol.2.& alibi,& post alios Morot. in consi.90. num.7.vol.1.

11 Additur etiam alia ratio,quia consuetudo est actus practicus, necessarius, & ideò seruandus est adamussim, prout loquitur, & non debet extendi ad alium casum,vt latius habetur per Præsid. de Franch.in decis.240.nu.11.& decis. 487. num.24.Et ideò quantùm habet de actu, tantùm habet de potentia, & vltra non extenditur.Bald.in c. 1. circa fin. de his, qui feud.dar.poss.& ideo per illos actus, quib. introducta est, restringitur, quemadmodum præscriptio, vt proprios facti terminos non excedat.l.1.§.Iulianus. ff. de itin.actuq; priuat.c.1.de feud.cognit. latius Consiliarius de Anna in consi.122. nu.33.vol.2.Natt.in consi.502.num. 40. 554.nu.27.consi.636.num.133.& consi. 637.nu.32.volum. 3. Surd.in decis. 131. num.8.Roland.consi.69.num. 31.vol.3. Surd.in tract.de alimen. tit. 2. quęst. 15. num.257.

12 Tertio notandum est has consuetudines fuisse introductas, vt bona conseruētur in familia,ac in ea linea, à qua prouenerunt.Præs.de Franch.decis. 24. nu. 2.& decis.91.num.27.& seqq.& post Socin.in consi.30. vers. circa quartam vol. 1.& Curt. consi. 150. tenet idē de Frāch. ad Neapod. in consuet. si moriatur. fol. 71.incip. An hæc consuetudo. Idem tenet Franc. Marc.decis.546.nu.23.Brun. in tract.de stat.exclud.fœm.art.9. & pręcipuè hoc procedit in consuetudine Capuanæ,& Nidi, vt probat Reg.de Pont. consi.39.nu.12. Anna Pater in alleg. 70. nu.63.Anna filius consi.92.nu.9. 14.71. & seqq. vol.2.Et ideo dum sunt rationabiles consuetudines istæ, licèt sint contra ius commune, validissimæ sunt.cap. fin.de consuet.& ex multis probat Facchin.lib. 2.controuer. Iur.cap.101.lit.B. probat etiam Hieronym.Gabr in consi. 15.num.3.volum.1.& consi. 19. nu.2. & consi.29.num.47.Sic etiam Arnold.Ferron.in consuetudin. Burdigalens. in tit. de testam.§.7.vers.an quod æquius. Et 13 hoc est notissimum, quia bona, & diuitiæ familiarium honorem,& dignitatem conseruant, & sine diuitijs sordescunt, & decrescunt familiæ, vt benè notauit Barbat.consi.43.vol. 1. Socin. consi.30. vol.1. Iacob.Philipp.Portius in consi.42. num.8.& videmus hoc quotidie euenire

Et

14 Et consequenter, vt fœminæ excludantur à successione per hanc consuetudinem, vel alia statuta similia venit ex vi compræhensiua consuetudinis, & statutorum, vt post alios explicat Brun. in dict. tract. de stat. exclud. fœmin. art. 6 quæst. 3. num. 110. post alios Alexan. Raudens. in decisionibus Rot. Roman. decis. 47. num. 6. qui num. 29. ex multis
15 asserit similia statuta, vel consuetudines triplicem habere rationem vnam inclusiuam certarum personarum; aliam exclusiuam aliarum personarum; & tertiā prælatiuam, quia quasdam personas alijs præferunt, quod latius probat tota illa decis. 47. Sic etiam Brun. d. art. 6. nu. 109. & art. 13. num. 6. & seqq. & hoc intelligitur quoad fratres, non autem quò ad alios masculos extraneos, quod benè post alios aduertit, & probat Menoch. consi. 317. nu. 7. vol. 4.
16 Quartò aduertendum est, quòd, licèt communiter vna consuetudo aliam tollat, vt posterior priorem, & particularis generalem excludat, & corrigat, vt probat Andr. in c. 1. §. sed quia vidimus. num. 15. vers. At in regno Siciliæ, de his, qui feud. dar. poss. & post alios Ann. cōsi. 2. num. 5. & consi. 59. nu. 74. 77. & seqq. vol. 1. Ant. Gabr. in commun. opin. in tit. de consuet. conclus. 1. nu. 74. Hieronym. Gabr. in consi. 26. nu. 27. Surd. decis. 49. num. 5. & in tract. de alimen. tit. 4. quæst. 18. num. 3. & tit. 7. quæst. 4. num. 16. Attamen in hoc volumine Consuetudinum Neapolitanarum nulla inuenitur consuetudo, quæ aliam tollat, & corrigat, vt per Neapod. in consuet. Sed si morienti. num. 292. & in consuet. Si quis, vel si qua. sub num. 125. vers. in hoc enim paruo volumine: Et licet multæ consuetudines sint additæ prioribus, non sunt adiectæ ad aliarum correctionem, sed ad declarationem, vt explicat Neapod. loc. citat. & sequitur Præs. de Franch. decis. 24. nu. 4.
17 Quintò notandum est, quòd si in aliquo loco non appareat de propria consuetudine, attenderetur consuetudo Regionis, & Prouinciæ, vt probat idem de Franch. decis. 55. num. 7. Salern. in addit. ad Neapod. in prohem. fol. 48. lit. E. vbi allegat Crauett. in consi. 94. nu. 5. & probatur ex tex. in §. fin. vbi Angel. Syluest. & alij. Instit. de satisdat. Andr. in Constit. Regn. in aliquibus, in verb. si vero non sit. fol. mihi in nouis 259. col. 1. num. 20. Vbi hoc ex multis probat Iuribus, vbi etiam addentes, quia si in aliquo loco non appareat de consuetudine, & sit probata consuetudo Regionis, illa vtique extenditur ad alia loca subdita, vt ex multis probat Morot. in consi. 29. num. 32. nam subditi vtuntur eisdem Iuribus, quibus eorum caput vtitur, & ideò consuetudo solet etiam extendi ad loca, quæ similibus Iuribus vtuntur, vt probauit Socin. in cap. cùm contingat. versic. tertiò principaliter, de for. cōpet. Gabr. in d. tit. de præscript. conclus. 2. num. 14. Cephal. consi. 709. num. 27. quos recenset, & probat Morot. d. nu. 32. & iddem tenet Surd. in tracta. de aliment. tit. 4.
18 quæst. 19. & in consi. 311. num. 16. vol. 3. In specie tamen circa officia exercenda prædicta procedunt, vt in l. fin. C. quæ sit long. consuet. & successiuè valida est cōsuetudo, vt vltra annum vel biennium aliquis sit Iudex, vel aliud exerceat officium in aliquo loco, vt post alios probat Surd. consi. 361. num. 14. & per tot. vol. 2. & per hoc iustificantur multarum Ciuitatum consuetudines huius Regni, quæ solent hoc obseruare, quàmuis adsint Regiæ sanctiones, & instrutiones Regiæ Cameræ, & Sacri Consilij decisiones, quæ contrarium iubent, & obseruare faciunt, vt officia non possint esse, nisi annalia: quæ omnia habentur penes Præs. de Franch. decis. 409. num. 1. & penes Marchion. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. in princ. num. 1. & est tex. in l. fi. C. de offic. Præs. Prætor. adeò vt quando officialis confirmandus esset in officio, fieri debet confirmatio omnibus consentientibus; nam, vno contradicente, confirmari nequit, vt in §. si verò. Authen. de defensorib. Ciuitat. post Rip. & alios idem de Franch. decis. 2. num. 21. & decis. 609. num. 1.
19 Sextò notandum, quòd in omni negotio attenditur consuetudo tam in emptione, & venditione, quam in locatione, & conductione in societate, in stipulatione, in donatione, in feudo, in emphyteusi, in matrimonio, in restitutione dotis, & in omni alia materia, vt per Ant. Gabr. in recoll. commun. opin. in tit. de consuet. conclus. 1. vbi alios cu-
20 mulat. Et proinde notandum, non esse meum intentum in citatione Doctorum

in

in aliqua quæstione pertractanda, enumerare omnes, qui de illa materia disputant, sed solùm citare tex. vel glo. & postea allegare illum Doctorem; qui alios cumulat; quia, vt benè aduertit Sim. de Petr. in tract. de interpret. vltim. volunt. in prohem. nu. 22. & 25. tot allegare Doctores solet legentibus generare nauseã.

21 In materia autem, vt standum sit consuetudini, vltra Gabr. videndus est Præs. de Franch. in decis. 353. nu. 1. & decis. 388. nu. 4. vbi, quòd in honorarijs loci consuetudo attenditur ex tex. in cap. cùm olim, de consuet. quod etiam procedit in sedendo, vt etiam probat Anna in consi. 40. nu. 1. & seq & consi. 122. nu. 1. vol. 2. & vltra per eum relatos iddem tradit Surd. in tract. de aliment. tit. 2. quæst. 15. nu. 86. & seq. tit. 4. quæstio. 16. nu. 24. & quæst. 19. num. 3. & consi. 94. nu. 22. vol. 1.

22 Et licèt de iure testes necessarij sint ad probandam inuestituram, cõtrarium tamen de consuetudine induci potest: nempè, vt fiat inuestitura sine præsentia testium, ea ratione, quia in Curia Principis negotia secretè fieri solent; & sic hodie fit inuestitura absque paribus Curiæ cap. 1. qui test. sint necessar. ad proband. inuestit. post Andr. Afflict. in cap. 1. §. quæ siquidem in fin. quid sit inuestit. post Curt. & alios Hartman. Pistor. lib. 2. quæstion. Iur. par. 2. quæstio. 30. nu. 13.

23 Hinc etiam dicimus, standum esse consuetudini, vt sciatur, quæ res in feudum à Prælatis dari solent, & licèt controuersia sit qua stio, quot sint actus necessarij ad introducendam talem consuetudinem, & aliqui affirmarunt binum actum, vt per Zas. in tract. de feud. par. 5. nu. 52. & aiij dixerunt, vnum solemnem actum sufficere, vt scripsit Curt. Iun. in tracta. de feud. in 2. part. quæstio. 3. & probat Andr. in cap. 1. col. 2. vers. vnde si bis, aut ter, de his, qui feud. dar. poss. cum alijs cumulatis per Gabr. in titu. de

24 locatione, conclus. 1. nu. 5. Quia verbum (solitum) vnam vicem importat ex doctrina Bart. in l. 4. §. item mela. ff. de alimen. & cibar. legat. cum alijs enumeratis per Gabr. in d. conclus. 1. nu. 6. Atta-

25 men Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iud. cas. 81. nu. 5. quem nouissimè sectatur Facchin. lib. 7. controuers. Iur. cap. 68. tenet, vt hoc arbitrio Iudicis relinquatur: Si enim viderit Iudex, vnicam concessionem fuisse legitimè factam, iudicabit illam sufficere; quia dum semel adhibitæ fuerũt solẽnitates Iuris in illa cõcessione, ex eo manifestũ est, & vtilẽ, & necessariã concessionẽ illam fuisse Ecclesiæ, & proindè successor Prælatus debet denuò res ipsas in feudum concedere, & ita procedit opinio Andreæ, & aliorum; Si tamen prima concessio non fuit legitimè facta, Zasij opinio locum habet; quæ distinctio est admodum rationabilis; quia concessio non facta legitimè, non dicitur concessio Iuridica, sed contra Iuris dispositionem facta, & nulla iudicatur, & incurritur in pœnas Extrauag. ambitiosè, de reb. eccles. alien. vel non. Quam exornant Consiliarius de Anna cons. 38. vol. 2. Couarr. lib. 1. varia.

26 resol. cap. 1. & 17. Mascard. in tract. de probat. conclus. 75. Sunt tamen, qui dicunt, ex duplici actu, dato temporis interuallo in medio inter vnum, & alium actum induci consuetudinem, vt post alios probat Marc. Anton. Bauer. in tract. de mora par. 1. nu. 9. Sed circa concessionem opinio relata ex Menochij distinctione verior est, vt Iudicis arbitrio relinquatur, vt videat actus legitimitatem, & etiam videat, si seruandum sit solitum, quia tunc vnus actus sufficit ex dictis nu. 24 Si verò deberet esse consuetudo, & tunc inspicere debet, an sint personæ, quæ consuetudinem inducere possunt, & an sint actus vniuersaliter facti per omnes, & tunc esset consuetudo, alias secùs, vt etiam ex dicendis patebit, etiam cap. 6. in fi. nu. 19.

27 Septimò, notandum, consuetudinem, & statutum recipere interpretationem à iure communi, vt notatur in l. 1. §. si de lege Falcidia. ff. ad leg. Falcid. cap. ex parte, vbi Abb. de verbor. signif. adeò vt omnes leges loquentes de eadem materia, de qua consuetudines loquuntur, accomodandæ sunt consuetudini prædictæ, quæ in hoc casu omnes qualitates Iuris communis assumit, vt not. Barto. communiter receptus in l. omnes populi. num. 60. ff. de iust. & iur. Vbi omnes alios cumulat Hartman. Pistor. d. lib. 2. quæst. Iur. par. 2. quæst. 20. num. 28. & seqq. Hierony. Gabr. consi. 81. nu. 81. consi. 18. nu. 11. & 12. consi. 9. nu. 4. consi. 119. nu. 63. Surd. decis. 36. nu. 19. decis. 49. nu. 8. & in specie si interpretatio es-

set passiua eò magis locum haberet, vt post alios declarat idem Surd. decis. 178. nu. 16. in consi. 393. nu. 5. & consi. 426. nu. 11. vol. 3. & alibi, Barnab. Cornazan. in decis. Rot. Lucens. 13. nu. 6. & plures
28 alij, & facit etiam text. in l. 2. C. de noxal. Verum hoc procederet, quando consuetudo ipsa esset dubia, secus tamen, si clara esset, & ratio omnium est; quia in his, in quibus manifestum est, per ipsam consuetudinem recessum esse à iure cõmuni, tunc alia succedit regula, vt potius stetur consuetudini quàm iuri communi etiam si essemus in materia feudorum, quia cõsuetudo destruit, & tollit legem. l. de quibus, vbi omnes. ff. de legib. & hinc est, & etiam in feudis potius consuetudini speciali, & locali, quàm Iuri communi feudorum stetur. cap. 1. §. hoc autem notandum. vers. hoc quoque, de his, qui feud. dar. poss. cap. 1. in princ. in verb. quanquam, de feud. cognit. post alios Pistor. d. par. 2. quæst. 21. num. 33. Surd. decis. 272. nu. 133. Gabr. in consi. 1. nu. 17. vol. 2. vbi Bald. Socin. Gozadin. & alios cumulat, idem Surd. consi. 383. nu. 26. & 402. nu. 21. vol. 3. Tunc enim
29 tanquam quid noui inducens, non à iure communi, sed à se ipsa intellectum, & declarationem recipit, & iddem est in statuto, vt post alios scripsit Ias. in l. sciendum nu. 2. & 4. ff. qui satisdar. cogã. & iddem sequitur Gerard. Mazol. in
30 consi. 74. nu. 11. & 12. Insuper instrumẽtum, quod de iure non esset authenticũ, ex consuetudine authenticũ fieri potest. c. cùm dilectus, vbi gl. & DD. de fid. inst. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instrum. ędit. § compendiosè. vers. sed nunquid. Francisc. Marc. in decis. 369. nu. 1.
31 Octauò notandum, quòd, si consuetudo notoria esset, non debet probari, sed sufficit, vt allegetur, & ratio est; quia consuetudo dicitur notoria in loco, vbi viget, & si tunc esset probanda, non esset necessaria partis citatio, nec alius iudiciarius ordo, sed Iudex ad eius instructionem, etiam parte non citata, reciperet testes ad probãdam consuetudinem, vt testatur Anton. de Butr. in cap. fi. col. antepen. vers. ad primum si redacta. de consuet. Feli. in cap. 2. col. 5. in 12. limit. de testib. Bar. in l. 2. §. lege Iulia; vbi etiã Florian. ff. de testib. plures alios cumulat Gabr. in communibus opinio. lib. 2. in tit. de citatio. concl. 1. n. 353. & vltra per eum relatos, iddem probat Deci. consil. 402. Hieronym. Gabr. consi. 81. nu. 26. Natt. consil. 519. nu. 8. & consi. 575. nu. 36. Roland. à Vall. consi. 53. nu. 30. & 37. vol. 2. & in materia harum consuetudinum iddem probant Salern. ad Neapod. in prohem. consuet. fol. 5. nu. 10. & Pisanell. fol. 7. sub nu. 23. in addit. incip. Consuetudines in loco, & vniuersaliter hoc iddem probat Surd. alios cumulans in consi. 371. num. 44. vol. 3. vbi dicit perin-
32 de haberi, ac si super ea esset pronunciatum, quia notorium habet vim sententiæ, & Iudex in eo procedit, non pronunciando, sed exequendo. l. emptorem. ff. de action. empt. glos. Barto. & alij in l ictus fustium. ff. de his, qui not. in- fam. quos probat Surd. vbi supra nu. 45.
33 Quinimò dum consuetudo est notoria, si in promptu exhibetur, admittitur, & eius probatio recipienda est etiam in executione sententiæ, & sic impedit sententiæ executionem, glo. & DD. in l. 2. & fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Bar. & alij in l. si de vi. ff. de iudit. Canonistæ, in c. ex parte. lo 2. de offic. deleg. post hos, & Angel. Minad. in consi. 19. nu. 4. & faciunt etiam dicta per Surd. in d. consil. 371. nu. 45. & seqq. vol. 3.

Fuit tamen valdè controuersa quæstio inter Scribentes, si Doctoribus atte-
34 stantibus de consuetudine standum sit absque alia probatione, & negatiuam sententiam receperunt Bald. in l. si is, qui. §. si Antigresis. ff. de pignor. Alexan. consi. 50. vol. 5. Purpur. in l. 1. nu. 134. & seqq. ff. si cert. petat. Bursat. in consi. 16. num. 37. plures alios cumulat, & probat Mascard. in tract. de probatio. conclus. 519. Et ea potissimum ratione moti fue-
35 runt, quia consuetudines sunt quid facti; & in facto consistunt: sed ea, quæ facti sunt, non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlimin. reuers. cum alijs cumulatis, & probatis per eundem Mascar. conclus. 732. & 937. Attamen contrariam sententiam plures defendunt, vt standum sit Doctorum assertionibus, de consuetudine loquentium, præcipuè, si essent Doctores fide digni, & onus probandi contrarium transferri in aduersarium, vt est videre penes eundem Mascard. d. conclus. 519. num. 5. & vltra per eos relatos, addimus Vrsill. in addit. ad Afflict. decisio. 195. nu. 2. vbi sic etiam decisum refert, & hoc idem

iddē sectatur Sim. de Petr. de interpret. vltim. volunt. in prohe. plures alios cumulat, & probat Surd. decis. 64. nu. 11. & tenent etiam hoc iddem Purpur. in consi. 493. nu. 5. Guttier. lib. 2. quæst. ciuil. quæst. 114. nu. 8. Sanchez in tract. de matrim. lib. 7. disput. 17. num. 8. Quæ opinio, tanquàm valdè rationabilis, est tenēda, nisi in specie probetur cōtrarium; est enim valdè inconueniens, vt Doctori, cui leges tantùm deferunt, non sit adhibenda fides, afferens esse in loco consuetudinem aliquam: nam licèt consuetudo sit facti, & facta non præsuman-
37 tur, nisi probentur, transeat hoc antecedens: at non probatur consuetudo per assertionem Doctorum, præcipuè dum contrarium probatum non est, non video firmitatem consequentiæ, & ideo illa neganda est: nam hæc probatio per assertionem Doctorum solùm est huius efficaciæ; vt donec contrarium probatum sit; fides adhibeatur assertioni prædictæ, & onus contrariū probandi trans-
38 feratur in aduersarium: quinimò eatenus defertur Doctori, vt dum habemus vnius tantum Doctoris decisionem in terminis, & non habemus contradictores, nec rationes vrgentes, & euidentes in contrarium, statur illi decisioni tanquam legi, vt scripsit Ias. in l. pen. colum. pen. C. de pact. & post ipsum Gomez. Becium consi. 23. nu. 6. Surd. decis. 229. nu. 37. Si igitur tantum eis creditur in decidendo, cur credi nequeat in asserendo, dum attestantur de consuetudine alicuius loci, saltem donec contrarium probetur; non video rationem congruam,
39 contrariam repugnantem, vt dixi; nam licèt consuetudo sit facti, tñ præsumptiuè hoc factū probatur per assertionem Doctorū, & contrarium prætendenti relinquitur onus probandi, vt dictum est.

Nonò notandum, quòd, licèt in modo sedendi attendatur consuetudo ex dictis num. 21. hoc tamen intelligitur, si appareat de tali consuetudine, & ideò
40 quamuis sit controuersa quæstio de iure, an Episcopus electus Cōsiliarius debeat sedere tāquā Episcopus, vt præferat alijs Cōsiliarijs, quãuis sit electus vltimo loco, vel debeat sedere suo loco, tanquā Consiliarius, siue Canonicus; attamen in Sacro Consilio nostro Capuano, dum Episcopus Bisiniani fuisset electus Consiliarius, causa cognita, determinatum fuit; vt sederet tāquam Episcopus, prout iam sedit statim post Præsidē Sacri Consilij, vt refert Consiliarius de Anna in consi. 40. nu. 39. 1. vol. & consi. 122. nu. 19. & seqq. volu. 2. & de hac decisione post Præsid. de Franch. meminit etiam nouissimè Reg. de Ponte decis. 8. nu. 7. Et ideò secundum hanc consuetudinem sic aliàs obseruatam, causa cognita, hodiè seruandum esset ex dictis nu. 23. & seqq. licèt enim, secundum aliquos, triplex iudicatura requiratur ad inducen-
41 dum consuetudinem, iuxta notata in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propriet. & faciunt notata per Neapod. in prohem. consuet. nu. 42. vel secundum veriorem sententiam, duplex iudicatura sufficiat iuxta tex. in l. 3. C. de episcop. audien. Barto. in l. de quibus nu. 10. & in repetitione nu. 52. ff. de legib. And. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. cum alijs cumulatis, & probatis à Ioanne Philipp. in consi. 31. nu. 33. & plures alios cumulat, & probat Sanchez lib. 4. de matrimonio disput. 1. nu. 22. vt duplex actus sufficiat ad consuetudinem inducendam tum quia vna hyrundo non facit Ver, tum etiam, quia consuetudo est habitus,
42 qui nō ex vno, sed ex frequētatis fit actibus, vt ait Philosophus, & post alios probat Gabr. in consi. 81. nu. 35. tñ plurimū facit vna iudicatura facta cum causæ cognitione, præcipuè in honorarijs, & in modo sedendi, vt dictum est, & præcitati notant Authores nu. 40. notati, & licèt Neapod. in d. prohem. nu. 49. tunc dicat ex binis iudicaturis induci consuetudinem, si in iudicaturis vocata esset Vniuersitas, & spatio decem annorum, sine quærimoniorum libellis consentit; tunc præsumatur, tacitè illam adhibuisse con sensum ad consuetudinem introducen-
43 dam: Verum contrarium dicerem, quia glo. in §. ex non scripto instit. de iur. nat. communiter recepta, vt ibi affirmat Syluest. testatur, vt in decennio, quo consuetudo introducitur, non sit necessariū, vt secundum consuetudinem illam sit iudicatum, quod etiam admittunt omnes in d. l. de quibus. ff. de legib. & in cap. fin. de consuet. & de communi testatur etiam Cels. Vgo in consi. 54. nu. 21. Surd. in consi. 335. nu. 57. vol. 3. Vbi toto consilio illo hanc quæstionem disputat: nam consuetudo alia est præscripta, quæ currit, & introducitur per spatium tempo-

ris à lege introductum, & alia est consuetudo iudicata, vt nu. 8. dictum est, quæ consuetudo non per spatium temporis, sed per iudicaturam introducitur; Doctores enim absolutè dicunt, per binas iudicaturas consuetudinem induci; & post alios hoc etiam notat Præs. de Franch. in decis. 238. nu. 3. & decis. 722. num. 11. & patet si legantur Doctores, quos supra cumulaui, si tamen nō adest
44 sedendi consuetudo, & tunc locus assignatur vnicuique secundum personarū dignitatē, & qualitatem, vt scripsit Bald. in l. obseruare. §. antequàm. ff. de offic. Procons. Natt. consi. 62. n. 7. Petr. Nunnes Auendanus in tracta. de exequen. mand. Princip. par. 1. cap. 19. nu. 16. quos probat Anna consil. 40. num. 1. & seqq. volum. 1. & in consi. 122. num. 1. & seqq. vol. 2. Et idem procedit in electione Officialium, vt eligantur secundum loci consuetudinem, semper tamen electio fieri debet de magis idoneis: sic enim intelligitur consuetudo, vt post alios notat Guttier consi. 31. nu. 23. & seqq.
45 Decimò notandum est, quòd si adessent duæ cousuetudines, vel duo statuta circa dispositionem dotium, vel aliorum bonorum, quòd tunc attenderetur statutum, vel consuetudo domicilij viri, & hoc tam circa dotis constitutionem, quàm circa eius lucrum, siue etiam circa dispositionem dotis. l. exigere dotem. vbi Barto. ff. de iudic. Bald. in Authent. omnes peregrini. nu. 4. C. commun. de successio. Afflict. in decis. 226. Deci. in consi. 19. & 402. quos recenset, & sectatur Reg. de Ponte in consi. 35. num. 3. & seq. Francis. Marc. in decis. Delphin. decis. 66. Surd. in decisio. 227. num. 1. & seq. Viuius in recoll. commun. opin. in opin. 815. Io. Mart. Aquilin. in l. si is, qui pro emptore. nu. 188. ff. de vsucap. & attenditur consuetudo, quæ vigebat tempore contracti matrimonij, vt post alios Hieronym. Gabr. in consi. 16. nu. 46. & seq. & per tot. vol. 2. Vide eundē Gabr. 46 in consi. 42. num. 3. vol. 2. Et hoc tum quia mulier effecta est Ciuis illius Ciuitatis, cuius est maritus. l. ciues, vbi glos. in verb. allectio, & l. mulieres. C. de incol. lib. 10. & l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad municip. tum etiam quia maritus trahit vxorem ad suum domicilium. Bal. in consi. 227. vol. 3. latissimè Tiraquell. de legib. connub. l. 1. nu. 28. & alij supra relati; quod procedit quando in capitulis matrimonialibus non esset appositū pactum in contrarium, vt vxoris seruetur consuetudo, vt fieri solet in hac Ciuitate, etiam dum mulieres Neapolitanæ nubunt exteris, & extra districtum, vt patet ex dictis infra par. 2. in titu. de personis q. 5. nu. 3. quod. n. hic dicitur, locum habet, quando simpliciter adessent duæ consuetudines; vna viri, altera vxoris, & pactum non esset in contrarium: quia vxor in dubio præsumitur se submittere Iuris dispositioni, qua sancitur, vt in pari statuto, & consuetudine non vxoris, sed viri consuetudo attendatur, & sic patent non esse contraria tradita hic il-
47 lis, quæ dicta sunt in d. titu de personis, quæst. 6. Si tamen duæ adessent consuetudines, vna patriæ, & altera patrisfam. quæ contraria esset consuetudini patriæ, tunc in actibus gestis ab ipso patrefam. eius consuetudo potius, quàm patriæ attenderetur, vt post alios probat Anna in consi. 59. nu. 79. vol. 1. quia patrisfam. consuetudo inspicitur ad declarationē illius actus, qui fit ab eodem, vt in l. vel vniuersorum. ff. de pignorat. act. prout ēt probat Natt. in consi. 406. nu. 27. vol. 2. Surd. in consil. 173. num. 59. volum. 2. vt alios omittam: nam omnes dicunt hoc procedere etiam respectu testamenti, vt verba dubia ipsius declarentur secundum id, quod solebat testator dicere tàm antè; quàm in factione ipsius te-
48 stamenti. † Sic etiam Iudex in decisorijs causarum sequi debet statuta, & cōsuetudines litigantium, sed quò ad obseruantiam processus etiam propriam consuetudinem sequi possit, vt probat Gemin. in cap. cum quidam num. 8. de except. in 6. & post alios Morot. in consi. 48. nu. 1. & hinc est, quòd, dum in aliquibus partibus Regni seruatur Pragmatica prima de cēsib. quòad liquidationem instrumentorum censualium, quæ pragmatica in hac Ciuitate non seruatur, si appelletur ab alijs locis, vbi seruatur ad Magnam Curiam, vel ad Sacrum Consilium, Iudices Magnæ Curiæ, & Regij Consiliarij tenentur seruare consuetudinem loci, à quo appellatum est, & ita practicatum vidi pluries in dicta Magna Curia, & Sacro Consilio circa dictam pragmaticam primam, nam sententiam dictorum locorum debitæ exequutioni demandarunt.

Con-

Consuetudo tamen non potest quæcunque introducere, sed rationabilia,
49 & quæ sunt legitimè facta, † & ideò non potest consuetudo introducere, vt Summus Pontifex non possit negotia expedire sine consilio, & assistentia Cardinalium. Innoc. in cap. bonæ. lo 2. de post. Prælat. Abb. in cap. 2. de cler. non residentibus. Francis. Marc. in decis. 1297. n.
50 6. & hoc ea ratione, † quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ, contra quam non currit aliqua præscriptio, vt per eosdem authores.

51 † Secundò consuetudo introducere non posset, vt nobiles, qui de iure non possunt torqueri, torqueantur, vt post Ioan. de Plat. & Bart. testatur Francisc. Marc. quæst. 665. nu. 4. Sed contrarium seruari vidimus etiam in titulatis: imò Rex potest mandare: vt isti priuilegiati torqueantur secundum suam conscientiam. Glos. & Andr. in Constit. Regn. prosequentes. De Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 2. nu. 6.

52 Tertiò nec consuetudo posset introducere, vt moniales ad libitum exire possint ex monasterio, facta professione. cap. 1. vbi Gemin. de stat. regul. in 6. post alios Francis. Marc. quæst. 908. num. 2. & per totam quæst. nisi tamen in casu morbi, & infirmitatis, quando aliàs non posset cum alijs monialibus morari sine graui periculo eas infectandi. d. c. 1. de stat. regular. in 6. Marcus d. quæst. 908. Quæ omnia fiunt cum licentia Sedis Apostolicæ, vel saltem Episcopi loci, si Sedes Apostolica consuli nequeat, & ita seruari videmus in praxi.

53 Quartò ambigitur, si consuetudine introduci possit, vt mors Prælati denuncianda sit Principi sæculari, vt ab eo licentia eligendi alium Prælatum postuletur, & sic distinguitur; quia aut Princeps haberet potestatem in electione, ex tali consuetudine, vt consentiat in persona eligenda in Prælatum, & tunc nullo modo valeret consuetudo, quia electio non esset libera in personis Ecclesiasticis, vt de iure esse debet. cap. 1. de consuet. &
54 cap. cum terra. de elect. † quia omnis consuetudo impediens, vel restringens libertatem Ecclesiasticam, non tenet, vt in dictis Iuribus habetur, & hoc expressè sancitum est de iure Regni, vt in cap. incip. item statuimus; quod officiales, de quo meminit Andr. de Isern. in repert. constit. in verb. clerici, lo 2. & iddem sequitur Surd. consil. 301. nu. 54. vol. 3. consil. 396. nu. 33. in 3. vol.

55 Quinimò non solùm procedit, si inferret præiuditium personis Ecclesiasticis, sed etiam earum bonis; quia illa bona Dei, & pauperum esse dicuntur. cap. videntes. 12. quæst. 1. cap. vlt. 16. quæst. 1. & cap. conuenior. 23. quæst. 8. vnde non debent conuerti ad profanos vsus. cap. nulli, de reb. eccles. alien. vel non. cap. quod semel Deo dicatum. Vbi Dyn. Ioã. Andr. & alij de regu. iur. in 6. Port. qui alios citat in consi. 62. n. 10. Franc. Marc. quæst. 446. nu. 5. & seqq. & quæst. 1026. nu. 1. & plura ad hoc tradit Surd. consil. 2. per tot. volum. 1. vbi ad plures infert quæstiones circa materiam istam; ad quē me remitto, quia non concernunt mate-
56 riam istarum consuetudinum: † Nolo tamen omittere, consuetudinem introducere non posse, vt Rex iurisdictionem habeat in Clericos, & Ecclesiasticas personas, quod eatenùs est verum, vt procedat etiam si esset consuetudo inueterata, & ex permissione Summi Pont. adhuc enim non valeret, vt post Felin. in cap. 2. de maior. & obed. & alios probat Surd. in decis. 129. num. 5. Sic etiam Roland. à Vall. in consi. 23. nu. 9. vol. 2. & in conf. 4.
57 n. 11. vol. 1. Et ratio est, † quia omnis cōsuetudo laicorum, quæ Ecclesiæ præiudicium affert, nullo modo valet, vt ex multis probat idem Surd. in tract. de alimen. tit. 9. quæst. 17. num. 8. De qua materia latissimè dixi in tract. 2. de censur. in explicatione Bull. Cœn. Domini cap. 16. num. 6. & seqq. vbi explicaui casus à Iure permissos, in quibus sæcularis Iudex contra Ecclesiasticas personas legi-
58 timè cognoscere potest. † Aut verò quærimus, si consuetudo possit introducere, vt mors Prælati denuncietur sæculari Principi, vt notitiam habeat de Prælati electione, non iam, vt ipse in electione votum habeat, vel aliquo modo se ingerat tāquam vnus ex eligentibus, sed solum vt electores admoneat, vt bonum Prælatum eligant, sibi, & Regno fidelē, & vt Ecclesiam ab aliorum oppressione defendat, & nè quid prauitatis in illa electione interueniat, & tunc multi defendunt consuetudinem istam esse validam, ita probarunt glo in cap. sanctio, extra de pœn. Innoc. in c quod sicut, de elect. & alij, quos cumulat, & probat Francis. Marc.

Marc.d.quæst. 1026. num.3. & 9.& in quæst.1184.nu.3 Tessaur. in decis. 131. quod etiam probat Ioan.Azor. tomo 2. moral.lib.10.cap.7.quæst.7. Et defendit etiam Ioan.de Selua in tract.de benefic. par.2.quęst.23.nu.5. Et hoc ea ratione,
59 † quia ipsius Regis interest, ne aliquis eligatur sibi suspectus, qui secreta Regni sui posset reuelare suis inimicis: quam rationem probat Innoc.in cap.super ijs, de accusat.Abb. in d.cap. quod sicut. §. super eo.de elect.Marc.d.quęst.1026 nu. 4. Sic etiam ipsius Regis interest nosse, quinam sint illi, qui Ecclesiam intra eius Regnum sint administraturi, vt post prędictos,& plures alios scripsit Couarru.in regul.possessor. par. 2.§.10.num.5. vers. olim apud Hispanos,in verb. etenim, & Regis interest. mihi fol. 521. Francisc. Marc.decis.355.num.5.qui plus dicit,vt Rex in hoc casu possit aduersus talem electionem se opponere;quod etiam defendit Tessaur.d.decis.131.de qua materia dixi loco citato nu. 57. supra, & remitto me iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius est in hoc, & similibus iudicare.

60 Quintò est quæstio, num consuetudine, vel statuto introduci possit, vt fœminæ non possint nubere cum earum hęreditate extra territorium sub pœna amissionis hęreditatis, & affirmatiuam sententiam, secuti sunt Barto. in l.ædicimus.C.de mur.regul.lib. 10. & alij, quos enumerat Hierony.Gabr. consi. 12. nu. 7.vol.2.& alij,quos re. enset Sanchez in tract.de matrimonio lib.1.disput.33.nu. 13. Sed contrariam opinionem veriorē esse, tale statutum, siue consuetudinem validam non esse, defendunt Butr. & Abb.in cap. 1. de sponsal. vbi Felyn.nu. 20.Idem Abb.in cap. ecclesiæ S.Mariæ. num. 15. de constit. vbi etiam Felin. nu. 61. Deci.num.37.idem Deci.consi.231. num. 5. Alex. consi. 97. vol.3. post hos Ioan.Andr.& alios.Gabr.d.consi.12.nu. 10.& seqq.& ratio communis est, quia talis consuetudo est aliquo modo impeditiua, & restrictiua matrimonij, quæ debent esse libera, vt etiam pœna apposita contra aliquem, si non duxerit aliquam in vxorem, omnes dicunt, vt de iure non debeatur, quia est restrictiua, & impeditiua matrimonij: de qua re plura dixi in consi. 12. vbi hanc materiā explicaui.

61 Nec obstat, quatenus dicitur, vt valeat statutum, & consuetudo, nè bona alienentur in forenses (quamuis statutū, siue consuetudo ista non extendatur ad Ecclesiasticos, vt dixi in d. tract. 2. de censur.cap.16.num.50.& seq.) Nam hic est diuersa ratio, quicquid sit de illo statuto; matrimonia enim ex omni parte debent esse libera, & ob hanc rationem statutum reijcitur, quæ ratio non viget, nè bona alienentur in forenses; imò tale statutum, si Ecclesiasticam non lędit libertatem, multùm rationabile solet esse in beneficium omnium Ciuium, nè ab exteris opprimātur, vt multoties euenit.

Nec obstat Secundò, quòd multi te-
62 nent, & re vera sic est, † pacto fieri posse, nè quis nubat extra territorium, & pro pręmio totam hęreditatem alterius habeat, vt defendunt Molin. Guttier.& plures alij; & patet ex dictis in alleg. consi.12. Ergo iddem fieri potest per statutum; valet enim argumentum de pacto ad statutum, vt dictis 4.par.in titu.de renunciat.quæst.17.nu.7. Nam respondetur id euenire, quia certam tantùm personam respicit quæ spe lucri inuitatur ad matrimonium contrahendum. At in casu nostro esset secus, quia est lex pœnalis, nè quis nuberet extra territorium sub bonorum amissione, vt loco citato dixi, & proinde ex diuersis non fit illatio.

In hac controuersia sic ex mente aliorum distinguit Gabr. d. consi. 12. nu.15.
63 † quòd aut tale statutum, vel talis consuetudo applicaret hęreditatē iam dictā descendentibus, aut fisco, primo casu subdistinguitur, quòd, aut sumus in terris subiectis Ecclesię, & nullo modo valeret talis consuetudo, vel statutum. si verò essemus in terris non subiectis Ecclesiæ, & tunc seruātur saltem de facto, licèt non valeant de iure. In secundo verò casu nullo modo valet talis consuetudo, siue tale statutum; siue essemus in terris subiectis Ecclesiæ, siue non, vt latius per eundem Gabr.loco cit.& sic patet resoluta quæstio, de qua etiam dixi d.consi.12. nu.30. & seqq.

64 Nec etiam valeret cōsuetudo, vt Monachus testari possit, vt post alios scribit Natt.consi.97.num.11.vbi num. 12. hoc iddem dicit procedere, non valere consuetudinem, vt bona relicta Monacho, retineat Monachus penes se, donec vixerit

xerit,& de pluribus alijs non valeret cõsuetudo; non insisto in hoc, videndus est Stephan. Gratian. in decisionib. Marchię decis.61.nu.8.

65 Postremò, vt hoc caput concludam, consuetudo non potest introducere, nec permittere vxorum pluralitatem, quia ex Iure Diuino etiam Euangelico, vxorum pluralitas est prohibita, vt ex veteri, & nouo testamento, ex iure Ciuili, & Canonico, ex Patribus, Theologis, & Vtriusque Iuris Doctoribus, cumulatissimè probat Menoch. lib.2. de arbit. Iud. cas. 420. ostendens in veteri testamento ex Dei dispensatione, & ad populi humani propagationē fuisse aliquibus per-

66 missam vxorum pluralitatem. † Quò fit, vt dum consuetudo solùm aduersus Ius humanum, non autem aduersus naturale, & diuinum introduci valeat, vxorum pluralitatem nequit permittere, vt latiùs probat Sanct. Antonin.3.par.tit. 14. cap. 16.§.2. post Sotum, Couarr. & alios Sanchez in tract. de matrimonio lib. 7. disp.

67 80.nu.10. † quamuis consuetudo possit introducere, vt non seruentur tot impedimenta matrimonij, siue, & in idem redit, potest abrogare legem constituentē impedimenta dirimentia matrimonia, de Iure humano introducta, vt habetur in cap. super eo, de cognat. spiritual. vbi Hostien. & alij, quos probat Sanchez de matrim. lib.7. disp.4. nu. 14. quem sequitur Salas in tract. de legib. tract. 14. disp. 19. sect. 10. nu. 80. & seqq. quamuis multi in hoc teneant contrarium; sed hæc non est materia nostra, & me remitto ad pręfatos authores.

AN OFFICIA VENDI POSSINT.

Caput Sextum.

SVMMARIVM.



Inter habentes æqualem dignitatem, prioritas temporis in præcedentia attenditur, nisi posterior in tēpore maiorem obtineret dignitatem. nu. 2. Consuetudo tamen potest contrarium introducere. num. 3. quæ consuetudo inter easdem personas, & quoad easdem dignitates tantum procederet nu.4.

Doctores loquentes de venditione officiorum recensentur. nu. 5.

Officia, attento Iure Diuino, etiam si haberēt iurisdictionē admixtam possunt à Principe vendi. nu. 6. recensetur tamen cautela, vt talis venditio valeat. nu. 16, 17. & 23. Num vendi possint subhasta plus offerenti. nu. 21. & quid in hoc Regno. nu. 7.

Gratia concessa Ciuitati Neapolis à Philippo Secundo, de anno 1558. nè officia vendantur, recensetur. nu. 8.

Officiorum venditiones multa inducunt mala, quæ nu. 9. recensentur.

Emens officium, animum vendendi iustitiam, & pecuniam fisci in proprium vsum conuertere præsumitur habere. nu. 10. & 13.

Princeps qua ratione legitimè vendat officia, quæ principaliter non habent annexam iurisdictionem. nu. 11. & 12.

Quæ conditiones necessariæ sint, vt officiorum venditiones valeant. n. 13.

Creditoribus in vtroque foro solutio facienda est secundum temporis anterioritatem, & præcipuè pauperibus. num. 15.

Oblationes si plures fiant in officiorum emptione quænam illarum sit præferenda. nu. 16.

Publica vtilitas priuato commodo, etiam fisci, præferenda est, nu. 16. in fi.

Consuetudo nutritiua peccati, etiam si esset immemorabilis non est seruanda. num. 17.

Barones non possunt vendere officia, etiā secundum consuetudinem, & ratio affertur, num. 17. quid autem, si non habeant iurisdictionem annexam. nu. 20.

Consuetudo non inducitur, sed præscriptio ab illis personis, quæ non possunt contra legem dispensare. num. 19.

Ecclesia non vtitur regula, vt res eius plus

plus offerenti concedantur, & vera rationes re. ensentur. nu. 22.



1 SEd quoniam præcedenti capite nu. 18. & seqq. dictum est, vt etiam in honorarijs, ideft in officijs, & officialibus circa ipsorum præcedentiam, loci consuetudo attendatur; nè igitur dubitatio aliqua ex ibidem dictis oriatur, dico, id procedere circa præcedentiam, & modum sedendi inter eosdem officiales tantùm, & vltra ibi dictà hoc latius nouissimè ostendit Reg. de Pont. in decisionib. Collateralis Consi. decis. 8. adeò

2 vt licèt † inter habentes æquales dignitates, ille præferatur, qui prior in tempore dignitatem obtinuit; attamen, si aliquis tempore posterior maiorem obtineat dignitatem, præfertur illi, qui prior in tempore minorem obtinuerat dignitatem ex tex. in l. 1. C. de Consul. lib. 10. c. statuimus. de maior. & obed. cum alijs

3 cumulatis d. decis. 8. num. 1. & 2. † Consuetudo tamen introducere potest, vt seruetur contrarium, vt prior in tempore, etiam minorem habens dignitatem, præferatur illi, qui in tempore posterior maiorem obtinet dignitatem, vt probat Farinac. decis. Rot. Rom. 595. nu. 1. post Frecc. & alios probat idem de Pont. d. decis. 8. nu. 3. & 10. vbi sic etiam decisum

4 esse affirmat pluries. † Sed, vt benè aduertit num. 11. dum consuetudo hæc est contra Iuris communis dispositionem, seruanda est in casu suo particulari, & ad alium casum, & inter diuersas personas nullo modo debet extendi; nam, vt pluries dictum est, consuetudo cùm sit stricti iuris, in casu suo tantum seruatur, nec de re ad rem, nec de persona ad personā extenditur, vt dixi, præcipuè cap. præced. nu. 10. & 11. etiam quia Ius commune, quantò minùs potest, corrigi debet, & ita fuit decisum in materia præcedentiæ Titulatorum, siue Baronum, vt habetur d. decis. 8. in fi.

5 Cùm igitur hæc vera sint, dubitatio oriri potest, num etiam in officijs quoàd eorum venditionem attendi debeat consuetudo loci; de hac quæstione plura tradunt DD. in l. Barbarius. ff. de offic. Præsid. & in alijs locis, vt latius habetur penes Tellium Fernand. ad ll. Thauri l. 26. num. 11. & seq. qui melius, quàm alij hanc materiam examinat: Nonnulla etiā ponunt Reg. de Pont in tract. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic in princ. & in suis decisionibus decis. 7. decis. 37. & alibi. Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 19. nu. 6. Ant. Gamb. in decis. 20. lusit. D. Thom. opusc. 21. ad Ducissam Brabantię, Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 7. & seqq. Lopez in suo instruct. cas. conscien. par. 1. c. 130. Molin. in tract. de iust. & iur. disput. 91. Ferdin. Rebell. par. 2. de obligat. iust. lib. 9. quęst. 18. sect. 2. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. de symonia cap. 8. nu. 30. & 31. cap. 20. nu. 6. & aliqua etiam cap. 29. Aliquos alios citat Consiliarius Rouit. loco citando nu. 7. ex quorum dictis pono sequentes conclusiones.

6 Prima conclusio, Iure Diuino attento, potest Princeps, & etiam Papa vendere officia temporalia, quæ habent iurisdictionem principaliter annexam, cōclusio est D. Thom. & aliorum Theologorum, quos num. præced. citaui; quam ea probant ratione, quia officia temporalia sunt per se, & ex propria eorum natura prætio æstimabilia, & ex eorum venditione, vt sic nullam continent deformitatem, hoc est, si in sola venditione ipsorum sistamus: sed deformitas, quæ solet indè oriri, quia nempè ille, qui emit officium, iustitiam vendere præsumitur, vt nu. 10. dicetur, potest per Principem tolli, si adhibeat prudentiam, & diligentiam in talium officiorum venditione, vt nempè vendantur personis idoneis, & in Dei timore versatis, & à quibus nec Reipub. nec ciuium detrimentum aliquod suspicari possit, & vt vendantur iusto prętio, vt docet S. Thom. d. opusc. 21. & post Couarr. & alios Suar. d. lib. 4. c. 8. n. 30. & 31. Rebell. d. sect. 2. & plures alij, etiam Ciuilistæ hoc docent, quos sequitur Reg. de Pont. d. tit. 3. in

7 princ. nu. 9. † Dixi, attento iure Diuino, quia ipsi per leges particulares prohibēt in specie, ne officia vendantur, & in Hispania sunt multæ leges, quæ hoc prohibent, quas referunt Molin. & Rebell. locis cit. n. 5. & in hoc Regno adest Regia pragmatica 2. de Officialibus, & ijs, quæ sunt eis prohibita, & adsunt multæ gratiæ factę huic Regno per antecessores Reges, quas hęc fidelissima Ciuitas de anno 1557. inseruit in vnum, & supplicauit Inuictissimo Regi Philippo II.

fo-

fœlicissimæ memoriæ, vt dignaretur illas gratias confirmare, & in specie, vt officia, etiam quæ principaliter non habent iurisdictionem annexam, nullo modo venderentur, sed darentur regnicolis, & personis idoneis ad euitãdum tot mala, & abusus, & Rex ille Catholicus ita decreuit, vt habetur in capitulis, & gratijs fol. 159. à tergo, in fin. Videlicet
8 † Placet Regiæ, & Catholicæ Maiestati quòad officia, quæ ad iustitiæ administrationem pertinent, quòad alia, dabitur opera, nè cuipiam, nisi probis, & idoneis personis, (cùm ea vacare contingat, in posterum commendentur) de qua gratia meminit ad hoc propositum Reg. de Ponte d. tit. 3. de electio. official. in princ. nu. 11.
9 Quæ quidem Iura, & gratiæ optima ratione fundantur, & optimum habent finem, nempè vt offensiones Dei, oppressiones ciuiũ, Regij patrimonij, imò omnium Regnorũ destructiones euitentur: quæ omnia mala ex dictorũ officiorum vẽditione occurrere solent, vt notant omnes præcitati DD. & post alios Reg. de Pont. d. tit. 3. nu. 10. 13. & 14. vt alios omittam; nã est res tã manifesta, vt ẽt ad sensum fit euidẽs, vltra quod Imperator Iustinianus in §. inuenimus. Auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, omnia prædicta mala enumerat euenire ex officiorum venditione, cuius aurea verba ad verbum inserit prænarratus Marchio de Ponte d. nu. 14. & inter alia sunt in-
10 frascripta, videlicet. † Quapropter eius, quod ab eo datum est triplum, magis autem si oportet verius dici, decuplum erit, quod à subiectis nostris exigitur: & ex hoc etiam fiscus imminuitur, nam ea, quæ oportebat in fiscum inferri, eò q͂ administrationem habet, puris vtentem manibus, hoc ad propriam vtilitatem redigens, qui administrationem habet, inopem faciẽs nobis collatorem, inopiam illius, quæ per ipsum agitur, nobis reputat, &c.) Et demum Imperator ipse concludit, vt ex hac causa omnia mala tam enarrata nu. 9. quàm alia oriantur; quia dum delinquentes sua crimina à Iudicibus prætio redimere sperant, & leges, & Iudices etiam contendunt, & per pecuniam euadunt impunes. Cùm igitur non possit ad hæc mala melius adhiberi remedium, nisi concedendo gratis officia personis idoneis, & in timore Dei exercitatis, ideò, vt hoc fiat, etiam Reges ab huiusmodi venditionibus abstinere debent, si eorum Regna destruere nolunt.
11 Secunda conclusio, officia, quæ principaliter, & per se non habẽt iurisdictionem annexam, tam ex iuris dispositione, quàm per receptam in hoc Regno consuetudinem venduntur à Rege: hanc cõclusionem admittunt omnes prænarrati DD. quia Ius Diuinũ non repugnat, nam vt dictum est nu. 6. etiam hoc permittit, si habeant iurisdictionem annexam, eò igitur magis: hoc permittit in hoc secundo casu, & ratio omnium est manifesta, quia officia prædicta non venduntur propter aliquam iurisdictionem, quam habent annexam, sed solùm propter temporale emolumentum, quod ex illis officijs percipi solet, vt propter honorem, propter præcedentiam, propter salarium annuum, quod inde consequuntur, quo casu succedit clara regula in vtroque foro recepta, vt quicquid est temporale, si per se, & ex sui natura nudè, & simpliciter spectetur, est vendibile, cap. vlt. vbi Abb. ne Prælat. Vic. suas.
12 † & hæc conclusio est adeò vera, vt etiã p̃cedat quòad officia Ecclesiastica temporalia, vt sunt clericatus Cameræ: Pontifex enim illa vendere solet, non iam propter iurisdictionem annexam illis officijs, sed propter illud temporale commodum iam supra relatum, quod indè percipitur, vt post alios probat Suarez d lib 4. de symon. cap. 20. nu. 6. & est Romæ inueterata consuetudo quò ad hoc.
13 Est tamen aduertendũ, vt hæc venditio licito iure, & legitimè fiat, debeat habere illa requisita, quæ nu. 6. retuli; quia si non vendantur personis idoneis, & à quibus non timeatur, & Reipub. & Ciuibus damnum aliquod inferri, & vendantur prętio iusto, vtique aliqua ex malis nu. 9. & 10. enumeratis sequentur. Primò isti tales pecuniam, quam paratam tenere debebant in beneficium Regij Fisci, vt Fiscus de illa ad eius libitum, & pro suis necessitatibus disponeret, in proprium vsum conuertent, prout de multis Dohanerijs, & alijs Regij Patrimonij Arrendatoribus in hoc Regno multoties euenire videmus; quorum aliqua refert exempla Reg. de Pont. decis. 7. & decis. 16. Vbi ob similia crimina ali-

quos ex Officialibus fuisse priuatos eorum officijs, etiam ex pecunia emptis, refert & alios dicit fuisse coactos officia illa vēdere, prout etiam notat d. tit. 3. de
14 elect. offic. §. 1. † Secūdò sequentur exactiones iniustæ, quia dum nimio prætio officia emunt, non inquirunt vtilitatem publicam, sed omni diligentia inuestigant, & omni industria, & fraude quærunt, quomodo prætium exbursatum in officiorum emptionibus vnà cum vsuris habeant, & proindè non solum triplum, sed etiam decuplum iniustè exigere procurant, vt aduertit Imperator in d. §. inuenimus, vers. an certè. Vbi & si loquatur de Iudicibus, qui emunt officia, quæ habent iurisdictionem annexam, tamen ratio illa procedit in emptionem omnium officiorum, & iam nostro malo fato pluries hoc practicatum vidimus, quia similes exactores non soluunt, quibus
15 soluere tenentur, † seruata forma instrumētorum prioribus in tempore, nec soluunt pauperrimis creditoribus, quòd in vtroque foro facere tenentur, vt post D. Thom. opusc. 63. cap. 18. & alios notat Rebell. par. 1. de obligat. Iust. lib. 2. q. 19. tota. Sayrus lib. 10. Clauis Regiæ tract. 5. cap. 10. num. 13. & seqq. iuxta notata in l. qui prior. de iudit. & toto titu. ff. & C. qui potior. in pigno. habean. Sed soluunt illis, qui plus de tertijs relaxant in ipsorum exactorum commodum, & sic populorum, & præcipuè pauperum oppressio, & conculcatio, iustitiæ despectio, & Regij Patrimonij, imò totius Regni dissipatio sequitur, vltrà innumerabiles Dei offensiones; quas omnibus alijs malis vnusquisque præferre debet, & præcipuè Princeps, cuius proprium officium est, in hac materia signanter, omnibus prędictis remedium adhibere, cum hoc in eius potestate positum sit, vt venditiones prædictas non faciat.
16 Vt igitur tot mala euitentur fieri debent proclamata in prædictorum officiorum venditione, & quòd ad hoc laudabilis est consuetudo, vt ad notitiam omnium perueniāt dictorum officiorum venditiones adhoc, vt venditionum prędictarum habita notitia, oblationes faciant, & inde Regij patrimonij commodum, & augmentum resultet. Verùm non sunt liberanda officia prædicta plus offerenti, sic enim sequerentur mala prędicta; sed recipiendæ sunt oblationes, & Regij ministri debent illas priuatim considerare, si in offerentibus adsint illę tres conditiones. Primò si sint personę idoneæ, & timoratæ. Secundò, si ex illis non possit resultare damnum Reipub. & Ciuibus, & Tertiò, si prætium sit iustum, & debent hęc omnia oculatim inspicere: & si primæ duæ conditiones adsint in alicuius oblatione; in qua non sit prætium æquiualens alijs oblationibus aliorum, illa oblatio recipienda est, relictis alijs, quæ maius prætium continent, & ratio est manifesta; tum quia hoc modo est licita officiorum venditio, vt nu. 6. & seqq. dictum est, tum etiam quia sic est gratia cōcessa huic Regno, vt personis idoneis dicta officia commendentur, vt nu. 8. dictum est, & consequenter si deberent sine prætio comendari, satis est, si adest prætium sufficiens, & publica vtilitas, quæ priuato commodo, etiā fisci præferenda est. l. vtilitas. C. de primipyl. lib. 10. cum vulg. alijs. Ex quibus
17 sequitur; † quòd si consuetudo alitèr introduxisset, quia illa esset causa tot malorū, & principaliter nutritiua peccati, & fraudis, nullo modo seruanda est, vt not. DD. in cap. fin. de consuet. Reg. de Pont. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. lect. 4. nu. 50. plures cumulant addentes ad Farinat. consi. 15. lit. F. idem Farinat. hoc explicat in primis decisionibus decis. 138. nu. 10. vbi in specie tradit, non valere consuetudinem in materia vsuræ ex regula text. in c. quia in omnibus, de vsur. & in nouis hoc iddem probat decis. 331. nu. 2. 336. nu. 8. & alibi, quod eatenus est verum, vt locum habeat, etiam si esset cōsuetudo immemorabilis, qui adum irrationabilis est, potius corruptela, quàm consuetudo dicitur, vt notauit glo. per illum tex. in c. 1. de consuet. in 6. post Deci. Paris. Menoch. & alios, Flamin. Paris. lib. 5. de resignat. beneficior. q. 6. nu. 120. 123. & 124.
18 Tertia conclusio, inferiores à Rege, vt sunt omnes Barones, non possunt vendere officia; quæ habent annexam ex natura rei iurisdictionem: cōclusio est omniū, quia leges tam communes, quàm municipales locorum hoc illis prohibēt, & in particulari in hoc Regno, vt habetur in pragmatica 4. incip. Et inter alia, sub tit. de Baronib. Quę officiorum venditio illis prohibetur sub pœna vnciarum centum

sum cum amissione pecuniæ receptæ ex officio: de qua pragmatica meminit ad hoc propositum. Idem de Pont. d.tit.3. de elect.offic.in princ. nu. 12. Nec consuetudo potest quòad has personas contrarium introducere, & ratio est euidēs; nam Barones non possunt quòad hoc dispensare, quia tenētur seruare leges, nec
19 possunt contra leges dispensare, † & in illis, in quibus aliquis dispensare non potest, non inducitur consuetudo, sed præscriptio, vt consuluit Barto. consil. 136.& Alex.consi.173. lib.6.quos etiam probat idem de Ponte in repet.text.in cap.1.lect.5.num.31.de his, qui feudum dar.poss.quæ quidem præscriptio hic locū habere nequit. Si enim Barones hoc faciunt, non palàm, sed clam facerent, & dum illud scitur à ministris Regis, puniunt præfatos Barones, seruata forma Iuris, & consequenter nulla potest induci præscriptio, nec consuetudo, itaque conclusio verissima est.

20 Quarta conclusio, si prædicta officia non habeant iurisdictionem annexam, possunt Barones illa vendere, si ex consuetudine hoc eis permittitur: hanc conclusionem ex multis probat Reg. de Pōte decis.37.ad cuius doctissimè dicta me in hoc remitto, quamuis illa causa decisa non fuit, vt ipsemet affirmat in fine dictæ decisionis. Et ad hanc conclusionem probandam plura ēt tradit Tellius Fernand.loco cit.nu. 5. Et hæc satis sint pro hac quæstione, quæ omnia discutere volui tanquam concernentia materiam consuetudinum, vt in principio huius quæstionis notatum est, & vt sciretur, quidnam possit consuetudo in hac officiorum materia, faxit Deus, vt quod Iuris, est decēs, & vtile quoad omnes, seruetur, vt tot perniciosa euitentur mala; clarum est enim, vt dum vēditiones huiusmodi fiunt, lucrum præsentaneum tātùm, & apparens inspiciatur, & non consideratur damnum enormissimum futurum, & Regio Patrimonio, & toti Regno, & spe lucri incerti temporalis, quòd multoties in certum conuertitur dam-
21 num, æterna bona amittuntur. † Quinimò plus dico, vt in hoc casu nullo modo possit iustificari solitum, seu consuetudo vendendi officia ad extinctum candelæ, ac medijs subhastationibus: nam quoties bona aliqua iusto prætio vendi debent, & in eorum venditione cauendę sunt fraudes, non habet locum regula, vt bona illa dentur plus offerenti, tum quia committerentur fraudes, tum etiam quia non esset pretium iustum respectu veri valoris illorum bonorum, sed secundum hominum cupidigiam, & prauam
22 voluntatem; † hinc est, quia in venditione bonorum Ecclesiæ supradictę duę conditiones interuenire debent, non valet regula, vt res, quę subhastantur, liberentur plus offerenti, sed illi, qui iustum obtulit prętium, vt ex multis probat Iodocus Damhouder.in tract.de subhastat. cap. 5. nu.22.& seqq.vbi iustè repręhendit Prælatos, qui contrarium in praxi seruant, sub prætextu, vt velint facere res Ecclesiæ meliores, tum quia res Ecclesiæ vendi debent solùm iusto prętio, vt not. glos. singul. in cap. hoc ius porrectum. 10. quęst.2. vbi Archid. tū etiam, quia fraudes euitari debent à contractibus Ecclesię. cap. per tuas, extra de donat.cap.1.vbi glos.& Andr.de alie-
23 nat. feud. † Quis igitur erit tam cæcus, vt non videat, quòd si officia venderentur subhasta, fraudes innumerabiles committerentur, iustum prætium non interueniret, sed prout libido habendi officium offerentes incitat, ita offerentur? & quis videre nequeat, vt quantò plus offerant, tantò peior pręsumatur eorum mala intentio, vt ex aureis verbis Imperatoris Iustiniani n.10.notatum est? Cautela est igitur, vt affigantur cartellæ, vt fieri solet, vel fiant proclamata (quamuis hoc vltimum non esset ita decens, vt est primum) & tunc qui habent animum offerendi, faciāt eorum oblationes, quas oculatim postea illi; ad quos spectat, videant, & perscrutentur, & quæ habent conditiones requisitas, admittant, etiam si minorem contineant quantitatem, & alias reijciant, vt nu.16. & 17. notatum est, & hactenus de hac prima parte.

DE PERSONIS, QVAE PER HAS CONSVETVDINES LIGANTVR.

PARS SECVNDA. TIT. I.

His igitur præhabitis; videndum est de duobus, & Primò de personis, quæ ligantur his consuetudinibus. Et Secundò in quibus bonis locum habeant, & an compræhendant bona sita extra territorium.

SVMMARIVM.



OMNES Ciues, & habitantes Neapoli ligantur his consuetudinibus.num. 1. & quarè. num.3.

Consuetudines istæ communi ciuium consensu fuerunt approbatæ.nu.2.

Exteri ligantur actiuè pro bonis sitis intra districtum.nu.4. 5. & 9. Procedit hoc siuè in personam, siuè in bonis loquantur.nu.6.7.

Statutum, habens pro ratione finali, vt bona conseruentur in familia, siuè in rem, siuè in personam loquatur semper ligat forenses,nu.8.vbi etiam traditur, vt etiam ligentur statuto de præscriptione debiti.

Inter succedentes debet seruari æqualitas.nu.10.

Habitantes in aliquo loco ligantur consuetudine loci tam quòad festorum obseruantiam, quàm quòad esum carnium. nu. 11.

Vsus carnium in die Sabbathi an sit Grecis permissus.nu.12.

1 CIrca Primum assumptum, sciendum est, omnes ciues, & habitantes per ordinariã habitationem in hac Ciuitate ligari dispositione harum
2 consuetudinum, † quia ipsæ consuetudines cõmuni voto, & consensu ciuium fuerunt approbatæ, & vt in § præfatis in prohem. ipsarum consuetudinum fo. 24. vbi omnes, & dictum est supra par. 1. cap. 5. nu. 1. Vnde omnes ciues tenentur ipsas consuetudines obseruare, & dum nõ sunt ciues, sed habitatores, siue incolæ;
3 † obstat alia ratio, quia voluntariè eorum domicilium in hac Ciuitate constituerunt; igitur necessariò censentur obligati obseruare omnia statuta, & omnes consuetudines ipsius loci. l. 2. & l. si in patria. Vbi Bar. Luc. de Penn. & alij. C. de incol. lib. 10.
4 Sed vt magis ordinatè procedam, aliquas subijciam quæstiones, sine magna discussione pertractandas, sed tantum secundum veritatem. Et Primò quæro, an istæ consuetudines ligent exteros pro bonis sitis in districtu huius ciuitatis? Hæc quæstio habet duo capita, quorum primum est, si exteri actiuè ligentur dispositione harum consuetudinum. Secundum est, si passiuè, an scilicet in beneficium ipsorum procedant istæ consuetudines, & affirmatiuè respondeo in vtroque capite.
5 Siquidem exteri actiuè ligantur dispositione consuetudinum pro bonis sitis in districtu huius Ciuitatis, & proindè cùm disponunt, non possunt disponere, nisi seruata forma consuetudinis, vt euitetur fraus, sic scripsit Ant. de Alex. in addit. ad Neapod. in prohe. in §. per quod
6 fol. 44. & additur alia ratio, † quia hæc con-

consuetudo principaliter respicit bona sita in districtu, vt infra dicetur: quo casu est absolutum, etiam exteros compræhendere, vt habetur in l. 1. vbi omnes. C. de summ. Trinit. vt scripsit Aymon. consi. 271. quem sequitur Camillus Salern. in d. prohem. Neapod. fol. 46. lit. A. Phanut. in tract. de lucro dot. glos. 9. nu. 27. Arnald. Ferron. in simili, in consuet. Burdigalens. in titu. de testam. §. 7. vers. quid si quis habet bona alibi sita. Alexã. consi. 49. vol. 5. Ancharan. cap. 1. col. 47. vers. quæro iuxta prædicta, de constitut. Idem Alex. consi. 19. nu. 7. & seq. vol. 6. & consi. 111. nu. 8. vol. 7. post hos Bald. Lap. Curt. Brun. & Grat. Ant. Gabriel in tit. de statut. concl. 8. nu. 29. & seqq. plures alios cumulat, & probat Brunorus à Sole in compend. resolut. proposition. iur. in verb. statuti dispositio etiam ad forenses, & omnes hoc docent, si credimus Salas in tract. de legib. tract. 14. disput. 19. sect. 16. & disput. 14. sect. 4. præcipuè num. 45. §. alia opinio, vbi optimis
7 rationibus hoc probat: † statutum enim ratione bonorum, in territorio statuentium existentium, potest contra forenses disponere. Bald. in l. fin. col. 2. C. sine censu, vel reliq. Castren. consil. 329. col. 3. vers. & posito. lib. 1. Alex. cons. 68. col. 3. vol. 2. Deci. Curt. Cephal. & alij, quos etiam probat Brunor. loco cit. in verb. statutum ratione bonorum, & in verb. statutum vires suas. Et licèt nonnulli cõtrarium teneant, vt per Surd. consi. 2. nu. 27. & consi. 257. quos etiam probat nouissimè Farinat. decis. Rot. Rom. 413. Tamen Gabr. loco supra cit. num. 13. dicit, eorum opinionem procedere, quando statutum respiceret personas tantum, secùs si vtrunque, vel indefinitè, quia tunc, etiam secundum eos, est vera opinio nostra, secundùm quam refert iudicatum Petr. Pecchia lib. 4. de success. tàm à testato, quàm ab intestato. cap. 11. nu. 3. 4. & 7. Imò multi tenent, quòd etiam si statutum loquatur in personam, compræhẽdit forenses, vt post alios tenet Alex. d. consi. 44. nu. 8. vol. 5. vbi Natt. & Rouescalia plures cumulant. Idem Natt. in
8 consi. 581. & ratio est, † quia quando statutum, vel consuetudo habent pro ratione finali, vt bona conseruentur in familia, siue loquatur in personã, siue in rem, semper ligat forenses pro bonis sitis in districtu; quia ita præsumitur mens statuentium ex text. in l. rescripto. §. fin. ff. ad municip. l. vnica. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Natt. ad Alex. in d. cons. 19. nu. 6. vbi plures alios cumulat, & ipse Natt. consi. 514. nu. 13. & seqq. Idem probat, & plures alios cumulat Surd. in consi. 343. nu. 9. vol. 3. & allegat tex. in l. pupillo. ff. de tutor. & cur. dat. ab his. Alios innumeros adducit Salas loc. cit. vbi ex omnibus concludit, vt quando est eadem ratio quòad exteros, prout est quòad Ciues, ligentur consuetudinibus loci: at hic eadem est ratio, vt dictum est sæpius. Ergo ipsis consuetudinibus ligãtur. Sic etiam ligantur statuto loci de præscriptione debiti, & hoc ratione negligentiæ ibi contractæ. Bar. in d. l. cunctos populos, nu. 18. & 19. quem omnes sequuntur, & ita pluries determinauit Rot. Rom. teste Farinatio decis. 774. sub nu. 2. vt etiã dixi infra par. 3. q. 24. nu. 10.
9 Quòd autem ipsi exteri passiuè ligentur consuetudinibus, siuè & in idem reddit, gaudeant beneficio consuetudinum, vt defuncto Neapolitano, & superstitibus proximioribus exteris, & ciuibus in eodem gradu, vel exteris in gradu proximiori, & ciuibus in gradu remotiori, tunc sine dubio admittuntur exteri ad successionem, & proximiores excludũt remotiores, etiam ciues, & ita fuit decisum in Sacro Consilio, dum casus euenit, vt refert Præs. de Franch. ad Neapod. in prohem. in vltimis addition. in addit. incip. In eodem prohem. vbi meminit de Alex. in consil. 111. vol. 7. citat etiam Albert. Brun. in tract. de statu. exclud. fœm. in 6. artic. princip. Mandell. cons. 50. & alios, & de hac decisione, quę fuit in anno 1571. sub die 6. Februarij meminit Iacob. Anell. de Bottis in consuetudine pupillus, sub nu. 8. in addit. incip. In causa Lemborum, mihi fo. 391. & probat idem de Franch. decis. 546. nu. 1. & seqq. & probatur solidissima ratione, quia, sicut ipsi exteri quando disponunt, ligantur dispositione harum consuetudinum pro bonis sitis in districtu, vt superius dictum est, debent consequenter consuetudines habere locum in eorum vtilitatem, & commodum, vt notat Gabr. d. conclus. 8. nu. 29. & seqq. & probat ẽt Præs. de Franch. in addit. supra citata, quamuis contrarium voluerit Capyc. in d. prohem. fol. 45. in addit. incip. Ad quæstionem, vbi pro sua opinione

citat

10 citat Caſtren. † & ratio eſſe poteſt, vt inter ſuccedentes ſeruetur æqualitas, vt eſt commune axioma, & not. Andr. in c. naturales, in fi. ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ. cum alijs traditis per Alex. d. conſi. 44. vol. 5. & in conſi. 111. vol. 2. Brun. d. art. 6. Sed ſolutio clara eſt contra Capycium, quia in hoc caſu ſeruatur æqualitas reſpectu bonorum, quæ in diſtrictu ſita ſunt, & in hoc ſufficit æqualitatem ſeruare, attenta diſpoſitione conſuetudinum, quæ dum grauant exteros ex communi prudentum interpræ tatione circa diſpoſitionem bonorum, debent etiam illos honorare, vocando eoſdem ad ſucceſſionem, vt dictum eſt.

11 † Hinc eſt, quòd aduenæ, & peregrini tenentur ſeruare conſuetudinem incolarum, in quorum locis habitant etiam, ad tempus, & hoc tam quoad feſtorum obſeruationem, vt ex vera ſententia probat poſt alios Suarez tom. 1. de religione lib. 2. de dieb. feſt. cap. 14. toto; quàm, etiam, vt abſtineant à cibis, à quibus tali die ſe abſtinent ciues, & ſi aliter facerēt, peccarent mortaliter, etiam ſi occultè vetitos illos cibos manducarent, vt ex recepta, & vera ſententia probat Azor. par. 1. moral. lib. 7. cap. 10. quæſt. 4. ex tex. in c. illud, & in c. illa. 12. diſt. Quæ iura prædicta omnia confirmant; Ait enim Ambroſius ſcribens Auguſtino (Ad quācunq; Eccleſiam acceſſeris, eius conſuetudinem ſerua) quæ quidem locum non habent in viatoribus, & tranſeuntibus, vt omnes docent. Iam etiam Clemens Octauus in anno 1595. die 31. Auguſti, vt refert Quaranta in ſuo Bullar. in rubr. Græcorum ritus fecit hanc declaratio-

12 nem. † Tolerandus eſt apud Græcos vſus carnium die Sabbathi, vbi ſine ſcandalo fieri poteſt, in locis tamen ipſorum & inter eos tantum) & ſic patet reſoluta quæſtio principalis in principio poſita, & etiam conſequenter, ad quæ extendatur loci conſuetudo.

SVMMARIVM.



Donatio facta inter Coniuges, & Iudæos num valideturiuramento. n. 1.

Iudæi an ligentur iuramento appoſito in contractu. nu. 1. 5. 6. & 8.

In Iudæis nō habet locum diſpoſitio tex. in cap. quanquam, de vſur. in 6. & dū exigunt vſuras prohibitas quid faciēdum ſit. nu. 2.

Iudæi ligantur diſpoſitione conſuetudinum loci quando diſponunt. num. 3. & 6.

In actibus humanis Iudæi participant cum Chriſtianis, ſecùs in diuinis. n. 4.

Ceſſante ratione legis, an lex ceſſare debeat. nu. 7.

Doctor debet intelligi ſecundum legem, quam allegat, & ſi nihil allegat, ei non creditur. nu. 9.



Ecundò quæro, an hæc conſuetudo liget Iudæos? hæc quæſtio videtur dubia, quia ſi valdè cōtrouertitur, † nū
1 Iudęus ligetur vinculo iuramenti? & aliqui negatiuam partem defendunt, & conſeque nter affirmant, non valere donationem inter virum, & vxorem factam inter Iudęos coniuges, quàmuis vallata ſit iuramento, vt ſcripſerunt Socin. ſen. conſi. 65. & 66. vol. 1. Corne. conſi. 163. vol. 1. & conſ. 37. col. 3. vol. 4. licèt contrarium in vtroque caſu teneant Bald. in c. 1. in, §. item Sacramenta de pac. iuram. firmā. Roman. Imol. Tiraquell. & alij, quos probat Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. in tit. de donatio. concl. 3. n. 26.

2 Sic etiam Iudæi non ligantur diſpoſitione tex. in c. quanquā, de vſur. in 6. quo ſancitur, vt vſurarij manifeſti teſtari nequeant, vt latius probat idem Socin. cōſ. 70. & conſi. 71. vol. 1. At ſi exigunt vſuras, vltra quantitatem illis permiſſam, vel iure communi, vel per conſuetudinē loci, poſſunt puniri à Iudice eiuſdem, loci, in quo habitant, vt ex multis probat
3 Surd. in deciſ. 133. Verùm, his non obſtantibus, in hac quæſtione verior eſt opinio affirmatiua, vt Iudæi ligentur diſpoſitione iſtarum conſuetudinum: eſt enim communis opinio, vt ipſi Iudæi ligentur diſpoſitione ſtatuti; & con-
4 ſuetudinis loci, vbi habitant, † quia in, actibus humanis Iudæi participant cum Chriſtianis, quàmuis ſecùs ſit in actibus diuinis, cap. fin. 12. diſt. cap. Iudæi, il 2. & cap. ſicut Iudæi, extra de Iudæ. l. Iudæi. C. eod. Bald. in l. Spadonem, §. iam anni. ff. de admin. tutor. Socin. d. conſi. 70. & 71. Salern. in d. prohem. fol. 47. lit. C. vbi me-

meminit de Socino d.conſ.71.nu.2. hoc iddem ſequitur Cõſiliarius de Bottis ad Neapod.in conſuet. ſi quis aliquam, ſub tit.de pignor.fol.mihi 379.ſub num.2.& vltra prædictos hoc iddem probant in ſimili ſtatuto,& conſuetudine Fran. de Anania in d.cap. Iudæi,il 2.de Iud.Cam peg. in tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 60.nu. 239. & ſeqq. de communi,& vera ſententia teſtatur Marq.de Suſannis, vt habetur in tract.commun. opin. in rubr. de magiſtrat. tit. 8. de ſtatut. cap.6.in 5. limit. vt alios omittam.

5 † Nec obſtat, vt contrarium videatur velle quædam additio ad Neapod. in d. conſuetud.ſi quis aliquam,ſub d.nu.2.ea ratione,quia Iudæus non ligatur ad obſeruantiam iuramenti, ſed in ipſis cõſuetudinibus iuramentum interponendum eſt, præcipuè in materia dictæ conſuetud.ſi quis aliquam,qua diſponitur,quòd ſi dubitetur de quãtitate,pro qua pignus mobile retinetur, ſtatur iuramento creditoris vſque ad valorem pignoris.Attamen hoc argumentum non concludit. Primò,quia Iudæi ligantur ad obſeruan-
6 tiam iuramenti, vt dictum eſt nu. 1. † Secundò,quia licèt iuramento non ligarentur,adhuc tamen ligantur diſpoſitione conſuetudinum, in quibus non eſt neceſſaria præſtatio iuramenti,vt ſunt con ſuetudines iſtæ,quæ loquuntur de diſpo
7 ſitione,& de ſucceſſione bonorum, † nã ceſſante ratione legis,etiam lex ipſa ceſſare debet. cap.cum ceſſante, de appell. Sed ratio iuramenti non habet locum, niſi quando eſt quæſtio de quantitate, & valore pignoris,ergo illa tantum conſuetudine non ligarentur Iudæi, quod etiam videtur eſſe de mente illius additionis, quia non loquitur generaliter, nec diſputat articulum in cõmuni, num Iudæi ligentur diſpoſitione harum conſuetudinum, ſed an hæc conſuetudo eos
8 liget? ſcilicet ſi quis aliquam; † nam clarum eſt,vt Doctor intelligi debeat ſecũdum legem,& authoritatem, quam allegat, vt probat Bart.in l.non ſolùm. §. liberationis. ff. de liberat. legat. Bald.per illum tex.in Auth.ſed iam neceſſe. C.de donat.propter nupt.Sequuntur etiam hoc iddem Roland.conſi.39.nu. 32.vol. 4.Portius conſi.165.num.41.Alciat. lib. 2.reſponſor.conſi.37. nu. 17. Mantic.de coniectur.vltim. volunt. lib.8.tit.18.nu. 74. vt alios omittam; eſt enim commune dictum;quinimò ſi nihil allegat,non eſt ei credendum,vt poſt Anchar. Iaſ.& alios probat Surd.deciſ.59.num.7. quod debet intelligi quando dictum illius Doctoris haberet contradictionem,vt patet ex dictis par.2.cap.5.num.38.vbi dictum eſt, deciſionem vnius Doctoris habere vim legis.In propoſito,dictum illius additionis,quia eſt circa interpretationem dictæ conſuetud. ſi aliquam, quæ loquitur de iuramento quoad illam tantum debet intelligi,de qua loquebatur, & nõ de alijs,de quibus non erat quæſtio.

SVMMARIVM.



Pupillus,& furioſus qua ratione ligentur diſpoſitione harum conſuetudinum. num.1.

Regulæ in dubio ſtandum eſt, donec contrarium probetur.nu.2.

Statutum, vel conſuetudo, indiſtinctè loquens,etiam minores comprehendit. num.3.



1 Ertiò quæro,an iſtæ cõſuetudines ligent pupillos,vel furioſos?Hęc quæſtio non poteſt eſſe circa diſpoſitionem;clarum eſt enim,vt nec pupillus, nec furioſus poſſint de bonis ſuis diſponere, quia non habent rectum Iudicium, vt ſunt Iura vulgata.Igitur intelligi debet, ſi conſuetudines locum habeant in eorum beneficium, ſed quicquid ſit de intelligentia queſtionis,affirmatiuè concludendum eſt, vt docet Neapod. in prohem.num. 290. fol. 23. vbi etiam Afflict. qui adhoc iddem probandum allegat Andr. in prohem. conſtit.col.4. in fin. & alios,vt per eum, & hoc ea ratione, quia non fuerunt vocati ſinguli homines, ſed certi,& qui repręſentabant ipſam Vniuerſitatem,& ſic omnes poſtea ligantur actu, & diſpoſitione facta legitime ab ipſa Vniuerſitate, vt per eos, & hęc quæſtio
2 eſt plana, † quia & pupillus, & furioſus ſunt ciues,nec inueniuntur priuilegiati, vt non ligentur iſtarum conſuetudinum diſpoſitione,ideo ſtandum eſt regulæ,vt
3 ligentur tanquam ciues. † Additur etiam alia ratio,quia conſuetudo,ſiue ſtatutum loquens indiſtinctè,etiam minores ligat, niſi

nisi expressè ab eo eximantur. cap. constitutus,& ibi Innoc.& alij de in integr. restit.§.pupillus. Authen.de hered.& falcid. Bald. in indiuiduo, in l. si mater, in fi. C. ne de stat. defunct. Alex. in consi. 65. vol.6. post alios Natt. in consi. 540. num. 13. vol. 3. & hanc esse communem opinionem affirmat Angel. in §. ex non scripto. num. 32. instit. de iur. natur. & cum hæc quæstio sit indubitata nolo in ea discutienda tempus terere.

SVMMARIVM.



Ista Consuetudines ligant etiã Principem. num. 1.

Potentius est ius naturale, quam Principatus. nu. 2.

Nulla consuetudo vim habet, nisi ex Principis voluntate. n. 4.

Princeps potest tollere consuetud. nes, & quare, nu. 3. & 6. In dubio non præsumitur illam mutare, & si mandat alicui causæ cognitionem, præsumitur mandere, vt iudicet secundum loci consuetudinem, nu. 8.

Princeps reuocat sñiam trãsactam in rẽ iudicatam, & tollit omnia, etiam quò ad effectus, quæ iuris ciuilis sunt. n. 6. num tollat legitimè ius maioratuum, vt bona diuidantur inter omnes filios. nu. 8. & an reuocet gratiam. nu. 10.

Consuetudo differt à lege tanquam tacitum ab expresso. nu. 5.

1 QVartò quæro, num consuetudines istæ ligent Principem? & affirmatiuè respondeo; & ratio est manifesta, quia consuetudines sunt rationabiles, vt sępius replicatum est, & dum ita est, consuetudo dicitur altera natura postquã introducta est. l. posthumus. ff. de liber. & posthum. cap. ad nostram, de empt. & vend. Port. consi. 110. num. 19. Ioan. Philipp. consi. 31. nu. 33. & alij.
2 Sed potentius est ius naturale, quàm principatus, vt probant Bald. in cap. 1. de nat. success. feud. Afflict. in prohem. constit. quęst. 6. nu. 4. in fin. Minad. in repet. constit. in aliquibus. in 1. notab. nu. 2. Anna in alleg. 67. nu. 31. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quęst. 71. nu. 14. quem probat Salas tract. 14. de legib. disput. 19. sect. 11. num. 95. vers. vbi verò consuetudo, qui omnes probant, Principem ligari consuetudine loci. Benè verum est,
3 † posse Principem, si vellet, consuetudinem tollere, quia sub Principis potestate dicitur esse consuetudo. Bald. in consi. 430. vol. 4. post alios Rolan. à Vall. in consi. 66. nu. 15. & 19. vol. 2. in consi. 16. nu. 19. & consi. 67. nu. 33. vol. 3. post Oldrad. & alios Natt. in consi. 511. nu. 14. & 17. Surd. consi. 217. num. 34. vol. 3. &
4 371. nu. 26. cum vulgar. † & consuetudo nullam vim habet, nisi ex voluntate Principis. cap. fin. de consuet. cum alijs probatis per Salas d. tract. 14. disp. 8. sect. 6. nu. 38. §. ad id verò, & ratio est notoria, quia consuetudo est pars Iuris ciuilis, in
5 hoc tantùm à lege differens, videlicet, vt tacitum ab expresso, nam lex fit verbis expressis, consuetudo verò ex tacito cõsensu inducitur l. de quibus. ff. de legib. Vnde sicut Princeps potest tollere legem, eodem modo potest abrogare consuetudinem, & Rex Robertus hoc aliquando fecit, vt cernitur ex quadam litera reuocatoria, existenti in volumine harum consuetudinum, fol. 393. Et hoc
6 est clarum; † nam Princeps, qui est supra Ius ciuile, potest illud tollere cum omnibus effectibus suis. Hinc reuocat sententiam transactam in rem iudicatam, & his similia, vt eleganter docet Andr. in c. 1. de vassall. decrep. ætat. & hoc iddem sequuntur Lucas de Penn. Afflict. Crau. & alij, quos nouissimè probat Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg in titu. de diuers. prouision. in princ. num. 20. &
7 seqq. † Verùm non debet passim hoc facere, nisi quando id expediens viderit pro bono publico; quia consuetus mos, & ordo solitus iudiciorum sine causa mutari non debet. l. fi. in fi. C. de iniur. quod latius probat Andr. in cap. 1. §. contrahentium incœstas nuptias in 2. addit. nu. 42. in titu. quæ sint regul. & post alios idem de Pont. in d. tract. de potest. Proreg. in princ. nu. 29. & seqq. Vbi de hac Principis potestate doctissimè iuxta morem disputat, & explicat simul, qualiter potestate sua debeat Princeps vti, vt legitimè procedat. In dubio tamen, vt dixi, præsumitur viuere secundum consuetudinem loci, quod adeò est verum,
8 † vt si alicui committat cognitionem alicuius causæ, nunquam præsumitur illi com-

committere, vt iudicare valeat contra consuetudinem, sicut non præsumitur illi permittere, vt iudicet contra legem, vt ex multis probant Menoch. & Salas locis citatis nu.2.in fi. quia expressa mentio fieri debet à Principe, vt præsumatur habere animum reuocandi consuetudinem, quem animum dum habet, non ca-
9 dit quæstio circa eius potestatem.† Hinc etiam mandare potest, vt pater possit inter filios diuidere bona subiecta maioratui, quamuis ex consuetudine bona illa ad primogenitum tantùm pertineret. Et ratio est, quia non esset statuere super iure delato, & acquisito alicui, sed super iure deferendo, vt probat Luc.de Penn. in l.pen. col.2. C. de imponen. lucratiu. descript.lib. 10. cum alijs cumulatis per Tiraquell.in tract.de iur.primogenit. q. 22.& iddem defendunt Ioan. Lopez l.3. tit.13.par.6.in glo. mugeres. col. 7.in fi. vers. succedit tamen pulchra quæstio. Molin.de primogen.Hispan.lib.4.cap.3. nu.23. consuluerunt Beci. consi. 56. nu. 50.& seqq.Surd.consi. 305. nu. 32. cum seqq.& consi.351.nu.25. vol. 3. Sequuntur etiam Cornazan. decis. 40. & decis. 159.& Anton.Gamb.in decisio.Lusitan. 84. in fin. vbi sic refert iudicatum in illo Senatu,& probat etiam Pet.de Gregor. in tract. de conceff.feud.quæst.7. quamuis multi contrarium teneant, quos etiã probat Peregrin.consi. 8.nu. 38. Quorũ opinio procedere potest, quando est ius quæsitum primogenito in maioratu, vt quia maioratus esset ab aliquo institutus, & mortuus esset institutor; tunc enim vigeret alia ratio, nempe quia maioratus suum effectum sortitus esset, & radicatum esset ius in persona primogenito-
4 rum: quo casu succedit alia regula, † vt Princeps non possit etiam gratiam reuocare, quæ suum effectum sortita est, ne Principis authoritate subditus decipiatur. l. 1. C.de his, qui ven. ætat. impetrauer. & notant omnes in l. digna vox. C. de legib. post alios Molin. de primogen. Hispan.lib.4.cap.3. nu. 19. cum seqq. vt alios omittam.



SVMMARIVM.



Consuetudines istæ ligant ciues, etiam si extra districtum habitent.num.1.& 4.

Consuetudines rationabiles ligãt ciues vbique existentes tam si disponunt inter viuos, quàm in vltima voluntate. nu.2.

Eò magis hoc procedit, si adesset pactum, vt consuetudines seruentur tam in dispositione, quàm in successione.num.3.

Vide infra in tit.de bonis.quæst.1.

QVÆSTIO V.



1 Quintò quæro, an istæ consuetudines habeant locum in Ciuibus Neapolitanis, habitantibus alibi extra districtum huius Ciuitatis, & affirmatiuè determinant Neapod. in consuetudin. Si quis, vel si qua.sub nu.227.in verb. obuenerunt, de quo meminit Anton. de Alex. in addit. ad eund.Neapod. in prohem. cõsuetud. in §.per quod, sub nu.335.fol.mihi44.vbi etiam Afflict.fol.45.in addit.incip.Et an Neapolitanus. Et hoc tum quia de facili, si contrariũ teneremus, fieret fraus consuetudini; tum etiam, quia hæ consuetudines sunt fauorabiles, vt dixi supra in
2 1.par. cap. 5. nu. 12. & alibi.† quo casu comprehendunt ciues disponentes tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, etiam dum sunt extra territorium, vt post Bart.in l.cunctos populos.nu.44.C. de sum. trin. & fid. cathol. ac etiam post Bald.Cassan.Alexan. Calcan. Barbat.& alios, probat Anton.Gabr. in recollect. commun.opin.lib.6.in tit. de statut.conclus.8.nu. 1. & seqq. & vltra per eum relatos, hoc iddem tenet Cels. Vgo in cõsi. 67.nu. 3. vers. quo tamen non obstante,
3 † vbi nu. 4. & seq. eò magis hoc procedere dicit, si adesset pactum, vt tam in successione, quàm in dispositione seruarentur consuetudines prædictæ, & hæc pacta apponi solẽt in capitulis matrimonialibus mulierum Neapolitanarum, vt semper in dispositione facienda non sit eis aliter permissa dispositio, nisi secundum formam harum consuetudinum; quæ cautela inuenta est ad tollendã om-

nem disputationem, & ambiguitatem Doctorum, quamuis, vt dixi, sit magis recepta opinio, vt tales consuetudines ligent ciues etiam alibi habitantes, quod probat etiam Natt. in consi. 514. nu. 16. vers. nec verò reperio. vol. 3. plures alios cumulat, & probat Surd. in consi. 343.
4 nu. 9. vol. 3. † Et confirmatur etiam alia ratione, quia hæ consuutudines in particulari respiciũt bona ipsorum Ciuium, vt patet ex dictis supra quæst. 1. & ex dicendis tit. 2. quæst. 1. nu. 3. & seqq. Quo casu omnes concludunt, vt si bona sint sita, & posita in districtu, quamuis disponentes, Domini illorum bonorum alibi habitent, pro illis bonis ligentur dispositione consuetudinum loci, vbi bona sita sunt, & secundum consuetudinem, & nõ aliter possunt disponere, vt magis patebit ex sequenti quæstione.

SVMMARIVM.



Consuetudines istæ locum habent, etiam si mulier Neapolitana nubat extra territorium, nume. 1.

Sic etiam si Neapolitanus ducat exteram in vxorem, nu. 3. procedunt etiam in vidua. num. 6.

Mutatio domicilij non facit, vt consuetudo loci originis nõ sit seruanda, n. 2.

Bona destinata ad vsum vxoris, vel quorum possessionẽ vxor cœpit, constante matrimonio, viri consuetudini subiacent. num. 4.

Vxor, non faciens electionem sepulturæ, sepellienda est in sepultura viri. nu. 5.

QVÆSTIO VI.

1 

Extò quæro, si istæ consuetudines vendicent sibi locum, dum mulier Neapolitana nubit extra Neapolim? & affirmatiuè respondeo, quia omnes rationes, in præcedenti quæstione ponderatæ, etiam hic locum habent,
2 etiam † quia mutatio domicilij non est causa, nec facit, vt consuetudo loci non sit seruanda, vt habetur in l. 1. C. de municip. & origi. lib. 10. & probat Neapod. in consuet. 1. nu. 71. de iur. congr. Iddem affirmat Roma. consi. 59. in 1. dub. quem ad hoc propositum allegat Anton. de Alex. in prohem. fol. 44. probat etiam Deci. consi. 276. colum. 3. ad quem se remittit in paragio Præs. de Franch. in addit. ad Neapod. in consuetud. Si moriatur. fol. 94. sub nu. 50. incip. Circa pa-
3 ragium, versus fin. † Et hoc iddem procedit, si Neapolitanus ducat mulierem exteram in vxorem, vt probat Ant. de Alex. d. fol. 44. in prohem. Nam in hoc vxor sequitur forum viri; & hinc est,
4 † quòd, si vxor forensis moriatur, illa bona, quæ ad eius vsum destinata erant, vel quorum possessionis principium in domicilio viri incœpisset, deferuntur secundum dispositionem statuti, & consuetudinis mariti, non autem ipsius vxoris, ea ratione, vt dixi; quia in hoc vxor sequitur domicilium viri, vt latius probat Brunor. à Sole in compend. propo-sit. Iur. in verb. vxore forẽsi mortua, vbi citat Roland. consi. 24. & consi. 91. vol. 3. Grat. consi. 31. nu. 29. & 30 lib. 1. Bergnin. decis. 3. sub nu. 29. vers. vnde infertur. Bursat. Purpurat. & alios: quod videtur manifestum; nam vxor est incola Ciuitatis mariti. l. fin. C. de incol. l. mulieres. C. de dignit. cum alijs cumulatis per Ioan. Andr. in cap. is, qui, de sepultur. in
5 6. † Vbi rectè infert per illum textum, quod, si vxor moriatur sine electione sepulturæ, sepellienda est in sepultura viri; quod ad literam disponit ibi tex. in §. fin.
6 Insuper procedunt istæ cõsuetudines etiam in vidua, teste Iasone in consi. 204. vol. 2. quod prius voluit Alex. in consil. 55. vol. 1. & consi. 101. vol. 3. Quos, & alios cumulat, & probat ad hoc propositum Consiliarius de Rubeis in suis addition. fol. 4. in addit. incip. filius institutus. Et proinde, si haberet liberos, teneretur seruare dispositionem text. in consuet. Si qua moriẽs. Sed si liberos non habeat, tunc procederet dispositio aliarum consuetudinum. Verum si tempore matrimonij contracti non esset adiectum pactum in capitulis matrimonialibus; vt mulier disponẽdo de dote, & bonis suis, teneret seruare istas cõsuetudines, tunc si in domicilio viri adesset consuetudo, his consuetudinibus contraria, mulier deberet disponere secundum consuetudinem viri, put latius explicatum est supra par. 1. cap. 5. nu. 45. & 46. & hoc modo procedunt quæ ibi dicta sunt.

SVM-

SVMMARIVM.



QVI vult vti beneficio statuti, vel consuetudinis, debet probare se comprahendi in illis, num.1.

Ecclesia, & ecclesiasticæ personæ debent esse cultrices iustitiæ, num.2.

Statutum fauorabile ecclesiasticis, illos includit num.3. procedit tamen, vt illo vtantur contra laicos, non autem è cōtra num.41.

Statutum respiciens bona, si ob bonum publicum est introductum, etiam ecclesiasticos comprehendit, nec pugnat cum ecclesiastica libertate. num.4.

Leges, vel consuetudines excludentes ecclesiasticos à successione feudorū, qua ratione sint validæ. nu.5. & qua ratione valeat consuetudo, vt paragium monialium sit minus eo, quod habuissent in seculo. num.6. & 50.

Statutum quando respicit bonum commune, non est considerādus casus, qui in particulari est contra aliquos hic, & nunc, sed considerandi sunt casus, qui etiam in eorum beneficium possūt locum habere. num.7.

Cōsuetudines Neapolitanæ num approbatæ fuerint ab ecclesiasticis. num.8. & 52.

Ecclesiastici an de iure communi admittantur ad feudum. nu.20. Num ligentur dispositione statuti, vel consuetudinis ab illis approbatæ. nu.9. secundū aliquos actiuè, & passiuè ligantur dispositione consuetudinum, de successione loquentium. nu. 10. & 11. Contraria opinio verior ostenditur, vt actiuè locum non habeant, adeò vt de bonis suis disponant ad libitum, seruando solum dispositionem iuris communis, & ita secundum veros terminos iuris, & consuetudinarij, & secundum veras decisiones Sacri Consilij verum esse demonstratur à nu.14. vsque ad numerum 24.

In successione bonorum ecclesiastici ab intestato decedentis, harum consuetudinum dispositio seruatur, & ratio affertur. num.13.

Clericus saluaticus disponendo non ligatur dispositione consuetudinis. nu.17.

Ecclesiasticorū contractus, & actus nullo modo subiacēt dispositionibus statuti, ac consuetudinis laicorum. nu.18.

Ecclesiastici solùm ratione feudorum, laicorum iurisdictioni subsunt. num. 19. in alijs verò casibus, nec volentes illi se subijcere possunt, & ratio affertur num.21.22. & 23.

Clericorum exemptio num sit iuris diuini. num.21.

Laici nullam habent iurisdictionem tàm in personis, quàm in bonis ecclesiasticorū. nu.23.42. & 43. vbi concluditur ea ratione non ligari laicorū statutis.

Ecclesiastici vtuntur beneficio harum consuetudinum cōtra laicos, & simul cum alijs agnatis, & cognatis vocantur, & ita ex verissima Doctorum sententia ostenditur. nu.24. & 29. etiam secundum ius commune. num. 26. & secūdum eam pluries fuit iudicatum. num.25. & 30.

Ecclesiastici qua ratione vtantur priuilegijs, & statutis laicorum contra illos. num.27. & 41.

Monachus retinet agnationem, & cognationem quo ad successionem. num. 32. & qua ratione dicatur mortuus mundo; aperitur. num.31.

Consilium 39. Reg. de Ponte ponderatur. num.33.

Ecclesiastici non vtuntur beneficio consuetudinum contra laicos, si laici per testamentum illos excluserunt. num. 34. & 39. & affertur ratio. num. 35. contrarium tamen refertur decisum. num.40. quod etiam probatur.

Ecclesiastici, vt succedant ad bona subiecta dispositioni consuetudinum, venit de iure communi. num.35.

Frater quando fratri succedat de iure communi. num.36.

Aequalitas seruari debet inter succedentes. num.37.

Laici denegantes beneficium statuti, vel priuilegij ecclesiasticis, nū agant cōtra libertatem ecclesiasticam. num. 38.

Ecclesiastici non ligantur statuto laicorum, vt causæ inter consanguineos cōpromittantur. nu.44 transgrediendo statutum iustum, & rationabile laicorū, mortaliter peccant. nu.45. & 46. statuti pœnas tamen non incurrunt. nu.47. admonendi sunt tamen eorum superiores, vt faciant eorum subditos seruare statuta prædicta, num.48.

Laicus poteſt relinquere bona ſua eccleſiaſticis ſub onere ſoluendi tributum laicis, nec aget contra Eccleſiaſticam libertatem. nu. 49.

Laicorum ſtatuta, quantumuis fauorabilia ſint, nec in perſonis, nec in bonis eccleſiaſticos ligant. nu. 42. & 43. niſi à Summo Pontifice fuerint approbata. num. 51.

Laicus diſponendo de bonis ſuis tenetur ſeruare diſpoſitionem cõſuetudinum, etiam ſi in Eccleſiaſticorum beneficiũ diſponat. num. 53.



Eptimò quæro, an iſtæ conſuetudines ligẽt Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas pro bonis ſitis in diſtrictu huius Ciuitatis. Hæc quæſtio eſt admodũ controuerſa inter Scribentes ſuper has conſuetudines, & etiã ſecundum ius commune, ideò eam altius examinabo, quàm feci circa præcedentes concluſiones. Pro parte igitur affirmatiua afferuntur infraſcriptæ ponderationes.

1 · Primò qui vtitur, ſiuè vti velit beneficio ſtatuti, vel conſuetudinis, & à ſtatuto, vel conſuetudine vult compręhendi, debet adimplere, & verificare omnes qualitates, à ſtatuto, vel conſuetudine inductas, & nominatas, vt ex multis probat Plot. in l. ſi quando. nu. 354. 355. & 852. C. vnde vi. Pariſ. conſi. 24. nu. 10. & 11. & conſi. 49. nu. 19. vol. 3. Deci. conſi. 261. nu. 2. Oſaſc. deciſ. 169. nu. 12. & 13. & deciſ. 172. Roland. conſi. 57. nu. 46. vol. 1. & conſil. 72. nu. 51. 52. vol. 3. poſt eos Rip. Ang. Iul. Clar. & Cephal. Brunor. à Sole in compend. reſolutor. propoſ. iur. in verb. ſtatuti beneficio, qui vult vti, vt alios omittam: Sed Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ vtuntur beneficio harum conſuetudinum, vt dicam nu. 24. & ſeqq. Ergo ſunt de nominatis, & compræhenſis in eis; aliter enim illarum beneficio vti nequirent, & hac ratione poſt Felin. & alios vtitur Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 310. nu. 12. addit aliam ra-
2 tionem, † quia Eccleſia, & Eccleſiaſticę perſonæ debent eſſe cultrices Iuſtitiæ, vt in cap. 1. de alien. feud. patern. Si igitur paſſiuè procedunt conſuetudines in eorum beneficium, etiam actiuè contra eoſdem procedere debent, vt inter ſuccedentes ſeruetur æqualitas, & iuſtitia.

3 † & additur alia ratio, quia ſemper, vt ſtatutum eſt fauorabile Clerico, & perperſonis Eccleſiaſticis, includit etiam Clericos. ita Panhormit. in cap. conſtitutus, per illum text. num. 4. verſ. vnde colligo, extra de reſtit. in integr. voluit glo. in cap. nouit, in verb. quicunque, in fin. extra de iudit. vbi Panhorm. nu. 28. Bald. in l. cunctos populos. nu. 10. C. de ſum. trinit. Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 25. vbi Felyn. nu. 80. de conſtit. Alex. in conſi. 211. vol. 2. Tiraquell. in tract. le mort ſayſit, in 3. part. princip. 8. declar. nu. 5. & de iure primogenituræ. q. 43. 44. Brun. de ſtatut. exclud. fœmin. art. 6. princip. quęſt. 2. & alij, quos nu. 45. & ſeqq. recenſebo.

Secundò, quia iſtæ conſuetudines reſpiciunt bona, & proinde etiam forẽſes ligant pro bonis ſitis intra diſtrictum huius Ciuitatis, vt latius dictum eſt ſupra
4 quæſt. 1. † Sed ſtatutum, vel cõſuetudo reſpiciens bona, ligat etiam Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, quia dum conſuetudo reſpicit bona, & fuit facta in generali, & antequàm aliquis efficiatur Clericus, vel Religioſus, cùm vnuſquiſque naſcatur laicus, ideò omnes, ad quos bona illa perueniunt, cum obligatione ſtatuti, & conſuetudinis perueniunt; quod eò magis procedit, quando conſuetudo, vel ſtatutum reſpiceret bonum publicum, vt bona conſeruentur in familia, vt eſt in hoc caſu, ita poſt Aretin. in conſi. 25. rectè intueri. Bald. in conſi. 174. Præſupponendum, quòd Magnificus Carolus vol. 5. Socin. conſi. 81. Conſilijs noſtris, vol. 1. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 77. 78. & melius nu. 101. de conſtit. quos ſequitur Vrſill. d. deciſ. 310. nu. 11. & ſeq. Imò hoc ſtatutum, & conſuetudo valida ſunt, & nullo modo contra Eccleſiaſticam libertatem, vt not. Felin. d. num. 101. poſt alios Azor. par. 1. ſuor. moral. lib. 4. cap. 13. quæſt. 8. §. item ſolent, & dixi tract. 2. de cenſur. cap. 16. nu. 59.

5 Hinc ſaluantur omnia ſtatuta, & leges, quæ mandant, vt feuda non perueniant ad ſecundogenitos, & vt, ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant. Nam licet ſecundogeniti ſint clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, legitimè excluduntur, Sic etiam ſi eſſet primogenitus, & eſſet clericus, vel Religioſus; quia, ſi ex feudo ſoluatur ſeruitium perſonale, quia hoc præ-

præstari nequit ab Ecclesiasticis, nec admittatur præstatio per substitutum, ideò legitimè remouentur à feudorum successione, cap. qui clericus, vbi Andr. alia iura concordantia cumulat. si de feud. defunct. milit. fuer. controuers. quod est indubitatum in Regno, vt ex multis fundat Reg. de Ponte decis. 4. nu. 2. & seq. & in tract. de potest. Proreg. tit. de assensib. §. 4. num. 8. & seqq. Quod non potest habere subsistens fundamentum in contrarium, quia feuda dantur, vt præstetur Domino seruitium personale cum equo, & armis, & explicentur alia quædam, quæ ab Ecclesiasticis præstari nequeunt,
6 cùm illi statui repugnent. † Sic etiam, quia vnusquisque nascitur laicus, idcircò dum aliqua efficitur sanctimonialis, & professa in aliqua religione, non potest conqueri de his, & similibus consuetudinibus: satis est enim, si dotem congruam de paragio, habeat, quam habent, aliæ sanctimoniales, vt dixi infra par. 3. q. 8. num. 32. & seqq. post alios Rodriq. tom. 1. quæst. regular. q. 66. art. 2. §. secunda regula.

7 Tertiò principaliter confirmatur, quia dum consuetudo, vel statutum est rationabile, vt est in hoc casu, nam respicit bonum commune, vt est conseruatio bonorum in familia; tunc sine dubio respicit etiam ecclesiasticorum commodum, & consequenter etiam ab illis seruanda sunt, vt iacent; nec considerandus est casus: vt quia Ecclesiasticis afferat præiudicium in hoc, & in illo casu particulari, qui in facto tunc succedunt; sed sunt considerandi alij casus, qui contingere possunt in eorum commodum, & vtilitatem, & hoc modo similia statuta non sunt contra libertatem Ecclesiasticam, vt nu. 4. dictum est, & probat magistraliter Abb. Panhorm. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ; in 1. lect. nu. 13. & in repet. nu. 17. vbi Felin. nu. 66. vers. ex qua sequitur. Marant. disput. 8. n. 20. Vrsill. d. decis. 210. sub nu. 11.

8 Postremò confirmatur, † quia huiusmodi consuetudines fuerunt introductæ tam per laicos, quàm per clericos, nam fuerunt in scriptis redactæ per duodecim viros, & Antistitem huius Ciuitatis, de ordine Regis Caroli, vt latius probat Vrsill. d. decis. 310. nu. 13. de Franch. decis. 235. nu. 2. & seqq. & patet ex dictis par. 1. cap. 5. nu. 1. Quid ergo mirum, si etiam Ecclesiasticos ligent? est enim cla-
9 ra conclusio, † vt Ecclesiastici ligentur illis consuetudinibus, quas illi approbauerunt, vt probat post alios Cornazan. decis. 186. nu. 7. & seqq. plures alios cumulat Rodriq. d. tom. 1. regular. quæst. in 66. quæst. art. 2. præcipue dum sunt consuetudines fauorabiles, & non contra Ecclesiasticam libertatem, & iam consuetudines istæ ita fauorabiles sunt, vt dictum est. Sic probant Abb. Felin. Couarr. & alij, quos numerat Rodriq. d. art.
10 2. † & hanc opinionem videtur etiam tenere Neapod. in prohem. fol. 20. sub nu. 251. & fol. 29. & seq. sub num. 303. & 304. tenet etiam Vrsill. d. decis. 310. Vbi nouem argumentis hanc opinionem cōfirmat, & dicit se in anno 1552. obtinuisse sententiam in eius beneficium; qua sententia fuit declaratum, esse inualidam dispositionem cuiusdam clerici quòad medietatem bonorum, dum non seruauit dispositionem consuetudinis, vt legitur d. decis. 310. sub nu. 15. vers. & secundum prædicta fuit iudicatum.

11 De iure verò communi hoc expressè tenent plures, quos recenset Vrsill. dict. decis. 310. quod etiam probat Petr. Rebuff. super constit. Regn. Franciæ in 1. par. in prohem. glo. 1. à nu. 55. vsque in fin. quem refert Præs. de Franch. in consuet. Si quis, vel si quis in addit. incip. Adde Capycium in fin. fol. 147. quem Rebuffum dicit omnino videndum. Hoc iddem tenēt plures alij, quos refert Bursat. in consi. 93. nu. 22. vol. 1. Sequuntur etiam Bertaz. consi. ciuil. 63. nu. 11. Borgnin. decis. 20. n. 14 par. 4. latissimè Surd. consi. 560. num. 11. cum seqq. vol. 4. & faciunt etiam notata per Vinc. de Franch. decis. 411. & decis. 667.

12 Verùm, prędictis non obstantibus, cōtrariam sententiam amplector, & perstringendo aliorum dicta, quæstio hæc ad duo capita reducitur: nam, aut quærimus passiuè, vt quia ille, de cuius successione agitur, fit laicus, aut actiuè, quia nempè agitur de bonis ipsius Clerici.

13 In secundo casu subdistinguitur, † aut agitur de successione bonorum clerici ab intestato decedētis; & sine dubio habebit locum dispositio istarum consuetudinum, & ratio est manifesta; quia, mortuo clerico, vel Episcopo, illa bona non sunt amplius personarum Ecclesiasticarum, sed potius hæredum laicorum, qui, dum

dum ad illa bona succedunt, debent succedere, seruata forma istarum consuetudinum: sic probat Neapod. in consuet. si quis, vel si qua. sub num. 247. fol. 147. Reg. de Ponte. cons. 18. num. 12. & ita fuit iudicatum in Collaterali Consi. in causa Anibalis Macedonij super successione Episcopi Policastri, vt refert Consiliarius de Bottis in addition. ad Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. sub d. num. 247. incip. Quod moriente clerico. Et in hoc casu non potest esse controuersia subsistens, & ideo id, quod seruatur inter laicos, dum laicis succedūt, debet etiam seruari inter eosdem laicos in successione bonorum ecclesiasticæ personæ, ab intestato decedentis.

Aut verò agitur de successione ex testamento, vt in terminis consuet. Si aliquis moriens, & consuet. & si testator, ita vt dubitetur, num clericus, vel ecclesiastica persona, testando, debeat seruare istarum consuetudinum dispositionem, adeò vt non possit disponere, nisi de me-
14 dietate tantum, prout est in laicis: † & in hoc casu (quicquid dicat Vrsill. d. decis. 310. & alij relati num. 11.) verior est opinio contraria, vt clericus, disponendo, non ligetur dispositione istarum cōsuetudinū. ita expresſè docet Neapod. in prohem. ipsarum consuetud. sub nu. 303. & seqq. in verb. qui tenorem, & præcipuè num. 312. vbi, discusso, et ad partes, & solutis contrarijs, sic residet. vbi Anto. de Alex. in addit. incip. Vide per Franchum. fol. 24. sub num. 293. iddem affirmat, & plures Doctores ad hoc propositum cumulat. Iddem tenet ibid. Salern. in addit. incip. Pro conclusione, d. fol. 24. vbi pro, & contra multos cumulat: & tandem hanc opinionem, tāquam magis receptam, tuetur, eandem sententiam firmauit idem Neapod. in d. cōsuet.
15 Si quis, vel si qua, num. 248. † Quæ opinio fuit pluries recepta per Sacrum Consilium, & secundum eam tamquam magis veram iudicatum, de vna vice testatur Capyc. decis. 98. de alia vice meminit Consiliarius de Bottis in d. consuet. Si quis, vel si qua. sub num. 256. in addit. incip. in causa fratris Ioannis Baptistæ de Adiutorio, de alia vice meminit ibid. Præs. de Franch. in addit. incip. Adde Capycium. De qua etiam decisione meminit Vrsill. d. decis. 310. quæ fuit inter Camillum Arcellam cum Hospitali Incurabilium super dispositione facta per Archiepiscopum Capuanum, & fuit die 6. Augusti 1564. In qua causa, vt not. ibid Præs. de Franch. Aliæ sententiæ similes Sacri Consilij præsentatæ fuerunt adeò vt cernitur, opinionem istam sæ-
16 pissimè, imò semper per Sacrum Consilium esse receptam, vt colligitur ex decisionibus prædictis, & affirmat idemet de Franch. decis. 285. nu. 6. & decis. 41 t. nu. 5. & in eandem sententiam ipsemet inclinat decis. 667. tenent etiam hoc idem Naucler. de quo meminit idem de Franch. d. decis. 411. nume. 5. Minad. in constit. Regn. in aliquibus in 2. notab. Reg. de Ponte in cons. 39. Consiliarius de Rubeis in princip. suar. addit. fol. 1. Gaspar de Leo in d. consuet. si quis, vel si qua. sub num. 248. in apostill. incip. Vide notata. Quod adeo Sacrum Cōsilium
17 habuit pro vero, † vt etiam in clerico saluatico (vt sunt clerici coniugati, qui vnicam, & virginem duxerunt vxorem, vel illi, qui sunt in prima tonsura, vel in minoribus ordinibus constituti, vt habetur in Prag. 4. sub tit. de cler. seu diacon. saluat.) iudicauit, vt nullo modo, quando disponit, ligetur dispositione harum cōsuetudinum, de qua decisione meminit Cōsiliarius de Bottis in consuet. & si testator. sub num. 1. in addit. incip. Quid si quis habet fratrem. fol. 174. Quia omnes isti sunt extra iurisdictionem laicorum, nec illorum possunt ligari statutis, & consuetudinibus. Itaque si Sacrum Cōsiliū in casu magis dubitabili, vt est in clerico saluatico, qui non gaudet tot beneficijs, quot gaudent alij clerici, in beneficium ecclesiasticorum iudicauit: igitur remanet quæstio absoluta, ecclesiasticos non ligari dispositione harum consuetudinum.

Hęc opinio est ēt magis recepta secundum ius commune; nam Anto. de Alex. & Salern. locis citatis notarunt, Doctores magis communiter hanc sententiam sequi, & inter alios citant Andr. in c. 1. §. in omnibus. nu. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. plures alios cumulat, & probat Burs. d. cons. 93. num. 17. vol. 1. & iddem sequitur Surd. in decis. 20. & decis. 160. nu. 5. & 9. sic etiam Hieronym. Gabr. in consil. 37. vol. 2. & omitto alios,
18 quia magis communiter dicitur, † vt ecclesiasticorum contractus, & actus nullo modo subiaceant dispositioni statuti, &

tuti, & consuetudinum laicorum, quantumuis fauorabiles sint, ita ex communi Doctorum sententia in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. affirmat Socin. Iun. consi. 1. nu. 9. vol. 2. Remig. de Gonni in tract. de charitatiuo subsid. quæst. 81. nu. 10. 11. quos etiam probat Bruner. à Sole in verb. clericorum actus, in d. suo compend. proposit. & hoc iddem post Cyn. Panhorm. & alios sequuntur nouissimè Azor. tom. 1. moral. lib. 5. cap. 18. quæst. 12. Salas trac. 14. de legib. disput. 19. sect. 15. Quinimò hoc est absolutum in hoc Regno, tum ob decisiones desuper relatas, & receptissimam nostratum sententiam super has consuetudines; tum
19 etiam, quia expressè sancitum extat, † vt clerici nullo modo sint subiecti iudicio sæculari; nisi solùm quò ad bona feudalia, vt habetur in Pragmatica 2. & 3. de cler. seù diac. saluat. Andr. loco cit. & alib. vt not. Camill. Salern. in consuet. Si quis, vel si qua, sub nu. 248. in addit. incip. Consuetudo laicorum, in fi. fol. 147. & habetur etiam in Concilio Trid. sess. 23. de reform. cap. 6. latissimè tradit Couar. lib. vnico pract. quæst. cap. 32. & seqq. &
20 est opinio indubitata, † qui q. dē clerici, licèt in hoc Regno non admittantur ad feuda regulariter, vt dixi nu. 5. attento, tamen iure communi succedunt, si ex feudo soluatur seruitium reale, vel etiã personale; sed feudatarij admittuntur ad seruiendum per substitutum: vel tertio quia Dominus expressè, vel tacitè admittit Clericum ad feudorum successionem; hoc enim est in eius arbitrio, & voluntate, vt docuit Andr. in d. cap. qui clericus. & nouissimè post alios hoc iddem sequitur Regens de Pont. in d. tit. de assensib. §. 4. nu. 16. Sequitur etiam Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cas. 231. num. 35. & seqq. vbi alios allegat, & in hoc tantum casu clericus ratione bonorum feudalium subditus est Domino temporali, & eius legibus; in alijs verò casibus secus est: tùc enim succedit regula, vt ecclesiasticus, nec volens possit se subijcere Iudicibus sæcularibus, nec eorum statutis; & ratio
21 est, † quia hoc exemptionis priuilegium est de iure diuino, vt ex magis recepta sententia affirmat Reg. de Ponte in decis. 9. num. 7. & dixi in tract. 2. de censur.
22 † & illa ratione est introductum, vt non possit clericus huic priuilegio renuntiare, quia priuilegium hoc non tantum ipsis clericis, sed toti ordini clericali concessum est, vt habetur in cap. si diligenti, vbi omnes; extra de for. compet. & in authen. statuimus. C. de sacrosan. eccles. quod est vulgatum axioma. Nec dicatur hoc procedere quoad priuilegium per-
23 sonale, † quia iddem procedit etiam quoad eorum bona; nam laici nullam habent iurisdictionem tam contra personas clericorum, quàm contra eorum bona, & ex eodem defectu iurisdictionis statutum corruit, vt habetur in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, & patet etiam ex dictis nu. 18. 42. & alibi; & quæ videntur contraria soluentur d. nu. 42. & seqq.

Quãdo verò sumus in primo casu principali, si consuetudines locum habeant in Ecclesiasticorum beneficium, duos alios casus subdistinguo; Primus est, si quęratur de successione ab intestato. Secundus est, si quæratur ex testamento.

24 † In primo casu, vt verbi gratia, moritur aliquis agnatus, vel cognatus ab intestato, qui reliquit plures sibi coniunctos, inter quos aderat clericus, religiosus professus, vel sanctimonialis professa in aliqua religione, & dubitetur, num Ecclesiasticus debeat succedere cum agnatis, & cognatis laicis, & in hoc casu, (quicquid dicat Præs. de Franch. in dict. decis. 411. num. 6. in fi.) teneo indubitanter, vt ecclesiasticus simul cum laicis admittatur ad successionem; sic probat in indiuiduo Neapod. in prohem. consuetud. nu. 252. per glos. in cap. quod clericis, extra de for. compet. hoc iddem tenet Matthesilan. singul. 110. vbi Gabr. Sarayna addit. pulchrum consilium, & secundum illud fuit iudicatum: nempè similes consuetudines, & statuta habere locum in ecclesiasticorum beneficium, de quo cõsilio meminit Camill. Salern. in d prohe. sub num. 293. in addit. incip. Pro conclusione, vbi citat glo. & Andr. in constit. Regni, si quis clericus, & alios plures ad hoc probandum; hoc iddem expressis verbis docet iddem Neapod. in d. con-
25 suet. Si quis, vel si qua, sub nu. 255. † Vbi Consiliarius de Bottis ita dicit iudicasse Sacrum Consilium in causa Fratris Ioannis Baptistæ de Adiutorio, & Monasterij S. Mariæ de Partu, & etiam pluries aliàs iudicauit, vt refert iddem de Frãch.
26 decis. 411. num. 1. † Quam opinionem post Bal. & Ias. in l. de quibus. ff. de legib. & post Natt. in cap. quamuis. quæst. 6. de pact.

pact.in 6.tenet Naucler.in suis addition.
fol.1.à ter. incip. Antistitem,quod latius
probauit in suis allegationibus, vt refert
Præs.de Franch.d.decis.411.sub nu.5.&
hoc adeò habuerunt pro vero DD. vt
voluerunt,ecclesiasticum masculum ex-
cludere etiam fœminam à successione,
vt ex multis probat Bursat.consi.93.nu.
27.lib.1. & ratio est manifesta in casu
27 principali tum † quia clerici, & eccle-
siastici veniunt appellatione ciuium, &
eorum priuilegijs,& beneficijs vtuntur,
vt latius probat Bertrand. in consi. 92.
vol.3.Carauit.in rit.301.nu.24.tum etiã
quia, si clerici decedunt ab intestato,a-
gnati,& cognati laici illis succedunt,ser-
uata forma istarum consuetudinum, vt
38 dixi supra nu.12. & 13.† & hac de cau-
sa dũ annis elapsis decessisset ab intesta-
to quidam nobilis de Falco,&reliquisset
plures nepotes, inter quos erat vnus ꝓ-
fessus in quadam religione, & prætẽ-
dissent laici,vt nullo modo ille professus
in religione succederet, & adhoc fuisset
intentata lis in iudicio; tamen videntes
laici, se ius non fouere in hac parte, &
collegiato negotio cum primarijs aduo-
catis huius Ciuitatis, recesserunt à lite,
& soluerunt portionem suam dicto reli-
gioso,quæ portio fuit plusquàm ducato-
rũ decẽ mille: itaq; de hac veritate non
est amplius dubitandum, quia in hoc ca-
su seruatur æqualitas, & Iustitia inter
succedentes,vt patet ex dictis.

29 Nec obstat, quòd idem de Franch. vi-
deatur de hoc dubitasse d.decis.411. nu.
6.in fin.nam in decis.40.num.1. & 2. ex-
presè tenet, vt consuetudines istæ pro-
cedant in ecclesiasticorum beneficium,
etiam si essent religiosi, & sic dicit iudi-
casse Sacrum Consilium in ead. decis.
30 411.nu.5.† prout etiam iddem Sacrum
Consilium in anno 1573.die 28.Septem-
bris hoc iddem iudicauit in beneficium
cuiusdam monasterij Religionis Seruo-
rum,de qua decisione meminit idem de
Franch.decis.667. nu. 5. Itaque non po-
test de eius intentione dubitari, & si du-
bitaretur, iam Sacrum Consilium opi-
nionem suam non habuit pro vera, dum
etiam,eo præsente,iudicauit contrariũ,
vt fuit in dicto anno 1573.

31 Nec obstat secundò, quòd Monachus
est mortuus mundo, & Deo solùm viue-
re dicitur.vt in l. Deo nobis. C. de episc.
& cler.& ideò dum tempore delatæ suc-
cessionis reperitur incapax ad succeden
dum, non potest transferre ad monaste-
rium illud ius;quod non habebat: Nam
adhoc motiuum respondet Neapod. in
d. consuet. Si quis, vel si qua, nu.260. &
seqq. Videlicet religiosum esse mortuum
mundo, solùm quòad matrimonia con-
trahenda, & quòad alia carnalia mundi,
& agnationem, & cognationem non di-
citur habere ad hoc tamen;vt velit exire
de Monasterio, & sinè legitima causa
cursitare per vicos, & plateas ad colli-
quendum cum eis, nè per hoc detur oc-
casio vagandi, & agendi res indecen-
32 tes religioso viro,† verùm retinet agna-
tionem; & cognationem naturalem quò
ad ipsam successionem, vt expresè ha-
betur in dict. l. Deo nobis. §. sed ne-
cesè, vbi omnes, & in cap. in præsen-
tia, extra de probat. vbi similiter om-
nes,& consequenter si religiosus, ante
professionem emissam,nullam fecit legi-
timam renunciationẽ, & Monasterium
saltem in communi sit capax bonorum,
iam Monasterium succedit ex persona
illius religiosi: quia professio abstulit
omne proprium ab illo religioso, ne sci-
licet,ipse nomine suo possit habere pro-
priũ, & ideo omne ius succedendi,quod
tũc habebat in actu ad succedẽdũ,trans-
fusit,& transmisit ad ipsum Monasteriũ,
quod postea succedit ex persona illius
religiosi,vt not.DD.in locis cit.quod est
vulgatum omniũ axioma, & ita fuit plu-
ries decisum,vt nu.25.& seqq.retuli.

Nec obstat tertiò,quòd Reg. de Pont.
in dicto suo consi. 39. videatur tenere
33 contrarium, † nempe consuetudines
istas non habere locum in Ecclesiastico-
rum beneficium, quia si primò hoc eius
dictum simpliciter intelligeretur esset
falsum, & contra Neapodani doctrinã,
& tot decisiones Sacri Consilij,imò con
tra ipsam veritatem, & etiam contra
mentem eiusdem de Ponte, tum quia
oretenùs ab eo pluries audiui contrariũ,
tum etiam quia in eod. consi.39. ipse do-
ctissimus Marchio scripsit in fauorem
cuiusdam Monasterij ad alterius Mona-
sterij exclusionem, & consequentèr Mo
nasterium, quod ipse defendebat, ex fa-
cto magis claro debebat succedere, &
alterum excludi; nam esset ridiculum
dicere, vt Monasterium eius includere-
tur in dispositionem consuetudinum,
non autem Monasterium contrarium:
igitur

igitur ex facto magis claro includebatur vnum, & non alterum.

In secundo casu, si loquamur ex testamento, vt quia agnatus, vel cognatus laicus disposuit de bonis suis per testamentum, & agnatis, vel cognatis Ecclesiasticis parum, aut nihil reliquit, & fit quæstio, num Ecclesiastici in hoc casu possint impugnare testamentum, & vti beneficio istarum consuetudinum? & in hoc duos alios casus considerauerunt Scribentes, Primus est in linea collaterali, Secundus verò in linea ascendēti, & descendenti.

34 In primo casu magis communiter tenent, vt ecclesiastici non possint vti beneficio istarum consuetudinum contra collaterales, ita defendit Capyc. decis. 98. in fin. Naucler. in alleg. 50. quem refert, & sequitur Præs. de Franch. decis. 411. sub nu. 5. vbi ait ita fuisse decisum in Sacro Consilio de anno 1521. die 12. Iunij in causa quorundā de Cicalis cum Monasterio S. Laurentij de Padula, nem pè testamentum fratris, qui nihil reliquit Monacho Cartusiano, fuisse validum, quia ecclesiastici non vtuntur beneficio consuetudinum contra voluntatem disponentium. Mouentur omnes ea præ-

35 cipua ratione, † quia vt ecclesiastici succedant in bonis agnatorum, & cognatorum laicorum, venit potius ex dispositione iuris communis, quàm per has consuetudines, quæ locum habere non possunt in Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, vt cōceptis verbis docet Neapod. in consuet. si quis, vel si qua, sub nu. 255. vers. & præmissa, quem sequitur Minad. in repet. Constit. Reg. in aliquibus in 2. notab. nu. 81. & 87. Reg. de Ponte consi. 39. sub nu. 11. & alij citati nu. præced.

36 † Sed de iure communi frater non potest impugnare testamentum fratris, nisi quando turpem instituisset personam, vt in l. si fratris, C. de inoffic. testam. Sed solum succeditur ab intestato, & non contra testamentum in linea Collaterali secundum ius commune.

37 Accedit prædictis, † quia inter succedentes debet seruari æqualitas, quia omnis æquitas, & iustitia ēt hoc mandat, quæ præcipuè in Ecclesia, & Ecclesiasticis personis seruanda est, vt dixi supra nu. 2. Sed ipsi ecclesiastici disponendo non ligantur dispositione istarum consuetudinum, vt dixi num. 14. & seqq. Sed solùm ab intestato agnati, & cognati laici eis succedunt, vt dixi num. 13. Igitur conqueri non possunt, si etiam laici disponendo de bonis suis, non ligentur dispositione consuetudinum, sed tantùm iuris communis dispositione quoàd ipsos Ecclesiasticos, & hac ratione vtitur Præs. de Franch. d. decis. 411. circa fin.

38 Confirmantur omnia prædicta † quia laici possunt denegare beneficium statuti Ecclesiasticis, qñ statuta sunt laicorū tantùm, & eorum denegatio non est contra Canonum, vel Iuris communis dispositionem, vt scripsit Bald. in l. de quibus. num. 26. ff. de legib. Idem Bald. in auth. cassa, & irrita, vbi etiam Butricar. C. de sacrosan. eccles. vbi Salycet. Castr. & alij hoc iddem sequuntur, quos etiam nouissimè probat Surd. in consi. 2. num. 43. vol. 1. & hoc non esset contra libertatem ecclesiasticam, quia hoc non esset aliud, nisi denegare illis eorundem laicorum priuilegium, non autem derogare priuilegio, illis concesso; quod etiam post Bart. Felin. & alios probat Azor. d. par. 1. moral. lib. 5. cap. 13. quęst. 4. quem secutus sum in tract. 2. de censur. cap. 16. nu. 60. Sed hoc propriè eueniret in casu nostro; nam licet ex Prudentum interpretatione super has consuetudines, ecclesiastici gaudeant beneficio consuetudinum, quando succeditur ab intestato; tamen disponendo per testamentum, possunt illis negare hoc beneficium, & nulla iniuria illos afficiunt, quia vtuntur iure proprio; & hæc opinio videtur habere maximam æquitatem.

39 Quando verò sumus in linea ascēdenti, & descendenti, & tunc Præses de Franch. d. decis. 667. post nu. 5. §. dubitatum fuit, iddem defendit; quia, si pro regula traditur, vt ecclesiastici non admittantur ad succedendum in bonis laicorum, nisi attenta dispositione iuris communis, non autem secundum harum consuetudinum dispositionem, vt dictum est nu. 35. in omni linea sufficit obseruatam esse iuris communis dispositionem, & consequenter licèt Sacrum Consilium aliquando iudicasset contrarium, vt dicam nu. seq. tamen, cùm ex illa sententia fuisset reclamatum; fuit de illa valdè dubitatum in Sacro Consilio ob rationem prædictā, vt refert Prēs. de Franch.

40 in d. §. dubitatum fuit: † nihilominus, vt dixi, Sacrum Consilium in anno 1573.

die 28. Septembris declarauit dispositionem harum consuetudinum habere locum in beneficium ecclesiasticorum, etiam dum ascendentes disponunt de bonis suis ex testamento, nam iudicauit, vt Portia Mirta, quæ duos habebat filios, vnum masculum Religiosum professum in religione seruorum, cui religioso quoddam legatum tãtùm reliquit, & filiam fœminam, quam sibi fecit vniuersalem hæredem, & tandem Sacrum Consilium declarauit, prædictam Portiam potuisse solùm disponere in beneficium filiæ de medietate decimæ, seruata forma consuetud. si aliquis moriens, & consuet. Et si testator, & licèt Præs. de Franch. loco cit dicat, in reclamatione fuisse valde dubitatum de dicta sententia, ratione allegata num. præcedenti; tamen illa causa reclamationis adhuc pendet indecisa, iunctis Aulis, & ipse Præs. de Franch. non interuenit nec in prima, nec in secunda instantia tanquam suspectus, vt constat ex processu, quem ad hunc finem volui videre, & propterea valdè miror, quomodo ipse attestetur, quòd in causa reclamationis fuerit valdè dubitatum de prima decisione quę fuit facta cum maxima consideratione; & attenta etiam prudentum interpretatione super has consuetudines, & attentis etiam decisionibus aliàs factis per iddem Sacrum Consilium in similibus causis, dum ferè omnes dicunt, dispositionem istarum consuetudinum habere locum in ecclesiasticorum beneficium, & nullam faciunt distinctionem, si procedant ab intestato, vel ex testamento: imò in eis viget alia ratio, quia dicuntur ciues huius Ciuitatis quòad omnia ea, quæ eorum concernunt beneficium, vt dixi nu. 27. & hæc decisio est valdè synodalis in beneficium ecclesiasticorum, & in pũcto Iuris verior videtur; Nec obstat ratio æqualitatis seruandæ, quia de

41 Iure fancitum est, † vt Ecclesiastici possint vti beneficio statuti, & consuetudinis contra laicos, non autem è contra, vt laici illis vtantur contra Ecclesiasticos, vt post glos. Abb. & alios affirmat idem Præs. decis. 285. nu. 5. vt alios omittam, nam ex dictis supra cernitur hæc veritas, & consequenter si Iudex in beneficium Ecclesiasticorum iudicaret, consuetudines istas etiam ex testamento habere locum in ecclesiasticorum beneficium, benè faceret, & secundùm decisiones aliàs factas per iddem Sacrum Consilium, quàmuis ratione æqualitatis seruandæ in linea Collaterali sit æqua etiam contraria opinio, sed non recederem ab opinione recepta per Sacrum Consilium, vt tam ab intestato, quàm ex testamento procedant in beneficium ecclesiasticorum.

42 Nec obstant contraria, quia ex prædictis soluta patent, nam ad primum argumentum nu. 1. relatum patet responsio ex dictis per Neapod. in prohem. sub n. 312. quia laicorũ statuta, & consuetudines quantumuis sint in fauorem ecclesiasticorum, eos nullo modo ligare possunt neq; quòad personam, neq; quòad bona; quod etiam dixi supra par. 1. cap. 5. nu. 53. & seqq. Prima confirmatio soluta patet ex dictis nu. præcedenti, quia ecclesiastici vtuntur beneficio statuti laicorum contra laicos, non autem è contra.

43 Ad secundum argumentum respectu forensium, vt ligentur consuetudine pro bonis sitis in districtu, est diuersa ratio, quia de iure sancitum est, vt ratione rei sitæ in districtu alicuius loci quis sortiatur forum illius loci, nisi ex iuris dispositione inueniatur exemptus, sed huiusmodi sunt omnes ecclesiastici, qui etiam quòad eorum bona exempti sunt à iurisdictione laicorum, & solùm quòad feuda illi subsunt, vt nu. 19. 21. & seqq. dictum est. Itaque est ratio admodùm diuersa inter forenses, & ecclesiasticos. Et

44 licèt multi teneant, † ecclesiasticos ligari dispositione aliquorum statutorum sæcularium, vt est statutum de faciendo compromisso, quando adesset lis inter personas coniunctas, vt post alios probat Salern. in prohem. in addit. ad Neapod. sub nu. 293. fol. 25. lit. F & faciunt dicta per Cornazanum in decis. Lucens. 186. nu. 7. vt alios omittam; sic etiam

45 † vt est statutum, vt frumenti modia certo vendantur prætio, non extrahantur de territorio sine licentia sæculariũ iudicum, sic etiam ne pecunia extrahatur de Regno, & his similia. Si enim Ecclesiastici quòad prædicta contradicunt, & transgrediantur statuta, sine dubio mortaliter peccant, vt ex communi, & recepta sententia probaui in tract. de contract. tit. 3. de domin. iurisd. Regi competen. q. 5. art. 3. n. 53. & seqq.

Siqui-

46 Siquidem Respondetur † ecclesiasticos non ligari ipsis statutis, sunt enim extra laicorum iurisdictionẽ, vt dictum est; sed ligantur rationis dictamine, quod in statutis prędictis continetur; videlicet, cum illa, quæ per statuta permittuntur, vel prohibentur, sint iusta, & rationabilia, ac bonum publicum respiciant, quia descendunt ex naturali iure quod non solùm omnes laicos, sed etiam Ecclesiasticos obligat, ideò omnes trãs-
47 gressores peccant mortaliter; † Ecclesiastici tamen, quia sunt extra laicorum iurisdictionem non tenentur ad pœnas statutorum, ita Sot. in 4. dist. 25. art. 2. post alios Surd. consi. 301. nu. 39. volum. 3. Rodriq. tom. 1. quæst. regular. quæst. 66. art. 2. §. octaua regula, post Sayrum, Vasquez, Suarez, & alios, hoc iddem ex pluribus nouissimè probat Salas tracta. 14. de legib. disp. 14. sect. 8. tota & præcipuè num. 10 & seqq. & melius sectione 9. num. 106. & seqq. & ita fuit iudicatum in Regia Camera Summariæ de anno 1594. die decimatertia Februarij super ducatis octingentum interceptis, qui ab hoc Regno extrahebantur per quendam Clericum; nam, licèt prætendisset Regius Fiscus, vt vigore Regiæ pragmaticæ, & bannorum, prohibentium extractionem pecuniarum sub pœna omissionis illius; tamen pecunia illa fuit restituta ipsi Clerico, de qua decisione meminit Author Prax. Archiepisc. Neapol. in nouissima impressione anni 1611. cap. 75. nũ. 3. & hęc est pura veritas, vt latius probaui in dict. tract. de contract.
48 tit. 3. quæst. 5. art. 3. nu. 53. & seqq. † Et dum Ecclesiastici transgrediuntur huiusmodi statuta, sunt admonendi eorum Superiores, vt faciant à suis subditis illa seruare, quod pręcipuè euenit in prætio taxationis frumentorũ, & in extractione pecuniarum, quæ omnia bonum commune respiciunt, ad quod omnes tenentur. Ita Salzedo in addit. ad pract. Diaz. cap. 55. vt alios omittam, quos d. art. 3. nu. 53. & seqq. cumulaui.

Ad confirmationem secundi argumenti respondetur aliud esse, vt quis disponendo de bonis suis, adijciat certam regulam, qua velit ad alios peruenire, & aliud mandare, vt quis disponat de bonis suis: in primo casu est res licita, & iusta, & hòc modo euenit in feudis, quæ eriguntur, vt Domino soluantur personalia seruitia, ad quæ præstanda, cùm Ecclesiastici sint inhabiles, meritò à feudorum successione excluduntur, vt dixi nu. 5. & 20.

49 † Hinc etiam euenit, vt quis possit relinquere bona sua Ecclesiasticis, vt de eis soluant tributum Regi, & hoc non est contra libertatem Ecclesiæ, quia rei suæ potest quis imponere regulam, quã velit, & est in potestate Ecclesiastici illa bona recipere, vt latius probaui in tract. secundo de censur. cap. 16. nu. 62. & sequen.

Hinc etiãm consuetudine introduci
50 potest, † vt legitima filiorum sit restricta ad minorem quantitatem illa, quæ illis debetur de iure communi, vt dixi dicto cap. 16. num. 61. & hac ratione iustificatur consuetudo, vt paragium Monialium sit minus legitima, & sit solum secundum illam quantitatem, quam omnes Moniales soluere solent, vt dixi infra part. tertia. quæstio. 8. num. 32. & sequen. At in secundo casu secùs est,
51 † quia tunc imponeret onus alteri, quando disponet de bonis suis, quòd solùm respectu subditorum fieri potest; & proindè non valeret consuetudo laicorum, nec statutum, quibus introduceretur forma, qualiter Moniales de eorum paragio, vel Ecclesiastici de bonis suis disponerent, prout ex Neapodano, & alijs fundatum est; quia, vt huiusmodi statuta sint valida, debent expresse approbari per Summum Pontif. vt in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, extra de constit. & in d. Authen. cassa, & irrita. C. de sacrosan. eccles. Et per hoc patet responsio ad tertium argumentum, quia, vt sæpe replicatum est, etiam si statuta essent in fauorem Ecclesiasticorum, adhuc sunt nullius momenti ob defectum iurisdictionis, vt dictum est.

Vltimum argumentum est etiam ina-
52 ne; † Si enim constaret de expressa approbatione consuetudinum, vt etiam ab Ecclesiasticis essent inductæ, iam hoc esset verificatum in iuditio, & non est verisimile, vt quæstio hæc tot vicibus disputata esset in Sacro Consilio, & semper iudicatum fuit in fauorem Ecclesiasticorum, ne, videlicet, actiuè harum consuetudinum dispositione ligentur, vt dixi nume. 14. & seqq. & noluerint aduersarij laici probare: has etiã clericorum consuetudines esse; quo

G 2 casu,

casu illi ligarentur, adesset approbatio facta à persona legitima, vt à Summo Pont. Farinac. decis. 79 nu. 2. & 347. nu. 3. vel saltem ab episcopo cum toto clero: sed solùm istæ consuetudines fuerunt introductæ per laicos viros, & quando fuerunt in scriptis redactæ, appprobatę, & præsentatæ per duodecim viros Regi Carolo; tunc interuenit Antistes huius Ciuitatis; vt habetur in prohem. harum consuetud. quod factum fuit causa maioris firmitatis, vt consuetudines magis rationabiles, & iustæ censerentur, dum etiam consensus Episcopi, qui pater omnium dicitur, & in quo semper pręsumitur adesse æquitas, & veritas, interuenit; nam verbum nullum in approbatione prædicta habetur, vt Ecclesiasticos ligēt, & proinde voluerunt illi Viri prudentissimi, Rex Carolus, & Antistes, vt istæ cōsuetudines remanerent in illa firmitate, vt remanent similes consuetudines, & statuta secundum Vtriusque Iuris dispositionem, videlicet, vt nullo modo ligent Ecclesiasticos, etiam si sint in eorum beneficium, vt sæpe sæpius replicatum est.

Ex omnibus prædictis, reassumendo quæstionem, colliguntur plura, & Primo, vt si Ecclesiastici moriantur ab intestato, in eorum bonis illæ personæ succedant, quæ per has consuetudines vocantur, vt nu. 13. dictum est. Secundò, si Ecclesiastici disponāt de bonis suis, possint ad libitum disponere, quia actiuè nō ligantur dispositione consuetudinum, sed satis est, si ius commune seruent, vt patet ex dictis à nu. 14. vsque ad nu. 24. Tertiò, si laici moriantur ab intestato, ad eorum bona vocentur agnati, & cognati secundum has consuetudines, etiā si essent Clerici, vel Religiosi professi, vt patet ex dictis à nu. 24. vsque ad nu. 34. Et demum quartò, si laicus ex testamento disponeret de bonis suis, & quoad Ecclesiasticos seruaret ius commune, valeret dispositio secundum æquiorem senteutiam, vt patet ex dictis à nu. 34. vsque ad nu. 40. quamuis in puncto iuris verior sit opinio, etiam in Sacro Consilio recepta, vt etiam contra testamentum procedāt istæ consuetudines in beneficium ecclesiasticorum, præcipuè in linea ascēdenti, & descendenti, vt nu. 40. & seqq. probatum est. Quintò denique colligi
53 potest. † vt laicus teneatur seruare consuetudines, etiam si disponat in beneficium Ecclesię, vel Ecclesiasticarum personarum, vt etiam dixi infra par. 3. q. 2. & hæc satis sint pro ista quæstione.

An Clericus ligetur instantia cœpta cum defuncto laico.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIVM.


Vccessor duplex, vniuersalis, & particularis. nu. 1.

Clericus successor vniuersalis ligatur instantia cœpta cum defuncto num. 2. & 4

Sed contrariam opinionem magis communem sequitur Author n. 18. & seq.

Successor non potest plus iuris habere, quam eius author. nu. 3.

Hæres est fictè eadem persona cum defuncto. nu. 5.

In diuersis personis non datur continuatio instantiæ. nu. 6.

Iddem operatur fictio in casu ficto, sicut veritas in casu vero, quando eadem est ratio, nu. 7.

Fictio est contra veritatem, & ideò nunquam concordat cum veritate. nu. 8.

Iudex laicus an cognoscat de delicto clericorum, qui in fraudem effecti sunt clerici. nu. 9.

Clericus, incipiens litigare coram sæculari potest ibi reconueniri, at si nolit in causa reconuentionis respondere, denegatur ei audientia in causa conuentionis. nu. 10.

Clericus hæres tenetur ex contractu defuncti, nu. 11. & qua ratione id procedat. nu. 12. Sed conuenitur coram ecclesiastico. nu. 13.

Ecclesia nolit, vt aliquis locupletetur cū iactura alterius. nu. 12.

Ecclesia non vtitur regula, vt res dentur plus offerenti, nam solùm vult iustum pretium rei, & ratio traditur. nu. 13.

Prælati qualiter teneantur meliorare res ecclesiæ. nu. 14.

Clericus non gaudet priuilegio, vbi non inuenitur priuilegiatus. num. 14. in fin. 15. 25.

Dle-

Clericus conuentus coram Iudice laico, & non opponens declinatoriam fori, qualiter puniatur. nu. 16.
Acceptans aliquid tenetur cum suo onere acceptare, si eius qualitas hoc poscit. num. 17.
Ius vnius personæ non confunditur cum iure alterius. nu. 18.
Instantia non cœpta cum defuncto, clericus hæres conuenitur coram Ecclesiastico, nu. 19.
Multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. nu. 20.
Sententia, lata contra clericum, non mãdatur executioni contra laicum fideiussorem clerici. nu. 21.
Mutata persona, mutatur conditio rei. nu. 24.
Clericus hæres non ligatur instantia cœpta cum defuncto communior: & verior sententia. nu. 22. & seq. & in toto terrarum orbe recepta. nu. 24. in fi.
Iacobini authoritas maxima est; & ideò præ manibus est semper habendus. num. 23.
Instantia, cœpta cum defuncto, non trãsit in fiscum etiam vniuersalem successorem, & ratio affertur. nu. 26.
Cappellani Regij cognoscuntur à Iudice delegato laico cũ voto Cappellani Maioris. nu. 27.
Clericus successor particularis minùs ligatur instantia cœpta cum laico defuncto. nu. 28.
Alienato fundo in clericum, & laicus esset condemnatus, potest clericus petere remissionem causæ etiam post sententiam. nu. 29.
Facta alienatione rei in iudicio deductæ, citandus est possessor, aliàs iuditium est nullum. nu. 30.
Citatio est nulla ex defectu Iurisdictionis. num. 31.
Vitium litigiosi non habet locum in clerico. nu. 32.
Re litigiosa, alienata in clericum, alienans, soluit rei æstimationem. nu. 33.
Vnaquæstio aliam trahit. nu. 34.



VMPTA occasione ex his, quæ tradit Salern. in d. prohem. d. fol. 25. lit. F. Quatenùs affirmat, vt clericus ligetur instantia cœpta cum defuncto laico, examinanda est hæc quæstio, quamuis non concernat materiam harum consuetudinum, sed vt videamus veritatem articuli; nam in puncto iuris, & secundùm veritatem, opinionem contrariam ipsi
1 Salerno admittimus, † siquidem successor duplex est; nam vel est vniuersalis, vt est hæres, vel est particularis, vt est legatarius, donatarius, &c. & in vtroque casu clericus successor non ligatur instantia cœpta cum defuncto laico, quod in Sacro Consilio demonstrauimus annis elapsis, dum casus accidit, quàmuis causa decisa nõ fuit ob processus amissionem. Discutiam igitur articulum, vt appareat veritas illius.

Pro resolutione igitur primi articuli
2 magis controuersi, † si nempè instantia, cœpta cum defuncto laico, transeat in clericum eius hæredem, & sic vniuersalem successorem, est admodùm controuersa sententia; in qua opinionem affirmatiuam receperunt infrascripti Doctores; Videlicet Angel. Imol. Castr. Rom. Alex. Aret. Barbat. Firmian. Milis in suo repert. Benedict. Cagnol. Marant. Vasq. Suarez. Viui. & Boer. quos recenset, & probat Surd. in consi. 222. nu. 16. vol. 1. Sic etiam Ias. quem refert idem Surd. in decis. 110. nu. 2. vbi ita refert pluries iudicatum in illo Senatu, & vltra per eum allegatos, hoc iddem probant Bald. Fulgos. Lancellottus, Deci. Alex. Socin. Lanfranc. de Oriano, & Aufrer. quos sectatur Couarru. lib. vnico pract. quæst. cap. 8. nu. 3. & iddem probat Rodriq. tom. 2. quæstio. regul. quæst. 62. art. 21. qui præcipuè mouetur ex decisione Aprutina, relata per Viui. loco cit. per Surd. d. cõsi. 222. nu. 16. Mouentur autem præcitati authores, præcipuè ex duobus. Primò
3 † quia successor non potest plus Iuris habere, quàm eius author, nam clara est Iuris regula, vt veniens in iudicium ex persona alterius, non possit plus Iuris habere, quàm eius author, ex regul. text. in l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. At si ipsemet laicus effectus esset clericus post cœptam instantiam, deberet litiga-
4 re coram Iudice laico, vt scripsit Bald. in l. si quis posteaquàm. ff. de iudic. vbi alij. Surd. d. decis. 110. nu. 3. Bart. & alij in l. 1. ff de pœn. Ioan. Andr. & cæteri Canonistæ. in c. 1. de obligat. ad ratiocin. Præs. de Franch. decis. 259. cum alijs innumeris cumulatis per Ann. in cons. 14. vol.

vol. 2. Igitur etiam ipse clericus succes-
sor conueniri debet coram eodem Iudi-
ce laico, quod argumentum tantum vr-
get, vt Surd. d. decis. 110. nu. 3. dicat vt
ei à nemine data sit optima solutio. Ve-
rùm hoc argumentum facili negotio sol-
5 ui potest; † quia, vt optimè ait Felin. in
cap. quia V. de iudit. hæres non est verè
eadem persona cum defuncto, sed ficte,
quia per iuris fictionem, hæres, & defun-
ctus eadem persona præsumuntur, vt
idemmet Surd. hoc affirmat in decis. 315
nu. 12. & hoc est notissimum apud om-
6 nes: quo casu succedit regula, † vt dum
non est eadem persona, sed diuersa, non
habet locum continuatio instantiæ, vt
explicat idem Felin. loc. cit. vbi adden-
tes in addit. magna. vers. pro hac facit.
Cùm igitur in proposito sint diuersæ per-
sonæ, & diuersæ iurisdictiones non po-
test habere locum continuatio instantię.
Nec obstat replicatio Surd. d. decis. 110.
7 nu. 3. † vt iddem operetur fictio in casu
ficto, sicut veritas in casu vero; nam do-
ctissimus vir meminisse debet, regulam
prædictam habere locum, quando esset
eadem ratio in casu ficto, quæ est in casu
8 vero: † nam fictio propriè, & secundum
eius naturam, est contra veritatem, vt
scripsit glo. communiter recepta in cap.
accusatus, in verb. fictione, de hæret. in
6. & proindè nunquàm concordat cum
veritate, vt post Bald. Gemin. Menoch.
& alios, notauit Brunor. à Sole in com-
pend. proposit. iur. in verb. fictio nun-
quam. Sed in casu nostro non est eadem,
9 sed diuersissima ratio, † tunc enim solùm
Doctores disputant articulum, an cleri-
cus possit conueniri coram Iudice lai-
co, quando ipse effectus esset clericus
post litem motam, vel post delictum cō-
missum, quia tunc præsumeretur assume-
re ordinem clericalem in fraudem Iudi-
cis sæcularis, & Regiæ iurisdictionis, vt
considerarunt post alios Præs. de Franc.
decis. 209. & Consiliarius de Anna dicto
consi. 140. vbi alios cumulant, de qua re
hic non accidit disputare, quia non per-
tinet ad præsentem quæstionem, inci-
denter motam occasione doctrinæ Sa-
lerni; de eius tamē veritate dixi in tract.
2. de censur. cap. 15. & 16. præcipuè nu.
19. In proposito est ratio diuersa, vt dixi,
quia non agitur de continuatione instan
tiæ eiusdem clerici, sed instantiæ cœptæ
cum defuncto laico, & sic nulla fraus cō-
siderari potest, & dum fraus cessat, cleri-
cus nec volens potest continuare instan-
tiam, quia vt dictum est quæstio præced.
nu. 21. & seqq. nec volens clericus potest
10 foro suo renuntiare, † & proinde si ab
eo cœptum esset iudicium coram Iudice
laico, & ibid. esset reconuentus, non
posset constringi, vt perseueraret in
iudicio; sed, si vellet, posset à iudicio re-
cedere, & Iudex laicus solùm posset de-
negare audientiam clerico in causa con-
uentionali, vt post alios scripsit Præses
de Franch. decis. 193. nu. 15.
11 Arguunt secundò, † quia clericus hæ-
res ligatur contractu defuncti, vt scripsit
Bar. in l. de eo. ff. de iudit. post alios Surd.
d. decis. 110. post nu. 4. Ergo debet etiam
ligari quasi contractu, quia in iuditijs
quasi contrahitur, vt per eos ex tex. in
l. 3. §. ita scribit. ff. de pecul. Sed hæc im-
pugnatio non vrget, quia diuersitas ra-
12 tionis hoc facit; nam in contractu † cle-
ricus non inuenitur priuilegiatus, vt non
sit obligatus ex contractu defuncti, nec
Ecclesia hoc vult; nam illa statuit, vt ne-
mo locupletetur cum alterius iactura, vt
in cap. locupletari. de reg. iur. in 6. quod
esset, si clericus non ligaretur contractu
defuncti; & non esset, dum non ligatur
instantia; quia tunc solùm mutatur forus,
& remanet actio, & in contractu etiam
13 actio tolleretur. † Hinc etiam Ecclesia
statuit, vt res ipsius, quæ subhastantur,
non dentur plus offerenti; ex quo non
vult, nisi iustum prætium, adeo vt si in
oblatione adesset pretium excessiuum
vltra iustum valorem rei, non debet il-
lud recipere, sed iustum prætium tan-
tùm, quia non debet admittere fraudem
in suis contractibus. cap. per tuas. de do-
nat. cum alijs cumulatis supra par. 1. cap.
14 6. nu. 22. † vbi etiam diximus reprehen-
dendos esse Prælatos contrarium seruā-
tes sub prætextu, vt velint facere res Ec-
clesiæ meliores, nam res Ecclesiæ me-
liorare tenentur iure legitimo, & sine
fraudibus, etiam quæ ab alijs commit-
tuntur, vt loco cit. dictum est, & ita pro-
cedit text. in cap. quoniam, & in c. quid
15 est aliud. 88. dist. † At in casu nostro cō-
traria viget ratio, quia ipse clericus inue
nitur priuilegiatus, vt nec etiam volens
conueniri possit coram Iudice laico,
16 † imo, si coram eo conuentus esset, &
non apponeret declinatoriam fori, esset
excommunicatus, & posset per Iudicem
Eccle-

Ecclesiasticum extraordinariè puniri tãquam transgressor canonis, vt ex multis probat Gramm. decis. 29. num. 7. & alib. & post alios hoc iddem sequitur ipsemet Surd. decis. 26. nu. 5. & ideò ex diuersis non est facienda illatio, & consequenter potius standum est regulæ, vt clericus nec etiam volens possit coram Iudice sæculari conueniri pro debito defuncti, sed solùm coram Ecclesiastico, quod secus est in materia contractus, in quo non inuenitur priuilegiatus.

Ex prædictis soluitur aliud argumen-
17 tum, † quòd scilicet, quilibet teneatur acceptare aliquid cum suo onere; vnde, dum clericus est hæres alterius, tenetur acceptare hæreditatem prædictam cum onere in eo inuento ex regul. text. in l. cum ab vno, in princ. ff. de legat. 2. cap. officij. de testamen. cum alijs relatis per Surd. d. decis. 110. nu. 6. Sed instantia cœpta cum defuncto est onus hereditatis, ergo etiam clericus tenetur illud agnoscere: est solutum, inquàm, quia satis est, vt clericus heres agnoscat onus, sibi proportionatum, nempe vt soluat debitum defuncti; quia hoc onus venit ex natura rei, & etiam ex voluntate testatoris, vt ipsius hæres soluat sua debita, sed vt clericus suscipiat in se onus instantiæ non potest venire ex iuris dispositione, cùm nec volens possit conueniri coram Iudice sæculari, vt sæpe replicatum est; nec venit ex voluntate testatoris, quia expressè non instituit clericum hæredem cum hoc onere, sed simpliciter; quo casu præsumitur se confirmare cum dispositione Iuris, imò etiam cum communi Doctorum sententia, vt suo loco dicetur, & successiuè potius præsumitur habuisse voluntatem contrariam, dum est receptior opinio, vt instantia, cępta cum defuncto laico, non liget clericos.

Tertiò arguunt, quia quoties duorum iura rediguntur in eandem personam, nullum ius læditur, sed vnumquodque
18 remanet in suo robore, & illęsum: † Ius enim vnius personæ non confunditur cum iure alterius personæ. l. si mihi, & Titio, in princ. ff. de legat. 1. vbi Barto, Imol. Castr. Alex. & Ias. & iddem probāt alij, quos sequitur Surd. d. decis. 110. nu. 8. At in casu nostro clericus duplicem personam repręsentat, propriam scilicet, & alienam, idest defuncti, & consequenter continuatio instantiæ non fit in clericum vti clericum, sed vti hæredem laici, & ideò priuilegio suo nō fit preiudicium, dum solùm coram Iudice laico
19 conuenitur tanquam heres laici: † Sed argumentum non cōcludit; si enim procederet, semper, & vbique locum sibi vēdicaret in omni contractu defuncti, etiã instantia non cœpta cum illo; semper enim conueniretur, vt hæres laici: sed quando instantia non est cœpta cum defuncto omnes concludunt, & etiam ipse Surd. loco supra citato nu. 9. vt clericus conueniatur tantùm coram Iudice Ecclesiastico, quia sæcularis Iudex non est competens ipsius clerici; quæ ratio etiam viget in casu nostro, cùm instantia cœpta nihil faciat: Nec vrget replicatio
20 eiusdem Surdi, † vt multa prohibeantur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Et eò fortius, quia in instantia cœpta viget ratio quasi contractus eiusdem defuncti, quæ ratio non viget, dum lis non est adhuc cœpta, quia tunc hereditas non dicitur affecta onere instantiæ, quæ cùm cœpta est sapit quid realitatis. Nam respondetur hoc factum esse nullum respectu clerici, quia non est sub iurisdictione laici, quòd eatenùs est verum, vt etiam si lata esset sententia contra clericum à Iu
21 dice laico, † quia sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, ideò nec contra clericum, nec cōtra laicum eius fideiussorem datum pro iudicato soluēdo posset executioni demandari, vt post alios docet Præf. de Franch. in decis. 400. & vltra per ipsum cumulatos, hoc iddem affirmat Francis. Marc. in decis. 1057. qui plures Doctores ad hoc propositum cumulat. Igitur non est simpliciter vera maxima illa allegata, multa facta tenent; quę fieri prohibentur, præcipuè in hoc casu, vt ex dictis cernitur.

22 Contraria igitur opinio, quam tenent omnes Canonistæ, verior de Iure est, communior, & receptior, vt ex infra dicendis patebit; hanc opinionem tenuit glos. in cap. clericum nullus, in verb. sæcularem, vers. iddem fortè. 11. quæst. 1. glos. in cap. is, cui. vbi Ioann. Andr. de regul. iur. in 6. Anton. de Butr in cap. quia V. de iudic. vbi Innoc. Imol. qui testatur de communi, Sic etiam de communi ibid. testatur Aretin. sic etiam Deci. in fin. Abb. nu. 12. Felin. nu. 2. vbi addentes ad eundem Felin. allegant Dominos de

Rota

Rota in decis. 5. de for. compet. sic iudicasse Bald. in c. in præsentia. de probat.

Nec solum hanc opinionem tenent communiter Canonistæ, sed etiam maior pars legistarum; & primò Bald. in l. si quis presbyter, la seconda. C. de episc. & cler.

Secundò Salycet. in l. 1. in fin. vbi Bal. nu. 2. in fin. C. si penden. appellat. mors interuen.

Tertiò Cagnol. in l. 2. nume. 249. & 252. vers. contrariam opinionem. C. de pact. vbi, discusso articulo ad partes, residet in hac sententia tanquam magis communi.

Quartò Deci. consi. 700. nu. 6. de quo meminit Cagnol. loco cit.

Quinto Iacobin. de Sancto Georgio in l. hæres absens nu. 4. ff. de iudit. qui asseuerat, hanc opinionem tenuisse etiam Iacob. de Rauenn. & Alberic. Quinimò plus dicit, hanc opinionem esse communem, & secundum eam fuisse iudica-
23 tum, vt ibi per eum nu. 7. † & ipsum Iacobin. esse maximæ authoritatis, & semper præ manibus habendum docet Præs. de Franch. in decis. 305. nu. 2. Itaq; additis Iacobo de Aren. & Alber. hucusque septem Doctores ciuilistas numerauimus.

Octauò Arnulfus Rezzeus in tract. de iur. regal. in 5. priuilegio nu. 12. & 13. inserto in 12. tomo tractat. fol. 364. hoc iddem sequitur, qui etiam mouetur ex tex. in cap. 1. de iur. patron. in 6. quo loci
24 pro regula traditur; † vt mutata persona, mutetur conditio rei, & consequenter tollatur iuditium, sed nunc mutata est persona testatoris, & successit clericus, qui est alterius iurisdictionis, & mutata est etiam conditio rei, quę de re laica effecta est clerici, clara est enim regula etiam Iuris Ciuilis, vt mutata persona, mutetur conditio rei. l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poss. & consequenter etiam iudicium instantiæ cœptæ mutatur. Nonò, iddem sequitur Boer. decis. 69. nu. 22. & 23. vbi testatur hanc esse communem sententiam, de iure veriorem, ac in iudicio seruandam tanquam canonicam, & in fauorem Ecclesiæ.

Decimò iddem tenet Ioan. Bapt. Asin. in sua pract. ciuil. §. 2. c. 12. à nu. 44. vsque ad nu. 56. vbi, discusso articulo ad partes, & solutis contrarijs, residet in hac sententia tanquam magis communi, & de iure veriori.

Vndecimò Bursat. in consi. 412. incip. In facti contingentia. nu. 27. & seqq. vol. 4. qui affirmat hanc esse magis communem opinionem.

Duodecimo Purpur. in consi. 83. nu. 4. & per tot. consi. vol. 1. ex multis ostendit, sententiam istam esse de iure veriorem, & magis communem.

Decimotertiò Rolan. à Vall. in tract. de inuent. confect cap. 27. nu. 4. eandem sententiam sequitur.

Decimoquartò iddem probat Borgn. in decision. Fiuizani par. 1. decis. 8. num. 11. in fin.

Decimoquintò probat iddem Marāt. in suo Specul. par. 5. in verb. & omnia fiant durante instantia. nu. 13. vbi dicit hanc esse communem, & veriorem sententiam.

Decimosextò eandem sequitur Ias. in Auth quas actiones. num. 39. in fin. C. de sacrosan. eccles.

Decimoseptimò iddem sequitur Curt. Iun. in d. l. hæres absens. nu. 10. in fi. ff. de indit.

Decimooctauò Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicom. art. vlt. nu. 20. vbi ostendit esse magis communem sententiam, vt instantia passiua non transeat in clericum successorem, actiua verò trāseat, cùm clericus teneatur conuenire reum coram suo Iudice, vbi lis est mota.

Decimononò Marc. Solon. de pace, in l. 3. Thauri. num. 792. & seqq. discusso etiam articulo, & solutis contrarijs, hāc dicit esse de iure veriorem; magis communem, & tanquam canonicam amplectendā, & tenētes contrarium confutat.

Vigesimò Misinger. in decisio. Camer. Imperial. centur. 3. obseruat. 45. hanc eādem sententiam veriorem dicit, & obseruandam prædicat: itaque ex authoribus relatis diuersarum nationum cerni potest, opinionem istam in toto terrarū Orbe esse receptam, proutiam vsu receptam dicit Auendan. lib. 1. de exequen. mand. cap. 1. num. 29. & iddem affirmat Petr. Ant. Anguiss. consi. 1. lib. 3. & Alex. Raudens. iddem affirmat in consi. 6. nu. 43. vol. 1. Et his tribus vltimis additis prioribus, Ciuilistæ sunt nu. 23. vltra alios, quos cumulant: nam hos tantùm contētus fui enumerare, præcipuè, dum maior pars ipsorum affirmat hanc esse communem, veriorem, & vsu receptam in toto

in toto orbe sententiam, & successiuè non credo ab hac opinione, nec in consulendo, nec in iudicando recedendum esse: quæ quidem opinio, stante authoritate prædictorum Doctorum, alia probatione non indigeret, etsi probatio es-
25 set necessaria, satis esset dicere, † clericum non ligari tali instãtia, quia est persona priuilegiata tali priuilegio, cui nec etiam cum iuramento nec de consensu Episcopi potest renunciare: vnde cum de iure canonico non inuenitur expressum, vt instantia cœpta cum defuncto laico transeat in clericum successorem, standum est Iuri canonico, vt nec etiam volens possit clericus conueniri coram alio Iudice, quàm coram Ecclesiastico, vt ex sæpius replicatis cerni potest. Verùm potest confirmari hæc opinio ineui-
26 tabili ratione, & argumento † quia quẽadmodum instantia cępta cum defuncto non transit in fiscum successorem, tam si esset successor vniuersalis, quàm particularis, vt communiter asseuerant omnes præfati Doctores in locis præcitatis, per tex. in l. si constante. §. fi. vbi omnes. ff. solut. matrim. cum alijs cumulatis per Borgnin. Caualcan. in decis. 8. in 1. par. Et hoc ea ratione, quia suos habet peculiares, & speciales Iudices, coram quibus conueniri debet; ergo à maioritate rationis hoc iddem procedi debet in clerico, qui, vti reus, suos habet particulares Iudices ecclesiasticos, corã quibus tantùm, & non coram alijs (vt posset fiscus liberè, & voluntariè) conueniẽdus est, quos nec volẽs declinare potest, & fiscus potest cùm sit in eius voluntate conueniri coram quocunque Iudice, quod non est in clerico: eò magis prædi-
27 cta procederent, † si clericus ex aliquo priuilegio particulari haberet aliquos peculiares, ac speciales Iudices, vt sunt Cappellani Regij in hoc Regno, quia speciali priuilegio, Serenissimo Regi Alphonso à Summis Pontificibus concesso, sic priuatiuè, quòd nullus alius Iudex tam contra ipsius clerici personam, quàm etiam contra eius bona procedere potest, nisi ille Iudex, quem Illustriss. & Excellentiss. Prorex huius Regni elegerit, qui Iudex delegatus debet procedere in causis prædictis, cum voto Reuerendissimi Cappellani maioris, & non aliter, vt latius explicat Marin. Frecc. lib. 1. subfeud. in tit. de offic. Magn. Camerar. nu. 24. & seqq. & hoc pluries vidi obseruatum; quo casu etiam tenentes contrariam opinionem, quòd instantia cæpta cum defuncto transeat in clericum successorem vniuersalem, tenent, instantiam prædictam nullo modo transire cõtra clericum hæredem, sic scripsit Doctissimus Couarru. d. lib. vnico pract. quæst. cap. 8. nu. 3. verb. verum, vers. nec quod Bald. & Salyc. hoc iddem sequitur Barbosa, doctissimus Hispanus in d. l. si constante. §. fin. num. 26. circa med. vers. quod si monasterium. ff. sol. matrim.

28 Aut verò quærimus, † si clericus vti successor particularis ligaretur instantia cœpta cum eius authore laico, & ex prędictis patet, opinionem negatiuam verissimam esse; nam si de quo magis, ergo de quo minus; Authen. multo magis. C. de sacros. eccles. Si igitur clericus, vt successor vniuersalis non ligatur instantia cœpta cum defuncto, ergò eo fortius non ligabitur, si esset successor particularis, & hoc admittunt omnes, etiam qui tenent contrarium in clerico hærede, sic scripsere Angel. in l. tam ex contractibus num. 2. vers. in successorem autem singularem, ff. de iudit. ex tex. in l. pen. ff. de pet. hæred. & est tex. in l. is, à quo. ff. de rei vend. Iacobin. in d. l. tam ex contractibus nu. 4. vers. aut quærimus. Imol. in l. si eum hominem. nu. 5. ff. de fideiuss. Socin. in regul. 181. in verb. instantia, lo 2. in 2. fallen. Pau. de Castr. in l. 1. nu. 3. ff. si ex noxal. caus. agat. & ibid. Alex. nu. 3. & Ias. num. 4. latius Petr. Ant. Anguiss. in d. consi. 1. lib. 3. Purpurat. in consi. 296. Pater illustrium. nu. 4. vol. 1. Bursat. in consi. 2. Innoc. in cap quia V. num. 5. vbi Abb. nu. 11. Felin. & Aretin. num. 12. Sicul. nu. 52. & alij de iudic. Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 9. in 10. priuilegio, latius Barbos. in d. l. si constante. §. fin. nu. 25. ff. solut. matrim. Peregrin. d. art. vlti. de fideicommiss. nu. 3. quibus addo And. de Isern. feudorum Euangelistam, & lumen in c. Imperialem. num. 7. de prohib. feud. alien. per Federic. & in constit. Regn. incip. Pœnam eorum, in princ.

Confirmantur omnia prædicta, quia si esset mota lis super aliquo fundo con-
29 tra laicum, † & ipse laicus post litem motam alienasset fundum in clericum, & post alienationem esset laicus condemnatus ad relaxandum fundum, si clericus, etiam post sententiam, compareat

coram Iudice laico, & petat remiſſionē cauſæ ad eius Iudices Eccleſiaſticos, tenetur Iudex laicus cauſam prædictam remittere, non obſtante ſententia condemnationis contra laicum, ſic notabiliter ſcripſit Purpur. conſi.26.vol. 1. Sic etiam affirmant Crauet. Roland. à Vall. Cephal. & alij, quos etiam probat Borgnin. Caualc. in 1. par. deciſ. 16. & iddem probant Burſat. in conſi. 412. nu. 30. vol. 4. Peregrin. d. art. vlt. nu. 30. qui omnes, diſcuſſo articulo, ſic reſident, Fundatur autem prædicta concluſio duabus ratio-
30 nibus; prima eſt, † quia ipſe clericus ſucceſſor particularis in dicto fundo eſſet citandus in reuocatione dicti fundi, in eum alienati per laicum, ex regu. tex. in l. à Diuo Pio. §. ſuper rebus, vbi Alex. & alij. ff. de re iudic. adeò quòd, ſi talis nouus poſſeſſor non citaretur in reuocatoria, nec darentur illi nouæ induciæ, iudicium eſſet nullum, vt ſcripſit Angel. in l. orationes. ff. de ferijs, & poſt eum Imol. Felin. Grammat. Aſin. Gomez. Duen. & alios hoc iddem probat Burſat. in d. cõſ. 412. num. 30. vol. 4. Peregr. d. art. vlt. nu. 30. & ſeqq. At Iudex laicus nullo modo poteſt in clericum iuriſdictionem exercere, vt ſæpius dictum eſt, niſi ratione
31 feudi, † ergo ſi deberet clericum citare, iam citatio eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, vt eſt vulgatum dictum, citationem eſſe nullam ex defectu iuriſdictionis, & citatio eſt ſemper neceſſaria ad fundandam, & firmandam iuriſdictionē; alioquin omnia acta ſunt nulla, vt poſt alios probat Caſſiador. deciſ. 1. in fin. in titu. de appellat. & poſt alios nouiſſimè Farinat. in deciſionib. Rot. Rom. deciſ. 29. num. 4.
32 Secunda ratio eſt, † quia in Clerico non cõſideratur vitium litigioſi, & proinde contra eum non habet locum diſpoſitio tex. in cap. regni, incip. Conuentus poſſeſſionem, ſub titu. de conuent. qui alien. poſſeſſ. vt poſt Socin. conſi. 14. vol. 4. teſtatur Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad dictum cap. conuentus incip. Sententia lata, in nouis mihi fol. 348. col. 2. & hoc iddem aſſeuerat Præſ. de Franch. deciſ. 545. num. 4. & ſeqq. in 4. par. & per has rationes de anno 1594. die 16. Nouembris Sacrum Conſilium remiſit cauſam cuiuſdam clerici ad Iudicem Eccleſiaſticum in materia rei litigioſæ; & quāuis Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ. 331. nu. 4. teneat contrarium, de eius opinione non eſt curandum, tum quia loquitur contra communem, & receptam ſententiam, vti canonicam, etiam in Sacro Conſilio, vt patet ex deciſione prędicta, & alijs, tum etiam, quia inuentum eſt remedium a iure, nè iudicium ſit eluſoriū,
33 videlicet, † vt laicus alienans rem litigioſam in clericum, ſoluat æſtimationē ipſius rei, vti alienatæ in fraudem litis, vt habetur in d. cap. conuentus, & tradunt omnes præcitati DD. & hæc ſatis ſint pro explicatione huius illationis, quæ concernit aliquo modo materiam præcedentis quæſtionis ſeptimæ, aliter enim eam non explicaſſem, quia ſi vellem per illationes quæſtiones tractare, vtique hoc commentarium tenderet in
34 infinitum, † nam vna quæſtio aliam trahit.

SVMMARIVM.



Onſuetudines iſtæ ligant etiam Caſalia, num. 1. 3.

Appellatione diſtrictus venit totum territorium. nu. 4.

Ea, quæ ſeruantur in Ciuitate, an ſemper ſeruanda ſint in eius vicis. nu. 2. & 11.

Caſalia iudicantur ſicut ipſa Ciuitas, & eiſdem vtitur conſuetudinibus, & priuilegijs. num. 5. Sunt etiam de iuriſdictione Ciuitatis, niſi contrarium probetur. nu. 8. Si diuiſa ſint quòad iuriſdictionē à Ciuitate, in alijs remanent ciues eiuſdem Ciuitatis. nu. 7.

Coniunctus alteri aſſumit naturam eius, cui adiungitur. nu. 6.

Iuriſdictio ex vnico actu probatur, & vnico actu inducitur poſſeſſio, vel quaſi. nu. 9.

Statutum excludens aliquos à ſucceſſione, non extenditur ad locum ſeparatum. num. 10.

QVÆSTIO IX.

1 ONO quæro, an iſtæ conſuetudines ligent Caſalia, & Vicos huius Ciuitatis, & affirmatiuā recipio ſententiam, quia per expreſſum beneplacitum Regis Caroli hoc fuit

prouiـ

prouisum, sic probat expressè Neapod. in d.prohem.consuetud.nu. 288. & seq. vbi addentes alios cumulant, & præcipuè Salern. fol. 47. sub num. 335. lit. C, quod ex multis probat nouissimè Præs. de Franch.par.quarta.decis.604.num.1. & alij. Et ratio est manifesta, tum quia consuetudo extendi debet ad locum accessorium, vt probat Salern.& Præs.
2 de Franch.locis cit. tum etiam,† quia illa, quæ seruantur in Ciuitate, debent etiam seruari in Vicis, & locis conuicinis, qui sunt in territorio eiusdem Ciuitatis, vt scripsit glo.in l.ex ea causa.ff.de postul.vbi Barto. & Bald. iddem probat Angel.in §. ex non scripto. nu. 36. instit. de iur.natur.& prius probauit Cyn. in l. etiam.C.de iur. dotium. Sequuntur etiã Socin.cons.74 vol.1.Ioan.Philipp.cons. 13.nu.21 & seqq.vbi Boer.& alios citat. Guttier.lib.5.pract.quæst.ciuil.quæstio. 76.num. 13. & 14. vbi alios cumulat, Pisanell.in d.prohem. consuet. fol. 23.sub nu.288.post Gaspar de Leo in eod. prohem.fol.45.sub num.335. in addit.incip. Per quod authoritatis, vbi etiam Neapod. in verb. Vniuersitate, Grammat. consi.48.num.4.Reg. de Ponte in consi. 51.nu.31.& seqq. Et est text.in l. qui ex Vico.Vbi omnes.ff.ad municip. vt alios omittam, quamuis Roland. in consi. 52. num.24.vol.3. dicat hoc procedere in fauorabilibus, nõ autem in odiosis; quod probant etiam Neapod. & Grammat.in locis paulò ante cit.& Ias.in §.rursus.nu.
3 42.instit.de action.† Et regulariter constitutiones, & statuta Ciuitatum obseruari debent etiam in Casalibus, & suburbijs ipsius Ciuitatis, quando suburbia, & Casalia prædicta non habent statuta, & Consuetudines contrarias, & iddem est in priuilegijs, in arbitrio, & in alijs, vt post Neuizan.& alios probat Menoch. lib.1.de arbitr.iudic.quæstio.99. tota, & præcipuè nu. 25. Et hoc eò fortius pro-
4 cedit,† quoniam appellatione districtus venit totum territorium. l. pupillus. §. territoriũ, vbi omnes. ff. de verb. & rer. signif. Clement. nè Romani. §. sanè. Vbi Cardin.quæst.5.de elect. Aret.consi.77. Felin.in cap.Rodulphus.num. 17. de rescript. Natt.in consi.329,nu.3.vol.2.
5 Confirmatur hæc conclusio,† quia Casalia, siue Villæ vnitæ Ciuitati, iudicãtur sicut de ipsa Ciuitate, & eiusdem Ciuitatis regũtur cõstitutionibus, ac eisdẽ vtuntur priuilegijs, sic probat Bar.in l. si conuenerit.§.si nuda.num.2.ff.de pignorat. act. & ibi addẽtes in verbo breuiter, alios cumulant, ex tex.in l.prædijs.§.qui domum, & l.vxorem.§.legauerat.ff.de
6 leg.3.l.quod in rẽ.§.1 ff. de leg. 1.† quia coniunctus alteri, assumit illius naturã, cui adiungitur. l. fin. ff. de vin. tritic. & oleo leg.l.sed etsi adijciuntur. ff. pro socio; quæ iura ad hoc propositum allegat Guid. Pap. in decis. 265. vbi addentes, hoc iddem sectantur, Boer. in decis. 50. nu.19.& nouissimè Reg.Lanar.in consi. 41.nu. 14.& hinc est, vt omnia Casalia huius Ciuitatis vtantur priuilegijs quibus gaudet hæc fidelissima Ciuitas, vt ex multis probat Præs. de Franch.decisio.
7 316.nu.4.† quia licèt Casalia sint diuisa quoàd iurisdictionem, in cæteris tamen remanent Ciues Ciuitatis l.1. C.de metropol.Berito lib.11. cum alijs relatis d. num.4.à Præside de Franch.
8 Quinimò Casalia, & Villæ dicuntur de iurisdictione Ciuitatis, & tanquam vnum corpus cum Ciuitate iudicantur.l. nulli.C.de episc.& cler.l. 3. vbi Bald. C. de nat. liber. Sic in materia iurisdictionis scripsit Bartol. in tracta. qui sint rebelles.num.3.Alex. in consi. 1. col. 3. & consi.24.num.1.vol.5.vers.si dictum Castrum, &c. Andr.de Isern.in c.1.in prin. quid sit inuest.& post alios idem Alex.in consi.23.nu.3.5.& 6.eod.vol.5.

Et ad hoc, vt Casalia dicantur de iurisdictione Ciuitatis in dubio sic de iure
9 præsumitur: † at si de hoc dubitaretur, & esset hoc probandum, sufficeret vnius actus probatio, quia vnico actu probatur iurisdictio.l.arboribus.§. de illo, vbi Bart.ff.de vsufruct.idem Bart.in l.1.§. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua.Albert.Brun.in consi.34. num.15. Florianus in l.seruitutes, la grande, post num.22.ff.de seruitut.Ioan.Oinotom.in §.possidere.num.105.& 106.instit.de interdict. Barnab. Cornazan. in decis. Lucens.decis.196. nu. 1. quia ex vnico actu introducitur possessio, vel quasi, Alex.in cons.74.num.16,vol.4.vbi latius addentes etiam Rouescalia, ex notatis in cap. cùm Ecclesia Sutrina de caus. poss. & propriet.& post alios Anna in consil.59. volum.1.
10 Nec obstat prædictis,† quòd statutum, in vno loco existens, velut, quòd, stantibus masculis, fœminæ non succe-

dant, vt est Const. Regn. quæ incip. In aliquibus. non extendatur ad alium locum, vt post Bart. in l. 1. num. 32. vbi Bal. nu. 13. 14. & 18. C. de summ. Trin. Alex. consi. 218. vol. 1. Curt. Iun. consi. 108. nu. 30. Ioan. Philipp. in consi. 13. num. 18. Siquidem prædicta vera sunt, & procedũt
11 in casu suo tantum, videlicet, † quando locus esset penitus separatus ab ipsa Ciuitate, quia tunc vigeret alia ratio, ex quo consuetudo non extenditur extra territorium, vt statim dicetur.

Procederet secundò, si locus esset vnitus Ciuitati, sed haberet Iura dissimilia ab ipsa Ciuitate, videlicet statuta, consuetudines, & constitutiones proprias; tunc enim cessarent rationes adductę in hac quæstione, & ita intelligendi sunt, qui contrarium tenent.

SVMMARIVM.



Ctus agentium non debet operari vltra eorum intentionem. num. 54.

Agnati an reuocent portionem sibi debitam alienatam ab agnatis inter viuos. nu. 38.

Argumentum tollitur data aliqua instãtia. num. 60.

Consuetudines non habere locum in beneficium agnati legitimati refertur. num. 1. vbi etiam ita decisum dicitur; contrarium tamen fundatur num. 18. & seqq. & nu. 46. & seqq. & respondetur ad decisiones. nu. 69.

Dispensatio, vt sit valida, sunt citandi illi, qui ex ea lædi possunt. nu. 66. & si non sit legitimè, nõ nocet agnatis, etiã si pater apposuit pœnam contra agnatos, molestantes sic dispensatum, n. 68.

Dispensatio dicitur, si aliquis legitimetur sine restitutione natalium, & vt succedat in eo tantum, quòd patri placuerit. nu. 48.

Dispensatus potest à patre grauari in legitima, quod grauamen inducitur etiam ex præsumpta voluntate testatoris. nu. 48. & 49.

Dispensatus dicitur, qui nascitur ex parentibus, inter quos non poterat esse matrimonium, & hic nec in legitima succedit contra patris voluntatem. num. 49.

Episcopus debet esse natus ex legitimo matrimonio. num. 13.

Filij an reuocent feuda alienata per patrem. nu. 37.

Habens potestatem legitimandi ad feuda, non potest legitimare ad feuda dignitatum, & ratio affertur. nu. 27.

Hæres extraneus an possit detrahere falcidiam, & trebellianicam, si grauatus sit restituere hæreditatem. nu. 59.

Illatio non fit, nec fieri debet ex diuersis. num. 39.

Legitimatio vt valeat, debet carere omni vitio subreptionis. nu. 2. qualiter fiat in Regno Neapolitano, traditur nu. 3. Tres referuntur legitimationis species, & explicantur num. 4. 5. & seqq. An in feudis valeat in præiudicium agnatorum, quibus erat ius quæsitum in feudis. nu. 21. 23. & seqq. Num retrabatur in præiuditium tertij nu. 36. An noceat agnatis non citatis. nu. per rescriptum principis potest fieri quatuor modis, & recensentur nu. 42. & seqq.

Legitimati per oblationẽ Curiæ ad quid succedant, & an hæc legitimatio sit fortior ea, quæ fit per rescriptum Principis. nu. 5.

Legitimati per subsequens matrimoniũ succedunt, si contrarium non constet de voluntate testatoris. nu. 9. Succedũt etiam in feudis. nu. 11 etiam ad dignitates sæculares, & ecclesiasticas. num. 22. excludũt fœminas, quæ excluduntur per statutum excludens fœminas. num. 14. & seq. In bonis progenitorum succedunt cum alijs legitimis, & naturalibus. nu. 30. Quid si matrimonium contrahatur in fraudem legitimorum. nu. 31. num excludãt substitutum. nu. 8. & quid si constet de fraude? nu. 31. 32. & 33. an excludãt agnatos, & cognatos in materia consuetudinum? n. 30. & seqq. & nu. 67. Quæ nam priuilegia habeãt? nu. 16. remissiuè: an excludant filios legitimè natos à feudorum successione. nu. 29.

Legitimati per rescriptum Principis succedunt. n. 10. nisi testatoris voluntas, vel principis rescriptum eis obstet. nu. 17. non succedunt in emphyteusim ecclesiasticam, nec ad ecclesiasticas dignitates, nisi ab ecclesiastico legitimentur nu. 18. & 20. Nec in feudis, nisi ad ea expressè legitimentur. nu. 19. Habilitati ad feuda non succedunt ad feuda digni-

dignitatum, nisi ad ea expresse legitimentur; & ratio traditur. nu.26. An succedant ad feudia? nu.28. vt agnatos; & cognatos excludant qualiter debeant legitimari. num. 40. num gaudeant beneficio harum consuetudinum? nu.41.

Legitimatus verè habetur pro legitimo, & naturali, etiam in taxatione legitimæ. nu.50. etiam vt illi debeatur legitima sine aliquo onere. num.51. & 53. Nec potest in trebellianica grauari. nu.61. Nihil differt à legitimo, & naturali, & præcipuè in legitima, & trebellianica. num.52. Grauatus non præsumitur ex tacita voluntate testatoris nu.53. Non potest ei prohiberi detractio Trebellianicæ. nu.62.

Legitimum est, quod lege adiuuatur, & confirmatur. nu.15.

Matrimonium tollit omnem maculam præcedentem. nu.7. Quid si fiat in articulo mortis? nu.34. an filij tunc legitimentur ad exclusionem substituti, & agnatorum? nu. 31. & sequ. Quos matrimonium non legitimat, nec Princeps legitimare potest, & ratio traditur. nu.65.

Natalium restitutio veram legitimationem facit etiam facta restrictione in successione. nu. 47.

Pater non potest grauare filium in legitima, etiam si esset filius verè legitimatus. nu. 51.

Præcepto, à Iure improbato non obtemperans, nullam pœnam incurrit. n.69. Princeps num possit tollere ius alteri quæsitum, & si tollat, an peccet, & teneatur ad excambium? nu. 22. Habilitans naturalem ad feuda facit eum esse cõprehensum in inuestitura a principio. nu.25.

Restitutus ad primæua iura naturæ est verè legitimatus etiam facta restrictione in successione. nu.43. Quid si facta sit restrictio succedendi in eo tamen, quod patri placuerit? n.45. Quid si facta sit restrictio, non tamen sit restitutus ad primæua iura naturæ. num.44.

Retentio non datur vbi adest indebitũ. nu.55. explicatur hoc dictum. nu.58.

Trebellianica non potest prohiberi in filijs primi gradus, verior opinio & æquior, & in iudicijs magis recepta recensetur. num.63.

Verba legitimationis sunt amplissimè intelligenda. nu. 57. Quæ dicant, vt legitimatus succedat in eo, quod patri placuerit, intelliguntur vltra legitimam, & ex iuris dispositione ponderantur. nu.56.

Spes futuræ acquisitionis est debilis, & non admodum considerabilis. nu.24.

QVÆSTIO X.

1 DECIMO quæro, † an dispositio harum consuetudinum procedat in beneficiũ agnati, vel cognati legitimati, & negatiuam sententiam defendit Capye. decis.194. ad quem se remittit Seip. Bucin. in consuet. si aliquis moriẽs sub nu. 1. fo.163. in addit. incip. Ad hanc Apostillam, vbi etiam ad id probandum citat Deci. cons.275. in 3. dub. & consi. 276. Verùm Capyc. loco cit. dicit, Sacrũ Consilium non determinasse quæstionẽ istam, quia partes deuenerunt ad concordiam, tamen quædam Apostill. ad Neapod. in consuet. Et si testator in princ. fol.172. refert decisum esse in eodem Sacro Consilio de anno 1516. in causa Ioãnellæ de Golino cum Catherina Cercella in beneficium agnatorum contra legitimatos; determinauit etiam aliàs Sacrum Consilium hoc iddem, vt refert Anna in consi. 106. in princ. vol.2. vt fœmina præferatur legitimato, determinauit etiam Rot. Rom. vt nouissimè testatur Farin. in decis. Rot. Rom. decis. 425. nu.5. & hanc negatiuam sententiam post alios defendit Facchin. lib. 1. cõtrouers. iur. c. 1. Vt autem legitimè procedamus,
2 notandum est prius, † legitimationem debere carere omni vitio surreptionis, & vt fiat ab eo, qui potestatem habet, vt est Princeps, & ille, cui Princeps facultatem fecit, † & in hoc Regno fit à Do-
3 mino Prorege cum subscriptione vnius tantùm ex Regentibus, & cum subscriptione Præsidis Sacri Consilij, vt refert doctissimus Regens de Ponte in suo aureo tracta. de potest. Proreg. in rubr. de diuers. prouision. in titu. de legitimat. num. 1.

Sed pro dilucidatione dicendorum in hac quæstione sunt explicandæ species legitimationis, vt cerni possit, num Capycij opinio locum habere valeat, &

in

in qua legitimationum specie? Vt igitur
2 ex hoc exordium capiamus, † tres sunt species legitimationis; Vna est per oblationem Curiæ. Secunda per rescriptum Principis, & tertia per subsequens matrimonium, vt in §. fin. vbi notata instit.
5 de nupt. † Legitimatio per oblationem Curiæ est, quando filius naturalis offertur à parentibus alicui Curiæ, vt illi seruiat, & legitimati hoc modo non fiunt legitimi, nisi in præiudicium Patris tantum, vt tradit Imperator in §. filium Authen. quib. mod. natur. effician. sui, & ex multis probat Aquilin. in l. si is, qui pro emptore. nu. 156. ff. de vsucap. quod latiùs prosequitur Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. n. 10. & seqq. Quæ quidem legitimatio, licèt videatur recessisse ab aula; tamen est firmior, & validior ea, quæ fit per rescriptum Principis, vt post alios probat Surd. in consil. 347. nu. 30. vol. 3.

6 Legitimatio per subsequens matrimonium est, quando concubinarius ducit in vxorem concubinam, quam maritali affectione sibi domi retinebat, & nemo cũ illa, nisi ipse consuetudinem habebat; quo casu filij, procreati in concubinatu præcedenti, per subsequens matrimonium legitimantur, ac si essent procreati
7 in constantia matrimonij; † quia tanta est vis matrimonij, quòd omnem maculam præcedentem tollit. cap. tanta, qui fil. sint legit. vbi omnes, & post alios Couarru. in tract. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 2. per tot. Quam opinionem communiter sequuntur Scriben. vt affirmat Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. Menoch. lib. 4. de præsumpt. in 81. præsumpt. de quibus meminit Andr. Facchin. lib. 5. controuers. iur. cap. 54. li-
8 cèt ipse contrarium defendat: † & quod magis est, concludit, vt hic legitimatus per subsequens matrimonium non excludat substitutum, quod latius probat lib. 10. cap. 71. & sequitur etiam Peregr. in tract. de fideicom. art. 24. num. 14. & seqq. & Aquilin. in d. l. si is, qui pro emptore. cum. 159. & 162. ff. de vsucap. Sed vt dixi, non est recedendum ab opinione firmata, vt legitimatus per subsequens matrimonium, habeatur tanquam legitimus, & naturalis, & ita succe-
9 dit vt substitutum excludat, † nisi contrarium constaret ex voluntate testatoris; relinquentis fideicõmissum, vel quia testator dixerit, si sine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, tunc enim ex quo legitimatus per subsequens matrimoniũ, non est natus ex legitimo matrimonio; ideò repugnat in hoc testatoris voluntas, & successiuè non deficeret fideicommissum, vt post Bald. & alios innumeros testatur doctissimus Surd. in decis. 319. num. 5. & seqq. & hoc probat tex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. ibi. (Mihi autem quoad naturales liberos attinet voluntatis quæstio videtur esse: de quibus liberis testator senserit, sed hoc ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommisit, accipiendum erit) coniecturas autem voluntatis, dignitatis, & conditionis iam explicat Menoch. loco cit. ad quem etiam se remittit Facchin. d. lib. 4. cap. 52. & post alios Cõsiliarius de Anna in consi. 106. vol. 2. ex quo sunt de agnatione, familia, & cogna-
10 tione patris, † id, quod procedit, nisi cõtrarium constet ex verbis legitimationis ex quibus Sacrum Consilium iudicauit, legitimatum per rescriptum Principis non succedere in fideicommissum, vt re-
11 fert Consiliarius de Anna d. consi. 106. nume. 25. Si verò esset legitimatus per subsequens matrimonium, succedit in feudis, quia habetur, ac si ex legitimo matrimonio procreatus esset, & non solùm procedit, quando feudum est concessum pro se, & filijs legitimis, & naturalibus; sed etiam, & hoc maximum, si feudum esset concessum pro se, & filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, sic scripsit Andr. de Isern. in cap. 1. §. naturales num. 8. & 9. si de feud. defunct. milit. fuer. controuers. vbi Afflict. in 5. notab. num. 25. & hanc opinionem post Castr. Rip. Alciat. Deci. Syluan. Couarr. Bursat. & Hartmannum Pistorium sequitur nouissimè Andr. Facchin. lib. 7. controuers. Iur. cap. 51. Reg. de Pont. in suo opere feudali lect. 1. num. 108. & 109. ex nu. 29. 30. & 31. quia legis interpretatione tales filij habentur ac si
12 ex legitimo matrimonio nati essent, † & hac de causa, etiam ad dignitates ecclesiasticas admittuntur legitimati per sub-
13 sequens matrimonium, † quamuis Episcopum oporteat esse natum ex legitimo matrimonio. cap. cùm in cunctis, & cap. innotuit, vbi glo. de elect. ergo eò magis admittuntur ad dignitates seculares;

res hæredes comprobat Ioan. Marc. Aquilon.in l.Gallus.§.& quid si tantum. par. 2. nu. 170.& seqq.ff.de liber.& posthum. & in l. si is, qui pro emptore. nu. 145.& seqq.ff.de vsucap.latius Ant. Gabri.in recollect.commun. opin.in tit.de legitimat.conclus.1.num.22.& seqq.vbi habes limitationes,circa hanc materiam ad quem me remitto, vt breuitati studeam.

14 Sic etiam est verum, † talem filium legitimatum compræhendi sub dispositione statuti,vt stantibus masculis,fœminæ non succedant,vt est constitutio Regni in aliquibus. & sunt consuetudines

15 istæ, † quia legitimum est, quod per legem adiuuatur, & confirmatur. l.legitima.ff.de pact.l.lege obuenire.ff.de verb. & rer.signific.& post Barto. Ias. & alios Aquilin.in d.l.si is, qui pro emptore.nu. 145. ff. de vsucap. Sed filius legitimatus vocatur legitimus, quia legitimum ius habet; nam habet easdemmet successiones; quas haberet, si ab initio legitimus esset,vt ad literam probant tex.in §. reliqui & in §.adoptiones.Auth.quib. mod. natur.effic.sui cum alijs Iuribus recollectis ab Aquilino loco citato num.147.& 164.Igitur, sicut legitimus, & naturalis natus à principio excludit fœminas vigore statuti, sic etiam filius legitimatus postea per subsequens matrimonium; & hanc opinionem sequuntur plures,quos etiam probat Ias. in d.l.si is, qui pro emptore.nu. 267.Cros.hoc iddem sequitur in l.Gallus.§. & quid si tantum. nu. 145. ff.de liber. & posthum. Tiraq. in l. si vnquam, in verb.susceperit liberos.nu.82. & seqq.C.de reuocand.donat. Quò loci refert etiã contrarium tenentes,& hanc opinionem,quã sequimur,probat Aquilin.loco citato nu. 165. vbi num. 166. & seqq.respondet contrarijs.Probat etiam Gabr.tanquam magis commun. opin.in titu.de legitimat. conclus. 1. num.35.&

16 ibid. † vltra alios cumulatos enumerat priuilegia, quæ habet legitimatus per subsequens matrimonium, quod etiam prosequuntur Couarr.d.par.2. de sponsal.cap.8.§.2. num. 25. & seqq. Menoch. de præsumpt.lib.4. præsumpt. 81.citata, Et vt filius taliter legitimatus excludat filias legitimas,& naturales, quando per statutum excluduntur à masculis.defendit nouissimè Surd.in consi.337.per tot.

17 & in specie num.11.vol.3.† Qui hoc benè admittit, nisi contrarium constaret de voluntate legitimantis, vt talis legitimatio non noceat legitimis,& naturalibus; Sed quia hæc limitatio concernit legitimationem factam per rescriptum Principis,non autem illam, quæ fit per subsequens matrimonium, ideò, quia de legitimatione per rescriptum Principis dicetur infra,præcipuè num.18.& seqq. ideò non prosequor talem limitationem nunc.

Quod igitur attinet ad legitimationẽ factam per rescriptum Principis, est in

18 primis notandũ,† vt taliter legitimatus, per Principẽ solũ habilitatus sit ad actus sæculares, non autẽ ecclesiasticos, adeò vt promoueri nequeat ad ecclesiasticas dignitates, nisi legitimatus esset per ecclesiasticum, vt not. omnes in cap. per venerabilem:extra qui fil. sint legit. Couarru.d.§.2.nu.18. Aquil. in d.l.si is, qui pro emptore.num.146.ff.de vsucap.Molin. in tract. de primogen. Hispan. lib. 3. cap.2.Et hoc est clarum,quia ad ecclesiasticas dignitates habilitare legitimatos Principes sæculares carent potestate, quia earum collatio ad Summum Pontificem tantum pertinet, vt post alios explicat Molin. in tract. de iust.& iur.disp. 173.§.legitimare; Et hoc omnes sciunt.

19 † Et hinc est, vt legitimatus rescripto Principis non succedat in feudis, nisi in specie sit ad hũc actum legitimatus. c.1. §.naturales. vbi gl. And.& alij,si de feu. defunct.milit.fuer.controuers. Quod latiùs probant Aquilin. loco cit. Facchin. lib.7.controuers.iur.cap.49.Hieronym. Gabr. consi.21. vol.2. vt alios omittam.

20 † Nec etiam succedit in emphyteusi ecclesiastica, nisi in specie ab ecclesiastico ad ipsam habilitetur, probant DD.relati num.11.Gozadin.consi.25.nu.12. Grat. consi.79.num. 14. volum.1. Boer. decis. 123.num 6.& 7.vbi de communi testatur, Deci. consi.624. & post alios Cor.

21 nazzan.in decis. 57. num. 2.† Quòd autem diximus, vt taliter legitimatus succedat in feudis,intelligitur,si agnatis nõ esset ius quæsitum in feudis ex tenore inuestituræ, vt quia esset feudum antiquum ex pacto,& prouidẽtia;tunc enim non posset fieri legitimatio à parentibus in præiuditium agnatorum, quibus est ius quæsitum in feudis, vt probat Andr. in d.§. naturales, vbi Afflict. num.35. & post ipsos Zas. Ruin. Soci.Iun.Menoch. &

& alios Hartman. Piftor. lib. 2. quæft. iur. par. pofter. quæft. 40. num. 24. & feqq. & hanc etiam fententiam, refutatis aliorum oppofitionibus, amplectitur nouiffimè
22 Facchin. d. lib. 7. cap. 50. † Ea præcipuè ratione, quia non poteft legitimè Princeps tollere ius alteri quæfitum. l. quoties. C. de precib. Imper. offer. eò magis, quia ex tenore inueftituræ non folùm fpe, fed etiam re eft illis ius quæfitum, & ab eis nullo modo auferri poteft fine facto ipforum, vt in cap. 1. de alienat. feud. pater. Et quando Princeps tollit ius alteri quæfitum etiam in feudis, id facit de poteftate abfoluta, vbi licèt peccet, valet tamen, quod facit, vt probat etiam Gabr. in tit. de legitimat. conclu f. 6. Hieronym. Gabr. d. confi. 21. num. 4. vol. 2. Cephal. confi. 23. Menoch. confi. 16. nu. 32. vol. 1. & faciunt dicta fupra quæft. 4. tota, & præcipuè num. 6. & feqq. An autem in hoc cafu Princeps teneatur ad emendam damni, caufati alteri, non eft præfentis fpeculationis; magis tamen communiter dicitur, vt teneatur.
23 Contrariam verò fententiam, vt expresfè legitimatus ad feuda fuccedat, quamuis agnatis fit ius quæfitum ex tenore inueftituræ, tenent infrafcripti DD. ea præcipuè ratione; quia, licèt Princeps, & Papa non poffint tollere ius alteri quæfitum fine caufa, id procedit, fi ius fit quæfitum re; fed fi effet quæfitum fpe tantum, poffent illud tollere,
24 † quia fpes futuræ acquifitionis eft debilis, & non confiderabilis, fic reprobatis Cephalo d. confi. 23. & Menochio d. confi. 16. decidit Rot. Rom. in 1. par. diuerfor. decif. 368. quod prius fcripfere Aretin. in confi. 164. Gabr. d. confi. 21. num. 5. volum. 2. Anna pater in cap. 1. nu. 420. de vaffall. decrep. ætat. Leonius cõf. 78. nu. 23. & feqq. & poft ipfos, Gozadi. Purpur. & alios hoc iddem nouiffimè affirmat Alex. Rauden. decif. 43. num. 73. vt dixi etiam infra par. 3. q. 1. num. 53. vbi
35 hoc explicaui † quia vbi Princeps, fuam intentionem expreffit, vt taliter legitimatus fuccedat ad feuda, dicitur ab initio compræhenfus in forma inueftituræ, vt etiam probat Soccin. in d. l. Gallus. §. & quid fi tantum. num. 137. Raudenf. d.
26 num. 73. & feqq. † In omni tamen opinione licèt expresfè legitimetur ad feuda, nunquam fuccedit in feudis dignitatum, nifi ad ea fiat expresfè legitimatio, quia dignitas vult homines dignos vtero, non autem priuilegio, & impetrato beneficio, & fucceffiuè legitimatio fimpliciter facta non extenditur ad feuda nobilia, vt optimè probat Frecc. lib. 2. fubfeud. in tit. de differ. regal. Vrfill. ad Afflict. decif. 265. nu. 10. poft alios Surd. conf. 453. toto, & præcipuè num. 39. vol.
27 3. † Qui plus dicunt, vt habens poteftatem legitimandi ad feuda, non poffit legitimare ad feuda dignitatum, quia in dubio non extenditur ad hæc feuda dignitatum legitimatio, quod latius profequitur Surd. loco citato.
28 Eft etiam controuerfa quæftio, † num legitimatus fimpliciter, etiam ad dignitates, fit legitimatus ẽt ad fedilia, de hac quæftione multa tradit nouiffimè Reg. de Ponte in tract. de poteft. Proreg. rub. vlt. de diuerf. prouifion. in titu. de legitimat. & veritas eft, vt fi fit habilitatus fimpliciter ad dignitates, & contrarium non conftet de voluntate Principis, admittuntur; & confequenter ad tollendã omnem ambiguitatem hodie fiunt huiufmodi legitimationes citra præiudiciũ eorum, qui funt de fedilibus, vt not. Reg. de Ponte in d. tit. de legitimat. nu. 4.

Ex prædictis decidi poteft alia quæ-
29 ftio tacta: nu. 8. † Si aliquis fit legitimatus per fubfequens matrimonium, & pater antequàm facta effet hæc legitimatio, haberet filium legitimum, & naturalem ex alio matrimonio, vt verbi gratia, Petrus ex concubina retenta domi maritali affectione, habet filium naturalem, poft illius procreationem ducit vxorem ex qua fufcepit filium legitimum, & naturalem; moritur vxor, & ducit concubinam, quæritur, inquam, quis nam iftorum fuccedat in feudo? & fine dubio natus ex prima vxore fuccedit, quia ille eft legitimus, & naturalis, legitimè natus, & cui ftatim poft eius natiuitatem eft ius acquifitum in feudis, & in omnibus bonis, quæ ad primogenitum pertinent; quia ad ipfum folum ex iuris difpofitione verè competebat Ius primogenituræ; & ideò, quando poftea filius primò natus ex concubina per fubfequens matrimonium legitimatur, incipit tunc effe verè legitimus, & acquirit Iura ad fuccedendum, quod Ius non poteft retrotrahi in præiudicium nati ex legitimo matrimonio, cui re vera fuit ius quæfitum, & ita doctiffimè probat Ioan. Andr. in cap.

fine

fine culpa. col. 10. de regul. iur. in 6. latiùs prosequitur Andr. Tiraquell. in tract. de primogenit. quæst. 34. num. 3. & nu. 43. & seqq. Iddem videtur amplecti Couarr. d. §. 2. num. 28. sequitur expressè Abb. in consi. 83. vol. 1. & etiam Oldrad. cons. 94. Duen. in regul. 350. limit. 2. multa tradit Peregri. in tract. de fideicom. art. 24. nu. 35. & post eum, Molin. & alios Surd. in consi. 369. nu. 24. & seqq. vol. 3. & gaudeo etiam quòd Reg. de Ponte in suo opere feudal. lect. 10. nu. 32. Iddem tenet, licet prædictos non alleget, citat tamen damnatos Parisienses, & ratione deducta mouentur. Plures autem quæstiones in hac materia discuti posset, sed quia non concernunt materiam harum consuetudinum, ideò me remitto ad tradita per DD. in locis cit. præcipuè per Ant. Gabr. in d. tit. de legitimat. & per Surd. in consilijs citatis.

Deueniendo ad propositam quæstio-
30 nem, † aut quærimus de legitimatione per subsequens matrimonium, & tunc nulli dubium erit, vt taliter legitimati succedant in præiuditium agnatorum; quia isti tales succedunt simul cum filijs legitimis, & naturalibus, nisi constet,
31 † legitimationem istam, siuè matrimonium esse factum in fraudem legitimorum, nempè quia pater in articulo mortis constitutus, prosequens filios legitimos, & naturales odio, & amans naturales tantum, propter amorem concubinę, quam tunc temporis duxit in vxorē, tunc præsumeretur matrimonium esse contractum in fraudem legitimorum, quod dicunt procedere, si de fraude constet; vt in legitimatis hoc modo ad excludendum substitutum, probant Ang. in l. nuper. num. 3. C. de natural. liber. Curt. Iun. Bero. Ruin. Barbat. Bursat. Molin. Surd. & alij, quos recenset Sanchez in tract. de matrimonio par. 2. lib. 7. disput. 105. num. 7. & 9. quamuis ipse etiam in hoc casu contrarium teneat, vt dicam num. 34. quia dispositio tex. in l. Titius cùm morietur. ff. de vsufruct. hic non militat; nam vsusfructus constitui nequit in mortem Titij, quia eius morte finitur: Sed matrimonium non contrahitur, vt valere incipiat à tempore mortis; nam tunc soluitur, sed contrahitur in tempore mortis, vt valeat in vita, & habet diuersas rationes, vt valeat, prout num. 34. dicetur.

32 Regulariter tamen legitimati per subsequēs matrimonium succedūt, exclusis alijs agnatis, & cognatis, vt patet ex traditis per Roland. in consi. 67. num. 20. & seqq. vol. 3. quod latiùs prosequitur Mātic. lib. 11. de coniectu. vltim. volunt. tit. 10. n. 9. versic. contrariam igitur sententiam. & videtur etiā esse de mente Neapod. in consuet. si moriatur nu. 170. Vbi probat, quòd taliter legitimati succedūt in bonis progenitorum tantum, non au-
34 tem aliorum agnatorum; † sed vt etiam excludant substitutum, probant DD. relati nu. 31. & pręcipuè Sanches, qui post Bald. in rubr. C. de priuil. dot. Molin in tract. de iust. & iur. disput. 172. in fin. Sarmien. Garzi. Menchiac. & Spinum hoc iddem tenet etiam si de fraude constet ad excludendum substitutum, quia vtitur iure licito, vt est contrahere matrimonium, & exit de peccato ob affectum ad concubinam, quia difficilè esset habere propositum recedendi ab ea, & etiam quia communis vsus ecclesiæ est, vt tali tempore matrimonium contrahi possit non habendo rationem, vt potentia generandi sit impedita propter morbum, sed vt dixi, si constat de fraude, non est recedendum à communi sententia, quia rationes prædictæ solùm militant, vt legitimatio facta solùm valeat in præiuditium progenitorum, non autem in aliorum fraudem, & præiudicium.

36 Nec obstat, † vt legitimatio non retrahatur in præiudicium tertij, ergo nequit retrotrahi in pręiudicium filiorum legitimè natorum; nam respondetur vt procedat in his bonis, in quibus re ipsa est alteri per natiuitatem ius quæsitum, vt est in feudis ex dictis n. 29. In eis enim
37 argumentum procedit, † quia propter Ius, eis quæsitum, possunt filij reuocare alienationem feudorum, per patrem factam, dummodò non sint patris hęredes, vt latiùs probat Andr. in cap. Titius si de feud. defunct. milit. fuer. controuer. Vbi Aluarot. & Præposit. & post alios Facchin. lib. 4. controuer. iur. cap. 53. & lib. 7. c. 18. vbi contrarijs etiam respondet.
38 † Sed hoc non potest locum habere in beneficio harum consuetudinum, quia licèt earum portio ex prouidentia ipsarum consuetudinum debeatur agnatis, & cognatis, vt dicetur infra par. 4. quęst. 61. tamen, si bona alienentur inter viuos & sine fraude, non datur reuocatio, quia

est ius spe tantum debitum, & alienatio prohibetur in vltima voluntate tantùm,
39 vt dicetur infra par. 3. quæst. 1. † Igitur ex diuersis non est facienda illatio. l. Papinianus. ff. de minor. vt post Aret. & alios in pluribus locis probat Farinat. & præcipuè decis. 295. num. 6. hoc enim est commune dictum, & vulgare in omni materia.
40 Aut verò quærimus de legitimatione facta per rescriptum Principis, & tunc subdistinguitur; aut enim pater in rescripto mentionem fecit de filijs legitimè natis, & princeps simpliciter legitimationem fecisset, & tunc eadem est ratio, vt succedat talitèr legitimatus, nisi adesset apposita clausula, vt fieri solet, citra
41 præiudicium filiorum legitimorum: † Si verò haberet tantùm agnatos, & cognatos, & tunc communiter tenent, vt taliter legitimatus gaudeat beneficio similium consuetudinum, & statutorum, vt post Alex. Iaf. & alios probat Hierony. Gabr. in d. tit. de legitimat. conclu. 7. nu. 15. Imò multi tenent, vt non solùm progenitoribus, sed etiam agnatis, & cognatis succedant, vt explicat Couarru. in 2. par. de sponsal. cap. 8. §. 10. num. 2. Curt. Iun. consi. 153. num. 11. quamuis contrarium teneant multi, quos probat Gabr. loco cit. & sequitur etiam Anto. Gamb. in decis. Lusitan. 278. num. 16. Sed hæc omnia cerni possunt ex forma legitimationis factæ, & proinde recensendę sunt formæ legitimationis, quæ fieri solent per rescriptum Principis.

Vt igitur pateat veritas circa hanc
42 quæstionem, est aduertendum, † hanc legitimationem per rescriptum Principis quatuor modis fieri posse, vt post alios explicat Menoch. consi. 737. vol. 8. Primò simpliciter, & absolutè sine aliqua restrictione tam quòad honores, & feuda, quàm etiam quòad aliorum bonorum successionem.
43 Secundò si fuit legitimatus, vt sit habilis, & idoneus ad omnes honores, & dignitates, & commoda; sic etiam fuit restitutus ad primæua iura naturæ: verùm facta est limitatio quòad successionem, nempè vt tam ex testamento, quàm ab intestato succedat in eo, quod patri visum fuerit, vel placuerit ipsi legitimato relinquere, seu alijs verbis similibus.
44 Tertiò si fuerit legitimatus, vt possit succedere ex testamento, vel ab intestato in eo tãtum, quod pater illi relinquet; non tamen fuit restitutus ad primæua iura naturæ, nec ad honores, dignitates, & commoda, & hæc tertia species nõ est vera legitimatio, sed potius dispensatio quędam, vt omnes docent, & de hac tertia specie non procedit quæstio nostra.
45 † Quartò si legitimatus fuerit ad honores, dignitates, & commoda, & ad primæua iura naturæ restitutus; sed quòad successionem fuit dictum, vt possit succedere in eo tantùm, quod pater voluerit illi relinquere, etiam si minùs legitima, vel nihil reliquerit. Itaque hæc vltima differt in hoc solùm à secunda, quia in illa non fuit expressa clausula, vt sit in potestate patris nihil ei relinquere, vel minus legitima, quòd in quarta fuit expressum. Secunda verò in hoc differt à tertia, quia in secunda est restitutio natalium quòad honores, &c. quod non est in tertia vt ex formulis relatis cernitur.
46 Prima, & secũda species sunt verę legitimationes, vt ex Rui. consi. 86. vol. 3. ac vera, & communi sententia affirmat Menoch. d. consi. 737. num. 4. & seqq. plures alios cumulat, & etiam sequitur Molin. de iust. & iur. disput. 173. § dubitant Do-
47 ctores, & hoc omnes docent. † quia natalium restitutio est illa, quę facit veram legitimationem, sic etiam habilitas ad honores, & dignitates, licet sit limitata quòad successionem, & succedat in eo, quod patri placuerit, vel citra præiuditium venientium ab intestato, vt notant præcitati DD. plures alios cumulat, & sequitur Morot. in consil. 9. num. 18. & seqq. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 23. num. 34. & alibi Tellius Fernand. l. 12. Thauri nu. 20. in fin. Surd consi. 453. num. 30. vol. 3. & alibi sæpe in suis consilijs, & ita fuit decisum in Senatu Castellæ, vt refert, & probat Molin. lib. 3. de Hispan. primogen. cap. 3. num. 38. vers. sed quamuis. Fuit etiam decisum in Rot. Roman. vt per Achill. de Graff. decisio. 536. aliàs decis. 6. in tit. qui fil. sint legit. Imò multi ex prædictis Authoribus tenent, vt hæc etiam procedat in quarta specie legitimationis, vt sit vera, & propria legitimatio, quamuis restricta sit ad certam portionem tantùm, vt est videre penes Surd. d. num. 30. & penes alios citatos; nam hoc vltimum habet contradictionem, vt etiam ex dicendis patebit.

Resultat maxima vtilitas ad cognoscen-

48 scendum has legitimationis species; † nã legitimatus tertia specie tantum secundum receptiorem sententiam non est propriè legitimatus, sed habilitatus ad illam tantum portionem, quam pater
49 voluit illi relinquere; † ita quod nec etiam in legitima succedit contra voluntatem patris, adeò vt si pater reliquit illi legitimam, potest illum grauare in ipsa legitima, non solùm si expressè id egerit hoc colligitur, sed etiam ex præsumpta eius voluntate, vt, si eum grauasset, portionem, illi relictam alteri restituere, si sine filijs decesserit, ita probat Molin.d. cap.3.num.38. in princip. Menoch.loco cit.nu.7. vbi alios cumulat, & in his terminis loquitur Deci.consi.263. Reuocatur in dubium num. 3. Molin.in tract.de iust & iur.disput.177.§.subiungit, vbi in specie loquitur in dispensatione; nam prius in disput. 173. fecerat differentiam inter dispēsationem, & legitimationem, & sic malè citari solet in secunda legitimationis specie. Rimin. sen. consi. 289. lib.2.loquitur in legitimatione filiæ spuriæ, & sic in legitimatione ad cautelam. Vasques de success.creat.limit.73. num. 486. loquitur in filio naturali, & sic non loquitur in verè legitimato; itaque malè citantur in vera legitimationis specie, & ita de multis alijs Doctoribus dici posset, quos omitto, nam ex eorum lectura quisque aduertere id potest.

50 Quando igitur est vera, & propria legitimatio, & tunc taliter legitimato debetur legitima etiam titulo institutionis, tanquam si esset verus legitimus, & naturalis, adeò vt si sit præteritus, testamentum est nullum, & ab illo annullari potest, vt post Bald. Rom. Bero. Iaf. & alios probat Surd.in consi.357.n.37.vol. 3.consi.75.vol.1. consi.373.nu.11.consi. 571.n.7.vol.4. & alibi. Quia hic talis habetur vt dixi, tanquam verè legitimus ex regula tex. in §. sit igitur licentia Auth. quib. mod.natural. effic. legit. & iddem probat post Tiraquell. Mandos.Clar. & alios Brunor. à Sole in d.compend.proposit.iur. in verb.legitimatum consequi iura suitatis. Guttier. hoc iddem sequitur in repet.l. nemo potest. nu. 335.ff.de le-
51 gat. 1. † Et hoc eatenus est verum, vt quemadmodum pater in legitima filij legitimi, & naturalis non potest aliquod onus, vel grauamen imponere, eodem modo in legitima verè legitimati, vt ex multis probant Paris. consi.7. num.45. vol.2. Cephal. consi.117. num.7.& 15. vol.1. Decian. consi.49. num.43.vol.2. Rimin.Iun.consi.469.num.13. volum.4. Menoch.d.consi.737. num.6.in fi.Surd. consi.185. num.22. volum.2. Laderch. cōs. 170.n.2. vers. & ideo si pater minus legitima.Honded.consi.89.nu.60. vers. & quamuis. Garzias in tract. de nobilit. glos.21.nu.21.Renat. Coppin. in tracta. de legib.Andegauen. c.41.nu.4. Suar.in l.quoniam in prioribus in declaratione legis Regni, limit.12.pauloante fin. Azeued.lib.5.recopilat.tit.8.leg. 10. nu. 41. cir.fi. Qui duo vltimi hoc iddē defendūt in dispensatione. Sed verior est opinio contra illos, vt dixi nu. 48. Ratio autem
52 in vera legitimatione ea est, † quia verè legitimatus nihil differt à legitimo, & naturali ī legitima admissus, vt ex dictis cōstat; vnde, sicut pater in legitima illius nullum potest apponere onus, ita in legitima istius verè legitimati, hoc enim venit ex Iuris dispositione; qua inductū est, vt in legitima debita filijs, non valeat impositio oneris, & cùm per legitimationem sublata sit macula, & legitimatus recuperet primæua Iura naturæ; inter quæ est etiam hoc ius legitimæ sine onere; sine dubio hoc ius recuperat.

53 Hoc eò magis amplectimur, quando grauamen non est appositum expressè in legitima, sed veniret implicitè, vt, quia taliter legitimatus, institutus à patre in portione aliqua vltra legitimam, grauatus esset, portionem illam alteri restituere, si decederet sine filijs, tunc in hoc casu potest filius ex illa portione liberè detrahere legitimam, & etiam Trebellianicam. De legitima probant DD. paulò ante citati; quia, si pater expressè non potest in ea aliquod onus apponere, consequenter minus præsumitur, vt implicitè illud apposuisset, etiam, quia, dum explicitè non apposuit onus, censetur liberè illam relinquere legitimato. ita expressè consuluit Deci. in consi. 256. alias 257. Quæritur an legitimatus. Iddem Deci. in l. præcibus. nu. 24. C. de impuber.& alijs substit. Capr. consi.19. Rip.in l. centurio.num.48.& seqq.vbi Galliaul.num. 80.& 81.ff.de vulg.& pupill. Alb. consi. 7.nu.2. Cuccus in tract. de legit. in prin. num.4.Surd.d.consi.185.num.25.vol.2. Couarru.in tract. de sponsal. par.2. cap. 8.§.8.post num.2.vers.In his verò.quam-

uis ibi contrarium teneat, ſi pater expreſsè appoſuiſſet grauamen in legitima; ſed verior eſt opinio contra eum, vt etiam ex dictis patet. Et quamuis Alciat.conſi.98.nu.5.lib.9.Tellius Fernand.d.l.12.Thauri.num.27. Peregrin. in tract.de fideicom.art.36.nu.9. & in conſi.27.lib.3.& conſi.18.lib.4. & Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.7.tit. 11.in fi.& alij oppoſitum teneant,de eorum dictis nulla ratio habenda erit, quia illorum motiua nullo modo vrgent.

Primò igitur arguunt, vt dum legitimatus eſt in ea portione, quæ patri placuerit, ſi patri non placeat, vt liberè legitimam conſequatur; non poteſt illam
54 habere contra patris voluntatem, † ne actus agentium operentur vltra, & contra eorum intentionem, contra tex.in l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet

Secundò, quia ante legitimationem huic tali filio naturali non erat debita legitima, ergo nec illi debetur poſt legi-
55 timationem. † Si igitur non eſt debita, ergo nullo modo illi competit retentio, quæ non datur vbi adeſt indebitum, & hoc præcipuo motiuo vtuntur Peregri. & alij ſupra relati.

56 Sed ad primum reſpondetur verba legitimationis eſſe intelligenda, vt ius intelligit, nempè vt ſuccedat in eo, quod patri placuerit, vltra tamen legitimam; quia eo ipſo, quòd fuit legitimatus, ex Iuris diſpoſitione competit illi legitima, tanquam ſi eſſet legitimus, & naturalis ex dictis nu.50.

Confirmatur, nam, legitimato per reſcriptum Principis, non poteſt pater plus relinquere, quàm vni ex legitimis, & naturalibus, vt in §.& quoniam. Auth. quib.mod.natur.effic.ſui. Vbi Angel. & poſt alios Deci in conſi.292.aliàs 293.vt igitur pater poſſit plus illi relinquere. Solent apponi illa verba, (in eo, quod patri placuerit) ad hoc, vt plus poſſit ei relinqui, prout ipſi patri placuerit. Itaque illa verba intelligi debent in beneficium ipſius legitimati, vt bene probat, & aduertit Cephal.d.conſi.117.num.18.vol.
57 1.† quia verba legitimationis ſunt ampliſſimè interpretanda, vt omnes docēt; & quamuis ſoleat etiam apponi clauſula (citra præiudicium legitimè deſcendentium) debet hæc clauſula intelligi in ea portione, quę de iure talibus deſcendentibus debetur, & non de omnibus bonis.

58 Ad ſecundum argumentum negatur vtraque conſequentia. Prima quidem; quia, facta legitimatione, debetur illi legitima, ac ſi eſſet legitimus, & naturalis, ex dictis num.52. quæ legitima non erat illi debita ante legitimationem, cùm ſolùm debeantur illi alimenta, vt eſt manifeſtum in Iure.

59 Secunda negatur ex eo, † quia de Iure nemo tenetur inſtituere hæredem extraneum, quem tamen ſi inſtituat, & illum grauauit reſtituere, nec expreſsè prohibuit illi detractionem falcidiæ, & Trebellianicæ, vtique deducit vtramq; quartam; quia ex Iuris diſpoſitione hoc ei permittitur, vt in Authen. ſed cùm teſtator, vbi omnes. C.ad leg. Falcid. cum
60 alijs cotis. † Itaque ex data inſtantia, argumentum tollitur, quæ ſola ſufficit, vt argumentum non probet, vt eſt vulgatum axioma, ex tex.in §. pauonum.inſtit.de rer.diuiſ.& docet Andr.in c.1. in princ.poſt num.quartum quid ſit inueſt. & alibi.

61 In Trebellianica verò quando non eſt expreſsè prohibita, vt legitimatus illam detrahat, ſi grauatus ſit reſtituere, hoc docent omnes, etiam illi, qui oppoſitum tenent in legitima, & Alciat.dicto conſi.98. num.6. Sarment lib.2. ſelect. interpr.cap.6.num.14.& alibi Peregrin. d.conſi.27.num.3.lib.3.Gabr. conſi 24. num. 14. verſ. neque ita obſtat. lib. 2.& plures alij, quos cumulat Surd. d.conſil.
62 185.num.25.† Imò Guttier. in d.repet. l.nemo poteſt.num.333.ff.de legat.1. & plures alij tenent, vt in verè legitimato non poſſit prohiberi detractio Trebellianicæ; & licèt Mantica d.tit.11.nu. 11. & Menoch.d.conſi. 737.num. 18. & alij contrarium teneant, illorum opinio non militat, quia fundatur in eo principio,
63 † quia Trebellianica prohiberi poteſt in filijs primi gradus; Sed contraria opinio eſt verior, vt nec expreſsè in filijs primi gradus prohiberi poſſit detractio Trebellianicæ, vt ex innumeris Doctoribus probat Anna in conſi.25.volum.1. conſi.116.vol.2.num.8. & vltra per eum cumulatos hoc iddem proſequitur Peregrin.in tract.de fideicom.art.3.Eugen. conſi. 33. & ſeq. volum.1.Morot.conſil. 81.num.12.& ſeqq.Surd.conſi.77. nu.4. vol.1. qui dicit hanc eſſe veram, æquiorem, & ferè in omnibus iudicijs receptā ſententiam, in ſuo conſ.522.num.1.& 2.

conſi.

consi.529.num.33 consi. 570.nu. 9. vol. 4. & conferunt dicta per Farinac. decis. 131.num. 1. in decis. Rotæ Romanæ, quamuis decis.505.nu.2.dicat pluries iudicatum in illa Rota, vt Trebellianica possit expresse prohiberi, vt etiam dicit Præs.de Franch.decis.612.etiam in tacita prohibitione,& quòd ita iudicauit pluries Sacrum Consilium. Sed prima opinio mihi verior videtur, Si igitur verè legitimatus habetur tanquam legitimus, & naturalis, vt sæpe sæpius replicatum est,vtique nec in eo prohiberi potest detractio Trebellianicæ, &,vt dixi, eò minus præsumitur prohibita, quando non est expressè facta prohibitio per testatorem.

Est insuper aduertendum,vt sit vera
64 species legitimationis,† legitimatus debet esse ortus ex parentibus, inter qnos poterat esse matrimonium, Si enim oriatur ex parentibus, inter quos matrimonium non poterat esse ob aliquod impedimentum Iuris diuini,in hoc casu, si facta sit legitimatio, etiam si successio non fuerit limitata, nec in persona data fuerit diminutio legitimitatis,tunc non erit legitimatio, sed simpliciter dispensatio et si fuerit facta legitimatio p Summum Pontificẽ, quia teneretur primò dispensare,vt inter eos validum esset matrimonium: quod eò magis procedit in legiti-
65 matione facta per Principem, quia, † si matrimonium eius non legitimat, multò minus princeps sæcularis poterit eos legitimare, vt rectè probat Castr. in consi. 30. vol. 1. quod in noua impressione est consilium tertium nu. 4. probant etiam Curt.Sen.consi.16.num.19.Deci. consi. 576.num. 6. Syluan qui testatur de communi consi.45.num.42.Garf. in tract. de Hispan.nobilit.glos.21.nu.5.& seqq.vbi latissimè hoc prosequitur, sic etiam Cacheran.decis.119.tota Tellius Fernand. d.l. 12.Thauri.num.24. vers. tamen si filius. Matthien. lib. 5. recompilat. tit. 8. leg.10.nu.2.

66 Postremò notandum est,† vt dispensatio valida sit, necessariò citentur illi, quorum interest, & qui ex illa dispensatione lædi possunt; si enim aliter fieret, illis non præiudicat, nec etiam teneret etiam si fieret ad patris instantiã, vt probat Soci.in l.Gallus. §.& quid si tantum. num.38. ff.de liber. & posth. & in consi. 246.num.6.lib.2.Crot.consi.97.col.3.& melius in consi.306.post num.9.& consi. 338.num. 7. Anchar. consi 241.num.4. Socin. Iun.consi.95.nu. 88. lib.3. plures cumulant, & probant Menoch. consi. 181.nu.19.Surd.conf.552.toto,& etiam Alex.Raudens.in tract.de analog.in append.par.3.nu. 203. & de legitimatione spuriorum agit nouissimè Farinat. decisio.861.

67 Ex omnibus prædictis reassumendo quæstionẽ, sic distingui potest, aut esset legitimatus per subsequens matrimonium,aut per rescriptum Principis. Primo casu, si matrimonium fuit legitimè contractum,& sine fraude, & tunc taliter legitimatus tam actiuè, quàm passiuè comprehenditur in dispositione harum consuetudinum, vt patet ex dictis à nu. 6.ad nu.18.& nu. 30. & seq. Nam hic talis etiam in feudo succedit eo modo, vt nu. 8. & alibi dictum est. In secundo casu, si esset vera species legitimationis, quia taliter legitimatus etiam in legitima, & Trebellianica habetur tanquàm legitimus, & naturalis, etiam actiuè, & passiuè comprehenderetur in materia istarum consuetudinum, vt cerni potest ex dictis nu.44.& seqq.

Si verò non esset vera species legitimationis secus esset, & ideo attendenda sunt verba rescripti, qualiter legitimatio facta est; nam hac de causa legitimationum species recensere volui,vt ex earum tenore veritas quęstionis appareat.

68 † Illud verò notandum est in dispensatione, in qua non sunt citati proximiores agnati, & cognati, vt etiam si pater hunc talem dispensatum sibi hæredem fecit, & agnatis reliquisset minus eo, qđ illis debetur per has, vel similes consuetudines, & apposuisset pœnam contra eos, qui talem spurium dispensatum molestarent, adhuc agnati eorum portionẽ integram consequi possunt, non obstante appositione pœnæ: nam, sicut pater non poterat illum instituere in agnatorum præiuditium, ita nec potuit imponere pœnam ei, qui illum molestaret, vt est punctualis decisio Cumani in l. Lucius §.tres hæredes. num. 4. vers. pone exemplum.ff.ad Trebell. Menoch. in tract.de præsump.lib.4.præsump.98.nu. 5.Surd.decis.7.num. 1.in fin.vbi alios cu-
69 mulat,† & ratio est manifesta, qui enim præcepto, à iure improbato, non obtemperat, non delinquit,& ideò nec pœnam incur-

incurrit, vt sunt Iura vulg. & ex prædictis, vt credo, remanet absoluta hęc quęstio: nam decisiones relatæ in principio quæ loquuntur in legitimatione per rescriptum principis, locum habere possunt, quando non esset vera species legitimationis, vt cerni potest ex formulis legitimationis, num. 42. & seqq. relatis. nam Farinac. decis. 486. tota affirmat esse decisum, neptem legitimatam excludere substitutum, & ita dicit esse communem sententiam, reprobatis Mãtica, & Menochio.

DE BONIS SVBIECTIS DISPOSITIONI HARVM CONSVETVDINVM.

TITVLO II.

SVMMARIVM.



Ona sita in districtu tantum, sunt subiecta consuetudini. num. 1. sunt sub iurisdictione illius, in cuius territorio sita sunt. nu. 3.

Potestas ciuium circumscribitur territorio. nu. 2. & 5.

Potestas statuendi inter subditos ligat eos vbique habitantes. nu. 5.

Statutum respiciens bona, extenditur etiam extra territorium. nu. 4.

Causa finita, & limitata producit effectum finitum, & limitatum. nu. 6.

Consuetudo contra ius commune debet strictissimè interpretari, ne habeat locum extra territorium. nu. 7.

QVÆSTIO I.



Estat igitur explicare aliud membrum huius secundæ partis, nempè quæ nam bona ligentur harum consuetudinum dispositione, & resolu-
1 tiuè procedendo, dicimus † solum comprahendi bona posita, & sita in districtu tantum huius Ciuitatis, non autem illa, quæ sunt extra districtum, vt expressè determinat tex. in prohem. harum consuetudi. §. per quod. fol. 44. & seqq. Vbi omnes; & hoc non recipit contradictionem, vt benè aduertit Præs. de Franch. in consuet. pupillus in 2. addit. sub nu. 8. fo. 391. & in decis. 472. num. 1. decis. 546. & alibi. Capyc. decis. 159. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 9. de success. mulier. num. 7. Farinat. in decision. Rotæ Rom. decis. 478. num. 1. decis. 592. num. 3. & decis. 878. tota loquens in specie de hac nostra consuetudine, & in simili statuto post alios tradit Brun. in tract. de statut. exclud. fœm. art. 8. num. 119. Gabr. in commun. opin. in tit. de statut. conclus. 8. & 9. Cacheran. decis. 106. nu. 48. Guttier. lib. 1. pract. quæst. ciuil. quæst. 76. nu. 10. & seqq. Et patet ratione, quia hæc consuetudo dependet à po-
2 testate, & authoritate ciuium; † & eorũ potestas, & authoritas territorio circumscribitur, & extra territorium vires habere non potest, ad tex. in cap. quoniam. Abbas de offic. deleg. cap. si gratiosè, de rescript. in 6. Bart in l. 1. num. 44. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Castr. Alex. & Iaf. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. Socin. consi. 302. volum. 2. Port. in consi. 164. nu. 89. Ioannes Philipp. in consi. 13. nu. 17. & consi. 32. nu. 1. & seq. Arnold. Ferron. in consuet. Burdigalens. in titu. de testam. §. 7. vers. quid si quis habeat, & vers. non habere autem locum. Rolan. à Vall. consi. 80. num. 27. vol. 4. Gozad. in consi. 49. nu. 8. Curt. Iun. in consi. 108. nu. 24. Anna pater in alleg. 85. Gabr. in titu. de

de stat.concl.9.Natt.in consi. 515. num. 13. consi. 514. num. 27. 502.num.40. in consi. 636. num. 133.& consi.637.num. 32.vol.3.habetur etiam in l. Duum virū. C.de Decurion.lib. 10.latius Petr. Pecchia lib.4.de success.tam à testato, quàm ab intest.in tit.de testam.coniug.cap.10. cum duob. seqq.vbi etiam d.cap. 10.nu.
3 4. dicit † bona esse sub iurisdictione illius, in cuius territorio sunt sita, ex tex. in l.iubemus nullam. C.de sacros.eccles. cap.postulasti, de for.compet. plures cumulat Consiliarius de Anna in consi. 92. num. 55. vol. 2. licèt ipse contrarium teneat, sed an sit vera eius opinio, suo loco dicetur.

Nec obstat, quòd ipsa consuetudo ligat exteros in bonis, sitis in districtu huius Ciuitatis; vt dictum est supra in prima quæstio.huius secundæ part.in titu. de personis, sic etiam Ciues alibi habitantes, vt in 5.quæstio.ibid dictum est, ergo eodem modo debet ligare bona subditorum, quamuis sita sint extra Ciuitatē, dum istæ consuetudines respiciunt tam bona, quàm personas, vt loco citato dictum est, & eò fortiùs dum istæ consuetudines respiciunt fauorem familiarum, & agnationum, vt bona conseruentur in familia, vt dictum est in par.1. cap.5.nu. 12. & seqq. prout etiam videtur concludere Neapod.in consuet.pupillus.nu.8.
4 de restit.in integr.† quòd dum statutum respicit personas, extenditur etiam ad bona extra territorium, sed intelligitur, quando non est facta mentio bonorum, vt ibi ait Neapod. Siquidem est diuersa ratio, quia istæ consuetudines respiciunt bona; vnde etiam exteros compræhendunt, dum bona sita sunt intra districtū; clarum est enim, vt consuetudo, & statutum ligent exteros pro bonis sitis in districtu statuentium, vt d.quæst.1.dictum est. Dum verò consuetudines postea ligant subditos, etiam alibi habitantes, est
5 diuersa ratio; quoniam potestas statuendi inter subditos, non circumscribitur territorio, sed comprætendit ciues, vbicunque existentes, l. fin.ff.de decret.ab ord.faciend.l.2.& ibi Bal.C.de Eunuch. l. mercatores, vbi idem Bald. & l.non solùm.C.de mercator.Sed prædicta non possunt locum habere, quādo bona sunt sita extra territorium, quia in ipsis bonis deficit potestas ciuium, siue statuētium, & potestas est causa efficiens omnis statuti, & legis: vnde dum potentia causæ efficientis est limitata intra territorium tantùm, ita etiam limitatus est eius effe-
6 ctus; est enim vulgata regula, † vt causa finita, & limitata, non possit producere, nisi effectum finitum, & limitatum, non autem infinitum, & vniuersalem, ad tex. in l. si arrogator. ff. de adoption. latiùs Natt.d.consi.514.nu.17. Francis. Marc. decis. 804. num. 1. Petr. Pecchia d.cap. 10.num.4 Anna in alleg. 85.plures alios cumulat Consiliarius de Anna in consil. 92.num.55.vol.2. (licèt ipse contrarium teneat) & consequenter non se extendit, nec extendi potest ad bona in alieno territorio sita, licèt opinio contraria sit etiam probabilis, quando statutum, vel consuetudo respiceret bona, & personas, vt dictum est d.quæst.1.in d.tit.de personis.
7 Confirmatur dictum principale, † qa consuetudines istæ sunt contra dispositionem Iuris communis, vt sæpe dictum est: quo casu communiter dicitur, vt strictissimè debeant interprætari ita, & taliter, vt ad bona, sita extra territorium loci, non se extendāt ex regul.text.in l.certa forma.C.de iur.fisc.lib.10. post Anch. Bald. Alexan.Corne.Ias.Deci. Socin. & Capr.Natta in d.consi.514.nu.12. Iddē sequitur Curt.Iun.consi.108.num.30. & alij, quos etiam probant Ioan. Philipp. consi. 13.nu.18. Roland. consi. 32.num. 7.vol.1.vt alios omittam, quos in d.quæstio.1.citaui. Probat etiam nouissimè Farinac. in decis. Rotæ Romanæ decisio. 877.nu.2.

SVMMARIVM.



Ona reempta virtute pacti reemendi sunt subiecta consuetudini. num. 1. procedit etiam in bonis subiectis fideicommisso.nu.2. Quid si pactum sit ex interuallo appositum? n.7.
Resoluta prima venditione, res reuertitur in pristinam causam. nu.3.
Bona, subiecta consuetudini, alienata ex causa necessaria, si eodem prætio reemantur, an subiaceant consuetudini. nu.4. Quid si bona recuperentur ex remedio tex. in l.2. C. de rescind. vend.n. 5. Quid si bona ille emptor voluntariè restituat. nu.6.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

1 SEcundò quæro, si bona, subiecta consuetudini, alienentur cum pacto reemendi, & postea reemantur, an locum habeat dispositio harum consuetudinum, & decisiuè procedendo, respondeo affirmatiuè, & ita fuit decisũ in Sacro Cons. restituto tamen pretio hæredibus, qui bona reemerunt, vt refert, & probat Præs. de Franch. in decis. 39. & iterum in decis. 450. & de prima decis. meminit Consiliarius de Rubeis in suis addit. ad eund. Neapod. fol. 2. in addit. incip. fuit dubitatum, tenet etiam Deci. consi. 88. num. 3. & consi. 238. proponitur, quem sectatur Iacob. Anell. de Bottis, in addit. ad Neapod. in consuet. Si quis moriens. nu. 3. fol. 164. in addit. incip. Quid si bona, vbi etiam Scipio Bucin. in addit. incip. Quid si quis acquirat. fol. 162. hoc iddem probat Tiraquell. in tract. de retract. conuent. §. 3. glos. vnica.
2 & §. 19. glo. 1. † Procedit etiam in bonis subiectis fideicommissis; Si enim alienentur cum dicto pacto, & reemantur, reincidunt in fideicommissum, vt ex multis probat Marcobrun. consi. 29. num. 214. & latiùs prosequitur Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 42. præcipuè nu. 20. &
3 seqq. & ratio illa est præcipua, † quia resoluta prima venditione, res ipsa in pristinam causam dicitur reuerti, ad tex. in l. voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. quod procedit generaliter quotiescunque res alienata recuperatur ex pacto de retrouendendo, vt post Barto. Deci. Crauet. Tiraq. & alios probat Peregr. d. art. 42. nu. 21. ex tex. in l. si vnus. §. pactus nè peteret. ff. de pact. & per alia Iura: additur etiam alia ratio, quia in priorem venditorem res taliter reempta non dicitur translata, hoc est nouiter acquisita, sed reddita tantum, ad tex. in l. filio, quem pater. ff. de liber. & posthum. plures cumulat Tiraq. in tract. de retr. lignag. §. 19. glo. 2. tota, de quo meminit Præs. de Franch. d. decis. 39. nu. 1. & iddẽ firmat ipse Præs. decis. 64. de quo meminit Morot. consi. 93. nu. 3. & post Bald. Deci. Crauett. consi. 244. & alios. Consil. de Rubeis in d. citata addit.

Quinimò prædicta locum habent,
4 † etiã si ipsa bona essent alienata ex causa necessaria, vt propter æs alienum, & alienatio facta esset subhasta; deinde debitor pro eodem pretio illa bona emeret; adhuc enim ipsa bona essent subiecta consuetudini, & ratio est, quia creditor ipse non emit rem sibi obligatam, vt nouum dominium acquirat, sed potius, vt ius suum conseruet, quod in supradictis rebus sibi obligatis habebat, & proinde quando debitor emit non facit acquisitionem nouæ rei, sed potius dicitur bona illa luere, & consequenter non est noua acquisitio, sed eiusdem rei conseruatio, & ab ære alieno liberatio, vt ex multis probat Præs. de Franch. in decis. 450. & faciunt dicta per Peregr. d. num. 21. & per Morot. consi. 20. toto.
5 Si verò bona prædicta recuperaret per remedium l. 2. C. de rescind. vend. & id ageret mediante sententia, vt quia in iuditio rescissa fuit venditio facta, adhuc subiacerent bona illa dispositioni harum consuetudinum, & similium statutorum, quia restitutio illa fit ex Iure, quod residet penes venditorem ex beneficio le-
6 gis: † Si tamen emptor voluntariè bona illa restituat, secùs est; quia restitutio dicitur fieri ex noua causa, quia translatum erat dominium in emptorem, & consequenter remanent omnes obligationes ex tali contractu ortæ, & ideò ad causã antiquam bona illa non redeunt, sic scripsit Bar. in l. in diem. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Alberic. in d. l. 2. col. 4. vbi ita dicit determinatum Bononiæ à Thoma de Piperata: iddem tenet Salyc. in d. l. 2. & alij: probat etiam Io. And. ad Spec. in rub. de oblig. & solut. col. 2. Tiraq. de vtroq. retract. §. 3. glos. 1 nu. 10. tenet etiam Pyrr. Ant. Lanar. in quodã consi. manu scripto circa principiũ, Vn-
7 de hanc illationem deduxi: † Si vero purè facta esset venditio, & postea vltroneè sit facta conuentio, vt pacto redimat, est quæstio, si bona tunc reempta dicantur nouiter quæsita, quamuis Alberic. de Rosat. in tract. de stat. par. 1. quæst. 87. teneat, vt dicantur bona nouiter quæsita, quem sequitur Renatus Coppin. in trac. de deman. Franc. lib. 1. tit. 8. nu. 1. in fin. & ratio esse potest, quia venditor acquirit ex noua causa, quia propter eius diligentiam est postea appositum pactum reemendi, & dum bona sua industria acquisiuit, iudicatur nouiter quæsita, vt dicã infra q. 21. Vide infra q. 6. n. 4. & seqq.

SVM-

SVMMARIVM.

Bona dotalia sita extra territorium sunt subiecta consuetudini.nu.1.
Dos est quid vniuersale, & ratio traditur.nu.2.
Consuetudo, loquens per verbum vniuersale, extenditur etiam extra territorium.nu.3.
Pecunia peruenta ex bonis dotalibus, etiam extra districtum existentibus, subiacet consuetudini, si Neapoli reperiatur.nu.4.
Res empta de pecunia dotali, efficitur dotalis. nu.5.
Pratium succedit loco rei in vniuersalibus.nu.6.

QVÆSTIO III.

1 TErtiò quæro, si essent bona dotalia, & posita essent extra districtum huius Ciuitatis, an subiaceant cōsuetudini? & respondeo affirmatiuè ex decis. Neapod. in consuet.pupillus, in verb.bona. nu. 8. & alibi sæpe, & hoc hodie est indubitatum; quia Sacrum Consilium semper sic iudicauit; teste Pręs.de Franch.in decis.472.
2 num.6.& seqq.& hoc ea ratione, † quia dos est nomen Iuris, & sic est quid vniuersale, vt notauit Bart. in rubr. ff. sol. matr.nu.17.vbi Rip.nu.43. Facchin. lib. 10.controuer.iur.cap. 31. Quo fit, vt, licèt consuetudo regulariter non extendatur extra territorium, † tamen quan-
3 datur extra territorium, † tamen quando loquitur per verba vniuersalia, extenditur vt ex vera sententia probat Alex. consi.44.col.2.vers.hanc quæstionem vol.5.Et iddem probant alij, quos cumulat Anna in d.consi.92.nu.53.vol.2.probat etiam Consiliarius de Rubeis in suis addit.ad Neapod.fol.3.à ter.in addit.incip.Sed aduerte, & etiam fol. 4. in addit. incip.adde, quòd longa fuit disceptatio. & prius hoc iddem probauit Capyc. in consuet. Si qua moriens in verb. cognatis.nu.4.fol.197.in addit. incip. Gran caso è questo, in fi. & nouissimè hoc iddem probat Reg.de Ponte in tract.de potest. Proreg.tit.9.de success.mulier.nu.8.& 9.

Et eatenus hęc vera sunt, vt procedāt etiam in bonis emptis ex pecunia rei dotalis, etiam si res illa esset sita extra di-
4 strictum; † procedit etiam, si illa bona dotalia, extra districtum posita, vendita essent, & illa pecunia esset asportata ad hanc Ciuitatem, adhuc pecunia illa subiecta esset consuetudini, & ita fuit decisum in anno 1558. die 17. Februarij in causa Hippolytæ Caracciolæ per Sacrū Consilium, vt refert Scipio Santin in consuet. Si qua moriens, sub num.2.fol. mihi 196. sub lit.F. de qua decisione meminit idem de Rubeis d. fol. 4. in dicta addit.incip.Adde, quòd longa fuit disceptatio, vbi dicit hoc procedere non quò ad integrum valorem bonorum venditorum, sed solum quoad pretij partem, quæ de pecunia dotali fuit erogata in
5 emptionem dictorum bonorum, † & ratio redditur, quia res empta ex pecunia dotali, efficitur dotalis.glo.communiter recepta in l.si vt proponis.C.de rei vendic.latè Mascard.in tract.de probat.conclus.53. & post alios Anna in consi. 123. num.18.vol.2. Ratio autem respectu pecuniæ est alia; quia, cùm dos sit quid vniuersale, vt dictum est, tunc succedit alia
6 regula, videlicet, † quia in vniuersalibus prętium succedit loco rei, vt res, empta ex illo prætio, etiam loco prioris rei succedat; l.Imperator.§. cùm autem. ff. de legat.2.post alios Surd. decis. 15.nu. 18. vt alios omittam: & licèt Guttier. lib.5. pract.quæst.ciuil. quæst.87. nu. 18. contendat, hoc euenire non ex identitate rei, vt illa res empta sit eadem cum re priori, sed ex subrogatione, vt sit subrogata in locum rei dotalis: quæstio videtur de nomine quò ad hoc, vt sit subiecta consuetudini; nam hoc ipse concedit, an autem eius illatio vera sit, dicam infra quæst.5.

SVMMARIVM.

Bona publicata, & ex Principis indulgentia rehabita, subiacent consuetudini.nu.1.
Bona Neapolitanorum non publicantur ex gratia. num.2. Iddem procedit, si Neapolitana sit nupta extero.nu.3.
In crimine hæresis, vel læsæ Maiestatis bona Neapolitanorum publicantur, sed reseruantur iura dotalia mulierib. nu.4.

K Medie-

Medietas fubiecta confuetudini quare non publicetur. nu.5.

Feudum publicatum ex delicto, & rehabitum ex gratia, fitne nouum, an antiquum? nu.6.

QVÆSTIO IIII.



Vartò quæro, fi bona Neapolitanorum publicata effent, & poftea ex gratia, vel ex indulgentia Principis effent rehabita, an fubiaceant harum confuetudinum, vel fimilium ftatutorum difpofitioni? Hæc quæftio latiffimè examinatur per Andr. Tiraqu. in tract. de retract. lignagier. § 32. glo. 1. num. 29. & 30. ad quem fe remittit quædam additio ad Neapod. in confuet. Si aliquis moriens, fub num. 2. lit. G. fo. 163. incip. Pone, quòd pater, Sic etiam Confiliarius de Rubeis in fuis addit. fol. 3. à terg. in addit incip. Et quando dicantur

1 bona antiqua: † qui quidem Tiraquell. & fucceffiuè dicti alij DD. affirmatiuam fententiam defendunt, prædicta bona fubiacere cõfuetudini. prout etiam probant Boer. decif. 277. & 278. Ferron. lib. 1. in confuetud. Burdigal. §. 11. & ratio eft vltra ea, quæ difcuffa funt quæft. 1. & 2. quia prædicta bona à fifco reftituta retinent priora onera, vt probant text. in l. etfi depofitionis, & l. fi debitor. C. de fenten. paff. & reftit. Zafius in tract. de feud. c. 3. Ferron. latiffimè loco cit. Verùm hæc quæftio non poteft locum habere in materia harum confuetudinum,

2 † nam bona Neapolitanorum ex gratia conceffa huic fideliffimæ Ciuitati non publicantur, fed cõceduntur proximioribus forìudicati, quomodolibet bona ipfius publicentur, vt eft videre inter gratias prædictas, quæ continentur in capitulis huius Ciuitatis. fol. mihi 41. cap. 14. Quæ quidem capitula funt in viridi obferuantia, & fecundum ea fuit pluries decifum, vt refert Reg. de Ponte confi. 69. num. 7. & feqq. & alibi, de Franch. de-

3 cif. 416. vbi num. 5. † hoc iddem probat habere locum in muliere Neapolitana nupta extero, quia gratia fic mandat, vt in illa legi poteft, & ita practicatum fuit de anno præcedenti 1611. in caufa cuiufdam Neapolitanæ, quę nupfit extero, & fifcus illius bona publicauit, quorum nomina omitto ob decentiam: eft enim res manifefta.

4 Limitatur tamen in crimine hærefis, vel læfæ Maieftatis, nam in hoc crimine non viget gratia prædicta ob criminis atrocitatem, & ideò etiam Neapolitanorum bona publicantur in tali crimine, quod procedit in primo tantùm capite criminis læfæ Maieftatis, vt legitur in capitulis prædictis, præcipuè d. cap. 14. Imò quando bona publicantur, remanẽt referuata mulieribus fua iura dotalia, quæ capitula, funt etiam in hac viridi obferuantia, vt docet Præf. de Franch. decif. 102. in prinč. & etiam decif. 213. probat etiam Vrfill. ad Afflict. decif. 361.

5 Loquendo tamen † regulariter, non datur hæc publicatio, præcipuè quòad iftam medietatem debitam virtute harum confuetudinum, vt ex doctrina Bar. in l. Imperator. ff. de fideicomm. libert. Alex. confi. 23. vol. 1. Dec. confi. 442. nu. 27. probat Salern. in d. confuet. Si aliquis moriens, fub num. 3. fol. 164. in fin. in addit. incip. ad iftam cõfuetudinem. Et fuit decifum in caufa quorundam de Ebulo, vt refert Præf. de Franch. decif. 213. nu. 10. probat etiam Anna in confi. 12. num. 23. & feqq. & faciunt not. per Surd. in decif. 254. nu. 28. & feqq. Et ratio non deficit, quia dum bona ifta debentur ex prouidentia confuetudinis, dicuntur bona proximiorum, nempè agnatorum, & cognatorum, & ideò non veniunt in

6 confifcatione ob alterius delictũ, † Quid autem fit dicendum in feudo publicato per delictum, & recuperato ex gratia, vel indulgentia principis, tradit Andr. in cap. 1. de vaffall. decrep. ætat. vt alios omittam.

SVMMARIVM.



Ona empta ex prętio rei antiquæ non fubiacent confuetudini. num. 1. ita refertur iudicatum per quendã Gurrellum, & probabile eft, ceffante fraude. nu. 4. & 9. contrarium fundatur verius effe. num. 10. & ita refertur iudicatum pluries. nu. 19. & eft magis æqua opinio, carens fraude. nu. 32.

Statutum, vel confuetudo, loquens in cafu vero, non habet locum in cafu ficto. nu. 2. contrariũ probatur. nu. 26. & 27.

Prętium

Pretium succedere loco rei, venit ex iuris fictione. num. 3. & quando regula procedat. nu. 5. in uniuersalibus succedit loco rei. num. 16. Quid secundum consuetudines. n. 17. 22 26. & 28.

Res non succedit loco pretij. nu. 3.

Pretium hominis venditi cur dicatur solui. nu. 8. & 31.

Dispositio consuetudinum qua ratione locum habeat in ultima voluntate tantum. nu. 5. & 29.

Usura non ex bonis, sed propter bona debetur. num. 7. & qua ratione hoc fiat, probatur. nu. 30.

Res empta ex pecunia rei antiquæ, eius loco succedit. nu. 11. etiam procedit quò ad priuilegium rei antiquæ. num. 12. Etiam si fiat iure permutationis. nu. 14. & 18. permutata cum re fideicommisso subiecta, eius loco succedit, sic etiam procedit in feudis. nu. 15.

Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, etiam in particularibus. nu. 13.

Verbum, bonorum, vel, de bonis, est uniuersale. nu. 17.

Doctores debent intelligi secundum leges, & doctrinas, quas allegant. nu. 20.

Emens bona ex prætio rei venditæ non dicitur patrimonium diminuere. numero 21.

Fraudis occasio tollenda est præcipuè secundum has consuetudines. num. 23. & 25.

Fraus non minus committitur de persona ad personam, quàm de re ad rem. num. 24.

Prætium bonorum, repertum in hæreditate alterius tempore mortis ipsius, est subiectum consuetudini. nu. 27. & etiã infra q. 11. nu. 1.

QVÆSTIO V.



QVintò quæro, quid in alijs bonis non dotalibus, an ea subiaceant dispositioni consuetudinum, si vendantur, & ex eorum prætio alia bona emantur? hæc quæstio latissimè examinatur per Ioan. Guttier. pract. quæst. lib. 5. quæst. 86. 87. & seq. per Capyc. decis. 194. nu. 15. & seqq vnde alij sumpserunt, & nouissimè per Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg tit. 7. de successi. mulie. num. 16. 17. & seq. per Vrsill. in addit. ad Afflict. 369. num. 10. & per addentes ad
1 Neapod. in varijs locis. † Opinionem igitur negatiuam tenuit antè omnes in materia harum consuetudinum. Stepha. de Gaiet. in quad. addit. in consuet. Et si testator, in verb. disponere, quem refert ad verbum Capy c. d. decis. 194. sub num. 18. & Consiliarius de Rubeis in suis addit. fol. 3. à ter. in addit. incip. Sed pone,
2 quòd ex pecunia. Et hoc ea ratione, † qa consuetudines loquuntur in casu vero, nam loquuntur in bonis, ergo non debent extendi ad casum fictum; nam fictione Iuris prætium dicitur succedere loco rei, vt probant ex text. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. Quòd autem fit ex fictione Iuris, vt res, empta ex pecunia rei antiquæ, succedat loco illius, tra
3 dunt omnes, & etiam dicunt, † quòd licèt prætium succedat loco rei, non tamen res succedit loco prætij, vt scripserunt Cyn in l. mater. C. de rei vendic. vbi etiam Alberic. & Bal. sic etiam Bart. in l. sed etsi lege. §. 1. ff. de peti. hæred. Guttier. loc. citato quæst. 87. num. 1. & consequenter cùm sit ex fictione Iuris, statuta, & consuetudines ad hunc casum non extenduntur, & Stephan. de Gaiet. d sua addit. (quæ nunc est in cõsuet. Si aliquis moriẽs. fo. 162. in addi. incip pone φ ex pecunia. Et est eadem additio. quam refert
4 de Rubeis loco cit.) † dicit fuisse ita iudicatum per quendã Gurrellum, & qnẽdã Fœlicem dum casus accidisset, & candẽ opinionem probat nouissimè Reg. de Pont. d. tit. 9. num. 17. & probat ex mul-
5 tis. Et Primò, † quia in certis tantum casibus fuit introductum, vt bona, empta ex prætio rei venditæ, succedant in locum rerum venditarum, nempè, in Ecclesia, in minore. & in dote; vnde; cùm hoc sit introductum, & limitatum ad certos tantum casus, in alijs remanet dispositio Iuris communis, argum. tex. in l. præcipimus. C. de appellat. & hoc argumento sæpius vtitur Guttier. d. q. 87. & q. 88. præcipuè nu. 7. in fi.
6 Mouetur secundò, † quia dispositio istarum consuetudinum solum viget in dispositione, quæ fit in vltima voluntate, non autem in alienatione quæ fit inter viuos, vt latissimè dictum est infra par. 3. quæst. 1. Sed nunc alienatio fit inter viuos, iure meritò non est subiecta consuetudini. Tertiò hoc idem confir-
7 mat à simili de † vsura, quæ dicitur veni-

re propter bona, non autem ex bonis, ex doctr. Barto. communiter recepta, in l. quòd procurator. ff. de procur. Sic etiam videtur esse in proposito, vt bona hæc dicantur potius venire propter bona antiqua, quàm ex bonis antiquis, & consequenter in illorum locum non succedunt, cùm res non succedat loco prætij ex dictis num. 3. Et confirmat magis hoc ex tex. in l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel act. vend. vbi expressè sanci-
8 tur, † vt prætium hominis venditi non ex ipsa re, sed propter negotium, siue negotiationem percipiatur, & proinde non venit in petitione hæreditatis, vt ibid. decidit tex. de quo textu ad hoc propositum meminit etiam Capyc. d. dict.
9 decis. 194. sub num. 16. † Itaque pro hac opinione negatiua vltra additionem Stephani de Gaiet. & decisionem Gurrelli, tenent expressè Guttier. loco cit. & Reg. de Pont. Imò Capyc. d. decisio. 194. num. 18. circa fin dicit, Sacrum Consilium inclinasse in hanc sententiam in illa causa, quam ipse refert ibid. licèt non fuit determinata, & consequenter opinio hæc defendi potest tanquam probabilis, si cesset omnis fraus, quia sufficit agnatis, & cognatis, vt habeant prætium dictorum bonorum antiquorum, & in arbitrio Iudicis est, consideratis omnibus circunstantijs iudicare, num prætiũ bonorum venditorum fuerit iustum, & an ab alienatione prædicta omnis fraus absuerit? vt in simili dicetur infra d. par. 3. q. 1. nu. 33.

His tamen non obstantibus, salua pa-
10 ce tantorum Virorum, † contrariam opinionem amplector, tanquam veriorẽ in materia harum consuetudinum, secundum quam sententiam fuit etiam iudicatum; vt dicam infra num. 19. Moueor ex
11 pluribus. Et primò, † quia etiam ex dispositione Iuris communis res, quæ emitur ex prætio bonorum antiquorum, succedit in loco dictorum bonorum antiquorum, ad tex. in l. Imperator, iuncta l. seq. & vtrobique Barto. ff. de legat. 2. l. in fideicommisso. §. nonnunquam. ff. de vsur. & hoc ex multis probat Tiraquell. in tract. de vtroque retract. titu. 1. §. 32. glos. vnica. nu. 23. & seqq. & de retract. consanguineor. § 32. glos. 1. à nu. 43. vsq; ad num. 52. vbi multa notabilia etiam ponit. Probat etiam Molin. in tracta. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 4. nu. 28. & congruunt discussa per Milanens. decis.
12 18. tota, lib. 1. Hinc est, † vt res, empta ex prætio, peruento ex aliqua re immuni, & exempta ab aliquibus muneribus, consequatur eandem immunitatem, quã habebat illa res antiqua, cuius loco res empta successit. vt ex multis probat Bal. consi. 112. nu. 5. lib. 1. & ex pluribus probat Boss. in suo tract. crim. in tit. de Princip. num. 154. post hos Tiraquel. & alios plures, nouissime iddem probat Ludouic. Morot. consi. 20. vbi dicit hanc esse communem sententiam, & faciunt etiã ea, quæ discussa sunt infra par. 4. quæstio. 63. num. 13. & seqq. & ratio est manife-
13 sta; † quia licèt non sit eadem res entitatiuè, vt ita dicam, quia est alia entitas, ex quo sunt alia bona; tamen vice subrogati, succedit loco prioris rei, & eiusdẽ sapit naturam; quæ quidem regula non solùm habet locum in vniuersalibus iuxta terminos tex. in l. vnica §. sed & vt plenius. C. de rei vxor. act. Sed etiam in particularibus, vt probat Ias. in l. si grege. col. 2. vers. nonò nota. ff. de leg. 2. cum alijs cumulatis per Tiraquel. d. titu. 1. de vtroque retract. §. 32. glos. vnica. nu. 23. cum alijs cumulatis d. q. 63.
14 Confirmatur secundo, quia † si pater permutaret aliquam rem immobilem cum alia re similiter immobili, res illa permutata in locum rei permutatæ succederet, & eodem modo filij succederẽt in illa re permutata, prout succederẽt in illa re, in cuius loco successit, siuè subrogata fuit, vt rectè probat Luc. de Penn. in l. 1. col. 4. vers. Sed quid in quæstione. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. quẽ sequitur Ias. consi. 231. vol. 2. vbi etiam
15 subdit, vt † res permutata cum re subiecta fideicõmisso, efficiatur fideicommissaria, & in materia harum consuetudinum, ad determinata per Ias. loco cit. se remittit Gaspar de Leo in consuet. Si quis, vel si qua, sub num. 227. in verb. obuenerunt. fol. 137. in addit. incip. Tenet hic Neapodanus. vers. Vide omnino Iasonem, & eund. Ias. sequitur Menoch. consi. 70. num. 7. & 8. lib. 1. Tiraq. loco proximè citato num. 27. & probant hoc plures alij, quos etiam sequitur Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 23. & alibi, & faciunt etiam latius congesta per Surd. decis. 15. num. 21. & seqq. Sic etiam dicitur, quando feudum nouum permutatur cum feudo antiquo

tiquo

tiquo de consensu Domini, nã tunc feudum nouum permutatum assumit naturam antiqui feudi, vt probat Andr. in c. 1. de vassall. decrep. ætat. & post eum Afflict. & Scarder. hoc etiam docet ipsemet doctissimus de Ponte in suo tract. de potest. Proreg. tit. 1. de prouision. fier. solit. §. 7. num. 10. Nec dicatur, vt id faciat consensus Domini; nam est vera permutatio, & consensus Domini, solum tollit obstaculum, hoc est, permittit alienationem Vassallo, qui sine consensu ipsius Domini nec etiã permutare posset, cum permutatio sit species alienationis, vt est notissimum: vnde subrogatio venit ex Iuris dispositione, & consequenter dum in bonis burgensaticis non requiritur alterius consensus, præter consensum eorum, qui alienationes faciunt, eo ipso, quòd tales emptiones faciunt, & permutationes, fit subrogatio ex iuris dispositione.

16 Tertiò confirmatur, nam vt probauimus supra in dote quæst. 3. hoc eod. titu. quia est quid vniuersale, prętium succedit loco rei, & in vniuersalibus hæc regula semper procedit, vt in d. l. venditor ex hæreditate. l. si & rem. ff. de petit. hæred. cum alijs cotis, hoc enim est in confessum apud omnes. At in casu nostro sumus in vniuersalibus, nam consuet. & si testator, vtitur verbo vniuersali ibi (potest de bonis) & ibi (medietatem ipso-
17 rum bonorum) & alibi passim; † quę bonorum, & de bonis appellatio, continet vniuersitatem. l. bonorum. ff. de verb. signif. cum alijs ad hoc propositum cumulatis infra q. 24. num. 10. & 23. & etiam tradita per Capyc. d. decis. 194. sub num. 18. vers. nos sumus in vniuersalibus, vbi videtur esse huius sententiæ, vt hæc bona sint subiecta dispositioni harum consuetudinum, & hoc iddem apertius docet in addit. ad Neapod. in consuet. Si aliquis moriens. in prin. fol. 162. in addit. incip. Quid autem si vendidit? vbi hoc
18 dicit habere magis locum, † quando vna res permutatur cum altera, vt etiam dixi in secunda confirmatione num. 14. Hoc iddem post Alex. consi. 38. in 2. vol. Tiraquel. d. glos. vnica num. 10. Cassan. in consuet. Burgun. tit. des doit Rex. rubr.
19 4. num. 7. & seqq. † tenet etiam Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 369. sub num. 10. vbi ita refert decisum in Sacro Consilio de anno 1558. Die 14. Februarij, hoc idem fuit decisum Galliæ, vt refert Arnold. Ferron. in consuet. Burdigalens. in tit. de testam. §. 7. in verb. an quòd prętiũ, ad quem in materia harum consuetudinum, se remittit Salern. in consuet. Si aliquis moriens. fol. 164. incip. ad istam consuetudinem, prout ad Tiraq. & Capyc. se refert Præs. de Franch. ibid. fol. 163. in addit. incip. Si bona paterna fuerunt vẽdita, & ad Capyc. etiam se refert Naucler. in suis addit. fol. 10. à ter. prout ad Ias. se refert Gaspar de Leo, vt nu. 15. notatum est, & consequenter isti DD. licèt perfunctoriè transeant, quia non disputant ex professo articulum istum, clarum est tamen, vt se conforment cum dictis decisionibus, & cum veritate discussa, & determinata per eosdem Doctores, & per varias decisiones ab ipsis rela-
20 tas, est enim vulgatum dictum, † vt Doctores intelligantur secundum leges, & doctrinas, quas allegant, vt multoties replicatum est, & probat etiam Surd. decis. 59. num. 7. & consequenter cum loquantur de bonis antiquis, & extra dotem, malè, & inaduertenter, ne dicam falsò, quidam pugnat, eos loqui de dote, & quòd nemo hanc opinionem tenebat, sit dictum, salua eius pace, & ad veritatẽ eruendam, & probandam, quæ omnia probantur ineuitabili ratione tex. in l. Imperator. §. fin. iuncta l. seq. ff. de legat.
21 2. † quia ille, qui de prætio rerum venditarum alia emit bona, non videtur ex eo diminuisse patrimonium, cum aliud loco eius sit subrogatum, quam rationem ponderant Capyc. d. decis. 194. sub num. 18. Ferron. d. §. 7. in verb. propone. Præs. de Franch. decisio. 435. num. 21. 22. vt alios omittam.

22 Accedit alia ratio, quia in materia harum consuetudinum, ex prudentum interpretatione videtur indefinitè receptum, vt prætium succedat loco rei, vt not. Præs. de Franch. d. decis. 435. nu. 20. & hoc dicit esse inductum de mente Neapod. Consiliarius de Rubeis in suis additionibus fol. 5. à tergo, incip. Et se pondera ex mente Neapodani; quod optima ratione potuit introduci, tum quia consuetudines loquuntur per verbum vniuersale, vt dictum est num 17.
23 tum etiam ad euitandas fraudes, quæ præcipuè in materia harum consuetudinum euitanda est, vt dicam infra par. 3. quæst. 1. & probat etiam Præs. de Frãch. d de-

24 d. decis. 439. num. 76. † nam fraus non minus committitur de persona ad personam quàm de re ad rem, Afflict. in c. 1. de feud. dat. in vic. leg. cõmis. Surd. decis.
25 21. nu. 15. † Si. n. agnati, & cognati certò scirent, vt talia bona non succederent in locum bonorum antiquorum, de facili ad fraudandum omnes agnatos, sine aliqua causa bona antiqua venderent, & alia emerent, vel cum alijs permutarẽt, vt de illis ad libitum disponerent, quod est contra dispositionem consuetudinũ, & nullo modo est permittendum.

Nec obstant contraria; ad primum
26 enim respondeo, † quòd etiam in dote est ex iuris fictione, vt res empta ex prætio rei dotalis, efficiatur dotalis, & tamẽ succedit in locum illius, quia est nomen vniuersale, ex dictis nu. 16. & supr. quęst. 3. Eodem modo est in casu nostro, cum consuetudines loquantur circa bona, & de bonis, & sic per verbum vniuersale,
27 † & consequenter etiam prætium bonorum repertum in hæreditate tempore mortis, subiacet dispositioni consuetudinum, vt latius probatum est infra quæst. 11. Sic etiam locum habent in actionibus, & in bonis mobilibus, vt d. q. 21. discutitur, quæ omnia non procedut in illa consuetudine. Guttier. non in actione, quia hoc ipse probauit quęst. 85. nec etiam in prætio, vt probat quęst. 86. Sed solum in ipsa re immobili, identicè, hoc est, in eadem re numero; igitur non est mirum, si teneat contrarium, & consequenter eius opinio non est contra nostram conclusionem. Additur etiam alia ratio, quia statutum suum dicit esse odiosum, & propter hoc debeat procedere identicè in ipsa re tantum, sed hæc ratio non militat in casu nostro; nam istę consuetudine: sunt fauorabiles, quia respiciunt conseruationem bonorum in familia, vt dictum est supra par. 1. cap. 5. nu. 12. & seqq.

Ad primam confirmationem respon-
28 deo, † quòd ex prudentum interpretatione fuit introductum, vt prętium succedat loco rei in materia harum consuetudinum, sic etiam, vt res empta ex prætio rei antiquæ, eius loco succedat, vt ex Doctoribus, & decisionibus relatis nu. 19. cerni potest, & ex dictis à num. 10. & seqq. confirmatur, & consequenter, licèt quoad entitatem, & sic identicè, non sit eadem res; est tamen eadem quò ad qualitatem ex subrogatione, & hoc sufficit vt sapiat naturam rei antiquæ, vt probatum est.

Ad secundam confirmationem respõ-
29 detur, † alienationem inter viuos esse permissam, quando adest aliqua causa iusta, & non simpliciter, vt dicetur tertia par. quæst. 1 At cùm res antiqua cum re noua permutatur, vel ex prætio rei antiquæ alia res noua emitur, nulla causa iusta adesse potest, sed potius præsumitur facta in fraudem agnatorum, & cognatorum, ex dictis num. 23. & seqq. Nam si adesset aliqua causa iusta, & vltra prætium rei antiquæ in re permutata, vel empta, aliud prætium solutum esset, & consequenter si cessaret omnis suspitio fraudis, iam probabilis esset opinio contraria, vt num. 9. notatum est. Ad tertium eodem modo respondetur, & etiam
30 † quia vsura ideo venit propter rem, quia est accessio rei principalis, & veluti fructus ipsius rei, l. vsuræ vicem fructuũ. ff. de vsur. cum alijs cumulatis per Roderic. in tract. de annuis redditib. lib. 1. q. 18. num. 7. vt alios omittam: quid igitur mirum, si propter bona debeatur, nempè, propter interesse bonorum, & in vicem fructuum? Sed prætium venit ex ipsismet bonis, cùm sit prætium eiusdem rei, non autem propter fructus ipsius rei, & consequenter cùm ratio sit diuersa, ex illa non potest, fieri illatio ad casum nostrum, vulg. tex. in l. Papinianus ff. de minor.

31 Quod autẽ dicitur de prætio hominis vẽditi, vt debeatur, ꝓpter negotiũ, ꝓcedit ex eo, quia homo emitur propter negotiationem, & ad seruitia personalia, quo mortuo, vel alienato, cessat negotiatio, vt cessant etiam seruitia, & sic prætium ipsius loco rei non succedit. At in casu nostro secùs est, vt patet ex dictis, & etiã quia lex, quæ introduxit, vt prætium hominis venditi non succedat loco rei, est potiùs per modum limitationis ad regulam alibi traditam, vt prętium rei venditæ, & res empta ex prętio rei venditę, succedat in locum eiusdem rei, vt patet ex dictis nu. 11. & seqq. & hæc opinio, vt dixi, mihi verior, & æquior videtur, fraude, & suspitione fraudis carens, validioribus etiam rationibus fulcita, & etiã quia Stephan. de Gaiet. in d. apostill. citata in fin. refert Specul. in tit. de empt. & vendit. §. 3. & qui hanc nostram confirmat

firmat sententiam, & hæc hactenus pro ista quæstione. quæ omnia submitto particulariter supremo iudicio prædicti eruditissimi Marcchionis.

SVMMARIVM.

Bona Castrensia an sint subiecta consuetudini nu. 1. & 3. Bona occupata à Tyranno, & recuperata deinde, num subiaceant consuetudini? nu. 4. Quid si bona deuoluantur ob non solutum canonem? nu. 5. Quid si occasione bonorum antiquorum vsu cœpit alia bona vltra limites rei antiquæ. nu. 6. Inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem. nu. 2. Aedificium factum in solo rei antiquæ num præsumatur antiquum? nu. 7.

QVÆSTIO VI.

1 SExtò quæro, an hæc cõsuetudo locũ habeat in bonis Castrẽsibus, vt sunt illa, quæ aliquis in militia, vel occasione militiæ acquisiuit, num, inquam, de eis debeatur medietas proximioribus? & affirmatiuam sententiam determinat Neapod. in consuet. Si aliquis moriens, in verb. latere. num. 15. vbi
2 ex multis hoc probat, & pręcipuè, † quia inducta ad augmentum nõ debent operari diminutionem. l. cùm tale. §. falsa. ff. de condit. & demonstr. Sic etiam è contra inducta ad diminutionem, non debẽt operari augmentũ, l. qui familiæ. ff. fam. hercisc. cũ alijs traditis per Surd. in decis. 250. n. 11. Vnde dum verba consuetudinis sunt vniuersalia, vt ex quocunque latere bona perueniant, & qualitercunque fuerint acquisita subiaceant consuetudi-
3 ni, dummodo sint antiqua: † Iddem procedit in bonis Castrensibus, dummodo antiqua sint, quia in nouiter quæsitis secus est, vt de omnibus bonis nouiter quæsitis dicam infra quæst 22.

Hinc, sumpta occasione militiæ, de-
4 terminari potest illa quęstio, † si bona essent occupata à tyranno, vel ab alijs inimicis, & postea recuperata fuerint, nũm, inquam, sint subiecta consuetudini, vt erant prius? & affirmatiuam sententiã decidit tex. ad literam in l. qui possessionem. ff. de vi, & vi arm. quia bona hæc reuertuntur ad primam causam, & hoc probat ex multis Tiraquel. in tract. de retract consanguin. §. 32. glo. 1. nu. 87.
5 Si verò essent bona deuoluta alicui ob non solutum censum, vel canonem, vel ob aliam causam similem, tunc nõ subijcerentur consuetudini, vt probant Ioan. Faber, Ioã. de Plat. & Aretin. in §. si cui. instit. de legat. per illum tex. & etiam ex tex. in l. non quodcunque. §. fundus. ff. de legat. 1. de qua materia latius tractat Tiraquel. d. §. 32. num. 32. vt omittam alios, quamuis sit maxima ratio in cõtrarium, quia bona ista non deuoluuntur Domino ex noua tantum causa, sed ex dominio directo antiquo, quod in bonis illis habet, & ex tacito pacto annexo in contractu censuali ex Iuris dispositione, vt quotiescunque census non soluitur, bona deuoluantur Domino, & sic videntur militare illa, quæ diximus supra quæst. 2. in pacto de reemendo; & secundum ibidem dicta, hanc etiam quæstionem deciderem.

Postremò possent hic diuersæ aliæ quęstiones discuti, concernentes similes materias, pręcipuè si quis habeat bona antiqua tam Castrensia, quam quouis
6 alio modo acquisita, † & occasione illorum bonorum antiquorum vsucœpit alia bona vltra terminos, & limites rei antiquæ, num bona illa pręscripta sint antiqua, & vniantur, & sint eiusdem naturę cum bonis principalibus, quorum occasione præscripta sunt? Sed de hac materia latius tractat Tiraquell. d. §. 32.
7 num. 76. vbi num. 53. disputat, † si ædificium factum in solo rei antiquæ, dicatur nouum, vel antiquum, at quia ædificium cedit solo, iudicatur antiquũ, & de alijs pluribus quæstionibus in d. §. 32, videri potest.

SVMMARIVM.

ÆStimatio num debeatur, quãdo res promissa in contractu solui nequeat, vel potius contractus sit nullus. nu. 14. & 15. Bona feudalia qua ratione non subiaceant consuetud. ni. nu. 1. & 2. Et qua ratione vita militia. n. 20. Feuda nec alienari, nec obligari possunt sine consensu Domini. nu. 2. Et si secus fiat, inciditur incommissum. nu. 7. adeò vt

vt si pater donet feudum filio contemplatione matrimonij, reseruato regio assensu, & assensus sit denegatus. pater non tenetur ad æstimationem. nu. 12. Cōtrarium fundatur, data distinctione nu. 16. & seqq. & præcipuè nu. 19.

Consuetudo introducta, sciente, & patiente Domino, num permittat alienationem feudi sine consensu Domini. num. 3.

Consuetudo cùm sit Iuris positiui, recipit alterationem nu. 4.

Donatio facta contemplatione matrimonij qua ratione sit irreuocabilis? numero 19.

Feuda veniunt appellatione bonorum, nō tamen veniunt in generali obligatione. nu. 5. 7. & 8. Num, eo legato, debeatur æstimatio. nu. 10. Quid si adsit iuramentum? num. 14. Quid si legatum fiat ecclesiæ? nu. 11.

Feuda nobilitant, quia contrahunt paradogium. nu. 8.

Iuramentum regulatur secundum naturā actus, super quo interponitur. n. 13.

Maritus legans quartam vxori in bonis feudalibus, legatum non tenet, nec quò ad æstimationem. nu. 9. & ratio traditur. nu. 14. & seqq.

Pactum impertinens adiectum contractui, cui ex contrahentibus noceat. num. 17.

Princeps denegando assensum alicui in casu solito concedi, dicitur afficere illum iniuria. nu. 18.

Soluere nemo cogitur, nisi quod in contractu promisit. num. 14. & seqq. vbi optima ratione ostenditur.

QVÆSTIO VII.

1 SEptimò quæro, si bona feudalia subiecta sint dispositioni consuetudinum; & negatiuè respondet Neapod. in consuet. Si quis, vel si qua in verb. in bonis omnibus. nu. 176. fol. 124. vbi Præf. de Franch. alios cumulat, & hoc apertis verbis disponit consuetud. in bonis omnibus in fin. sub titu. in quib. reb. habeat loc. quar. vbi idem Neapod. in verb. Sed in bonis feudalibus. num. 13. & vtrobique omnes addentes; probat ex multis Reg. de Pont. consi. 50. nu. 15. & 16. Tiraq. in tract. de retrac. lignag. §. 1. glo. 3. Liparul. in addit. ad Andr. in cap. si in generali, si de feud. defunct. mili. fuer. controuer. vbi ad plures quæstiones infert: & quia hoc est clarum apud omnes, non insisto magis; notatur tamen secundum Naucler. in suis addit. fol. 10. in verb. in bonis omnibus, vt quæstio hæc procedat quòad bona feudalia existentia intra districtum, quia in illis, quæ sunt extra districtum viget alia ratio, quia nempè consuetudines non extenduntur ad bona extra territorium sita, ex dictis supra eod. tit. quæst. 1. & eò minus se extendunt ad feuda: Ratio au-
2 tem præcipua illa est omnium, † quia bona feudalia nec alienari, nec obligari possunt sine consensu, & voluntate Domini, vt habetur in cap. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Federic. in constit. Regn. Constitutionem Diuæ memoriæ, & est vulgatum axioma in feudis.
3 Vnde † quamuis consuetudo possit introducere, vt bona feudalia possint alienari sine consensu, & voluntate Domini, vt scripsit Bald. in consi. 9. vol. 1. & latiùs in consi. 318. Quidam nobilis, vol. 2. & post alios Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. Iur. par. poster. q. 41. nu. 32. Quibus addimus Roland. in consi. 42. num. 21. vol. 1. consi. 48. num. 13. & seqq. vol. 4. consi. 55. nu. 16. vol. 3. & consi. 2. nu. 120. & seqq. vol. 1. Vbi nu. 124. probat, & benè, vt tuc hæc consuetudo valeat, si fuit inducta, sciente, & patiente Domino, & qui se fundat in consuetudine debet probare sic fuisse seruatū, sciente, & patiente Do-
4 mino, aliàs non obtineret, † etiam quia consuetudines sunt Iuris positiui, & in specie consuetudines feudales, hac de causa est introductum, vt alterationem recipiant, vt etiam probat Curt. Iunior consi. 158. nu. 8. vbi testatur de communi, quod probant etiam Deci. & Ruin. quos sequitur Roland. d. consi. 55. num. 22. vol. 3. Verum Rex Carolus ad tollendam omnem disputationem Doctorum, expressè determinare voluit, vt in dispositione harum consuetudinum bona feudalia non compræhenderentur, nam
5 † licèt feuda veniant appellatione bonorum, non tamen compræhenduntur in bonis, vel, vt alij vertunt, licèt feuda cōpræhendatur appellatione bonorum, non tamen veniunt in obligatione, vel alienatione bonorum in communi, vt est tex. in cap. si in generali, vbi Andr. & alij si de feud. defunct. milit. fuer. controu.

pro-

probarunt etiam Minad.in repet.consti. Regn.in aliquibus,in 8. notab. sub nu. 3. vers.contrarium.Præf.de Franch. decis. 93.Port.consi.145.num. 10. & post alios Consiliarius de Anna cons.121. num.22. vol.2.&alibi.

6 Et licèt fuerit controuersum, † si appellatione bonorum veniant feuda, verior tamen est opinio affirmatiua, quam defendit Andr.in cap. 1. de Capitan. qui Cur. vendid. Neapod.in d. verb. in bonis omnibus,prout latius dixi infra in
7 consi.3.tamen quia in eorum alienationibus, & obligationibus requiritur assensus Domini, aliàs alienans incidit in pœnam, multi tenent, vt feuda non veniant appellatione bonorum, nec in obligatione generali, quia bona sub pœna alienari prohibita,nunquam veniunt, si non exprimantur, vt in l. obligatione generali.ff. de pignor. Bart.& omnes in l.codicillos.§.institutis.ff.de leg.2.Alex. consi.136.vol.3.Afflict.in d.cap. si in generali.Felin.in cap.quæ in ecclesiarum, extra de constitution. Farinac. in decis. 344.num.1.vbi alios cumulat,& etiam
8 † quia adest defectus voluntatis, ex quo feuda nobilitant, quia contrahunt paradogium.Andr.in cap. 1. per quos fiat inuest.cap.1.quis dic. Dux.Quæ quidem nobilitas per alienationem feudi amittitur,vt not.Andr.d.cap.1.num.3.& consequenter ad tollendam omnem discussionem Rex Carolus talem determinationem fecit;de veritate tamen, si feuda veniant in generali obligatione, præcipuè in beneficium mulierum Neapolitanarum,iam dixi d.consi.3.

9 Ex dictis incidenter infero, † quòd, si maritus legasset vxori quartam illi debitam,& legasset de bonis feudalibus, legatum non valeret, nec deberetur illius æstimatio, vt scripsit Neapod. in d.consuet. in bonis.num 11.Nam & si contro-
10 uersa fit quæstio, † num, legato feudo, debeatur eius æstimatio? est receptior sententia,non deberi,quia est extra commercium nostrum, & in eius alienatione & obligatione assensus Domini requiritur,quamuis Sacrum Consilium diuersimodè iudicasset, vt per Annã. in alleg. 127. de Ponte cõsi.87.Anna in consi.8c. & tradit Facchin.lib.5.cõtrou.iur.c. 37. tamen non deberi æstimationem fuit decisum annis elapsis, iunctis tribunalibus Sacri Consilij, & Regiæ Cameræ, vt refert Reg.de Pont.in tract.de potest.Pro reg.tit.de assensu Regio super dote.§. 1. sub num.10.vbi in toto illo §.fundat hàc sententiam, vbi etiam affirmat, quòd licèt aliquando consulerit contrarium, id egit sequendo communem opinionem Regnicolarum,& decisiones aliàs factas
11 per Regia Tribunalia. † Quod tamen sententia Specu. & aliorum limitat in legato,& in donatione rei feudalis facta Ecclesiæ, cui deberi æstimationem affirmat,cum Ecclesia non sit capax feudorum, vt latius disputat loco citato, tit.de assensib.Regijs.§.8.nu.8. & seqq.

12 Hinc etiam factum est, † vt si pater donasset filio aliquod feudum contemplatione matrimonij,reseruato Regio assensu,si assensus denegetur, pater nõ teneatur ad æstimationem feudi, tum ob rationem prædictam, quia dum res est extra commercium nostrum, dum illa non debetur,nec debeatur æstimatio ex tex. in l.apud Iulianum.§.constat.ff.de leg.1. vbi Cuman.hoc amplectitur, etiã si talis
13 res ꝑmissa sit medio iuramento; † quia iurum nihil agit, vt æstimatio debeatur, quia regulatur sc̃dm naturã contractus, super quo interponitur;& idẽ tenet Alciat.in cap.cùm contingat.num.281.ex-
14 tra de iur. iuran. tum etiam, † quia in contractu nemo cogitur soluere nisi qđ promisit, vt scripsit glo.in l. multum interest,in verb.placet.ff.de verb.obligat. vbi Bart.in princ.Roman.nu.5.Alber.in finalib.verb.Ias.nu.5.Alex. nu. 2. Cuma. & alij,vbi Alci.nu.14.probat ea ratione,
15 † nam quando res non debetur,nunquã est debita æstimatio,quia æstimatio plurimùm distat ab ipsa re.l. venditore.ff.de verb. oblig. & potius in contractib. fieri dẽt interpretatio, vt contractus non valeat, quàm vt debeatur æstimatio rei. l nemo rem suam vtiliter. ff. de verb. obligat. Quicquid tamen sit de istorum sententia, in hac illatione verior est opinio
16 † vt pater teneatur ad æstimationem feudi donati contemplatione matrimonij,vt scripsit Andr.in cap. Imperialem, vers. Imperator Lotharius, de prohib. feud.alienat.per Federic.& in cap. 1. §. fin.in fin.vers.moderni dicunt.de inuest. de re alien.fact. Anna in allegat. 125. nu. 19. & seqq. & in repet. text.constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 147. & opinio contraria solum potest locum habere,
17 † quando in donatione esset appositum ali-

aliquod pactum impertinens, occasione cuius Dominus denegauit assensum; qa tunc imputandum est filio, & omnibus, cui per talem contractum quærebatur Ius in feudo, cur apposuerunt tale pactum, ex cuius occasione scire poterant, assensum fore denegandum, prout docent Bald. in cap. 1. §. 1. in fin. de prohib. feud. alienat per Federic. Paris in tract. de reintegrat. feud. in cap. incip. An inuestiens aliquem. num. 1. & in cap. incip. An concessa re particulari. num. 3. Hannectonius in tract. de iur. feud. lib. 4. cap. 6. col. 6. Guerr. Pison. in prælud. feud. in cap. incip. Septimum requisitum. num. 129. Camerar. in cap. Imperialem. car. 35. col. 4. lit. Z. Peregrin consi. 50. nu. 56. Sed, cessante pacto, pater conqueri ne-
18 quit, † quia Princeps; quamuis egit rem ab eius voluntate dependentem, tamen denegauit assensum in casu licito, & solito, & proinde affecit illum iniuria. Et
19 etiam † quia matrimonium est causa onerosa, & donatio facta contemplatione matrimonij dicitur in recompensationem receptæ dotis, & consequenter irreuocabilis est, vt latius dictum est infra consi. 11. adeò vt pretium feudi donati in hoc casu, debebitur in compensationem receptæ dotis, & matrimonij contracti, vt cumulatissimè, & doctissimè pariter fundat Reg. de Ponte d. §. 2. de assensu Regio sup. dot. nu. 20. & seqq. vbi num. 9. explicauit limitationem in communi desuper traditam, nempè si assensus non sit concessus ob pacta insolita, videlicet, ob fideicommissariam substitutionem, vel quia per talem donationem pater priuaret feudo proximum successorem: tunc enim assensus reputatur impossibilis, & imputandum est contrahentibus, cui contraxerint, cum talibus pactis insolitis.

Occasione tamen prædictorum no-
20 tandum est, † istas consuetudines non habere locum quoad vitam militiam, quia illa est ad instar feudi, vt patere potest ex dictis infra consil. 9. vbi etiam discussum est, si ex vita militia debeantur fructus.



SVMMARIVM.

Emphyteusis Ecclesiastica non est subiecta consuetudini, & ratio traditur. num. 1. laicalis vero sic. nu. 3.

Emphyteusis an veniat appellatione bonorum nu. 2. Si sit laicalis, num possit alienari irrequisito Domino. nu. 4. 5. & 15.

Dominus tenetur scire quem habet emphyteutam. nu. 6.

Interesse voluntatis omni alteri preferetur. nu. 7.

Laudemij quantitas ad quam rationem debeatur in regno. nu. 8. num debeatur ex re donata? nu. 9. debetur per hæredē extraneum. nu. 10. soluendum est ab vsufructuario, & sic ab emptore num. 11. an pro eo competat Domino hypotheca. num 12.

Census præteriti debentur à possessore. num. 14.

Emphyteuta possessor tenetur soluere laudemium, & canones præteritos. nu. 13. Nec donare, nec alienare potest irrequisito Domino. nu. 15.

Emphyteusis concessa pro te, & quibus dederis, potest alienari irrequisito Domino. nu. 16. hoc idem procedit in feudo. num. 17.

QVÆSTIO VIII.

Octauò quæro, si dispositio harum consuetudinū locum habeat in bonis emphyteoticis? & sicut duplex est emphyteusis, ecclesiastica scilicet, & sæcularis, vt post alios Iul. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 6. 28. & alibi, ita etiam hæc quæstio duo habet capita, quia
1 † si quærimus in emphyteusi Ecclesiastica ad instar feudi, non est subiecta dispositioni consuetudinis, quia sunt bona extra iurisdictionem laicalem, Neapod. in d. consuet. in bonis, in verb. concessa, vbi allegat Andr. in cap. 1. in fi. de inuest. de re alien. fact. probant etiam Surd. in de-
2 cisio. 160. num. 7. & seq. † & hoc in casu potest verificari opinio eorum, qui tenent, appellatione bonorum non comprehendi emphyteesim, vt post alios

tenet

teneat in genere. Facchin. lib. 3. controuerſ. Iur. cap. 98. Secunda ratio eſt, quia emphyteuſis eccleſiaſtica eſt ſtrictioris naturæ, quàm ſit laicalis, vt tenent præcitati Authores, & hac de cauſa non trāſit ad extraneos hæredes, vt poſt alios Surd. in deciſ. 11. num. 8. & ſeq. Aut verò
3 quærimus, † ſi eſt emphyteuſis laicalis, & tunc comprehenditur in his conſuetudinibus, ſic affirmat Neapod. in d. conſuet. in bonis. num. 9. & ſeqq. ſub tit. in quib. caſib. hab. loc. quar. nam ipſa venit appellatione bonorum, & comprehenditur in bonis. Bart. in l. ſi conſtante. nu. 73. ff. ſol. matri. & ſic intelligi debet opinio Facchin. d. cap 98. lib. 3. controuerſ.
4 iur. & aliorum; Et ratio eſt, † quia talis emphyteuſis ſæcularis pōt alienari ſine conſenſu Dñi; Nā emphyteuta tenetur ſolùm Dominum requirere, ſi velit illud vtile dominium pro eodemmet prætio, ab alio inuento; qua certioratione facta, ſi Dominus non emat, poteſt emphyteoticarius illud vtile dominium alienare, vel etiam obligare alijs, non requiſito Domino, Neapod. loco cit. in verb. Sed in bonis, alios cumulat Iaſ. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. num. 54. qui hac ratione tenent, quod, ſi emphyteuta velit donare rem emphyteoticam, ceſſat requiſitio, quia in donatione non adeſt prætium, pro quo Dominus poſſit emere, prout etiam probant Clar. loco cit. quæſt. 15. Aurel. Corbul. de iur. emphyt. cap. 14. limit. 13.
5 Sed contra Neapod. eſt communis opinio, vallata ex tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. quam ex multis probat Iul. Cla. in d. §. emphyteuſis. quæſt. 13. Sequuntur idem Surd. in deciſ. 51. nu. 18. & deciſ. 289. num. 6. & ſeqq. & alij, quos nouiſsimè probat Morot. in conſi. 93. nu. 2. & ſeqq. Qui omnes admittunt, vt ſi emphyteuta alienaret rem emphyteoticam ſine coſenſu Domini, priuaret iure ſuo, quamuis poſtea taliter rem alienatam recuperaſſet, & hoc duplici ratione; pri-
6 ma ob contemptum Domini, † qui tenetur ſcire quem habet emphyteutam, & vaſſallum, ne illam habeat contra eius voluntatem, vt eſt propoſitio nota in materia feudali, & emphyteotica, quod procedit etiam, ſi nouus emphyteuta melior videretur, quia ſemper, vt non interuenit voluntas Domini, dete-
7 rior dicitur ratione ſuæ voluntatis; † Intereſſe enim voluntatis præfertur omni alteri intereſſe, ex regul. tex. in l. ſi. ff. de vſu, & habit. poſt Andr. & alios Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 3. nu. 18. cum plurib. ſeqq. & in titu. de aſſen. Reg. ſup. de dotibus. in princ. nu. 41. & alibi.

Secūda ratio eſt, propter Domini vti-
8 litatem, † quia debet habere laudemiū, quod in hoc Regno eſt ad rationē duorum pro quolibet centenario, vt probat Præſ. de Franch. deciſio. 430. & alibi,
9 † quod laudemium debetur etiam de re donata, niſi adſit conſuetudo in contrarium; vt probat idem de Franch. deciſ. 201. vt alios omittam. Nec vrget, vt facta ſit venditio cum pacto de retrouendendo; nam vera alienatio eſt, & ex illa laudemium debetur, niſi conſuetudo ſit etiam in contrarium, vt poſt Tiraquell. Boer. deciſ. 182. num. 39. & alios, probat Theſaur. in deciſ. 75. num. 1. & ſeqq. & in particulari dicitur adeſſe talis conſuetudo in Gallia, vt per eos, regulariter tamen debetur; etiam ſi alienatio facta eſſet ex cauſa neceſſaria, cauſata ex voluntate, vt probat idem de Franch. deciſ. 277. & deciſ. 488. num. 6. & poſt alios hoc iddem tenet Surd. deciſ. 305. num. 2. & ſeqq. qui ibidem num. 31. & ſequentib. declarat, quiſnam dicitur actus voluntarius, quiſnam neceſſarius tantum, & quis neceſſarius ex voluntate proce-
10 dens † quod quidē laudemiū debetur p hęredē extraneum, q̄n ex volūtate teſtatoris, ſecùs ſi ex diſpoſitione legis, illa bona poſſideret, vt poſt alios tradit idē de Franch. deciſ. 447. Eſt tamen aduertendum, quòd ſi adeſſet proprietarius, &
11 vſufructuarius, † laudemium non deberetur à proprietario, ſed ab vſufructuario, quia eſt fructus, qui propter rem percipitur; vt probat Oldra. conſ. 24. & ex multis confirmant Surd. deciſ. 31. nu. 12. ſic etiam Anna conſi. 3. num. 35. vol. 1. & idem Surd. in deciſ. 200. vbi num. 4. poſt alios affirmat, vt ſolui debeat ab em-
12 ptore, non autem à venditore; † & in eo, ſecundum aliquos, Dominus habet tacitam hypotecam, ob rationem paulò ante adductam; quia, licèt ſit fructus rei, debetur tamen propter rem, in qua Dominus habet directum dominium, quamuis contraria opinio ſit communior, vt probat idem Surd. in deciſ. 31. allegata; de qua materia me remitto ad tradita

L 2 per

per eos, quia non concernit materiam istam; de qua nunc agimus, etiam quia illa tacita hypotheca parum iuuat, cum
13 † secundus emphyteuta teneatur soluere, & laudimia, & canones præteritos non solutos per suum Authorem, & ipse postea regressum habet contra suum
14 Authorem, † & hoc idem procedit in solutione census præteriti, qui etiam soluitur à possessore cum regressu contra Authorem, probauit Andr. in cap. 1. §. sed nec est alia iustior. nu. 36. vers. sed si est realis. quæ sit prim. cauf. benef. amitt. Alexan. consi. 4. vol. 5. Afflict. decis. 95. vt alios omittam.
15 Nec obstat, † quòd, secundum aliquos, possit emphyteuta donare ius emphyteoticum, irrequisito Domino, quia contrariam sententiam defendit Bart. in l. 3. C. de iur. emphyt. & alij plures idem sequuntur, de quibus meminere Ias. Clar. & Corbul. in locis citatis, quos nouissimè sectatur Andr. Facchin. libr. 3. controuer. iur. cap. 97. tum quia alienatio, & translatio Dominij, etiam in donatione verificatur; tum etiam, quia sicut Dominus contemnitur in alijs alienationibus, ita etiam in alienatione, quæ fit per donationem, & licèt Dominus debeat requiri, si vellet præferri pro eodem pretio, non tamen si nolit emere, debet contemni, vt, ipso irrequisito, fiat alienatio, vt latissimè ostendit Facchin. loco citato. Opinio verò Neapod. posset locum
16 habere, † quando emphyteusis esset cõcessa pro te, & quibus dederis, vel quia esset casus, in quo facta denunciatione Domino, si vellet emere, & nolit, non esset contemptus, tunc nullus alius assensus requireretur, vt explicant addentes ad Afflict. in decis. 97. Menoch. in consi. 297. volum. 1. Addit. ad Iul. Clar. in §. emphyteusis. quæstio. 13. vbi enumerant casus, in quibus emphyteuta ob alienationem non incidat in commissum; & ibi plures decisiones Surdi allegant.
17 Quinimò hoc in casu, etiam si esset feudum, taliter concessum, posset alienari sine Domini consensu, nam aliter esset inutilis hæc facultas, si assensus requireretur; vt in cap. 1. de feud. non hab. prop. natur. feud. vbi Andr. & alij, estque communis Doctorum sententia, vt affirmant Curt. Iun. de feud. in 4. par. nu. 141. Deci. consi. 390. num. 8. post Scarder. Facchin. lib. 7. controuers. iur. cap. 82. vbi respondet argumento Speculatoris. Alexãdri. in consi. 106. nu. 4. vol. 4. & Calcan. consi. 51. & hanc opinionem dicit magis communem Reg de Pont. in tract. de potest. Proreg. titu. 8. de refutation. feud. §. 11. nu. 15. vbi innumeros cumulat Doctores, & etiam tenentes contrarium, cum quibus ipse videtur concurrere, ex quo Dominus requirendus est, & tenetur simul assentiri, sed non est recedendum à communi sententia, cùm omnis concessio debeat aliquid operari, & dum Dominus taliter feudum concessit, iam à principio dedit facultatem alienandi, & ideo illa satis est, nec contemptus dicitur: si non requiratur; cum sit in eius facultate hoc concedere, vndè satis est, si tempore alienationis, vel tempore concessionis talem facultatem vassallo fecerit, tunc enim remisit omnem aliam eius requisitionem.

SVMMARIVM.

Bona de quibus soluitur census Ecclesiæ sunt subiecta consuetudini. nu. 1.

Contractus in dubio magis censetur emphyteoticus, quàm censualis. num. 2. contrarium vide nu. 3. vbi fundatur hoc esse verum in vtroque foro.

QVÆSTIO IX.

1 Nonò quæro, quid si de aliqua re soluеretur annuus census Ecclesiæ, an illa res esset subiecta consuetudinũ dispositioni? & affirmatiuè respondet Neapod. in d. consuet. in bonis num. 16. qui hoc affirmat procedere, quàmuis reddi-
2 tus non constet ex titulo, † quia licèt in dubio contractus magis censeatur emphyteoticus, quàm censualis, secundum eum, tamen hoc procedit, dum constat ex concessione facta ab Ecclesia: at si nõ constaret, tunc ex alio titulo, quàm emphyteotico redditus præsumitur, præstari, siue solui, & secundum hanc opinionem, & intellectum Neapodani, vt contractus magis censeatur emphyteoticus, quàm censualis, tenent nonnulli alij, quia semper facienda est coniectura, vt capiamus contractum in illa forma, qua minus præiuditium Domino rei fiat,

sed

sed minus præiudicium est, si censeatur emphyteoticus propter spem reuertendi ad eundem Dominum, ergo emphyteoticus censendus erit, ita Afflict. decis. 129. vbi sic refert decisum in Sacro Consilio, tenet etiam Iul. Clarus in §. emphyteusis. quæst. 1. num. 3. vbi addentes alios cumulant, post alios hoc iddem probat Mascard. de probat. conclus. 281.
3 † Cuius contrarium tenet Alber. in l. 2. vbi Ias. num. 42. C. de iur. emphyt. post hos Socin. Deci. Ruin. & alios, Couarru. lib. 3. variar. resol. cap. 7. Andr. in cap. 1. vers. etiam & illud, de eo, qui sib. & hæred. suis. Capyc. decis. 103. num. 2. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 10. num. 14. Mascard. d. conclus. 281. & hanc opinionem aliàs sectatus fui, vtraque tamen opinio est probabilis: hæc enim magis fauet possessori; prima verò magis fauet Domino ob maiorem commoditatem, quam ex emphyteusi consequetur; sed, non apparente concessione, magis præsumuntur censualia, vt nouissimè testatur Reg. de Ponte loco citando quęstio. 10. num. 2. qui num. 13. 16. 19. 21. & 28. hoc multis modis probat, pręcipuè, quia dum res steriles Ecclesiæ, & etiam feudi concedi possunt ad annuos census; quo casu bona erunt allodialia, census verò feudalis, vt dicam quæst. seq. Sic potest esse in hoc casu, si non probetur contrarium. Et hanc etiam sententiam defendit Lanar. consi. 47. nu. 4. & eam procedere in vtroque foro post Nauarr. Molin. & alios affirmat Quaranta in compend. Bullar. in verb. alienatio, sub num. 16. §. & quia valde; itaque est magis communis, & recepta sententia, & vt talis magis probabilis, si contrarium non constet ex concessionibus antecedentibus.

SVMMARIVM.

Bona feudalia, de quibus soluitur annuus census, qua ratione subiaceant consuetudini, nu. 1. Census in hoc casu est feudalis, bona verò sunt burgensatica. nu. 2. quibus modis bona probentur censualia, emphyteoticaria, vel redditiia. nu. 3.

Bona feudalia, descripta in æstimo bonorum burgensaticorum, an subiaceant consuetudini. nume. 4. descripta in quinternionibus Regiæ Cameræ feudalia sunt, nu. 5.

QVÆSTIO X.

1 Decimò quæro, quid si ex bonis feudalibus solueretur annuus cēsus, an illa bona subiacerent his cōsuetudinibus? & affirmatiuè etiam respondet Neapod. in d. consuet. in bonis, num.
2 18. in verb. libellario iure, † quia ob constitutionem talis census bona desinunt esse feudalia, & efficiuntur censualia, census tamen remanet feudalis, & consequenter bona illa remanent subiecta dispositioni consuetudinum, & hanc opinionem post Andr. Bald. & alios, probat etiam Capyc. in decis. 103. vbi sic refert decisum in Sacro Consilio; & eandem opinionem sectatur Paris de Put. in tracta. de reintegr. feud. c. 9. sequitur Reg. de Ponte in suo consi. 11. nu. 3. & nouissimè in suo tract. de potest. Proreg. tit. 3.
3 de elect. offic. §. 4. nu. 5. & 13. † Qui quidem casus succedere potest vel ex concessione, quia sic ex pacto conuentum esset inter partes, vel quia constaret per assertionem cōcedentis; nam inter alios modos, quibus res aliqua probatur censualis, redditiia, vel emphytheoticaria, est per assertionem venditoris; probat ex multis Crauet. consi. 217. nu. 4. Guid. Pap. decis. 272. Foller. in sua pract. de censib. in verb. huiusmodi censualia. nu. 29. vbi nu. 87. tradit alios modos, quibus res aliqua taliter probetur, scilicet censualis, &c. Ampliatur etiam, † si bona
4 feudalia inuenirentur descripta in æstimo, siue in catasto ciuium, in quo describi solent bona burgensatica, ex quibus ciues soluere solent gabellam, & Dominus dictorum bonorum feudalium ex illis bonis solueret gabellam inter ciues, tunc non amplius feudalia, sed burgensatica dicerentur, & consequenter subiacerent consuetudini, dum subiacent oneribus ciuium, & quòd sint burgensatica, probant Crauett. consil. 276. Roland. à Vall. consi. 82. num. 50. volum. 2. Menoch. in tract. de præsumption. lib. 3. præsump. 91. nu. 41. & seqq. & post ipsos Cephal. Mascard. & alios ex multis probat Intrigliol. in tracta. de feud. cent. 1.
5 quæst. 43. num. 103. & seqq. † Sic etiam dicimus, vt si aliqua bona, ex eorum natura

tura burgensatica, inuenirentur descripta in quinternionibus Regiæ Cameræ, iam præsumerentur esse feudalia ex tali descriptione, vt rectè probat Andr. in cap. 1. col. 3. vers. ille tamen, de controuers. feud. apud pares termin. innumeros cumulat, & probat Ann. in cõs. suo 129. num. 11. & seqq. vol. 2. & consequenter hæc bona tanquam feudalia non subiacerent consuetudini, ex dictis quæstio. 7. Ergo hæc, quæ reputantur burgensatica, debent esse subiecta consuetudini, vt seruetur æqualitas.

SVMMARIVM.



Consuetudines num comprehendant bona mobilia, iura, & actiones? nu. 1. & 2.

Bonorum appellatione quidnam comprehendatur? & quid appellatione hæreditatis? nu. 3.

Feuda, & emphyteusis num veniant appellatione bonorum? nu. 4. & quid in hac Ciuitate. num. 7. num veniant, si actus sit à lege prohibitus. nu. 9.

Disponens de bonis suis, si non habeat nisi feudum, an de illo disponere dicatur. num. 5.

Baro habens ius succedendi in bonis vassalli, ad quæ succedat. nu. 6.

Mulier Neapolitana habet tacitè obligata bona feudalia viri, etiam acquisita post matrimonium. nu. 8.

Hæres institutus in omnibus bonis, num succedat ad feuda? nu. 10.

Hæres in feudo dicitur masculus, qui vocatur hæres sanguinis. nu. 11.

Fœmina an succedat ad feuda? nu. 12.

Bona mobilia, & nomina debitorum personam, immobilia vero territorium sequuntur. nu. 2. vbi etiam Naucleri locus ponderatur.

QVÆSTIO XI.



1 Ndecimò quæro, an istæ consuetudines locum habeant in bonis mobilibus, & an comprehendant iura, & actiones? Respondeo affirmatiuè, & ita fuit decisum in Sacro Consilio, vt testatur Præs. de Franch. in decisio. 93. & probat etiam ex multis Anna in consi. 92. num. 50. vbi meminit de dicta decisione Sacri Consilij, tenent etiam Anton. de Alex. in consuet. si aliquis moriens. nu. 1. fol. 162. in addit. incip. Nota, quòd potest accidere, & nouissimè Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. titu. 9. de success. mulier. in princ. num. 9. Verùm hoc intelligitur,

2 † si Dominus bonorum moriretur infra districtum huius Ciuitatis, quia bona mobilia sequuntur personam, sic etiã nomina debitorum, nam immobilia tantum, & quæ appellatione immobilium veniunt, sequuntur territorium. Bald. in l. mercatores. C. de commer. & mercim. & ex pluribus probat Alex. in consi. 19. num. 9. volum. 6. quem refert, & sequitur Præs. de Franch. in consuet. si quis, vel si qua num. 178. fo. 124. in addit. incip. Adde in simili, hoc iddem probat ipsemet Alex. consi. 3. num. 5. vol. 1. vbi Natt in 1. addit. plures alios enumerat, & idem Alex. hoc probat expresè in consi. 68. eod. lib. 6. & quoad nomina debitorum est tex. in l. Titium. §. tutores. ff. de admi. tutor. & melior tex. in l. quæro. ff. de solut. probat etiam Crauet. consi. 213. nu. 6. Honded. omnino videndus, consi. 13. nu. 20. cũ seqq. vol. 1. Sic etiam Maluas. consi. 123. nu. 16. & seqq. Pedroch. consi. 2. num. 17. vbi pro hac eadem opinione citat Lap. Alex. Soci. & Bertran. probat etiam Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 36. glos. 3. nu. 16. cum seqq. Itaque hæc quæstio non potest habere validam contradictionem, quia per Sacrum Consiliũ fuit ita pluries decisum, vt habetur d. decis. 93. Præs. de Franch. & consequenter cùm Naucler. in suis addit. fol. 9. à ter. in fin. videatur tenere contrarium, vt in iuribus, & actionibus non habeant locum istæ consuetudines, debet intelligi quando sunt extra districtum; nam aliàs non loqueretur iuridicè, & ratio, quam affert ex tex. in l. Caio. ff. de legat. 2. quia iura non circunscribuntur loco, hoc probat, quia sequuntur personam, vt dictum est, de qua materia latius dispu tat Surd. consi. 346. vol. 3.

Et confirmatur, quia istæ consuetudi-
3 nes loquuntur simpliciter de bonis, † sed appellatione bonorum veniunt mobilia, & immobilia, pecunia, iura, actiones, & quicquid est in hæreditate, ad text. in l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom. l. bonorum.

norum.ff.de verb & rer. signif. & vltra relatos per Præs.de Franch.d. decis.93. hoc idem docent Ioan.Philipp.in consi. 37.nu.2. Alex.consi. 136. num. 1. vol. 6. Port.in consi.178.nu.2.Mantic.lib.9.de coniect.vltim.volunt.tit.3.nu. 10. Francis.Marc.quæst.322.nu.2.Surd.decis.11. nu.2.Quinimo adeò est generale hoc no-
4 men, † vt etiam emphyteusis,& feuda veniant bonorum appellatione, vt probauit Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua; quod dictum non reperiri alibi, & esse signandum, & cordi tenendum, dixit Ias.in Auth.vnde si parens nu.8.C.de inoffic.test.Sequitur Surd.d.num.2.probant etiam Deci.consi.389.Tiraquell.in l.si vnquam,in verb.bona.num.14. C.de reuocan. donat. quem sectatur Pistor. lib.2.quæst.iur.par.2.quæst.38.num.81. Sequitur etiam Afflict. in constit. Regn. Ea,quæ ad decus, & patet ex dictis supra quæst.7. probat etiam ex pluribus Liparul.in addit. ad Andr. in cap. in generali,si de feud.defunct.mil.fuer.contr.
4 vbi etiam infert, quòd si aliquis disponit de bonis suis, & non habeat alia bona, quàm feudalia,de illis feudalibus censeatur disponere, quantum est ex parte sua, nè dispositio sit elusoria;nemo enim censetur facere actum elusorium, & præcipuè in cõtractibus,qui semper interpretari debent eo modo, quo de iure valere possunt, vt ex tex.in l. cùm hi, §. si Prætor.ff.de transact. & ex alijs probat Crauett.consi.141.nu.2. & 3. & hoc est vulgatum.

Ex dictis decidi potest alia quæstio,
6 † si Baro habeat ius succedendi in bonis vassalli,admittatur,vt succedat etiam ad bona mobilia, & nomina debitorum, quamuis vassallus moriatur extra territorium,& nomina debitorum etiam sint extra territorium, quia dum successio vniuersalis ex priuilegio ad Baronem pertinet,etiam ad tales actiones, ossibus vassalli cohærentes,succedit, vt testatur Iacobin.in sua inuest.in verb. & cum mero, & mixto imperio nu.17. probat etiã Alex.in consi.16.vol.1.

Accedit etiam ad confirmationem
7 principalis quæstionis, † quia si aliquis obligasset generaliter omnia bona sua, adhuc bona feudalia, & emphyteotica præsumeretur obligasse,vt probat Surd. decis.160.num.1.& decis.93. num. 7. & ita fuit decisum, iunctis aulis, in anno 1603. vt dixi infra in consi. 3. vbi de hac
8 re latius disserui; † quamuis hoc plures intelligant habere locum in obligatione expressa,non autem in tacita, quæ venit ex legis dispositione,vt est in dote, & in legato, vt post Camer. & alios probat Surd.decis.220.num.7. quæ limitatio esset contra mulieres Neapolitanas, quæ solùm ex Iuris dispositione, & in subsidium bonorum burgensaticorum habet hypothecata bona feudalia virorum ex gratia cõcessa Neapolitanis, vt in Pragmatica secunda sub tit.de feud.vbi Consiliarius Rouitus alios cumulat, quibus addimus Intrigl.in d.tract.de feud.cent. 2.quæst.6.nu. 104. & seqq. Quæ quidem gratia procedit etiam in feudis acquisitis post matrimonium contractum, vt not. Vrsill.ad Afflict.decis.385.num.1.& de hac materia latius dixi d.consi.3.& ad ibi dicta me remitto.

Notandum est tamen,vt tunc in obligatione generali veniant feuda, quando actus, qui fieret, esset licitus, & a lege
9 permissus; si enim esset actus, vel ex pacto,vel à lege prohibitus,in quo verisimiliter Dominus non præstasset assensum, si esset petitus,tũc secus esset;tunc enim succederet alia regula,vt ĩ generali obligatione non veniant ea,quæ sunt prohibita alienari iuxta tex. in cap. 1.§. in generali,si de feud. defunct. mil. fuer. controuers.cum alijs cotis,sic scripsit Crau. in consi.256.num.5.quem sectatur Surd. in d.decis.93.num.7.Addimus latius congesta per Tiraquell. in d.l. si vnquam, in verb.bona.num.14.C.de reuocad.dona. quem refert,& sectatur Hartma. Pistor. d.quæst. 38. num. 81.& nu.62. vers. præterea rationes,Afflict in const.regn. Ea,
10 quæ ad decus. † Et ideò licèt institutio hæredis sit quid vniuersale, adeò vt hæres institutus dicatur etiam ad feuda, intelligitur tamen, quando hæres institutus esset capax feudorum, vt quia esset de vocatis in inuestitura, tunc enim voluntas testatoris concurrere potest, vt per Alexan. in consi. 91. num. 15.& 16. quem refert, & sectatur Surd. in decisio.
11 11.num.11.† Et ratio est, quia in feudis non succedit omnis hæres, sed hæres sanguinis tantum, vt sunt filij, qui veniunt appellatione hæredum in feudis;imò nec etiam omnes filij, sed masculi tantùm, loquendo ex dispositione Iuris commu-
12 nis feudorum, † quia fœminæ sunt exclusæ,

ſæ, vt in cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienat. feud. pater. cap. 1. §. ſimiliter. verſ. profectò de leg. Corrad. Andr. in cap. 1. §. hoc autem. in fin. de ſucceſſ. feu. & poſt ipſos Afflict. Martin. Laudēſ. Aluar. Pet. de Rauen. Iacobin. Zaſ. & alios. Piſtor. lib. 2. quæſt. iur. par. 2. quæſt. 38. tota, & nouiſſimè Pacchin. lib. 7. controuerſ. iur. cap. 4. cap. 37. & ſeqq. vbi plures examinat quæſtiones, an, & quando fœminæ admittātur ad ſucceſſionem feudorum, ad quem me remitto, quia non concernunt materiam harum conſuetudinum, & etiam quia in hoc Regno Neapolitano fœminæ ſunt habilitatæ ex gratia ſpeciali ad feudorum ſucceſſionem in defectum maſculorum, vt in Cōſtit. Regni, in aliquibus, & in pragmaticis in tit. de feud. plures ex dictis gratijs referuntur, & dicam aliqua infra par. 4. q. 13.

SVMMARIVM.



Onſuetudines locū habēt etiam in annuis introitibus, ēt extra diſtrictum exiſtentibus, ſi ſolutio fiat in ciuitate. num. 1. & 11. quid in aromataria, & in debitoribus ex illa dependentibus. nu. 23.

Annui introitus non poſſunt eſſe, niſi ſuper bonis ſtabilibus. nu. 2. qualiter conſtituantur. nu. 4.

Cenſus eſt ius percipiendi aliquam quantitatem ex re, cui cohæret nu. 3. ob cenſus ad vitam non ſolutos num poſſit liquidari inſtrumentum? nu. 5. remiſſiuè. Conſtitutio cenſus num ſubſiſtat, ſi res, ſuper qua conſtituitur, non fructificat totam quantitatem. nu. 7.

Redditus rei ſubiugatæ annuo cenſui pro concurrenti quantitate ſortis principalis transfertur dominium. nu. 6. procedit etiam in feudis, & ideò non poſſunt vendi annui cenſus ſuper feudo ſine aſſenſu Domini. nu. 8.

Annui redditus veniunt appellatione bonorum immobilium. nu. 9. num faciant tertiam ſpeciem, & in eis conſtituatur feudum? nu. 10. relicti per matrē, & reempti ex pacto reemendi an dicantur antiqui. nu. 25.

Solutio rei debitæ fieri debet in loco celebrati contractus. nu. 12.

Locus contractus attenditur in valore monetæ, ſi aliud non ſit deductum in pactum. nu. 13. Sic etiam ad interpretanda verba contrahentium. nu. 14.

Contractus dotis celebrari debet in domicilio vxoris, reſtitutio ſit in domicilio viri. nu. 15.

Conſuetudo domicilij viri attenditur quò ad lucra nuptialia. num. 16.

Vxor ſequitur domicilium viri, & eſt eius eiuſdem originis cum viro. n. 17. & etiam viro mortuo remanet de foro, & domicilio viri. nu. 19.

Vidua habet fori electionem, etiam ſi eſſet diues, ſed hoc non obſtante exigit dotē in domicilio viri. nu. 18.

Priuilegium non dicitur, ſi non durat. nu. 20. eſt quid facti, & vim decreti obtinet, num. 21.

Paria ſunt aliquid non effici, & ſi fiat, nō habeat effectum, nu. 22.

Scipio Rouitus Aduocatus primarius laudatur, ſub nu. 2.

Onera impoſita ex annuo cenſu ſuper feudis, & in defectu ſuper omnibus alijs eius bonis, diuiduntur inter hæredem in feudis, & hæredem in burgenſaticis. nu. 24.

QVÆSTIO XII.

1 Vodecimò quæro, † an iſtæ conſuetudines locū habeāt in annuis introitibus? & reſpondeo affirmatiuè, ſi annui introitus ſiti, & poſiti ſint in bonis in diſtrictu exiſtentibus, tūc enim quia ſunt bona immobilia, vt dicam nu. 9. Sunt ſubiecta conſuetudini, vt patet ex dictis, præcipuè quæſt. 1. Si verò eſſent annui introitus poſiti ſuper bonis extra diſtrictum, & tunc non ſubiacent conſuetudini, quia ſunt bona extra territorium, vt ex pluribus probat Præſ. de Franch. deciſ. 392. quem probat Anna in conſil. 92. num. 50. vol. 2. probat etiam Alex. conſi. 16. vol. 1. quem refert, & ſequitur Anton. de Alex. in conſuet. Si aliquis moriens. fo. 162. in addit. incip. Nota, quòd poteſt accidere. Vbi etiam refert ſe ita iudicaſſe cum Marcello Gazzella in cauſa mota inter filios Cęſaris Pignatelli; & Iacobus Anellus de Bottis ibidem bis etiam refert ſic iudicatum in

in Sacro Consilio,& idem de Franch.inter additiones Consiliarij de Rubeis fol. 2. in addit. incip. Aduerte, hoc idē affir
2 mat, † & ratio illa redditur, quia hodie annui introitus non possunt constitui, nisi super bonis stabilibus, vt disponitur in Bulla Nicolai Quinti, in hoc regno recepta, pro lege, vt in Pragmatica vnica, sub tit. de censib. vbi ad verbum infertur: qua etiam statuitur, annuum censum non posse excedere decimam partem prætij, vt latius etiam probat Couarru. lib.3. variar. resolut. cap.7 cum duob. seqq. alios cumulat Scip. Rouit. aduocatus primarius, vir quidem (ommisso verborum fuco) non solum vndequaque doctissimus, verùm etiam maximæ probitatis, & nunc ob eius eximias virtutes Regius Consiliarius in d. pragmatica vnica de censib. & de hac bulla meminerunt etiam nouissimè Facchin. lib.2. controuersiar. iur. cap.43. & Azor. tom.3. moral. lib.10. tit. de censib. cap.21
3 † & ideò census dicitur ius rei cohærens percipiendi aliquam certam quantitatē ex re, cui cohæret. Couarr. d. c. 7. Gabr. in consi.148. num.1. & per tot. vol. 2. vt alios omittam: Nam eatenus hoc est verum, quòd ex alia bulla Pij V. fœlicis.
4 memor. fuit ordinatum, † vt nec sufficiat venditio annui census super omnibus bonis immobilibus debitoris, sed fieri debeat super certo corpore rei immobilis, vt legitur in bulla præcitata ædita in anno 1568. quam inseruit Nauar. in suo manual. c. 17. sub nu.235. examinat post Molin. & alios Azor. d. par.3. lib.10. in titu. de censibus cap. 5. & seqq. refert etiam alios Rouit. loco cit. num. 16. vbi etiam refert tenentes contrariam sententiam, tradit nonnulla Andr. Facchin. d. lib.2. cap.44. vbi etiam respondet contrarijs, & tradit etiam Azor. loco cit. & in praxi seruatur, vt constituatur census super certo corpore, & in defectu super
5 omnibus alijs bonis debitoris, † & ita iudicauit etiam Rota Romana; & sic Farinac. decis 286. nu. 7. vbi alios cumulat. Est tamen non modica quæstio, si essent annui introitus ad vitam, an posset liquidari instrumentum contra debitorem ob tertias non solutas, sed de hac materia plura dixi infra consi. 8.

Redeundo ad principalem quęstionē, eatenus est vera opinio, vt annuus cēsus
6 constituatur super re certa, † q̄ reddi tus rei subiugatæ censentur venditi vnà cum rata rei principalis, super qua annuus census constitutus est; & hoc pro concurrenti quantitate sortis principa-
7 lis; & ideò † si res ipsa non esset tanti redditus, non subsisteret contractus, seruata forma bullæ, quia esset tantùm obligatio personalis, vt probat Laurent. Rodulph. in tract. de vsur. q. 12. de quo meminit, eumq; sectatur Cannet. in repet. tex. in cap. si aliquem, in verb. successiuè subnectitur. nu. 10. & seqq. vbi etiam respondet contrarijs, DD. communiter hoc etiam docent in cap. in ciuitate, extra de vsur. Nauar. in comment. de vsur. num. 79.85. post alios Azor. in d. tit. de censib. cap. 6. quæst. 1. qui ex communi sententia solùm dicit valere censum pro rata rei fructiferæ, & licèt hoc non procedat secundum Bullam Nicolai V. vt supra, tamen posset procedere, si fructus omnium bonorum debitoris diminuerentur, quia tūc etiam pro rata diminuitur census, est enim tunc eadem ratio, vt rectè animaduertit Azor. loco cit. cap. 5. quæst. 5. §. dubiæ quæstionis.

Quinimò, attenta ratione prædicta reprobata opinione Follerij in d. Prag-
8 matica prima de censib. † tenentis valere venditionem annuorum introituum factam à vassallo super feudis sine voluntate Domini) subdit Cannet. loco cit. talem venditionem esse nullius momenti, quod euidenti ratione probat, quia dum annui introitus dicuntur venditi cum rata rei principalis pro concurrenti quātitate capitalis, vtiq; est alienatio rei in creditorē, & in feudis nulla valet dispositio, nec alienatio sine assensu Domini, vt est vulgatum axioma feud. , vt in cap. 1. de alien. feud. c. imperi m, de prohib. feud. alienat. per Federic. & alibi passim: & eandem sententiam Cannet. sequitur etiam Intrigliol. in tract. de feu. cent. 2. art. 5. num. 230. & seqq. & est doctrina valde notanda, & synodalis, quia non ita passim inuenitur, & per plures dies laboraui inuenire talem decisionem in terminis, dum similis casus accidit, & contra Foller. tenet etiam nouissimè Azor. loco citato cap. 4. q. 3. §. sed meo iudicio, quamuis nihil alleget pro sua opinione.
9 Hinc etiam dicimus, † annuum censum ex communiori, & receptiori sentētia venire appellatione bonorum immo

bilium, prout expresiè colligitur ex tex. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. & habetur ad literam in Clement. exiui. §. cumque annui redditus, de verb. signif. Bald. Angel. & alij, quos probat Cacheran. decis. 99. num. 49. Molin. in tract. de primogen. Hispan. par. 1. cap. 6. Præs. de Franch. decis. 362. nu. 7. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. glos. 6. nu. 4. Innumeros alios cumulat Surd. decis. 204. & vltra per eum relatos iddem tenent Ioã. Marc. Aquilin. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. Paris de Put. in tract. de reintegr. feud. cap. 227. Quarant. in compend. Bullar. in verb. alienatio. nu. 26. & hoc etiam indubitatum dicit Farinac. decis. 294. & vt alios omittã, iddem tenet Hierony. Gabr. in cõs. 105. circa fin. vol. 2. & consi. 141. eod. vol. 2. vbi declarat censuum naturam, vt alter sit census, qui debetur de publico, alter, qui debetur de priuato, ad quem me remitto, quia hæc distinctio non facit ad hanc quæstionem si sit intra districtum, vt ex dictis cernitur; Dixi esse magis cõ-
10 munem, quia licet aliqui teneant, † annuos census facere tertiam quandam speciem, non sunt audiẽdi; nam eatenus iudicantur bona immobilia, vt in eis posset etiam feudum cõstitui, & exigi, quod feudum constitui nequit, nisi in bonis im mobilibus, vt in c. 1. de controuer. inter Episc. & vassall. & hanc illationem latiùs probat, & exornat Reg. de Pont. in prælud. feud. lect. 1. nu. 45.

Dixi cẽsus debere esse in bonis sitis in-
11 tra districtũ, † sed si cõstituti essent super bonis extra districtũ, & adiectũ esset pactũ, vt solutio census fieri deberet in hac ciuitate, tunc talis census esset subiectus consuetudini, ea ratione, quia locus contractus, & solutionis attenditur, vt probat Lap. alleg. 91. incip. casus est talis nu. 8. De Franch. decis. 99. Bertrand. consi. 105. vol. 1. & consequenter cum locus solutionis subiectus sit consuetudini, ita etiam subijciuntur annui census, vt post Alex. & alios probat Minad. consi. 12. & post alios plures Anna in consi. 92. sub nu. 50. Præt. de Franch. in decis. 159. n. 3.
12 Ex his decidi potest alia quæstio, † quod solutio rei debitæ fieri debet ex dispositione Iuris in loco celebrati contractus, vt in l. hæres. §. 1. & l. omnem. ff. de iudit. latiùs Afflict. decis. 226. vbi Vrsill. & alij plures alios cumulant, quod procedit in dubio, nam regulariter statur pacto adiecto, vt soluatur alio loco, vt toto tit. ff. de
13 eo, quod cert. loc. Sic etiam † quando quæritur de valore monetæ; de cuius monetæ valore partes intelligere voluerunt, statur etiam loco celebrati contractus, vt scripsit Barb. consi. 15. in fi. vol. 2. Purpurat. in l. cunctos populos. nu. 109. vbi etiam Caccialup. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Rol. à Vall. consi. 100. toto vol. 3. Cacheran. decis. 114. in fin. plura tradit Farinat. in decisio. Rotæ Rom. decis. 683. 686. 688. & 761. plura etiam tradit Surd. in decis. 227. num. 2. vbi etiam
14 nu. 3. & seqq dicit † etiam attendi consuetudinem loci contractus ad interpretanda verba alicuius, ex doctrina Bar. in l. contraxisse. ff. de act. & oblig. ex Alex. Mant. Sim. de Petr. & alijs: quod etiam probant Borgnin. decis. 13. num. 40. in 1. par. Afflict. d. decis. 226. qui omnes tradunt, vt cõtractus verba interpretentur
15 secundum loci consuetudinem. † Verùm hoc non procedit in restitutione dotis; quia, licèt contractus dotis celebratus sit in domicilio vxoris, in quo de iure confici debet, ex regul. tex. in l. si fundus. ff. de euictio. Afflict. d. decisio. 226. Surd. d. decisio. 227. num. 8. tamen restitutio dotis fieri debet in loco domicilij viri, vt notant communiter DD. per illum tex. in l. exigere dotem. ff. de iudic. & dicunt hoc esse speciale in dote, vt ibi not. Bart. communiter receptus, & iddẽ Bart. in d. l. cunctos populos, vbi Ias. post alios Tiraquell. in tract. de legib. connubial. l. 1. num. 28. cum duob. seqq. Ruin. consi. 58. num. 13. vol. 3. Aquilin. in l. si is, qui pro emptore, sub num. 188. ff. de vsucap. Rolan. in tract. de lucr. dot. quæstio. 21. nu. 3. Viui. recoll. commun. opin. in opin. 815. Surd. d. decis. 227. num. 1. Borgnin. in 1. par. decision. in repert. in verb. maritus, & eius hæredes, lo 5. num. 2.
16 † Quinimò si essent diuersæ consuetudines, vna in domicilio viri, & altera in domicilio vxoris, quoad lucra nuptialia attenderetur consuetudo domicilij viri, vt de cõmuni testatur Viui. loco cit. Aquilin. loco cit. nu. 189. Francis. Marc. in decis. 66. Procedunt prædicta ex pluribus,
17 tum † quia vxor sequitur domicilium viri, & eiusdem viri assumpsit domiciliũ. l. cum quædam puella, vbi omnes. ff. de iurisd. omn. iudic. Tiraquell. in d. l. 1. nu. 28. Tum etiam, quia per matrimonium effe-

effecta est ciuis eiusdem originis viri. gl. in l. origine. C. de municip. & origin. lib. 10. Aquilin. vbi supra num. 187. & seq. & sunt plures rationes, quas apud præcitatos authores quisquam legere potest.

18 Nec vrget, † quòd mulier habet fori electionem. l. vnica. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. Præs. de Franch. post alios in decis. 188. & alibi Thesaur. in decisio. 177. per tot. Quinimò post Azon. Natt. Couarru. & alios Thesaur. loc. cit. nu. 2. affirmat hoc procedere, etiam si vidua esset diues, & sic iudicatum refert, quia in specie tex. in d. l. exigere dotem iam loquitur de vidua; quæ, viduitate nõ obstante, debet exigere dotem in domi-
19 cilio viri, & ratio est, † tum quia vxor etiam viro mortuo, remanet de foro, & domicilio viri, ad tex. in l. filij. §. vidua. ff. ad municip. cum concordan. vt per Ias. in d. l. si arrogator. nu. 48. ff. de adoption.
20 † tum etiam quia dum hoc priuilegium est viri, seu eius hæredum, non diceretur priuilegium, nisi duraret, quia priuilegiũ est quid facti, & vim decreti obtinet. l. 2.
21 C. quand. decret. opus non sit. † & factũ non dicitur, nec adimpletum, nisi duret. l. Lucius, vbi Bart. ff. de legat. 2. Addent. ad Neapod. in consuet. si moriatur, sub num. 32. in addit incip. Et si in hac mate-
22 ria. lit. D. fol. 86. † Quia factum non fuisset, & effectum non esse consecutum, paria sunt. l. 1. §. nihil. ff. de inoffic. testam. l. si quis sub conditione. ff. de testam. tut. l. ex consensu. §. 1. ff. de appellat. Surd. in decis. 55. nu. 21. Idem in consi. 3. nu. 25. & seq. vol. 1. & in decis. 269. nu. 12.

Eatenus vera sunt discussa in hac quæstione, vt bona mobilia ex eorum natura regulentur ratione loci, in quo sunt sita,
23 † quòd annis elapsis dum casus accidisset inter Ioannem Alphonsum Guezam, & Anellum, & fratres de Tolosa circa quædam bona mobilia aromatariæ, quã Sebastianus Gueza defunctus, & Ciuis Neapolitanus exercebat in Insula Procitæ, quia illam in dicta Insula exercebat; & ibi promittebatur solutio rerum receptarum ex dicta aromataria, per decretum Præsidis de Franchis declaratũ fuit, vt, stante, quòd aromataria exercebatur extra districtum, & ibi promissa fuit solutio bonorum prædictorum, & consequenter, & aromataria, & nomina debitorum, ex ea dependentium, fuerũt declarata extra districtum, vt cernitur ex processu prædicto penes Ciuitellam fol. 149. ex decreto Præsidis de Franch. quoad aromatariam; & fol. 150. à ter. ex decreto Cõsiliarij Fuluij de Constantio, (nunc Marchionis & Regentis meritissimi, & nunquam satis laudati) quòad nomina debitorum: & faciunt latius congesta per Surd. in consi. 346. vol. 3.

24 Quando verò esset impositus census super bonis feudalibus cum Regio assensu, & in defectu super alijs bonis cum permissione etiam venditoris soluendi de propria pecunia cum pacto de retrouendendo, tunc est quæstio, si onus hoc totũ cedere debeat in damnum hæredis in feudalibus, vel etiam hæredes in burgensaticis teneãtur cõntribuere, de qua materia remitto me ad discussa per Præs. de Franch. decis. 159. & faciunt etiam dicta per eundem decis. 1. nu. 24. per Camer. in cap. 1. in tit. an agnat. quæstio. 22. & per Ant. de Alex. in consuetud. si quis, vel si qua. fol. 111. sub n. 121. in addit. incip. ad intellectum, vers. tamen Regis Ferdin. qui omnes videntur decidere, prout plures fuit decisum in Sacr. Consilio, etiam de mandato Regis, vt onera diuidantur pro rata bonorum feudalium, & burgensaticorum, & Anto. de Alex. loco citato plures decisiones ad hoc refert.

25 Postremò deciditur alia quæstio, quòd, si mater vendiderat aliquos annuos introitus, cũ pacto de retrouendendo, & decessert, superstite filio, qui ipsi matri successit, & dictos introitus reemisset; & tandem post reemptionem moriatur, superstitibus proximioribus ex vtraque linea, quòd dicti annui introitus iudicentur tanquam bona antiqua, & subijciuntur dispositioni consuetudinum, restituto prætio hæredibus dicti filij, quod solutum est in reemptione, vt ex tex. in l. voluntate. ff. quibus mod. pign. vel hypot. soluat. & sic refert determinatum esse in Sacro Consilio Præs. de Franch. decis. 39. & in simili probat Marc. Brun. consi. 29. num. 164. vers. super positione, cum pluribus num. seqq. vsque in fin. & etiam in consil. 34. & faciunt dicta per Scipion. Bucin. in consuetud. si aliquis moriens, in princ. fol. 162. in addit incip. Quid si quis acquirat, & faciunt etiam discussa per Cuiat. consultat. 10.

M 2 SVM-

SVMMARIVM.

BONA obuenta alicui ex agnatis, & cognatis quouis titulo lucratiuo ſubiacent conſuetudini. nu. 1. Quid ſi habeat poteſtatem alienandi. nu. 2. Habita aliunde ob benemerita ſecus eſt, & ratio refertur. nu. 3. Quid ſi eſſent illi obuentura ex ſucceſſione. nu. 4. & quæſt. ſeq. nu. 1.

Paria ſunt, aliquem acquirere ex induſtria, vel ob benemerita. nu. 5.

Legiſlator magis ad cauſam faciendi, quã ad factam reſpicere dicitur. nu. 7.

Donatio facta minori quamuis dicatur fieri ob benemerita, ſubiacet conſuetudini, quia præſumitur facta contemplatione patris. nu. 6.

Donatio facta alicui ab agnatis, & cognatis, num præſumatur facta contemplatione patris. nu. 6.

Donatio facta alicui ab agnatis, & cognatis, num præſumatur facta animo compenſandi cum portione illi debita per has conſuetudines? num. 9. Quid ſi fiet per legatum. nu. 8.

Debitum voluntarium, & neceſſarium quodnam dicatur. nu. 10. remiſſiuè.

QVÆSTIO XIII.

1 DEcimotertiò quæro, an conſuetudines iſtæ locum habeãt in bonis obuentis alicui aliunde; & reſpondeo cum diſtinctione. Nam aut illa bona obuenerũt illi ab agnatis & cognatis quocunque titulo lucratiuo, & ſumus in claris ſubiacere conſuetudini, vt diſponitur in conſuetudine, & ſi teſtator; vbi omnes, & ratio eſt, quia bona, in hoc caſu, iudicãtur antiqua, vt etiam probat Neapod. in cõſuet. ſi qs, vel ſi qua. n. 227. in verb. obuenerunt. fol. 137. vbi Gaſpar de Leo fol. 138. in addit. incip. tenet hic Neapodanus. Andręam, & alios cumulat, & vltra per ipſos cumulatos hoc iddem tenet Ioan. Faber in prohem. inſtitut. in §. Alemanicus. vbi Ioan. de Plat. nu. 15. & iddem tradit Gulielm. de Benedictis in cap. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. deciſ. 5. nu. 229. & nu. 479. qui pro hac opinione allegat text. notab. in l. 1. C. de his, qui ſibi aſcriber. in teſtam. plures alios addit Tiraquell. in tract. de retract. lignager. §.
2 32. gloſ. vnica nu. 43. cum ſeqq. † qui omnes hoc limitãt, quando bona illa haberet titulo onerolo, vel ſi haberet tit. lucratiuo, & adeſſet pactum, vt illa poſſet alienare ad libitum, vt præ cæteris tradit Tiraquell. quod procedit in materia harum conſuetudinum, ſi illa bona donata, vel titulo lucratiuo acquiſita in perſona donantis non erant antiqua, ſed nouiter acquiſita, vt dicam infra queſt. 22. quia iſta ſubiecta ſunt conſuetudini.
3 † Aut verò bona prædicta aliunde obuenissent, & tunc ſubdiſtinguitur; nam aut habuit ſui contemplatione ab aliquo ob benemerita, & dicerentur bona nouiter quæſita, adeò vt non eſſent ſubiecta conſuetudinum diſpoſitioni, vt ex text. in l. ſi donatio. C. de collatio. & ex alijs probat quædam additio in cõſuet. ſi aliquis moriens. fol. 163. in addit. incip. Pone, quod Pater, verſ. nota, quòd ſi aliquis tãquã benemeritus, & probat etiam ibid. Neapod. nu. 16. in verb. obuenientibus. fo. 166. & etiam in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, ſub nu. 227. in verb. obuenerunt. fol. 138. Naucler. in ſuis addition. fol. 9. in verb. in eadem conſuetudine, & gloſ. ibi quæritur, & fol. 13. à terg. in addition.
4 in conſuet. Si qua moriens: † qui omnes hoc intelligunt, niſi illa bona eſſent illi obuentura ex ſucceſſione, tunc enim præſumerentur antiqua, & ille titulus lucratiuus non obſtaret, quia eſſet quædã anticipatio debiti, vt præcipuè habetur in dicta addition. pone quod pater. verſ. quod autem ſi aliquis. Quando verò illa habet ex benemeritis, ea ratione ſunt
5 ſua, † quia parificantur hæc duo, vt aliquis bona acquirat ex ſua induſtria, vel ex eius meritis, vel ob aliquam particularem affectionem ſit ipſi facta aliqua do
6 natio, quod omnes intelligunt, † ſi donatarius non eſſet minor; tunc enim, etiam ſi donans dixiſſet, ſe donare propter benemerita, adhuc contemplatione patris cenſeretur facta donatio, & conſequenter eſſent bona antiqua, quia non acquiruntur ab ipſo donatario, ſed ab eius ꝓgenitoribus, cuius contẽplatione bona illa habuit, vt ſcripſit Andr. in cap. 1. num. 9. & ſeqq. & in ſpecie nu. 14. de alien. feud. patern. Afflict. deciſ. 393. poſt ipſos

ipsos Baldum, Mant. Natt. Simon. de Petr.& alios Surd.in decis.322.nu.53. & seqq. quod expresse probat Neapod. in d.consuet.si aliquis moriens.d. num. 16. ex tex.in l Seio amico fidelissimo. ff.de
7 annu.legat. † quia legislatores magis ad causam faciendi, quàm ad factum ipsum intuentur.l. verum. ff. de furt. & faciunt dicta infra in consi.2. in donatione facta filijs nasci turis,& consequenter tunc tãtum iudicantur bona nouiter quæsita, si ex benemeritis proprijs, & sui contemplatione, non autem parentum contemplatione bona illa habuisset, & dummodo non essent illi obuentura ex successione, vt ex prædictis patet.

Ex dictis decidi potest quæstio,si agnatus, vel cognatus reliquit agnato, vel eo gnato titulo lucratiuo portionem aliquam,an illa portio sit illi imputanda in portionem illi debitam virtute istarum
8 consuetudinum? † Hæc quæstio habet duo capita; Si enim hæc portio relicta esset illi per legatum in testamento. Et tunc licet Scipio Bucin. in consuet.si testator,sub nu.2.in addit.incip.circa hanc consuetudinem. vers. sed nota,quia vidi dubitari de facto. fol.174.videatur dubitare, vt legatum non sit factum animo compensandi ex multis, quæ ibid. allegat,tamen eius opinio videtur dubitabilis, quia agnatus virtute harum consuetudinum tenetur reseruare medietatem bonorum antiquorum in beneficium proximiorum illius lineę, vnde bona proueniunt,vnde dicitur debitor necessarius, & consequenter succedit regula communis, vt in necessitatibus nemo liberalis existat, & sic legatum præsumatur factum animo compensandi, vt notant omnes in authen.præterea.C.vnde vir,& vxor,& in l. si cùm dotem. ff.solu. matrim.latius Mantic.in tract.de coniectur. vltim.volunt.lib.10.titu.2. vt alios
9 omittam. † Si verò quæramus in donatione,& tunc licèt Capyc. in decis. 180. nu. 20. videatur hoc iddem admittere, prout est in legato, & tradit Ias. in dict. Auth.præterea. nu. 10. eius tamen sententia non militat; est enim ratio admodum diuersa,quia legatarius, vt dixi habet in vltima voluntate legatum;quo casu testator est debitor necessarius, vt dictum est, & sic præsumitur relinquere animo compensandi: at in donatione secus est, quia donator disponit inter viuos, quo casu habet liberas habenas disponendi in totum,etiam non relicta medietate in beneficium propinquorũ, dummodo cesset fraus, vt latius dicetur infra par.3. quæst. 1. & consequenter in eius persona,nec debitum voluntarium, nec necessarium considerari potest,& successiuè nullus compensandi animus coniecturari potest, & ita contra Iason. tenet Couarru.in cap.officij.nu. 9. extra de testam. & magis expressè Socin. loquens in consimili statuto, in consi. 93. num.21.in fin.vol.1.quòd nunquam donatio inter viuos præsumatur facta animo compensandi, & faciunt dicta per
10 Crauett.in consi. 131, nu. 14. † & ad discernendum quando sit debitum necessarium,vel voluntariũ, videndus est Roderiq.Suarez lib.1.tit.de las arras. num. 36.cum trib.seqq.& iddem esset in legato, si colligi posset, vt sit factum à testatore ob dilectionem erga legatarium creditorem,ad tex.in l.creditorem.ff.de legat.2.Menoch.consi.56.nu. 18.& alibi Surd.consi.112.nu.42.

SUMMARIUM.


Onsuetudo an habeat locum in bonis obuentis titulo oneroso? nu.1.& 2.

Donans potest in donatione apponere legem,quam vult. num.4.

Bona habita ab aliquo cum potestate disponendi,an subiaceant consuetudini. num.3.quid de portione, quam habent fratres ex renunciatione sororum? nu. 6. Quid de dote, quam lucratur maritus ex dispositione statuti? nu.5.

QVÆSTIO XIV.

1 Ecimoquartò quæro, † an istæ consuetudines vendicet sibi locum in bonis obuentis alicui titulo oneroso, vt per emptionem, permutationẽ, vel similium titulum onerosum? & respondeo negatiue ex decis. Neapod.in consuet. si quis,vel si qua, in verb. obuenerunt.nu 227.fol.137.& 138.& in consuetud.si aliquis moriens,num.16. & faciunt dicta in præcedenti quæstione, & tradit etiam nouissimè Reg. de Pont.in tract.de potest.Proreg. tit.9. de success. mu-

2 mulier. in princ. nu. 16. † Quod intelligitur, si bona illa non essent illi obuentura ex titulo successionis, vt patet ex dictis quæst. præcedenti, nu. 4. & latius probat Ioann. Faber in prohem. instit. in verb. Iustinianus, Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam. decis. 1. num. 34. & decis. 5. num. 479. & seqq. post alios Gaspar de Leo in consuetu. si quis moriens. in prin. in additio. incip. pone quòd pater, vers. quod autem. fol. 163. Scip. Bucin. in ead. consuetud. fol. 162. in addit. incip. Quid
3 si quis acquirat. † Qui omnes hoc limitant quotiescunq; adesset pactum appositum in acquisitione dictorum bonorũ, vt alienarent ad libitum, quod quidem pactum procedit quotiescunque est titulus lucratiuus, vt patet ex dictis quæstio. præced. num. 2. & habetur in l. pen. C. quan. decret. opus non est. Vbi Salycet. Alex. consi. 62. vol. 2. & post alios Naucler in suis addit. fol. 11. à tergo in fin. &
4 fol. 13. à ter. & ratio est, † quia qui donat, nullo iure cogente donat, sed voluntariè, & ideò potest apponere legem, quã voluerit donationi, vt in l. fin. C. de reuocand. donat. vndè dum erat in potestate donantis donare, vel non, potuit apponere legem ad libitum concedendo licētiam alienādi, dummodò cessset fraus, vt dicam par. 3. q. 1. & iddem tradunt, si fratres in diuisione bonorum apposuissent pactum, vt bona diuisa ad libitum possent alienare, sed intelligi debet, cessante fraude, vt suo loco dicam, & probat etiam Capyc. in sua feudali inuest. in verb. feudorum diuisio limit. 4. in fin. & faciunt notata per Farinac. decis. 493.
6 Insuper, si maritus ex dispositione statuti lucraretur dotem, quia illam haberet titulo oneroso, non esset subiecta consuetudini, & sic succederent proximiores ipsius mariti, vt post Neapodan. probat Gaspar de Leo in consuetud. si quis, vel si qua, sub nu. 228. vbi Neapod. hoc dicit ad literam fol. 138.
7 Ex his determinatur quæstio circa titulum lucratiuum, & onerosum, quòd, si fratres dotassent sorores, quæ renunciassent in beneficiũ fratrũ, qđ portiones illæ renunciatæ in beneficiũ fratrum, nō dicuntur bona nouiter acquisita, sed potius antiqua, vel paterna, vel materna, prout est linea, vnde peruenerunt, sic scripsit Ægid. Bellamer. consi. 43. vbi Io. de Armion. in addit. seu subscriptione ad iddem consilium post num. 13. vers. ad aliud, hoc latius confirmat, & faciunt congesta per Tiraquell. in tracta. de retract. §. 32. nu. 88. & seqq. quia nihil agunt fratres in ista acquisitione, prout dicetur infra in materia de renunciatione.

SVMMARIVM.



Bona obuenta alicui ex affinibus non subiacent consuetudini. nu. 1.

Affines inter se non succedũt. nu. 6. procedit etiam si matrimonium contractum sit inter agnatos & cognatos. nu. 3.

Donatio facta inter coniuges, siue ab eorum affinibus, num præsumatur facta causa affinitatis, vel consanguinitatis. nu. 4. Inter virum, & vxorem cur sit prohibita nu. 5.

Dispensatio est odiosa, & ideo facta super matrimonio non extenditur ad successionem nu. 6.

Princeps in dubio non præsumitur tollere ius tertij. nu. 7.

Causa finalis semper attenditur. num. 8.

Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. nu. 9.

QVÆSTIO XV.

1 
Ecimoquintò quæro, an dispositio istarum consuetudinum locum habeat in bonis, alicui obuentis ex affinibus, & negatiuè respondet Neapod. in d. consuet. Si quis, vel si qua, sub nu. 149. & seq. fol. 117. ea ratione, quia inter affines non datur successio, & sic in eis cessat dispositio consuetudinum; nam medietas istorum bonorum obuētorum debetur agnatis, vel cognatis illius lineæ, à qua bona proue-
2 niunt; † dum igitur affines inter se non succedunt, nisi vxor viro, & è contra. l. 1. & per tot. C. vnde vir, & vxor, Neapod. loco cit. nu. 150. ergo respectu aliorum agnatorum, & cognatorum, talia bona dicuntur nouiter quæsita, & consequenter potest de eis ad libitum disponere, vt in dicta consuetudine, Et si testator, in fi. vbi omnes, hoc iddem not. Anton. de Alex. in addit. ad eund. Neapodan. in d. consuet. si quis, vel si qua, sub num. 140. fol.

fol.142.in addit.incip. Nota, quòd in bonis obuenientibus; vbi tamen fecus esse dicit in bonis donatis ab aliquo cognato descendente per fœminam, quia tunc alius coniunctior ex parte matris succederet, vt per eum, qui allegat tex.in cap. 1.vers.proximiori, per quos fiat inuestit. & Neapod.in d.consuet. Et si testator, in verb.ex parte patris.num.167.& seqq.& nos de hoc diximus supra q. 13. in prin. & dicemus aliqua infra in 4. par, Deo dante, & quòd affines non succedant affinibus, sed magis admittatur fiscus ad successionem, explicant latissime Alex. & Iaf. in d.l.1. C. vnd.vir, & vxor, quos recenset Natt. in addit, ad Alex. consil, 31. vol.1.

Potest tamen succedere controuer-
4 sia, † si matrimonium fiat inter agnatos, & cognatos, præcedente dispensatione Summi Pontificis, quæ dispensatio tollit impedimentum, & parentelam inter maritum, & vxorem; vt est clarum, & habetur etiam in Sacro Concilio Trident. sess.24.de matrim.cap.3.& alibi de qua materia dispensatinnis multa tractat Sanchez in tract.de matrimonio lib.8. toto. si fiat tunc aliqua donatio vxori ab agnatis, & cognatis viri, vel viro ab agnatis, & cognatis vxoris, quæri inquam potest, an locum habeat dispositio consuetudinum; & licèt quæstionem istam nemo, quem viderim, tetigerit, tamen sub hac
4 distinctione decidi potest, † aut illa bona sunt donata vxori ab agnatis, & cognatis viri intuitu matrimonij, & tunc nullo modo locum habet consuetudo, quia principalis causa donationis est affinitas, & inter affines cesset dispositio consuetudinis, vt dictum est: Si verò donatio fieret ratione parentelæ, & cõsanguinitatis, & tunc cõsuetudo locum haberet, ex dictis supra quæst.13. Aut verò sumus in dubio, & tunc præsumptionibus vti debemus, vt si affinitas sit proximior, præsumatur causa affinitatis facta donatio, sic è contra, si proximior sit gradus consanguinitatis, & conferunt dicta post alios per Mascard. in tract. de probat.q.563.nu.5.

Si verò maritus esset, qui aliqua bona donasset vxori, & tunc quæstio caret difficultate, vt cesset consuetudinum dispositio, quia maritus non propter consanguinitatem, sed propter naturalem affectionem præsumitur donationem fecisse, quod colligitur ex iuris dispositione
5 qua sancitur, † vt nullus præsumatur maior amor, quàm sit inter maritum & vxorem, adeò vt dicantur duo in carne vna, & filius patrem, & pater filium tenetur relinquere, vt suæ adhereat vxori, vt habetur Genesi cap. 2. & consequenter, ne ad inuicem propter talem amorem mutuum, bonis se expoliarent, lex, constante matrimonio, prohibuit donationem inter coniuges, vt in l. 1. & tot. tit.ff.& C.de donat.int.vir.& vxor. Post alios Thesaur.decis. 170. de Franch. decis.435. Surd.decis.166.cum alijs cumulatis infra par. 3 circa explicationẽ text. in l.hac edictali, & in l. familiæ. C. de secund.nupt.& consequenter potius amore maritali, quàm sanguinis præsumitur facta donatio, & proinde cessat dispositio consuetudinis. Sic etiam si maritus lucretur dotem ex forma statuti, illi non succedunt cognati ex parte matris nec affines. Neapod.in consuet.si quis, vel si qua.nu.150.& melius nu.228.fol.138.

6 Nec obstat dispensatio impetrata à Summo Pontifice; nam illa est odiosa; nec extenditur de casu ad casum. cap. 1. & 2.de fil.presbyt. Deci.consi.541.nu.8. & hoc procedit etiam ob maioritatem rationis, vt post alios explicat Lanar. conf. 60. Sanches loco cit. eò maximè quando fit super iure prohibitiuo, vt est in casu nostro, vt post alios explicat idẽ Lanar. in conf.18.nu.4.& ideo dispensatio, facta super matrimonij validitate, non extenditur ad successionem, quia sunt diuersa, ex quibus non fit illatio ex dictis supra in tit. de personis. quæst. 10.
7 num.39. † & etiam quia in successione tractatur de iure tertij, cui in dubio non censetur derogatum etiam à supremo Principe, vulgat.tex.in l.nec auus.C.de emancipat. liber. & postremò quia iura sãguinis sunt immutabilia l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. & consequenter per dispensationem ad matrimonium solùm tollitur impedimentum canonicum circa matrimonij validitatem, non autem derogatur Iuri succedendi aliorum.

8 Postremò additur, † quia causa finalis donationis, quæ semper in donatione attenditur, non est consanguinitas. vt dictum est, sed maritalis amor, & consequenter hoc modo bona illa habet, nempè, vt coniux, & sic non subiacent consuetudini, quòd clarè colligitur, tùm ex tra-

traditis per Anto.de Alex. loco cit. tum & magis ex tex. in confuetud. Si aliquis moriens; vbi exprefsè fancitur, vt in bonis, donatis à viro vxori, ceffet prohibitio difponendi de decima, vel de medietate tantum; fed fi non habeat liberos, poffit vxor de illis bonis difponere ad libitum: fi verò adfint liberi, relicta eis legitima, de alijs difponit pro fuo velle: quæ confuetudo cùm tradat regulam generalem, & generaliter loquatur, fic
9 etiam intelligi debet, † lex enim, quando non diftinguit, nec nos diftinguere debemus, vulgato tex. in l. de prætio. ff. de publician. in rem action. præcipuè, qa eadem ratio viget, quamuis fieret à marito non confanguineo. Semper enim à marito fit, & confequenter non fubiacēt confuetudini.

SVMMARIVM.


Onfuetudines an locum habeant in bonis donatis per patrem filio in vita! nu. 1.
Filius an poffit alienare bona illi donata contemplatione matrimonÿ! nu. 2. remiffiuè.

QVÆSTIO XVI.

1 Decimofextò qro, † fi pater donaffet aliqua bona filio in vita, deinde pater ipfe decedat, num illa bona fubiaceant confuetudini? hæc quæftio latiùs examinatur per Tiraquell. in tract. de vtroque retract. §. 32. num. 43. ad quem fe remittit Præf. de Franch. in confuet. fi aliquis moriens. fol. 163. in addit. incip. fi bona paterna. Sed fuppofito vno, vt donatio non fiat in fraudem aliorum, fed validè, tunc quæftio modicam habet contradictionem: Si enim facta effet titulo lucratiuo, vtique fubiacerēt difpofitioni confuetudinum; vt patet ex dictis fupra quæft. 13. Aut verò facta effet titulo onerofo, & tūc fecus effet, vt patet ex dictis fupra q. 14. & hæc eft veritas in materia iftarum confuetudinum, vt etiam magis patebit ex dicendis. quæft. 17. & 18.
2 Effet hic examinanda quæftio, † fi filius poffet alienare bona, illi donata contemplatione matrimonij, fed habet maximam difficultatem, & difcuffionem, & quòad capitale donationis iam dixi infra conf. 2. quo verò ad annuos introitus illi donatos contemplatione matrimonij, num illos remittere poffit, etiam in beneficium patris, iam dixi infra confi. 11. vbi etiam difcuffa eft materia Albaranorum, quæ in fimilibus fieri folent.

SVMMARIVM.


Onfuetudo locum habet quouis modo, & ex quauis linea bona defcendant. nu. 1. & ratio traditur. nu. 2.
Ratio legis magis attenditur, quàm verba. n. 3. idem procedit in ftatuto, & confuetudine. num. 4.
Quando in lege, ftatuto, vel confuetudine vnica tantum eft ratio, habetur pro expreffa quòad omnes perfonas, etiam fi non exprimatur. nu. 5.
Opinio Tiraquelli, vt in bonis obuentis ex linea collaterali non feruetur ftatutum, refutatur in materia confuetudinum. num. 6.

QVÆSTIO XVII.

1 
Decimofeptimò quæro, an confuetudo locum habeat, fi patri obueniffet aliqua bona à filijs, vel ex quocunque alio latere? Refpōdeo affirmatiuè, ex decifione Neapolani in confuet. fi aliquis moriens, in verb. à latere. num. 15. vbi Salern. in addit. incip. Nota, quòd fi pater. fol. 166. & alij communiter, & probat etiā Præf. de Franch. in decif. 690. nu. 1. Quæ conclufio non poteft habere fubfiftentem contradictionem in materia harum confuetudi-
2 num, † quia eadem ratio bonorum antiquorum, quæ viget, vt bona conferuentur in ea linea, à qua obuenerunt, quæ confideratur in liberis, & in alijs tranfuerfalibus; confideratur etiam in afcendentibus, & confequenter iddem ius ftatuendum eft ex regul. text. in l. à Titio. ff. de verb. oblig. glo. in l. fin. C. ad legem Falcid. cum alijs traditis per Surd. decif.
3 276. num. 8. Siquidem † ficut magis attenditur ratio legis, quàm legis difpofitio

tio, ita ratio præfertur verbis, vt ſcripſit gloſ. in cap. conſuetudo, 1. diſtinct. habetur in cap. ſolitæ, de maior. & obed. & poſt alios idem Surd. deciſio. 19. num. 1.
4 & deciſ. 35. num. 14. † Quod quidem non ſolùm in lege, ſed etiam in ſtatutis, & in conſuetudine locum habet, vt ſcripſit Bald. in l. contra leges. ff. de legib. Crauett. conſi. 174. num. 12. & poſt alios idem Surd. d. deciſ. 35. num. 13. & conſe-
5 quenter, † dum non poteſt aſſignari, niſi vnica ratio quoad omnes perſonas cuiuſuis lineæ, hæc ratio hř pro expreſſa quoad omnes, etiam ſi non exprimatur; quod procedit, & in lege, & in ſtatutis; vt eſt glo communiter recepta in l. quamuis, vbi Bald. C. de fideicomm. Roman. Abb. Alexan. & alij, quos probat Surd. deciſio. 7. num. 13. deciſio. 9. num. 1. & deciſio. 174. num. 12. Anna in conſil. 92. volum. 2.

Dixi in materia harum conſuetudinū,
6 † quia Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 32. gloſ. vnica nu. 52. affirmat in ſimili ſtatuto, vt ſi bona peruenіant ex linea collaterali, non ſubiaceant ſtatuto, & ita dicit aliquando iudicatum in Senatu Pariſien. ſed eius opinio falſa eſt in materia harum conſuetudinum, quæ in ſpecie mandant, vt in bonis obuentis ex linea collaterali ſeruetur diſpoſitio conſuetudinum, vt in conſuet. ſed ſi morienti, in conſuet. ſi teſtator, & alibi paſſim habetur, & docent omnes Regnicolæ.

SVMMARIVM.

Proximioribus ex linea, vnde bona prouenerunt, non extantibus, poteſt quis ad libitum de bonis diſponere. nu. 1.

Ratio conſuetudinis ceſſat, non extantibus perſonis ex linea, vnde bona peruenerunt. nu. 2.

Frater quando teneatur fratrem hæredem facere. nu. 3.

Decedens aliquis in Ciuitate, & habens agnatos remotiores, & extra Ciuitatem proximiores, quinam ex his ſuccedant? nu. 4.



QVÆSTIO XVIII.



Decimooctauò quæro, ſi obueniſſent alicui bona ex parte patris, & tempore mortis ipſius nulli extarēt agnati, qui ſecundum conſuetudines ſuccederent, num cognati, & ſic proximiores ex parte patris poſſent aliquid prætendere circa bona prædicta, vel poſſit de his diſponere ad libitū. Reſpondeo, cognatos nullum ius habere in dictis bonis; nam clara eſt omnium
1 ratio, † vt ſi non extent proximiores in gradu ſucceſſibiles ſecundùm conſuetudinem, nempè ex illa linea, vnde bona peruenerunt, poſſit ad libitum de bonis diſponere, vt eſt particularis deciſio Nauclerij in ſuis addit. fol. 10. à ter. in addit. incip. In eadem conſuetudine, & textu, ibi, materna, & licèt nihil alleget, optima tamen mouetur ratione, quo caſu, & ſi aliàs non eſſet ei credendum, vt probauit Surd. deciſ. 59. num. 8. & ſeqq. eius tamen authoritas plurimum valet, vt ſcripſit Caſtren. in l. mutum. ff. de acquir. hæred. Imò in hoc caſu, dum non habet contradictorem, & loquitur ſecundum rationem, eius deciſio habetur pro lege, vt dixi ſupra par. 1. cap. 5. nu. 38.

Ratio igitur eſt, quia cognati tunc ſuccedunt ex diſpoſitione conſuetudinum in medietate bonorum, quando illa bona peruenerunt ex materna linea, agnati verò è contra, quando bona proueniunt ex paterna linea, vt habetur in conſuet.
2 ſi quis, vel ſi qua. † Si igitur non extant agnati, ceſſat ratio conſuetudinis, vt bona conſeruentur in illa familia, vnde prouenerunt, quia non adeſt aliquis in ea, qui ſecundùm has conſuetudines ad ſucceſſionem vocetur, & conſequenter à ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio cōſuetudinu, ex reg. tex. in c. cum ceſſante, extra de appell. tanto magis, quia in lege, ſtatuto, & conſuetudine magis ratio attenditur, quàm verba, vt dictum eſt quæſt. præced. Et hoc iddē in ſimili ſtatuto ex multis probat Renat. Coppin. in tract. de deman. Franc. lib. 1. tit. 8. circa fi. verſ. vnum hoc ſubdam. Vbi ſimiles conſuetudines limitat, non habere locum, quando non adiunt hæredes ſanguinis, videlicet, ex illa linea, quæ per conſuetudines ad ſucceſſionem vocatur.

Cognati verò nihil prætendere poſſunt, quia non vocantur ex conſuetudine, vt dictum eſt, nec etiam de iure communi, nam eo diſponitur, vt non extantibus liberis, vel aſcendentibus, poſſit ad libitum quis diſponere de bonis ſuis;
3 † nec frater tenetur hæredem facere, niſi quando turpem perſonam inſtituiſſet, vt habetur in l. ſi fratris. C. de inoffic. teſtam. quæ ratio hic non militat. Igitur conquæri nequeunt. Et quia hæc quæſtio caret difficultate; transeo ad alias.
4 Vnum tamen notandum eſt, † quòd ſi aliquis habitaret Neapoli, & ibi haberet agnatos remotiores, ſed extra diſtrictũ Neapolis haberet agnatos proximiores quòd illi ſuccederent agnati minus proximi, qui in Ciuitate habitant, quia conſuetudines non compræhendunt exteros, niſi pro bonis ſitis in diſtrictu, vt dixi ſupra in tit. de perſonis. quæſt. 1. Sic in indiuiduo probat idem Naucler. in dictis eius addit. fol. 11. in addit. incip. In eadem conſuetudine, & gloſa, ibi, Ego autem dico, quid ſi aliquis habitat. Sed contrarium fuit deciſum per Sacr. Conſilium, iunctis aulis, referente Conſiliario Vincentio de Franchis, in cauſa Lemborum, teſte Conſiliario de Bottis in ſua Apoſtill. ad conſuetud. pupillus. fol. mihi 391. ſub nu. 8. incip. In cauſa Lemborum, & dixi ſupra in tit. de perſonis. quæſt. 1. num. 9. & ſeqq. Vbi hanc illationem examinaui. & adibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.



Tatutum, conſuetudo, & Princeps poſſunt introducere ne quis diſponat, niſi de certa portione legitimæ. num. 1. & ratio affertur. num. 3. & 6.

Mulier ſecundum conſuetudinem, ſi habet filios, de decima parte dotis, ſi filijs careat, de medietate diſponit. nu. 2.

Princeps, conſuetudo, & ſtatutum pro bono publico dant certam formam circa bonorum diſpoſitionem. nu. 3.

Legitima vocatur alio vocabulo debitum bonorum ſubſidium. nu. 4.

Statuto, & conſuetudine minui poteſt. nu. 4. & 5. obuenit filio ex bonis patris, & qualiter hoc procedat. nu. 9. & ſeq. Debetur ex ſubſtantia teſtatoris. nu. 18. Eſt ſubiecta diſpoſitioni conſuetudinum. num. 8. & ſeqq. & ita fuit deciſum. nu. 12. Debetur filijs abſque onere etiam temporis. nu. 13.

Statutum poteſt introducere, ne legitima detrahatur ex certis bonis. nu. 7.

Dos ſuccedit loco legitimæ. nu. 8.

Filius nullum patitur damnum, ſi pater illum priuet legitima. num. 10. Qualiter dicatur creditor in legitima. nu. 14. & 16.

Pater relinquens filio plus legitima, an illum poſſit grauare in legitima? n. 15.

Legitima debetur tanquam æs alienum, debetur tamen ex prouidentia legis. num. 17.

Portio fratris, vel ſororis, ſiue ipſorum legitima, peruenta ad alios fratres, ſubiacet conſuetudini. nu. 19.

Medietas bonorum antiquorum non accreſcit cohæredi extraneo inſtituto cũ liberis, ſi liberi illam nolint, ſed debetur proximioribus vocatis per conſuetudinem. nu. 20.

QVÆSTIO XIX.



Ecimononò quæro, num iſtæ conſuetudines locũ ſibi vendicent in legitima? Et concluſiuè iuxta morem procedendo, conſidero duos caſus. Primus eſt, ſi conſuetudo poſſit introducere, vt aliquis non poſſit diſponere de tota legitima, ſed ſolum de certa portione. Secundus eſt, an nunc inueniatur hoc diſpoſitum per has conſuetudines? Primus caſus nullam hodie habere poteſt
1 ſubſiſtentem difficultatem; † nam ſtatutum, conſuetudo, lex, & Princeps poſſunt introducere, vt quis non poſſit diſponere, niſi de certa parte legitimæ, vt probat Anchar. in conſi. 13. quem refert, & ſequitur Frecc. in conſuet. Si qua moriens, in princ. fol. 194. in addit. incip. Ad materiam huius conſuetudinis. Probant etiam alij infra cumulandi, & per has cõ-
2 ſuetudines iam ſancitum eſt in dote, † vt ſi mulier habeat filios, ſolùm diſponere poteſt de decima parte dotis; ſi verò careat liberis, ſolùm de medietate diſponat, vt habetur in d. conſuet. ſi qua moriens, vbi omnes, & hoc tum ob conſeruationem bonorum in familia, vt multo-
3 ties notatum eſt, † tum etiam, quia lex, ſta-

ſtatutum, Princeps, & conſuetudo ſunt
illi, qui pro bono publico dant certam
formam, & modum diſponendi de bo-
nis,& vt aliter non valeat diſpoſitio, niſi
ſecundum formam ab illis traditam, vt
probat Bart.in l.1.num.30. C. de ſumm.
Trinit. & fid. cathol. & poſt eum Aret.
Iaſ.Deci.& alios,Peregrin. in tract. de
fideicom.art.52.nu.110.
Confirmatur,quia,licèt ſtatutum,lex,
conſuetudo, & Princeps non poſſint in
totum tollere legitimam debitam filijs,
ex quo illis debetur,iure naturæ attêto,
& in locum alimētorum, ad quæ de iure
4 naturæ pater tenetur filijs † & ideò alio
vocabulo vocatur debitum bonorū ſub-
ſidium. l. ſcimus. §.illud.C.de inoffic. te-
ſtam.cū alijs cumulatis per Ann.in conſ.
6.nu.7.& ſeqq.vol.1.vt alios omittam,
5 † nihilominus minui poteſt, & ad mino-
rem quantitatem reduci, quàm hodie
taxata de iure inuenitur, vt dixi infra in
conſi. 10. num. 24. & latiùs probat Mo-
lin.de primogen.Hiſpan.lib.2.cap.1. nu.
20.& ſeqq.vbi innumeros cumulat DD.
tenet etiam Surd.conſi.341.nu.27.conſ.
357.num.36.& conſi.402. num. 23. vol.
6 3.vt alios omittam.† At nunc,cùm redu
citur ad certam diſpoſitionem, vt de cer
ta tantùm parte quis diſponat,nullo mo-
do minuitur legitima in quantitate, ſed
ob bonum publicum facultas diſponen-
di reſtringitur. Non omitto, quòd multi
etiam tenent,vt legitima poſſit in totum
tolli ex cauſa, vt legi poteſt penes præci-
tatos Authores, quamuis opinio relata
ſit magis æqua,& magis recepta.
Plus etiam ſtatutum introducere po-
7 teſt,nempè † vt legitima non poſſit de-
trahi de certis bonis,vt ex multis probat
Dec.in conſi.19. Natt.conſi.308.num.4.
& ſeq. cum alijs cumulatis, & probatis
per Surd.d. conſi 402. num.25. & ſeqq.
vol.3.& quia de hoc primo caſu, vt dixi,
nulla poteſt eſſe ſubſiſtens dubitatio,trã-
ſeo ad ſecundum, de quo ſolo hæc quæ-
ſtio agitatur. Igitur pro deciſione ſecun-
di caſus, quòd nunc per conſuetudinem
8 inueniatur diſpoſitum, † vt de legitima
non valeat quis diſponere,niſi eo modo,
quo mulier diſponit de dote, probatur
facillimè, primò, quia dos, & legitima
æquiparantur, imò dos ſuccedit loco le-
gitimæ, quæ debetur filiæ in bonis pa-
tris,vt dixi infra par.4.quæſtio.15.& 16.
Ergo conſuetudo,quæ viget in dote,eo-
dem modo vigere debet in legitima,
quia non ſolùm eſt eadem ratio conſer-
uationis bonorum in familia, vnde bona
proueniunt, ſed etiam dos formaliter,
ideſt, ſecundum eius totalem ſubſtantiã
eſt legitima.
Secundò probatur, quia conſuetudo
habet locum quòad omnia illa bona,quę
quouis modo obueniunt alicui ex titulo
lucratiuo, & ſine ipſius induſtria, vt la-
9 tius diſcuſſum eſt ſupra quæſt. 13. † Sed
legitima dicitur obuenire filio ex bonis
patris, quia illi debetur loco illius por
tionis bonorum patris, quam habiturus
eſſet ab inteſtato.l.Papinianus.§.quoniã
autem quarta. ff.de inoffic. teſtam.l. pa-
rentibus.C.eod.tit.cum alijs cumulatis,
& probatis per Surd.in conſ.4,.n.1.vol.
1.conſi.427.nu.20.vol.3.conſ.565.nu.2.
vol.4.& alibi,quæ quidem portio,ſi filio
obueniret, vtique ſubijceeretur diſpoſi-
tioni dictæ conſuetudinis, vt loco citato
10 dictum eſt, nempè, dicta quæſt.13.† &
hac de cauſa,ſi pater priuaret filium legi-
tima,filius nullum damnum pati dicere-
tur. gloſ.in l.3.vbi Bart. & alij. C. de iur.
& fact.igno. cum alijs cumulatis, & pro-
batis per Surd.in conſ.401.num.29.vol.
3.quod nulla alia ratione euenire poteſt,
niſi quia legitima obuenit filijs titulo lu-
cratiuo, videlicet, ex beneficio legis:
11 † & ne deſit particularis deciſio in mate
ria conſuetudinum, hoc conceptis ver-
bis probat Salern.in d. conſuet. Si qua-
moriēs.in prin.fo.194.in addit.incip. Ex
hac conſuetudine ibi *[Item de legitima,
& alia ſucceſſione,ſeu donatione ſibi ob-
uenientibus à filijs primi matrimonij po-
teſt teſtari de decima parte tantùm, quia
nouem partes applicantur dictis filijs di-
cti matrimonij. Quod nota]* Itaque legi-
tima dicitur obuenire, prout ſucceſſio,
& donatio obueniunt, & conſequenter
ex dictis in alleg. quæſt. 13. ſubiecta eſt
12 conſuetudini, † & ita iudicauit Sacrum
Conſilium annis elapſis in cauſa Marci
Antonij, & Fratrum de Auitabile, refe-
rente Regio Conſiliario Pareja, cuius
proceſſus eſt penes Cioffum,& hanc de-
ciſionem dedit mihi Conſiliarius Roui-
tus,cuius iuſſu, & monitu hanc quæſtio-
nem diſcuſſi.
13 Nec obſtat, † quòd legitima debita
eſt filijs ſine onere,cùm nec onus tempo
ris in ea apponi poſſit, vt in §. prohibe-
mus.Authen.de trient. & ſemiſſ.Præſ.de

Franch.decif. 137. nu. 9. cum alijs cotis
14 communibus, ea ratione, † quia filius dicitur in ea effe creditor, & ideò deducenda eft de bonis patris, tanquam æs alienum, vt notant omnes per illa iura in l.quoniam in prioribus, & l. omnimodo.C.de inoffic. teftam. cum alijs cumulatis per Surd.in confi.215. per tot. & in fpecie num. 3. 10.&24.vol.2.confi.480.
15 num.3. vol. 4. & alibi. † Nam procedit quoàd parentes, qui nullum poffunt apponere onus in legitima, nifi onus illud commodum filij refpiciat, vt ex multis probat idem Surd.in confi. 570. nu. 1.& 2.vol.4.vt alios omittam. Quod eatenus eft verum, vt fi pater relinquat filio portionem maiorem legitima, adhuc reijcitur onus ab ipfa legitima, & onus adiectum folum remanet in illo refiduo, vt ex multis probat Molin.lib.2.de primogen.Hifpan.cap.1.num.32. præcipuè ex tex.in l.fcimus.§.cùm autem.C.de inoff. teftam.& poft alios Præf. de Franch. decif.525.nu.20. Farinac. decifio. 427. nu. 1.vt relinquam alios, licèt in hoc vltimo cafu contrarium teneant aliqui, quos videtur etiam fequi Surd. decif. 21 nu.20. ea ratione, quia in filiorum arbitrio eft, vel recipere legitimam tantum fine onere, vel totam portionem cum onere adiecto; fed, vt dixi, magis communis opinio eft in contrarium, vt etiam fatetur Surd. d.decif.21. num. 9. vt remaneat onus in folo refiduo: In ftatuto verò fecùs eft, fic etiam in confuetudine, quia & onus imponere poffunt, & legitimam minuere, & ad certā formā difponēdi, & de certa portione tm̃ introducere poffunt, vt q̃s difponat, vt in primo cafu fundatum eft, & confequenter termini non funt pares, cùm parentes teneantur, & confuetudinis, & legis difpofitionem feruare.

Nec obftat illud commune pronun-
16 ciatum, † vt filius dicatur effe creditor in legitima, & illa fit ei debita tanquam æs alienum, vt poft alios notat idem Surd.confi.192.num.15. vol.2.Sed ea, quæ aliquis habet tanquam creditor, habet iure proprio, & non ex alterius beneficio, & ideò non funt fubiecta confuetudinum difpofitioni, vt patet ex notatis fupra d.quæft. 13. Nam refpondeo pronunciatum illud intelligi quoàd duo, primò vt parentes in legitima nullum onus apponere valeant, vt nu. 14. & 15.nota-
17 tum eft, & fecundò † vt filius in deductione legitimæ, deducto ære alieno patris, præferatur omnibus legatarijs; nam pro habenda ratione legis falcidiæ, & in diminutione legatorum, legitima habetur tanquam æs alienum; fed non propterea dicitur æs alienum teftatoris, cùm non debeatur, nifi deducto ære alieno patris, ad tex.in l.Papinianus.§. quoniā autem quarta.ff.de inoffi.teftam.vt optimè explicat Phanut. in tract. de inuent. par.5.num.79.verf.Et profectò. Alex. in l.lex Cornelia.ff.de vulg.& pupill. Præf. de Franch.decif.374.num.4.Surd.confi. 401.num.29.vol. 3. mouentur etiam ex
18 tex.in l.& quia.ff.pro foc. † Sed inficiari nequit, quin ipfa legitima debita fit ex prouidentia legis; nam hoc remedio debetur, vt probat tex.in l.fi arrogator. ff. de adoptio, ex quo proficifcitur ex fubftantia teftatoris per beneficium legis, vt etiam habetur in l.fcimus. §. repletionem, & in Auth.nouiffima.C. de inoffic. teftam. & poft alios Surd. in confi. 394. num.17.vol.3.& confequenter dum aduenit filio ex bonis patris, fubiecta eft confuetudini, prout illi fubiecta funt alia bona obuentitia, & in his fundatur decifio Sacri Confilij.

Verùm prædicta eò magis locum fibi
19 vendicant, † fi legitima alicuius ex fratribus, vel fororibus perueniret ad aliquem ex filijs, fiue fratribus; nam in hoc maior ratio fubiectionis viget, quia in perfona ipfius funt bona antiqua, vt particulariter de legitima, & de portionibus fororum, quæ obueniunt fratribus per renunciationem fororum, fundatum eft fupra hoc eodem titulo quæft. 14.nu. 6. & ideò fine difficultate fubiecta funt confuetudini. Intantum hoc eft verum, vt tales portiones, & legitima fint bona
20 antiqua, † quòd fi aliquis difponendo obferuaret difpofitionem confuet. fi aliquis moriens, nempè medietatem bonorum antiquorum eius liberis relinquendo, & aliam medietatem reliquiffet extraneis hæredibus, fi liberi nollent adire hæreditatem, vtique non poffent hæredes extranei habere illam medietatem repudiatam, quia ius accrefcendi ceffat, & proximiores defuncti admitterentur ad illam medietatem repudiatam, vt colligitur ex his, quæ difputat Iacob. Menoch.in tract.de præfumptio.lib.4.præfumpt.86.in fin.& ex his credo remanere abfolutam quæftionem iftam.

SVM-

SVMMARIVM.



Onsuetudo an habeat locũ in fructibus relictis tẽpore mortis.num. 1.& 7.Quid si essent fructus percepti ante aditã hæreditatem? d. num.7.

Fructus percepti ex bonis subiectis fideicommisso,num sint hæredis, vel fideicommissarij? nu.2.4.5.6.

Bona empta per matrẽ ex fructibus perceptis ex successione bonorum filij, an sua sint, sub nu. 3.

Bona empta ex fructibus perceptis ex hæreditate num sint hæredis? nu.3.& 8.

Quod ex meo fit, meum est. nu.4.

Hæres purè relictus, aduenienteconditione alterius, est hæres pro parte. num.6.

Pecunia peruenta ex bonis antiquis, existens in banco tempore mortis, an iudicetur antiqua.nu.9.

QVÆSTIO XX.

1 
Igesimò quæro, an istæ consuetudines procedant in fructibus relictis,& nõ exactis tempore mortis alicuius agnati,vel cognati, an, inquam, possint agnati, & cognati de eisdem fructibus, & introitibus disponere? Et respondeo affirmatiuè,prout not. Naucler.in suis addit. fol.13.à ter.in addit.incip.In eadem con suetudine quæritur, & ita semper iudicauit Sacrum Consilium, vt refert Præs. de Franch. decis.604.nu.4.in 4.par. probat etiam Reg. de Ponte in tract. de potest.Proreg.tit.9.de succes.mulier. in princ.nu.15. & est tex.in l. fideicommissariam,vbi Castrens.col.1. ff.ad Trebell. & alij cumulati per eosdem authores, & licèt Socin.in consi.93.col.9. vers.circa tertium. vol. 1. teneat contrarium, de eius tamen opinione nulla ratio habenda est, nisi tamen loquatur, vt infra dicetur.

Igitur, vt hæc quæstio discutiatur, de-
2 pendet ab illa quęstione † si fructus,percepti ex bonis subiectis fideicommisso, sint hæredis,vel fideicommissarij? in qua quæstione sic omnes distinguunt,aut sũt fructus percepti, & decursi, viuente testatore, & tunc sine dubio sunt restituendi fideicommissario simul cum alijs bonis hæreditarijs,vt probat glos.communiter recepta in d.l.in fideicommissariã, vbi Bar.& omnes.ff.ad Trebell.Mantic. in tracta.de coniect.vltim volunt. lib.7. tit. 10.nu.1. Crass. in §.fideicommissum. quæst.49. num.2.Surd.decis. 21. num.1. de Franch.decis.13.nu. 5.& seqq. & alij cumulandi, qui hoc etiam probant, si essent fructus percepti ante aditam hæreditatem. Si verò sint fructus percepti post aditam hæreditatem, tunc sunt ipsius hæredis,vt probat tex.in l.postulante.§.sed huiusmodi,& in l.deducta.§. qui post.ff.ad Trebell.& notant omnes præcitati Authores,& probant etiam Peregrin.in tract.de fideicomm.art.49.toto. Facchin. lib. 4. controuers. iur. cap. 43. vers.sed elegantissimi.Surd.decis.21.nu. 9.& decis.25.nu.1.decis.211.nu.18. Morot. consi. 81. Quinimo eatenus hoc est
3 verum, † quòd etiam si hæres grauatus restituere dicta bona,de fructibus perceptis aliqua bona etiam immobilia emisset, bona prædicta essent ipsius hęredis, vt habetur in l.hęredes mei,in princ. vbi omnes.ff.ad Trebell.Morot d.consi.81. Adeò vt mater, quæ transiuit ad secunda vota, quæ succedit filijs ab intestato morientibus, & dum succedit cum alijs filijs solùm quòad vsumfructum succedit, si ex illis fructibus bonorum paternorum aliqua bona mater emisset, sua sunt,& nullo modo filijs restituenda, & ita bis decisum fuit in Sacro Consilio, vt refert Præs.de Franch decis.18. ratio autem clara est,quia dum fructus sunt ip-
4 sius hæredis, † quicquid ex meo fit,meũ est.l.solum.§.meum. ff.de rei vẽdic. cum multis alijs, quæ ad hoc propositum congerit Morot.d. consil.81. & melius in consi. 82.

5 In vno tamen casu limitatur, † si hæres esset in mora restituendi,& fideicommissarius ipsum hæredem in iuditio conuenisset pro restitutione rerum, tunc cogeretur, res ipsas hæres restituere vnà cum fructibus perceptis à die litis contestatæ, vt habetur in cap. Raynutius, vbi glo.in verb.à tempore,de testam.& post alios testatur Marzar. in tracta.de fideicom.

com par.3.quæſt.63.quem ſectatur Barnab. Cornazzan.in deciſ.Lucenſ.22.nu. 55. vbi ſic deciſum refert in illa Rota: hoc iddem probat Hierony. Gabr.conſ. 93.nu.14.vol.2.

6 Poteſt addi ſecunda limitatio, vt quando ſunt duo hæredes, quorum vnus ſit purè inſtitutus, & alter ſub conditione, tunc qui purè eſt hæres, iam eſt vniuerſalis hæres pro omnibus bonis; ſed adueniente conditione, ſub qua alter eſt inſtitutus, reputatur hæres pro parte, & ſic reſtituet medietatem totius hæreditatis vnà cum medietate omnium fructuum perceptorum, ita poſt Lancellot. in l.planè.§.coniunctim.col.4.verſ.benè verum eſt.ff.de legat. 1. probat Præſ. de Franch. d. deciſ.604. paulò poſt num. 4. Interim tamen redeundo ad illationem, hæres lucratur fructus, quamuis fideicommiſſarius ipſe eſſet abſens, & propter abſentiam, vel propter ignorantiã non petijſſet fideicommiſſum, quia ſufficit, vt hæres grauatus non poſſet dici in mora quoad reſtitutionem, vt in l. mulier.§.ſi hæres.ff.ad Trebell. qui text. inducitur à contrario ſenſu; ſed in indiuiduo hoc probant Petr. Cyn. Salycet. & alij in l.iubemus. C.ad Trebell. & nouiſſimè Surd.d.deciſ.25.num.7.& iddem procedit, ſi eſſet fideicommiſſum ſub cõditione, vt poſt alios probat Gabr. in conſi.102.vol.2.

Ex prædictis igitur patet reſolutio
7 quæſtionis propoſitæ; nam † ſi fructus eſſent percepti poſt mortem teſtatoris, ſine dubio non eſſent ſubiecti diſpoſitioni iſtarum conſuetudinum, nec etiam bona empta ex illis fructibus: ſi verò eſſent fructus percepti, & maturati, viuente teſtatore, & ſic ante aditam hæreditatem, vtique ſunt fructus hæreditatis, & non ſunt acquiſiti ſua induſtria, nec tempore, quo ipſe eſt heres, & conſequenter iudicantur tanquam bona antiqua, & de illis diſponere nequit in præiudicium agnatorum, vel cognatorum, nam iſti fructus iudicantur bona immobilia, vt poſt Manticam & Gabr.conſ.98. num.5.lib. 1.tenet Farinac.deciſ.294.nu.10.& ideo cũ Sacr. Conſilium iudicauit, fructus bonorum antiquorum non eſſe bona antiqua, vt affirmant Præſ. de Franch. d. deciſ.604.num.4.& Reg. de Ponte d. titu. nono.de ſucceſſion.mulier.nu.15. intelligi debet, quotieſcunque, viuente aliquo, percipiuntur fructus; quo caſu ſunt ſui, non autem ſi eſſent maturati, viuente teſtatore, vel percepti ante aditam hæreditatem, quia tunc fructus augent hæreditatem.

Ex his patet, diuerſam eſſe rationem ex illatione, quam infert Regens de
8 Ponte loco cit. nempe, † quòd ſi aliquis ex fructibus rei antiquæ emit bona; illa bona non ſunt ſubiecta conſuetudini, ergo eodem modo quando emit ex prętio rei antiquæ; nam negatur conſequentia eſt enim diuerſa ratio. Primò quia fructus non ſunt prætium bonorum, ſed ex bonis percipiuntur: at pecunia peruenta ex bonis antiquis, eſt prætium ipſorũ bonorum, vt dixi ſupra hoc tit. quæſt. 5. Secundo quia pecunia, peruenta ex re antiqua, non eſt ſua, ſed eorum, quorum erant bona antiqua: ſed fructus rei antiquæ ſunt ipſiuſmet poſſeſſoris bonorum antiquorum: cùm igitur ſint rationes diuerſæ, ex diuerſis non fit illatio, vt ſæpius replicatum eſt.

9 Ex dictis decidi poteſt quæſtio, † ſi pecunia redacta ex bonis antiquis, nõdum ſit conuerſa in aliam emptionem aliorũ bonorum, ſed tempore mortis illius, qui de bonis antiquis diſponere non poterat, extet in banco, quidnam de illa pecunia faciendum ſit? & ex dictis in alleg. quæſt. 5. colligitur, pecuniam illam eò magis ſubiectam eſſe diſpoſitioni harum conſuetudinum, pro qua deciſione videtur tex. apertus in l.qui filium. ff. de leg. 3.& text. etiam notabilis in l. fideicommiſſa.§.ſi rem verſ.cùm tamen.ff.de leg. 3.& faciunt etiam tradita per Menoch. in tract.de præſumption.lib.4. pręſump. 168.num.2.quamuis videatur de hoc dubitare, & affirmare cõtrarium Tiraquel. de retract.§.32.à nu.10. vſque ad nu. 20. & iddem videatur velle Boer.in conſuetudin. Burgund.titu. de conſ. matr. §.2. colum.2.Sed vt dixi d.q.5. eò magis hoc prætium, & pecunia iudicantur antiqua, quia prætium fundi habetur loco ipſius fundi, ad text. in l. ſed ſi lege. §. 1. ff.de petit. hæredit. & faciunt quæ dicam quæſt. ſeq.



SVM-

SVMMARIVM.

BONA antiqua dicuntur omnia illa, quæ proprio labore, vel industria ab aliquo nō acquiruntur. nu. 1. Iddem procedit in feudis. num. 2. In dubio non præsumantur antiqua, si reus id non neget. nu. 4. Quid in bonis, quæ habet hæres transactione inita cum creditoribus anterioribus. nu. 7. & 11.

Lex 3. ff. ad leg. faleid. non habet locum in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, & ita bis iudicatum refertur. num. 8. & 12.

Dicenti aliquid esse antiquum incumbit onus probandi, præcipuè si reus id neget. nu. 3.

Agens ad rem antiquam quid probare teneatur? nu. 5.

Feudum an præsumatur antiquum, vel nouum. nu. 6.

Hæres stante inuentario, non tenetur ultra vires hæreditarias. nu. 9.

Qui non sentit incommodum, non debet habere commodum. nu. 10.

QVÆSTIO XXI.

VIgesimoprimò quæro, quæ nam dicantur bona antiqua? Respon-
1 deo † esse omnia illa, quæ ab ipso testatore proprio labore, & industria non sunt acquisita, quamuis in persona illius, à quo bona ipsa sibi prouenerunt, sint de nouo acquisita, ita probant omnes, & est vulgatum axioma in materia harum con-
2 suetudinum, † sic etiam dicitur in feudo, vt feudum illud dicatur antiquum, vel paternum, quod non est à me acquisitū, sed ab aliquo ex maioribus meis: nam in persona mea antiquum est. cap. 1. §. is verò, de gradib. succed. in feud. cap. 1. §. paternum. de nat. success. feud. nouum verò dicitur, quod alicui à Domino noviter concessum est, & sic incipit à persona viuente, & nunquam transiuit ad aliquem successorem, vt in cap. 1. §. nouum, quot testes sint necess. ad proban. inuestit. cap. 1. de duobus fratribus, de nouo benef. inuest. Hartman. Pistor. lib. 2. quæstio. iur. par. 1. quæst. 4. num. 2. & seqq. Andr. in repert. ad constit. Regn. in verb. feudum, lo 25. fol. 560. num. 60. & nouissimè post alios Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 8. in princ. de refutat. feudor. nu. 20. & seqq.

Cum verò adest quæstio, si bona sint antiqua, vel nouiter acquisita, quamuis videatur esse hoc in arbitrio Iudicis, vt post Innoc. in cap. cùm in officijs, probat Neapod. in cōsuet. & si testator, in verb. acquisitis. nu. 37. nihilominus Neapod. ibid. vers. sed primum dicit esse satis ra-
3 tionabile, † vt dicenti esse bona antiqua incumbat onus probandi, nempè agnatus probet, vt ab agnatis, & cognatis prouenjant ipsa bona: & hanc opinionem post Præposit. Paul. & Signorol. probat Cassan. in consuet Burgund.
4 rubr. 4. §. 6. num. 12. † & præcipuè hoc procedit, quādo reus id negásset, vt post alios probat Tiraquell in tracta. de retract. §. 32. glos. vnica. num. 91. & seqq. & in specie num. 93. & idem est in feudo, vt in cap. 1. §. vlti. de gradib. succed. in feud. cap. 1. de controuers. inter par. terminan. Ferron. in consuet. Burdigalens. tit. de retract. §. 11. in fin. Aymon in consuet. Aluerniæ art. 4. Cassan. d. §. 6. verb. Anciens. qui omnes dicūt in dubio præsumi antiqua, si reus id non neget, quod etiam probauit Afflict. in cap. 1. col. fin.
5 de controuers. int. masc. & fœmi. † Imò agens ad rem antiquam debet in specie allegare, & probare, rem illam esse antiquam, aliàs non obtineret, vt probat Signorol. consi. 81. in quæstione vertente, Tiraquell. loco cit. nu. 97. & conferunt dicta per Camill. Salern. in consuet. si aliquis moriens, sub nu. 2. fol. 164. in addit. incip. ad istam consuetudinem.

Fuit tñ valde controuersa quæstio,
6 † si feudum in dubio præsumatur antiquum, vel nouū, pro qua quæstione sunt quatuor sentētiæ cōtrariæ; Prima vt sit antiquum; Secunda vt sit nouum; Tertia indifferens, vt asserēti incumbat onus probandi sitne antiquum, vel nouum, & quarta, vt relinquatur arbitrio Iudicis, vt fiant hinc inde probationes, & in defectu deueniatur ad iuramentum, prout latius explicat Andr. Facchin. lib. 7. controuers. iur. cap. 59. vbi plures cumulat: mihi tamen magis pbatur opinio Andr. de Ysernia cap. 1. ii de feud. defunct. milit. fuer. controuers. in cap. 1. §. si verò, de gradib.

gradib. succeden. in feud. Neapolitan. in d. consuet. & si testator. nu. 37. vers. nam feudum præsumitur vetus. fol. 184. vbi Salern. in addit. incip. si feudū. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cas. 191. num. 1. & seqq. & aliorum, qui dicunt feudum in dubio præsumendum esse antiquum, & paternum, & alleganti contrarium incumbit onus probandi, & in beneficium filiorum, & agnatorum, vt feuda ipsa cōseruentur in familia, & non possint alienari per patrem, vel agnatos, quia si essent feuda nouiter quæsita, iam possent pater, & agnati ea alienare in præiudicium filiorum, & agnatorum, quod non esset, si feuda essent antiqua, & paterna, Andr. in cap. 1. §. & si libellus, num. 9. & 10. vbi omnes de alienat. feud. pater. alios cumulat Andr. Facchin. lib. 7. controuers. iur cap. 8. Surd. decis. 235. nu. 3. Intrigliol. in tract. de feud. cent. 2. art. 7. num. 156.

Sumpta occasione prædictorum quæri potest, † si hæres post aditionem
7 hæreditatis se concordauerit cum aliquibus creditoribus defuncti testatoris, à quibus obtinuit remissionem partis eorum crediti; an portio illa crediti remissi dicatur nouiter per ipsum acquisita, & possit de illa ad libitum disponere, vel cedat in beneficium hæreditatis? hæc quæstio dum accidit in Sacro Consilio inter Don Cæsarem Cauanigliam, & D. Marcellum eius fratrem super liquidatione vitæ militiæ, & prætendisset primogenitus, vt credita sibi remissa per creditores, non augerent hæreditatem, sed cederent in beneficium ipsius primogeniti tanquam eius industria acquisita ex diligentia adhibita in transactione, & conuentione facta cum creditoribus, prout ad literam disponit text. in l. 3. ff. ad leg. falcid. tamen Sacr. Consilium iudicauit contrarium, teste Præsid. de
8 Franch. decis. 61. † & ad tex. in d. l. 3. fuit responsum, vt non habeat locum in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, vt ex Guid. Pap. & alijs probat ibid. nu. 22. quia hic hæres non est Dominus hæreditatis, vt eius periculo sit hæreditatis
9 detrimentum: † nam beneficium inuentarij eximit illum à damno, cùm non faciat illum esse gra... tum vltra vires hæreditarias, vt in l. fin. C. de iur. deliber. Non ergo debet facere, vt hæres sit in
10 lucro, † dum illum sequuntur commoda, quem sequuntur incommoda, vulg. tex. in l. secundum naturam. ff. de regul.
11 iur. cum vulgat. alijs † Igitur lucrum cedere debet in beneficium hæreditatis, etiam quia esse potest, vt adsit collusio cum creditoribus anterioribus ad exclusionem posteriorum creditorum: Nam hæres de facili, si non adessent tot bona in hæreditate, quæ sufficerent ad satisfactionem omnium creditorum, se concordaret cum anterioribus, qui, vt sine lite partem eorum crediti haberent, voluntariè aliam partem remitterent in beneficium hæredis, & totum cederet in damnum posteriorum creditorum, & commodum hæredis, quod esse non debet, & contra hæredem in creditorum beneficium est tex. in l. per diuersas. C. mand. faciunt etiam illa, quæ dicta sunt supra quæst. 14. num. 6. vbi portiones renunciatæ per sorores cedunt in beneficium hæreditatis, non autem in beneficium fratrum.

12 Confirmatur, quia dum annis elapsis quidam hæres se conuenit cum creditoribus anterioribus, à quibus obtinuit remissionem partis crediti vsque ad summam ducatorum quingentum, & prætendisset illam summam sibi retinere ad exclusionem creditorum posteriorum, eius prætensio non fuit admissa in Regia Camera, quæ iudicauit in beneficium Regij fisci creditoris posterioris ad exclusionem dicti hæredis.

SVMMARIVM.

Bona nouiter quæsita potest quis ad libitum alienare. nu. 1. Quid si moriatur ab intestato, an illa bona subiaceant consuetudini. nu. 2.

Non disponens de bonis suis, censetur vocare venientes ab intestato ad successionem. nu. 3. Procedit etiam, si in donatione omnium bonorum facultatem disponendi de aliqua summa sibi reseruaret. nu. 4.

QVÆSTIO XXII.

Vigesimosecundò quæro, quid si aliquis haberet bona nouiter per se ipsum acquisita, num subiaceant bona illa dispositioni illarum consuetudinum? hæc

hæc quæstio dupliciter euenire potest,
1 † Primò si acquirens ipse possit, de bonis prædictis disponere, & quæstio est indubitata, vt possit, quia consuetudini non sunt subiecta bona nouiter quæsita, sed tantum bona antiqua, vt patet ex dictis quæstio.præced.& alibi, & tradit etiam Neapod.in consuetud.si quis, vel si qua, in verb.obuenerunt. num. 227. fol.138. vbi omnes, nam solùm tenetur relinquere liberis, & parentibus, si quos habeat debitum bonorum subsidium, vt patet etiam ex dictis supra q.1.
2 Aut verò quærimus, si ipse acquirens moriatur ab intestato, & tunc sine dubio succedunt ad illa bona eius agnati, si moriens est masculus, & cognati, si est mulier, & omnino vt seruetur ad vnguem dispositio istarum consuetudinum, vt habetur per Neapod. loco cit. ex tex. in Auth. itaque.C.commun. de successión. quia, licet bona in persona sua non sint subiecta consuetudini, in persona tamen succedentium sunt subiecta, prout diximus in bonis clericorum supra in titu.de personis.q.7.nu.13.& alibi.
3 Ratio autem est manifesta, † quia moriens ab intestato, censetur eos vocare ad successionem bonorum suorum, qui ex iuris communis, vel consuetudinarij dispositione ab intestato illi succedunt, quod eatenus est verum, vt procedat
4 etiam in donatione, nempè, † si quis donasset omnia bona sua alicui, & certam quantitatem sibi reseruasset, de qua posset in testamento disponere, si de illa nõ disposuisset, iam ad portionem illam non ipse donatarius omnium bonorum, sed hæredes ab intestato succedunt; quia illos præsumitur vocasse ad successionẽ illius quantitatis, cum de illa non dispofuit, vt ex pluribus firmat Pres.de Frãch. in decis. 600. vbi ita refert decisum in Sacro Consilio, ex tex.in l.conficiuntur. ff.de iure codicill.& alibi, vt tenet idem de Franch.decis.45.

SVMMARIVM.



Mulier disponens vltra decimã partem est nulla dispositio. nu.1. pro illis portionibus, de quibus non potest disponere, non potest filios grauare. num. 3. & 9.

Mater non potest facere pupillarem substitutionem filijs. & ratio traditur. n. 2. Sed quid si ex forma statuti habeat filios in potestate? nu. 14. 17. & seqq.

Substitutio facta per matrem, an valeat iure obliquo? nu. 2. & 18.

Fideicommissaria substitutio fieri nequit per matrem quòad nouem partes dotis. num. 3. nec etiam per patrem de portione, de qua non potest disponere. nu. 4. Et ea substitutione non obstante, succedunt vocati per consuetudinem. num. 6.

Lex debitori tuo. C. de pact. declaratur. num. 13.

Statutum potest introducere, vt mater habeat filios in potestate. nu. 14.

Pupillaris substitutio exeludit matrem etiam secundum has consuetudines. nu. 5. Vbi etiam traditur habere locum si substitutio reuocetur quòad medietatem. Pro qua parte fieri possit substitutio vigore consuetudinum? nu. 8. est introducta etiam in commodum filij. num. 15.

Medietas debita ex forma consuetudinũ. facta aditione, efficitur de patrimonio adeuntis. nu. 7.

Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti, si factum illud tendat ad priuandum eum beneficio legis, vel statuti. num. 10.

Aditio hæreditatis, facta per filium, num illi præiudicet, si testator illum grauasset in portione, in qua fieri non poterat grauamen. nu. 11. & 13.

Beneficium inuentarij inducit separationem bonorum. nu. 12.

Arrogator potest facere pupillarem substitutionem filio arrogato in bonis proprijs eiusdem arrogatoris. nu. 19. & 21.

Vtilitas consilij colligitur ex facto secuto ob consilium datum. nu. 20.

Nemo præsumitur capere melius consilium in beneficium filij, quàm pater. matris autem consilium infirmum est. num. 16.

QVÆSTIO XXIII.



Vigesimotertio quæro, an mater, vel pater possint facere substitutionem filijs secundum has consuetudines? & in matre potest tripliciter quæstio agitari. Primò si possit facere substitutionem quòad illas nouẽ

O partes,

partes, de quibus non potest disponere. Secundò si in portione de qua potest disponere, & Tertiò, si potest facere pu-
1 pillarem substitutionem. † In primo casu negatiuam recipit sententiam Neapod. in consuetud. si qua moriens. num. 15. & seqq. & post alios Præs. de Franch. decis. 486. num. 2. & 4. & omnes, quia, vt sæpe replicatum est, mater quoad illas nouem partes habet os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, adeò vt nullo modo possit de illis disponere, ne sit in eius potestate dispositionem facere, ac fraudare agnatos beneficio consuetudinum.

In secundo casu si quærimus de substitutione fideicommissaria, tunc potest mater illam facere, quia in eius potestate est, filios in illa portione substituere, & proinde potest taliter substituere, vt omnes docent.

2 In tertio verò casu circa pupillarem substitutionem non potest mater illam facere, quia non habet filios in potestate, vt est communis sententia, de qua latius scripsi infra consi. 5. & post alios Mo rot. consi 56. & d. consi. 5. discussum est, vt valeat iure obliquo, & conse-
3 quenter † solum mater fideicommissariam substitutionem facere potest filijs quoad illas portiones, de quibus potest disponere, vt est decima pars dotium, & sunt bona nouiter per ipsam acquisita, deducta legitima filiorum: quò verò ad alia bona secus est, ex ratione tradita num. 2.

4 Quò verò ad patrem subdistinguitur etiam; nam, si quærimus quoad medietatem bonorum antiquorum, de qua non potest disponere, nullam substitutionem facere potest in præiuditium eorum, qui per has consuetudines vocantur, quod non solum procedit in substitutione fideicommissaria, sed etiã in pupillari, vt refert Afflict. decis. 310. vbi etiam subdit, vt omnes de Consilio, & etiam extra Consilium Doctores affirmassent, vt talis substitutio non valeat, & licet Præs. de Franch. in decis. 295. nu. 3. dicat esse diuersimodè iudicatum in causa illorum de Brancia, nihilominus in decisio. 486. simpliciter affirmat, talem substitutionem non valere, & annis elapsis Sacrum Consilium functis aulis, referente Consiliario Salernitano in causa Marchionis Sancti Herami cum Duce Martini, iudicauit, substitutionem pupillarem non valere, nisi quoad medietatem, de qua pater potuit disponere, vt legitur in dicto processu penes Burrellum, vbi fol. 112. adest substitutio, & fol. 113. Sententia prædicta, & intitulatur processus prædictus, p Marchione S. Herami cum Duce Martini. Et de hac eadem materia dixi aliqua infra par. 3. quæst. 6. & ad quæ bona se extendat pupillaris substitutio dixi infra par. 4. quæst. 61. nu. 14. & 15.

Vnum tamen notandum est, quòd si pater in medietate, de qua potest disponere fecisset filijs pupillarem substitu-
5 tionem, † illa excludit matrem etiam à legitima, quod non solum procedit secundum ius commune, sed etiam secundum dispositionem harum consuetudinum, vt ex multis probat Afflict. d. decis. 310. Vbi Vrsill. num. 1. & 2. & est doctrina Neapod. in d. consuet. si aliquis moriens. sub nume. 23. fol. 168. vbi etiam quædam additio, idem Neapod. in consuetud. filiusfam. sub num. 10. vers. item non obstat. fol. 187. vbi Capyc. sub num. 7. fol. 186. in addit. incip. Quid autem, vbi plus addit, quod si fieret casus substitutionis, vt quia pater substitueret in medietate, de qua non poterat disponere, & agnati reuocarent dictam medietatẽ, si mater medietatem prædictam vellet, vt quia cerneret esse sibi apertam viam per proximiores, & successiuè, vt. illa existente in medio, cesset dispositio con suetudinum, vt dicam infra par. 4. quæst. 44. mater non esset audienda, quia semel exclusa est per pupillarem substitutionem, quæ facit, ac si ipsa mater non existeret, & sic succedunt alij proximiores agnati, & ita etiam fuit seruatum de anno 1610. in causa Mariæ Incarnatæ cum hæredibus Ioannis Baptistæ Ragostæ eius filij, nam fuit exclusa ab illius successione ob pupillarem substitutionem.

6 Si verò mater instituisset sibi omnes filios hæredes, quibus decedentibus sine liberis, fecisset substitutionem, tunc substitutio habetur pro non facta, & non substitutus, sed proximiores succederẽt, seruata forma consuetudinum, nempè in medietate succedunt proximiores maternæ lineæ, vel illius lineæ, a qua bona
7 proueniunt, † in alia vero medietate, deducta portione, quæ debetur substi-

tuto,

tuto; quia per mortem vnius fratris alter successit alteri, tunc quia bona sunt effecta fraterna, succedunt proximiores ex linea fraterna; quinimò quia hæc medietas debetur lineæ, a qua obuenerunt sine aliquo onere, & ideò filij, quibus facta est substitutio solùm de medietate in vltima voluntate possunt disponere; nam alia medietas est illius lineæ, à qua bona obuenerunt, vt post alios testatur Neapod. in consuetud. si quis, vel si qua, in verb. materna. nu. 239. & 240. vbi etiã Stephan. de Caiet. in addit. incip. Quæro ad intellectum, fol. 111. & alia, quæ incip. Si ergo, &c. id ead. consuet. fol. 143. vbi Capyc. in seq. apostill. dicit, ita fuisse iudicatum per Sacrum Consilium in causa hæredum quondam Iacobi Pude-
8 rici, † & consequenter de ista tantum medietate in patre valeret substitutio, in matre verò solùm quòad illas portiones, de quibus disponere poterat, vt latius dixi d. par. 3. quæst. 6. nu. 14. & seq.

Potest etiam quoad matrem addi alia
9 ratio, † quia dum mater non potest de nouem partibus dotis disponere, filij veniunt ad illas partes absque qualitate hæreditaria, & veniunt tanquam filij, & consuluit Castrens. consi. 441. volum. 1. & Dec. consi. 586. in fin. vers. Quarto, & vltimo. scripsit etiam Alex. in l. si vir. ff. ad leg. Falcid. quem in materia harum consuetudinum probat Consiliarius de Bottis in consuet. si qua moriens, in princ. fol. 196. in addit. incip. si mulier in testamento. vers. & quòd istud non dicitur. & iddem tenent Anto. de Alex. in 1. Apostill. circa fin. in consuet. si aliquis moriens. fol. 161. vbi etiam Salern. in addit. incip. tu autem, tenet etiam Capyc. in consuet. & si testator, in 1. apostill. vers. quid etiã. fol. 172. Præs. de Franch. decis. 89. decis. 280. 307. nu. 14. & 310. probant etiam Ang. in consi. 184. Fulg. cons. 98. Crau. de antiq. temp. par. 4. in princ. nu. 141. Quò fit, vt onus, quod mater apposuit in dictis partib. dotis, de q̃bus disponere non poterat, non valeat, nec filij teneantur onus illud habere ratum, etiam si essent hæredes instituti a matre in illa portione, de qua poterat mater ad libitum disponere, & ratio est manifesta, &
10 etiam verissima, † quia hæres nunquam tenetur habere ratum factum defuncti, quando factum illud tenderet ad fraudandum ipsum hæredem aliquo beneficio legis, vel statuti, vt notatur in l. 2. ex illo tex. C. si in fraud. patron. vbi Barto. Bald. Castrens. & omnes, quos etiam probant Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 58. Pinell. de bon. matern. l. 1. par. 3. num. 83. ante limit. 18. Cacheran. decis. 180. num. 5. & scripsit idem Castrens. in consi. 449. Tria sunt. vol. 2. Cùm ergo filij ex prouidentia consuetudinis habeant maternas dotes, excepta decima, de qua sola potest mater disponere; quàmuis in illa decima instituantur hæredes per matrem, in illa solùm, & non in alijs nouem partibus grauari possunt; & si grauentur, reijcitur grauamen, vt dictum est.

Nec obstat aliquorum adnotatio, vt
11 hæc procedant † dummodo filij non adeant simpliciter hæreditatem matris, si enim simpliciter adirent, secùs esset, quia tunc adeundo sic simpliciter, viderentur consentire maternæ dispositioni in onere apposito, & tanquam hæredes voluntarij, tenerentur habere ratum factum defunctæ matris, vt expressè adnotauit Fulgos. in d. l. 2. num. 2. & videtur etiam de mente Alber. ibid. num. 3. in fi. & num. 4. quod etiam aduertit Cephal. consi. 393. num. 180. vers. præterea. vol. 2. & faciunt etiam dicta per Neapod. in consuet. si quis, vel si qua. num. 230. fol. 138 dum vult, vt per aditionem paternæ hæreditatis confundantur iura, quæ filius habet ex beneficio consuetudinum; Si quidem verior est opinio in contra-
12 rium † quia hodie adest beneficium inuentarij, ex tex. in l. fin. C. de iur. delib. quo beneficio introducta est separatio bonorum, & dum hoc remedio quis vti potest, cessat omne aliud remedium, vt in propria materia text d. l. 2. C. quæ in fraud. patron. voluerunt ibid. Angel. in princ. Salycet. nu. 6. & in materia harum consuetudinum Præs. de Franch. decis. 36. num. 6. & melius decis. 486. num. 9. & etiam decis. 518. num. 2. & 12. post Brun. & alios hoc iddem sequitur Consiliar. de Rubeis in suis addit fol. 4. in Apostill. incip. Filius institutus potest adeundo hæreditatem retinere nouem partes, & Præs. de Franch. inter addit. eiusd. de Rubeis fol. 2. in Apostill. incip. Fuit dubitatum, Iddem probat, & refert sic esse
13 iudicatum, † quia dum filius retinet nouem partes, non datur confusio iurium, quæ solum daretur, si nouem illas partes

peteret; nempè, si esset hæres matris, cuius hæreditatem simpliciter adiuerit, & dotes maternæ possiderentur ab alijs, & ita intelligit text. in l. debitori tuo. C. de pact. & faciunt dicta per eund. de Frãch. d. decis. 518. nu. 2. & 12.

14 Ex dictis decidi potest illa quæstio† si mater ex forma statuti haberet filios in potestate, nam hoc fieri potest per statutum, vt tradunt subscripti DD. an possit tunc mater facere filijs impuberibus substitutionem pupillarem, & quamuis Bald. in l. precibus. C. de impuber. & alijs substit. quem sequitur Paul. Leonius in tracta. de substit. in titu. de pupill. nu. 128. & 193. & in tit. de compendiosa. num. 295. hoc negauerit ea ratione,

15 † quia hoc priuilegium fuit tantùm concessum patri, non solum ratione patriæ potestatis, sed etiam in beneficium pupilli: nam pupillaris substitutio respicit in particulari commodum filij, ad tex. in

16 l. si pupillus. ff. de acquir. hæred. † & nemo præsumitur capere melius cõsilium, pro filio, quàm pater ex dictis infra par. 4. quæst. 16. nu. 31. quia matris consilium infirmum est, & ipsa potius pro se ipsa consilio indiget ob eius mutabilitatem, vt post alios probat Afflict. decis. 260. num. 7. vt alios omittam, est enim dictum vulgare, quia hoc prouenit ex fragilitate sexus iuxta tex. in cap. forus. §. testes, vbi

17 glo. & omnes, extra de verb. signif. † nihilominus contrariam sententiam puto de iure veriorem, vt in illis bonis, de quibus mater disponere potest, & in quibus potest facere substitutionem fideicommissariam, possit etiam facere pupillarem; & vltra tradita supra, hoc probant in indiuiduo Alex. & Socin. quos etiam sequitur Lancellot. Polit. in tract. de substitution. in tit. de pupillar. nu. 29. & 30. in fi. Zas. in eod. tract. & tit. nu. 13. in fin. vt alios omittam; quia conclusio facilè probatur, vt dixi in substitutione

18 fideicommissaria; † nam ideo communiter dicitur, vt mater non possit facere substitutionem pupillarem filijs, quia nõ habet filios in potestate, & cõsequenter, si illam faceret, valeret iure obliquo infra tempus pubertatis, vt dixi supra nu. 2. Cùm ergo habeat filios in potestate, cessat obiectio communis, & remanet regula vulgata, vt substitutio pupillaris fiat ab omnibus, qui habent liberos in potestate. Et confirmatur, quia mater nõ debet esse peioris conditionis patre, qui

19 sibi filium arrogauit, † qui quidem arrogator potest facere pupillarem substitutionem filio arrogato quoad bona propria tantum, quæ arrogato filio ipse relinquit, vt in l. si arrogator. ff. de adopti. Igitur eodem modo dicendum est in matre, vt respectu bonorum, quæ mater illi relinquit; & quæ posset alteri relinquere, valeat substitutio.

Nec obstat fragilitas Consilij; quia eo ipso, quòd mater facit sibi filium hæredem, bonum consilium est pro filio,

20 † quia consilij vtilitas colligitur ex facto, quod ex consilio oritur, vt tradunt omnes, & consequenter, dum relictum bonorum respicit vtilitatem filij; cum mater poterat illa bona alteri relinquere, vtique est optimum consilium pro filijs, & non est eidem matri denegandum, quin possit facere pupillarem sub-

21 stitutionem quoad illa bona, † quò verò ad alia bona, iam viget obiectio de fragilitate Consilij, nè mater de facili potius substitueret filio proprios consanguineos, quàm consanguineos filij, & sic fraudare agnatos ipsius filij circa illa bona, quæ ex prouidentia consuetudinum ad illos pertinent; & hæc videtur mihi veritas in hac quęstione.

SVMMARIVM.

Paulus Staiban. Authoris Magister, & Consiliarius Ioannes Andr. de Georgio laudantur. numero 1.

Nouum vsum Capuanæ, & Nidi esse consuetudinem multi tenent. num. 2. Contrarium fundat Author, esse potius assuefactionem, & pactum. nu. 5. & seq.

Quarteria possunt facere consuetudinem secundum aliquos. nu. 3. Contrarium fundatur, vt solùm pactum introducant. nu. 6.

Familia num possit introducere cõsuetudinem? nu. 4. & 5. Et quid circa successionem aliquorum bonorum. nu. 9.

Ad inducendam consuetudinem, contrariam consuetudini in scriptis redactæ, scientia Regis requiritur, & ratione probatur. nu. 8.

Statutum, siue consuetudo loquens per verbum vniuersale, vt est, successio, extenditur ad bona, etiam extra territorium

torium existentia.nu.10.Contrarium ex decisionibus in toto ferè terrarum Orbe factis fundatur. num. 12. Et ex maiori Doctorum numero probatur, ibid.& nu.13;23.& alibi,

Statutum,loquens in personam, secundum aliquos, extenditur extra territorium. num. 11. Contrarium fundatur. num.12.13.23.& seqq.

Doctor sibi contrarius tollitur de numero in decisione causarum. nu. 14. Eius dictum ambiguum declaratur ex eius loco magis claro, vt tollatur contradictio,sub nu.21.

Doctoribus magis creditur in lecturis, quàm in consilijs, & ratione ostenditur.nu.15.

Doctorum consilia,quæ dicantur,& quæ allegationes. nu. 16.

Consilia non sunt attendenda, sed consiliorum exitus.nu.17.

Opinio communis quænam dicatur, numero 18.

Nouus vsus nobiliū tam à se ipso, quàm à consuetud.in scriptis redacta interpretationem recipit. num. 12. in fin. & 20.

Neapolitani locus in consuet.pupillus.nu. 8 ponderatur & ex alijs locis eiusdem declaratur num.21.

Causa dicuntur habere sua sydera, & cur hoc eueniat? nu.22.

Consuetudo fuit inducta, vt bona conseruentur in familia.nu.24.

Statutum siue in personam, siue in rem loquatur in successione, semper respicere dicitur bona. num.25. Et hac ratione non extendi extra territorium aperitur.nu.26.

Filiusfam. Neapolitanus, licèt testari possit de certis bonis, non tamen potest de bonis sitis extra territorium. num.27.

Consuetud. filiusfamil. an procedat in exteris, qui in Ciuitate testantur.numero 28.

Filiafam. extera, nubens Neapolitano, an efficiatur sui iuris.nu.29.

Mulier effecta sui iuris per matrimoniū, an mortuo viro reincidat in potestatē patris? nu.30.remissiuè.



QVÆSTIO XXIV.



Vigesimoquartò quæro, an consuetudo, siue nouus vsus Capuanæ, & Nidi extendatur ad bona sita extra territorium? & an hic vsus sit consuetudo? Hanc quæstionem nemo tetigit, vt viderim, in materia harum consuetudinum, nempe ex his, qui super has consuetudines scripserunt, fuit tamen hęsitata annis elapsis inter quosdam Magnates in causa maximi momenti, & pro parte affirmatiua scripsit Consiliarius de Anna, vt legitur in eius consilio 92.vol.2.& alibi; pro cōtraria verò parte scripserunt Doctissimi
1 Viri, inter quos fuit † Paulus Staibanus Iureconsultus eximius, & eminentissimus, Vir maximæ eruditionis, & probitatis, meus Magister, & ex cuius praxi, & doctrina admodum profeci, & cum eo tenuit etiam Ioannes Andreas de Georgio Vir eiusdem qualitatis, & nunc ob eius eximias virtutes Cōsiliarius meritissimus, qui iudicio in decernendo, prudentia in agendo, & facilitate in audiendo me veriorem reddit, & plus suas virtutes extollit; quæ dicta sint, fuco verborum omisso; sed deueniendo ad quęstionem; principale fundamentum Consiliarij de Anna illud est, quia inficiari nō
2 poterat, † hunc nouum vsum Capuanæ, & Nidi propriam esse consuetudinem, quia sic passim vocatur à Doctoribus huius Regni; quorum ipse maximum contexit cathalogum; nec potest dubitari, vt Nobiles Sedilium talem consuetudinē
3 introducere potuissent; † nam omnes quasi concludunt, vt non solùm Quarteria possint statuta condere circa successionem ipsorum, & circa alia, quæ con-
4 cernunt ipsa Quarteria, † Sed possit etiā vna familia consuetudinem ipsam introducere, vt fundauit Solon de Pace in Commentar.ad ll. Thauri.l.3.num.617. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. c.6. n.6. quos probat Anna d.loco cit.nu.11. quod præcipuè eueniat, quando tempore immemorabili consuetudo illa esset pręscripta, qui propriè videtur esse casus noster, dum hæc consuetudo Capuanæ, & Nidi à tempore immemorabili sit introducta, & prætendere contrarium esset

calci-

calcitrare contra stimulum, quod durissimum est.

Verum, hoc eius primum assumptum, & principale fundamentū non subsistit;
5 † nam consuetudo vnius familiæ non est propriè consuetudo, sed assuefactio, quæ differt à consuetudine propriè sumpta, vt post Barbat. & alios, probat Rolan. à Vall. cons. 5. nu. 75. & seqq. vol. 1. cum alijs cumulatis supra par. 1. cap. 4. nu. 2. & 15. & iddem probat Bolognett. in l. omnes populi. num. 55. ff. de iust. & iur. vbi dicit valere in vim pacti; non autem in vim consuetudinis; quod latiùs probatum est d. cap. 4. & ratio est mani-
6 festa, † quia Quarteria, & familia veram consuetudinem introducere non possunt, vt probat Bar. in d. l. omnes populi. nu. 3. Sequuntur Rocchus de Curte in cap. cum tanto, de consuet. sect. 4. nu. 61. probat etiam Molin. d. cap. 6. num. 2. & seqq. Gabr. in commun. opin. in titu. de consuet. concl. 5. probarunt etiam Ang. in l. fin. C. de testam. Cuman. in l. 3. ff. de testam. Alex. in l. si non speciali. §. fin. nu. 5. C. de testam. Ias. sibi contrarius in l. si quis à filio. §. fin. nu. 4. ff. de legat. 1. Ruin.
7 in consi. 38. vol. 5. † & hac de causa, dum Nobiles dictorum Sedilium contrahunt matrimonia, non dicunt contrahere secundum consuetudinem Capuanæ, & Nidi, sed secundum nouum vsum Capuanæ, & Nidi, vt cernitur ex instrumētis prædictis, & aduertit Afflict. in decis. 202. & decis. 237. cum alijs cumulatis supra d. cap. 4. & consequenter non est vera consuetudo, sed potius pactum renunciationis, vel quædam assuefactio, vt considerat Rolan. loco cit. & patet ex dictis nu. 5. & d. c. 4.

8 Eò fortius hoc probatur, † quia istæ consuetudines fuerunt in scriptis redactæ, & confirmatæ ex beneplacito, & authoritate Regis Caroli, vt dictum est d. par. 1. cap. 5. in prin. Vnde ad inducendam consuetudinem contrariā istis consuetudinibus, in scriptis redactis, requirebatur etiam auctoritas Principis, vel saltem eius licentia, & si aliter fiat, consuetudo non tenet, vt scripsit Innoc. in d. cap. cum tanto, de consuet. scripserunt etiam Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de feud. vers. non omittam. Oldrad. consi. 237. num. 7. Aluarot. in cap. Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per Federic. Curt. Iun. in tracta. de feud. par. 1. limit. 8. Capyc. in sua feudal. inuestit. in verb. Feudorum diuisio. limit. 6. vers. sublimito fol. mihi 165. Vbi ex doctrina Socin. patrui in consi. 165. vol. 2. dicit, hanc licentiam esse in specie probandam, & hoc iddem probat Loffred. in consi. 14. vbi etiam allegat Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. Et hac de
9 causa † quamuis familia posset inducere consuetudinem aliquam, siue pactum quoàd successionem; pactum illud introducit in certis tantum bonis, videlicet in Castris, in fundo, in possessionibus, & sic de alijs, vt scripseruut Ang. & Imol. in d. l. 3. ff. de testam. Crot. in repet. tex. in l. omnes populi. col. 4. ff. de iust. & iu. Probat etiam Socin. Iun. in consi. 65. nu. 29. & seqq. vol. 1. & consi. 62. vol. 2. Quod procedit etiam si familia non habeat iurisdictionem, quia in vim pacti valet, vt fieri solet in instrumentis, vt scripserunt Parif. consi. 72. num. 19. vol. 4. Guid. Pap. consi. 131. col. 4. Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 16. non tamen potest introducere vniuersalem successionem, & ratio est euidens, quia priuati non possunt legem condere, sed legem seruare tenentur, etiam in eorum dispositionibus, & successionibus. l. nemo potest, vbi omnes. ff. de legat. 1. & consequenter nec consuetudinem contra legem introducere possunt, sic optimè probant Cuman. in d. l. 3. ff. de testam. vbi Aretin. nu. 4. confirmant etiam Campeg. in tract. de dot. quæst. 79. Cacheran. decis. 100. post ipsos, Alex. Tiraquell. & alios; idipsum ex multis probat Peregrin. in tract. de fideicom. art. 51. nu. 38. & seqq. Vbi etiam examinat materiam pacti de succedendo, de quo aliqua dicam infra in tit. de renunciat. nec etiam possunt renunciare formæ statuti, vt post alios probat Farinac. decis. 347. num. 5. & consequenter cernitur motiuum principale eruditissimi Consiliarij de Anna nullas habere vires, & eneruatum esse.

Sed, dato, & non concesso, hunc nouum vsum veram esse consuetudinem, (quod expressè negamus) videndum est, an possit extendi ad bona sita extra territorium? & si verum sit aliud assumptum ipsius Consiliarij de Anna loco citato, dum affirmat extendi ad bona extra territorium? Mouetur ergo primò,
10 † quia hæc consuetudo loquitur per verbum, successio, quod verbum est vniuersale,

sale,& intellectuale.l.nihil.ff.de verb.& ser.signif.& in l.hæreditas.ff.de reg.iur. Sed consuetudo, loquens per verbum vniuersale, extenditur etiam ad bona extra territorium sita, quod procedit, etiam si essemus in simplici consuetudine,vel statuto, sic probat Alex. in consi. 44.col.2.vers. hanc quæstionem. vol. 5. & in cons. 141.nu.18. vers.pro hoc etiam benè.vol.7.loquens in dote, quæ est Ius vniuersale, de qua etiam materia dixi supra q.3.& ne omnes recenseam, hoc tenent Calderin. Minad. Bald. Ias. Caccialup. Purpur.Thesaur.Georg.Natt.Campeg. Ruin.Rube.Pute.& Bursat. quos cumulat Anna d. consi.92.nu.53. & addi possunt Præs.de Franch.& Consiliar.de Rubeis d.q.3. citati.

11 Confirmat suum assumptum, † quia, dum statutum loquitur in personam, comprahendit bona etiam extra territorium existentia, sic probat Anna loco cit. nu. 56. ex doctrina Neapod.in consuet.pupillus.nu.8.& faciunt dicta supra hoc eod.tit.q.1.nu.4.

12 Prædictis tamen non obstantibus cõtrariam sententiam amplector, quæ (salua pace dicti Consiliarij eruditissimi) est de iure verior,receptior etiam secundum authoritatem rerum iudicatarum, & vltra relatos d. quæst. 1. iam ipsemet Consiliarius pro hac sententia allegat infrascriptos Doctores,videlicet, Gozad. consil.49.nume. 8. vbi testatur de magis communi,siue statutum loquatur in rem siue in personam,Curt.Iun. in consi.108. num.24.Annam patrem in alleg.85.Cardin.Put.in decis.351.in 1.par.Barto.in consi.93.vol.1.Phanut.de lucr.dot.glos. 9.nu.35.Brun.in tract. de statut. exclud. fœmin.art.8.num. 119. vbi infinitos allegat antiquiores,& latissimè Matthien.in noua recollect.leg.Hispan. lib. 5. titu.9. l.2.glo.1.nu.75.fol.255.& hos omnes sic relatos refert Consiliarius de Anna in d.consi.92.num.55. vol. 2. & hoc iddem defendit Boer. decis. 66. Barto.in l.cunctos populos.num.41. C. de sum.trin. & fid. cathol. vbi hoc dicit esse de mente omnium antiquorum, Alex.sibi contrarius iddem defendit in consi. 128. vol. 1. & hanc opinionem dicit etiam veriorẽ Anton.Gabr.in recollect.commu.opin. in tit.de statut.conclus.9.Galliaul.de statut. par. 8.nu. 12.vbi de communi testatur, sic etiam Rocchus de Curte in cap. cum tanto,de consuet.sect.4.nu.23. ampliat.1.Anchar.in repet.cap. statuta. nu. 205.& 225.vbi etiam de communi testatur,extra de constit.

Quinimò adeo verissima est ista cõclusio, quòd secundum eam in omnibus supremis Tribunalibus iudicatum est,Romæ,vt ait Put.decis.351.in 1.par.Florentiæ,vt in decis. Rot. Florent. decis. 107. sic etiam iudicarunt Rot. Perusin. decis. 76.& Magna Curia Vicar.vt ait Vrsill. ad Afflict.decis.236.num.6.& in fin. fuit etiam iudicatum in Sacro Consilio, vt per Minad. in constit. in aliquibus, in 3. notab.contra suam opinionem in consi. 12.& 22. de qua decisione meminit Pisanell.in d.consuet.fol. 90.nu. 35.incip. Bartholus in d.l. q.superstiti; Nã cũ iste sit nouus vsus, siue consuetudo non recipit declarationem à iure communi, & sic à consuetudine scripta,vt dixi supra in 1.par. cap. 5. num.27. & seqq.& ideò declaratur à se ipsa,quo fit, vt nec etiam ad alia bona extendatur, prout etiam iudicauit Sacrum Consilium die 12.Augusti 1561. in causa D. Isabellæ de Aragonia cum Duce Montisalti, relata causa in Collaterali Consilio, vt non habeat locum in bonis extra districtum, vt not. Præs. de Franch.ad Neapodan. in consuet.si quis,vel si qua. nu. 178.fol. 122.in addit.incip. Adde in simili. in fin. de qua decisione etiam supra mentionem feci.

13 Patet igitur ex prædictis,† hanc nostram sententiam, & maiori Doctorum calculo, & rerum iudicatarum authoritate, validioribus rationibus etiam esse munitam, vt etiam ex dicendis patebit, & quod plus est, ex Doctoribus relatis pro contraria opinione nonnulli sibi ipsis non constant, nam Alex contrarium tenet in l.fin. ff de iurisd. omn. Iudic. sic etiam contrarium tenent Bald. & Bursat. & consequenter de illis non est ha-

14 benda ratio, † Doctores enim sibi contrarij,in quæstione discutienda non faciunt numerum,imò nec merentur allegari,vt bene probat Præs. de Franch. in decis. 240. nu. 16. & vltra per ipsum cumulatos, iddem probarunt Abb. in cap. extirpandæ. §. quia verò nu. 51. de præbend.Gomez.in §.in personam.num.47. instit.de action.Crauett.consi.204.num. 20.Ias.Corn.& alij, quos nouissimè probat Morot.in consi.1. nu. 17. Vel si esset eis

15 eis credendum † magis crederetur in
lecturis, quàm in consilijs; quia, vt benè
docet Camerar. in cap. 1. par. 2. nu. 35. in
tit. an agnatus, consulentes occæcantur
pecunia, & affectione clientulum, quod
non sic est in lecturis, cùm ibi tractent ve
ritatem articuli sine occæcatione pecu-
niarum, & sine aliqua passione: & quam-
uis multa consilia sint saltem similia re-
petitionibus, & lecturis Doctorum, hoc
tamen euenit, quando re vera sunt con-
16 silia, vt est † quando aliqui Doctores re-
quisiti pro veritate negotij non pro hac,
vel illa parte dant votum ipsorum, vt so-
lent esse Assessores Iudicum, & Consi-
liarij Principum, nam ista dicuntur con-
silia decisiua, & à quibus non licet disce-
di; sed consilia, quæ faciunt Aduocati in
beneficium clientulum, propriè nō sunt
consilia, sed allegationes, quæ solent
esse admodum periculosæ, quia respi-
ciunt fauorem vnius ex litigantibus tan-
tum, vt post Alex. Cuman. & alios scri-
psit Zas. in l. à diuo Pio. §. in venditione.
colum. 2. vers. an autem. ff. de re iudic.
post ipsos, & alios plures, sic etiam te-
statur Præs. de Franch. in decis. 441. nu.
4. & melius decis. 624. nu. 9. & proindè
ipse oculatissimus Præs. dicere solebat,
17 † quòd licet consilia, in beneficium par-
tium ædita, non sint aspernenda, tamen
ipse desiderabat videre decisionem con-
siliorum, nempe quem exitum habebant
in decisione causarum, vt affirmat d. de-
cis. 441. nu. 4. Et ratio est manifesta, quia
allegationes fieri solent secundum pro-
babilitatem opinionum, & non secun-
dum veritatem articuli, nam multi eodem
tempore scribunt consilia diuersa in eo-
dem facto, & scio quendam Aduocatum
eximium, qui eodem tempore defende-
bat duas causas de directo contrarias;
vnam in Sacro Consil. & alteram in Re-
gia Camera, & de vtraque victoriam
reportauit; & multoties euenit, vt ipsi-
met Aduocati, qui partem sui clientuli
defendunt, si fiant arbitri in eadem cau-
sa, solent cōtrarium decidere eius, quod
defendebant, & hoc scio de causa scien-
tiæ de alio eximio Aduocato; qui, licèt
multum laborasset, & plurimum studuis-
set, vt decideret in beneficium sui clien-
tuli; nihilominus, quia veritas erat in
contrarium (tractabatur enim, si mulier
inter viuos poterat alienare dotès, &
opinio affirmatiua verior est, vt dicam

quæst. seq.) decidit, & arbitramentum
fecit contra clientulum, quem tamen in
Sacro Consilio defendebat, ex quibus
cernitur quantum soleat esse periculosæ
allegationes, quæ fieri solent pro parte
litigantium, vt benè dicebat dictus Præ-
ses de Franchis.

Redeundo ad quæstionem nostram,
confirmatur hæc opinio validioribus ra-
tionibus, quàm quibus confirmatur con-
18 traria: † clarum est enim, vt illa opinio
dicatur magis communis, & vera, quæ
validioribus fundatur rationibus ad tex.
in l. Æmilius. ff. de minor. Angel. in cōsi.
20. Deci. consi. 271. col. fin. & post alios
Mascard. in tracta. de probat. conclus.
1138. & Camerar. in cap. Imperialem.
fol. 11. lit. Q. de prohib feud alien. per Fe
deric. Tanto magis, quia, vt patet ex Au-
thoribus relatis, pro nostra opinione, est
maior numerus Doctorū, & hoc solùm
sufficeret, vt probat Thesaur. in decis.
162. Imò habemus casum legis, quia etiā
si Sedilia possent introducere consuetu-
dinem, non possunt habere maiorem au-
thoritatem illa, quam habent reliqui ci-
ues; qui, vt dictum est hoc eod. tit. quæst.
1. non possunt introducere consuetudi-
nem quòad bona sita extra territorium,
quamuis expressè id vellent, quia deficit
eorum iurisdictio, quæ territorio circun-
scribitur, vt d. q. 1. declaratum est, & con
sequenter, si expressè non possent hoc
facere, tāto minus præsumunt ur id egis-
se in dubio: nam clara est Iuris regula,
19 † vt in dubio vnusquisque censeatur se
confirmare cum dispositione Iuris etiam
municipalis; vt latissimè probat Mantic.
de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 10. to-
to, & in specie num. 13. Quibus addo Si-
monem de Petr. lib. 1. de interpr. vltim.
volūt. solut. 3. nu. 4. lib. 2. solut. 2. nu. 304.
& solut. 5. nu. 4. Surd. decis. 322. nu. 55. &
20 in † particulari, vt hæc consuetudo, siue
nouus vsus nobilium declaretur secun-
dum consuetudinem in scriptis redactā,
faciunt dicta supra nu. 12. versus finem,
& in particulari hoc probat Præs. de
Franch. decis. 537. nu. 17. Quo fit, vt dum
tàm secundum Ius commune, quàm etiā
secundum ius consuetudinarium huius
Ciuitatis, consuetudines non extendun-
tur ad bona sita extra territorium, ita
etiam dicendum est de isto nouo vsu no-
bilium, etiam si vera consuetudo esset,
tanto magis quia non solùm deficit po-
testas,

testas,sed etiam voluntas,vt nu.præced. notatum est.

Nec vrgent contraria,quia ex prædi-
21 ctis soluta apparent, † & quod attinet ad locum Neapod. in d. consuet. Pupillus,Neapodanus ibi expressè hoc non dicit,& proinde,vel eius decisio confirmat nostram sententiam, vt præsumendum est,dum in proemio indefinitè probauerit,consuetudinem non habere locum extra territorium, vel est dubia, & in hoc casu declaratur ex eius locis magis claris,sed sic est,quòd in dicto prohemio,vt dixi,vniuersaliter firmat hãc sententiam, ergo ita debet intelligi adhoc, ne sit sibi contrarius, quod non solùm non præsumitur, sed potius hæc coniectura excludi debet ex traditis per Bart. in l.fin.§.item quæsijt.nu.3.ff.de condit. indeb.post alios Surd.d.decis.322. nu.56

Nec obstat secundò, quòd Sacrum Consilium iudicauerit secundum opinionem dicti Consiliarij de Anna, & sic
22 iuxta Consilium; Primò, † quia habent sua sydera causæ, quod præcipuè euenit in causa prædicta nam, si votata fuisset in alio tempore, iudicatum esset contrarium, quia videbantur ita dispositi Regij Consiliarij pro nostra sententia contra opinionem dicti de Anna, vt viderentur omnes sic iudicasse, nemine discrepante. Secundò, quia, vt dictum est prima par. cap. 4. num. 17. Aduocati nesciunt per quem Iuris articulum causæ decidantur; nam ipsi multoties super vno insistunt articulo, & Iudices causas determinant per alia media, vt ibid. dictum est,quod hic etiam euenire potuit, vt Iudices ex verbis renunciationis, vel ex alio capite se mouissent; vt iudicasset in beneficium Ascanij Pignatelli, & sic in beneficium clienuli dicti Consiliarij de Anna, & contra Marchionem Montisfortis,quem dictus meus magister defendebat. Et tertiò, quia decisiones multoties sunt casus fortuiti, & ibi plures ex eruditionibus consiliarijs hanc sententiam tuebantur,& sic votauerunt in Marchionis beneficium,& postremò, quia hic agimus de veritate articuli, pro qua pluries Sacrum Consilium sic iudicauit,prout etiam quasi maior pars Tribunalium diuersarum nationum iudicauit, vt cernitur ex dictis num. 12. versus fin.Et in dicto processu plures sententiæ Sacri Consilij pro hac opinione confirmanda fuerunt præsentatæ.

23 Nec obstat tertiò de verbo (successio) vt sit vniuersale, vt ponderatum est num. 10. nam omnes istæ consuetudines, in scriptis redactæ,loquuntur de successione tam ex testamento, quàm ab intestato,vt cernitur tam ex Rubrica, quàm ex ipsismet consuetudinibus; Si igitur hę veræ, & formales consuetudines, quæ expressè loquuntur per verbum (successio)non extenduntur extra territorium, vt multoties replicatum est; multò minus hæc consuetudo, siue potius nouus vsus, assuefactio, & pactum duorum Sedilium extendi potest extra districtum, & tantò magis cùm cesset eorum voluntas,vt nu.19.& 20. notatum est.

Comprobatur etiam hæc nostra sen-
24 tentia, † quia siue verba huius vsus, siue consuetudinis respicerent bona, siue personas, mens tamen statuentium, siue introducentium talem nouum vsum, (quæ mens potius, quàm verba attenduntur,vt supra in quæst. 17. dictum est) fuit conseruare bona in familia illius lineæ, à qua proficiscuntur, prout sæpius replicatum est, & ideò intentio fuit respectu bonorum, eò maximè, quia hæc consuetudo, siue nouus vsus procedit in successione, vt ipsemet Anna fatetur, &
25 est etiam clarum, † sed statutum, siue consuetudo loquens de successione, siue loquatur in rem, siue in personam, semper respicit bona, ad quæ ordinatur successio, vt probant in indiuiduo Natt. in consi.514 nume. 13. & seqq. & alij quos idem Natt.cumulat in addit.ad Alexan. consi.14.vol.6. præcipuè ex tex. in l.rescripto.§.fin.ff.ad municip.& in l. vnica. C. de mulier. & in quo loc.lib. 10. Si igitur talis vsus respicit bona, nullo modo
26 extendi potest extra territorium,† quia omnis consuetudo, vel statutum, quod loquitur de bonis.vel bona respicit, nunquam extenditur extra territorium, vt ex multis confirmat Petr. Pecchia in d. lib. de success. ab intest.in tit. de testam. coniug.cap.10.nu.2.& 3. & sæpe sæpius replicatum est,prout etiam ita semper iudicatum refert in Sacro Consilio Præs. de Franch. decis.472.nu.7.circa fin.

27 Postremò confirmatur, † quia licèt filius,vel filia, virtute istarum consuetudinum possint testari, vt dictũ est par. 1. cap. 1. num. 10. Quo casu consuetudo respicit personas disponentes, nam per-

P sonas

sonas, de iure inhabiles ad testandum, habilitat, talis consuetudo non extenditur ad bona extra territorium, quia in eius bonis deficit ius consuetudinis, quia deficit potestas ciuium, qui talem consuetudinē introduxerunt, vt ex multis probat Gomez. in l. 5. Thauri. quem in materia harum consuetudinum refert, & probat Præs. de Franch. in decis. 546. nu. 13. & seqq. par. 4. Plures alios cumulat, & probat Farinac. decis. 777. loquens de statuto vrbis circa habilitatem minorum ad donandum, vt non habeant locum extra territorium, & sic fuit decisum. Itaque non habetur ratio si consuetudo respiciat personam, vel respiciat bona, dummodo personam respiciat, respectu bonorum; nempe intuitu successionis, vel dispositionis.

28 Hinc etiam infertur, † vt talis consuetudo, habilitans filiosfam. ad testandum, non procedat in exteris, qui testari velint in loco consuetudinis, quia talis consuetudo respicit personas subiectas, quas tantùm habilitat, sic scripserunt Bart. & Bald. in l. 1. C. de sum. trin. & fid. cathol. Anchar. in cap. 1. vers. procedo vlterius, extra de constit. Imol. in cap. 2. extra de testam. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. matrem insuper. nu. 24. de testam. de quo meminit, & eum sequitur in materia harum consuetudinum Præs. de Franch. d. decis. 546. num. 22. qui in fin. dictæ decisionis; ita dicit iudicatum in anno 1594. die 2. Septembris, & cùm esset reclamatum a sentētia prædicta fuit per Sacrum Consilium confirmata, & impositum perpetuum silētium,
29 vt ibid. legitur, & † fuit in quadam extera nupta Neapolitano, & fuit dictum, illam nō effici sui iuris per matrimonium, & sic non gaudere beneficio consuetud. filiusfam. Quæ quidem decisio non est contraria his, quæ diximus supra quæst. 6. in tit. de personis, quò loci diximus, vt vxor teneatur seruare consuetudinem viri, quia procedit quoad lucrum dotis, & quoad modum disponendi de bonis suis, dummodò in capitulis matrimonialibus non sit appositum pactum in contrarium, vt ibid. explicatum est, non tamen procedunt quoad ea, quæ hic discussa sunt in prædicta illatione, quæ principaliter discussa est; vt semper intentio statuentium sit habere respectum ad bona in materia successionis, quamuis consuetudo ipsa loquatur in personas, & cōsequenter luce clarius cernitur, vt hæc nostra sententia sit vndequaque verior, vt etiam, si hic nouus vsus esset consuetudo, nō extendatur extra territorium.

Vnum tamē occasione prædictorum notandum est, quòd supra par. 1. cap. 3.
30 num. 7. & seqq. discussum est, † quòd, licèt filiafam. Neapolitana efficiatur sui iuris, mortuo tamen viro reincidit in potestatem patris, & vltra ibid. dicta hoc probant Thesaur. decis. 150. nu. 6. & Io. Botta consi. 27. quamuis contrarium teneat Muta ad cōsuet. Panhorm. cap. 48. num. 47. Quæ sunt addenda ad ea quæ dicta sunt loco cit.

DE SVCCESSIONE EX TESTAMENTO.

PARS TERTIA.

SVMMARIVM.



Agnato in articulo mortis constituto, quod ius dicantur habere proximiores in portione illis debita vigore consuetudinis. nu. 28. Quod ius habeant in illa portione in vita agnatorum, & an illud ius sit nullius momenti? num. 55. & seqq.

Alienatio facta ex causa dotis iudicatur necessaria. num. 40. & 41. est promissa alienatio causa dotis, etiam quod bona subiecta fideicommisso, quamuis testatoris voluntas esset in contrarium. nu. 42. Procedit tamen in subsidium aliorum bonorum. num. 43. Minoris bona an ex causa dotis possint alienari sine decreto

Verbum disponere, quando comprahendat dispositionem inter viuos? num. 6.
Iddem est quod ordinare, nu. 7. In eius tamen propria significatione est mortetium, & significat dispositionem in ultima voluntate tantum, nu. 8.
Verbum habeat oppositum in statuto, vel consuetudine an impediat etiam alienationem inter viuos? nu. 29. Quid de verbi proueniat? nu. 21.
Verbum, relinquere, iddem est, quod dispo nere, & easdem habet significationes, num. 18.
Verbum succedere ultimam voluntatem tantum, non autem dispositionem inter viuos respicit. nu. 19.
Vnusquisque præsumitur bonus, donec probetur malus, sub nu. 23.

QVÆSTIO I.



Restat igitur, vt ad Tertiæ partis explicationem accedamus, & omissis illis, quæ in prima par. cap. 1. dicta sunt in reassumptione harum consuetudinum; agedum est de ipsa dispositione ex testamento qualiter, scilicet possit quis de bonis suis per testamentum disponere; & quia
1 ibid. num. 8. dictum est, † vt ascendentes possint ad libitum de bonis nouiter acquisitis disponere, reseruato liberis debito bonorum subsidio, ideò videndum est, qualiter illud dictum procedat.

2 Primò igitur quæro, † an istæ consuetudines procedant non solùm in vltima voluntate, sed etiam inter viuos, & Neapod. in pluribus locis affirmauit, vt solum procedant in vltima voluntate, non autem inter viuos, & primò hoc firmauit in consuet. Et si testator, in verb. dispone re fol. 175. nume. 5. vers. nunquid ergo; Nam, disputato articulo, sic residet, quia lex imponit frenum disponendi in vltima voluntate, & consequenter non extenditur ad dispositionem inter viuos, & iddem probat in consuet. Si qua moriēs, in verb. relinquere, fol. 198. nu. 6. & 7. & alibi passim, vt legi potest in locis citatis, & etiam apud omnes addentes adeò vt si fraus cesset, quæstio sit indubitabilis, vt valeat dispositio, vt ex multis probat Præs. de Franch. decis. 435. tota præcipuè n. 32. & seqq. probant etiam Reg. de Pont. in consi. 8. & 9. Anna in consil. 79. præcipuè num. 16. & nouissimè hoc iddem probat Farinat. in decisionibus Rotæ Roman. decisio. 877. cum duabus seqq. vbi loquitur in specie de his nostris Consuetudinibus, & ita ait pluries decisum fuisse per Rot. vt non extendantur ad donationē inter viuos, si fraus cesset, & ita etiam pluries vidi arbitratum per Paulum Staibanum meum Magistrum, & præcipuè in causa eidem compromissa inter quosdā de Sanseuerino, & quendam de Busulco; & in alia causa inter quosdam de Pastino, & in simili statuto Mantuano hoc iddem affirmat Surd. in decis. 279. nu. 4. & seqq. vbi innumeros authores cumulat ad hoc confirmandū,
3 Imò plus subdit, quòd, † dum mater potest inter viuos disponere, non tenetur præstare cautionem filijs de conseruanda dote, nisi quando nuberet, & sic ad seruanda vota transiret, & primam dotem exigeret à filijs primi matrimonij, tunc enim tantum cautionem præstat,
4 † sic etiam de seruando lucro recepto ex primo matrimonio, vt post Bertran. Castrens. & alios ibid. probat num. 11. & 12. & in conseruatione proprietatis legati eidem facti à primo viro iddem probat post alios Præs. de Franch. decis. 595. vbi hoc probat in donatione eidem facta à cōsanguineis viri, quia omne, qđ intuitu primi viri acquirit, sunt filiorum primi matrimonij, & per transitum ad secundas nuptias, solùm retinet vsumfructum; nam proprietas est filiorum, vt dictum est, vt etiam probat Afflict. decis. 75. vbi Vrsill. num. 10. idem Vrsill. in addit. ad decis. 44. nu. 29. & idem de Franch. in
5 decis. 655. tota, † quamuis idem Vrsill. d. decis. 75. num. 19. videatur tenere indistinctè, vt mater teneatur præstare cautionem de dote, sed intelligi debet iuxta explicata.

Fundatur autem principale dictum, vt valeat alienatio inter viuos, quia istæ
6 consuetudines loquuntur † per verbum disponere; quòd, licèt in larga significatione comprahendat etiam dispositionem inter viuos, vt in cap. cùm satis, de reb. eccles. alien. vel non. Neapod. in d. verb. disponere, & post alios Surd. decis. 229. num. 6. & probat etiam Natt. in consi.

7 conſi. 582. num. 11. † Ex quo diſponere
iddem eſt, quod ordinare, vt poſt alios
probat idem Natt. in conſ. 563. num. 26.
Ioan. Dilect. in tract. de art. teſtan. tit. 5.
de ſubſtitut. cautel. 38. num. 2. Menoch.
conſi. 334. num. 6. vol 4. Theſaur. deciſ.
34. num. 4. Peregr. lib. 3. de iur. fiſc. tit. 9.
8 nu. 13. & ſeqq. vt alios omittã; † nihilominus
in ſua propria ſignificatione eſt propriè
morientium, quia ſignificat diſpoſitionem
in vltima voluntate tantum, vt
not. omnes præcitati DD. & præcipuè
Nepod. ex cuius authoritate ita ſemper
ſeruatum fuit in materia iſtarum conſuetudinum,
vt ex authoribus, & deciſionibus
relatis nu. 2. cerni poteſt: Et ratio nõ
9 deficit, † quia diſpoſitio inter viuos non
eſt ita ſuſpecta de circumuentione, ſicut
eſt ſuſpecta diſpoſitio, quæ fit in vltima
voluntate ex multis, quæ in iſta accidunt,
quæ non ſolent accidere in diſpoſitione
inter viuos, vt ex multis firmauit
Hierony. Gabr. in conſi. 81. toto, & præcipuè
num. 58. vol. 2. Et licet contra hucuſque
diſcuſſa plura opponi poſſent, illa
tamen reſoluuntur per Neapod. loco
cit. & per Præſ. de Franch. d. deciſ. 435.
quæ relinquo, quia hodie nõ ſunt neceſſaria,
dum non ſolùm iſta tribunalia, ſed
etiam aliena, ita pluries iudicarunt in
materia iſtarum conſuetudinum, & præcipue
Rota Rom. teſte Farinatio d. deciſ. 879.

Poteſt tamen addi ad confirmationẽ
10 prædictorum, † quia filius plus Iuris habet
in bonis patris reſpectu legitimæ,
quam agnati, & cognati in portionẽ illis
debita per has conſuetudines: Sed filius
per diſpoſitionem legitimè factam a patre
inter viuos, etiam legitima priuatur,
ergò eo magis agnati, & cognati priuari
poſſunt hac medietate, Maior probatur,
11 † quia filius, viuente patre dicitur quaſi
Dominus in bonis paternis, & mortuo
patre, non dicitur acquirere nouum dominium,
ſed cõtinuare illud dominium,
quod habebat in vita patris, ex reg. text.
in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. & poſt
alios Surd. deciſ. 96. Minor etiam proba-
12 tur, quia † pater inter viuos, ceſſante
fraude, diſponit ad libitum de bonis ſuis,
vt in l. non vſque adeò. ff. ſi quis à parent.
fuer. manumiſſ. cum vulgat. alijs, adeò vt
13 † licet pater in vltima voluntate non
poſſit præiudicare filijs in legitima, quia
illam tenetur relinquere filijs, & poſtea
alia bona ſua etiam in mare proijcere poteſt,
vt poſt Bald. Angel. Caſtren. & alios
probat Rolan. conſi. 62. num. 25. vol. 1. &
14 poſt alios Surd. deciſ. 21. nu. 14. † nihilominus
Barto. tradidit cautelam, qua filij
priuantur legitima, videlicet, vt pater
inter viuos alienet omnia bona ſua ex
aliqua iuſta cauſa, vel contrahendo ma-
15 gnum æs alienum: quia, † dum legitima
non debetur, viuente patre, ſed poſt eius
mortem ex regul. tex. in l. 1. §. ſi impuberi.
ff. de collat. bono. Deci. Craſſ. & alij,
quos probat Surd. deciſ. 119. num. 18. &
deciſ. 166. nu. 1. Ideò cùm poſt mortem
patris bona non inueniuntur, vel ſi inueniantur,
grauata ſint ære alieno, tunc legitima
non debetur. Hæc eſt cautela
Bartholi in l. Titia. §. Imperator. ff. de legat.
2. de quo meminit Hierony. Gabr.
16 in conſi. 136. num. 32. vol. 2. † Si tamen
pater euidenter diſſiparet bona ſua, poſſet
filius adire Iudicem, vt ipſi filio aſſignet
legitimam in bonis patris, & Iudex
tenetur hoc facere, vt poſt Bald. & alios
teſtatur Molin. lib. 1. de Hiſpan. primogen.
cap. 16. nu. 9. & ſeqq.

Eſſet etiam legitimè facta alienatio in-
17 ter viuos, † ſi fratres inter ſe pactum
iniJſſent, vt vno ex eis decedente ſine
filijs maſculis, multa bona deuenirent ad
alium fratrem decedẽtem cum filijs maſculis,
tunc ſi bona, quæ ſuperſunt, eſſent
minus legitima fœminarum; non poſſent
ipſæ fœminæ conquæri, & earum legitima,
ſiuè paragium minueretur, nec haberent
quærelam inofficioſæ donationis,
quia non eſt propriè donatio, nec pactũ
de ſuccedendo, ſed permutatio ſpei ad
inuicem, & ſic habet onus annexum,
quod onus nocet filiabus, ſic ſcripſit glo.
ſingularis in l. licet. vbi Bald. num. 4. C.
de pact. quam ſingularem dicit Angel. in
l. ſancimus. in princ. C. de donation. Et
poſt alios hoc iddem probat Gabr. dict.
conſil. 136. toto, quod dictum eſt valdè
notandum, quia, dum hoc pactum fit per
contractum, & de iure validiſſimum eſt,
tunc noceret etiam creditoribus ipſorũ
fratrum, cum per illud pactum ſit acquiſitum
ius filijs naſcituris, quod poteſt cõfirmari
ex dicendis infra in conſi. 2.

18 Ex his deciditur alia quæſtio † circa
verbum relinquere, & quia eſt ſimilis
præcedenti, eiſdem medijs determinatur,
de qua quæſtione plura tradunt
Curt. Iun. conſi. 4. ſuper controuerſia.

Iaſ.

Iaf.in §.fi quis in fraudem.inftit.de actio. & in l qui Romæ.§.cohæredes. verf. aduerte.ff.de verb.oblig.Alexan confi.55. vol.1.& confi. 26. vol.2. Andr.in cap.1. §.fed etiam res, per quas fiat inueft. & in cap. 1. num.17. de his,qui feud.dar.poff.

19 † Sic etiam fi adeffet ftatutum, vel confuetudo, quæ vteretur verbo [fuccedere] vt verbi gratia agnati, & cognati in medietate bonorum fuccedant,prout loquuntur iftę confuetudines,& tunc quia hoc verbum refpicit vltimam voluntatem,idcirco libera eft difpofitio inter viuos,vt tradunt Caftrē.in l.fi cùm dotem. in princ ff.fol.matr.Deci.confi.386. col. fin Alex.confi.13.nu.8.& confi.101. nu. 4. vol. 3. & alij, quos probat Cacheran. decif.20. Et licèt idem Alex.in confi.26. vol.2 dicat hoc etiam procedere,fi contractus confirmaretur morte, vt eft donatio facta inter virum, & vxorem, quæ morte donantis confirmatur; tamen, vt ibi aduertunt Addent. fophifticè loquitur Alex.& an fit vera illatio,patebit ex dicendis infra quæft.5.

20 Si verò in ftatuto, vel confuetudine adeffet verbum, habeat, nempe agnati, & cognati medietatem habeant, & tunc nec etiam in vita valeret difpofitio,vt ex pluribus probat Deci.confi.229.num.7. Ruin.confi.8.num. t.vol.1.Alex.d.conf. 55.vol.1.& confi.150. in fin.& etiam in num. 1. vol. 2. Caftrenf.in d.l. fi cùm dotem.num.11.& etiam confi. fuo 82. vol. 1.Cagnol.in d.l.fin.nu.99.C.de pact.Roland.in tract.de lucr.dot.q. 82. Ofafc. d.

21 decif.20.† Et quamuis hæc confuetudo loquatur per verbum [Perueniat] adeò vt Neapod.videatur effe dubitabilis; Nihilominus cùm hodie fit recepta opinio, vt nullo modo confuetudines locum fibi vendicent in difpofitione inter viuos, ideò ab hac recepta interpretatione nō eft recedendum;nam prædicta adnotare volui ad maiorem explicationem verbi [relinquere]

Quando verò effet mulier, quæ inter viuos difponeret,eft aduertendum,quod

22 aut † dos confiftit in pecunia, & tunc procedunt ea, quæ hucufque difcuffa funt;fi verò confiftat in bonis ftabilibus, & tunc regulariter fecus eft; nam folùm mulieri in hoc cafu permittitur permutatio fundi dotalis, & etiam venditio eiufdem, quia per has alienationes mulier non depauperatur, prout expreſsè tenet Neapod.in confuet. bona ftabilia: quem fic intelligunt Frecc. in confuetu. fi qua moriens.nu.2.fol.195. in addit. incip.an ifta confuetudo. Sic etiam Anto. de Alex in confuet. Et fi mulier iuftam. fol. 283. in addit. incip. Per hoc dicunt aliqui,& Præf.de Franch decif. 518. nu. 7. Quæ autem dicantur caufæ iuftę refpectu mulieris, vt etiam bona ftabilia poffit alienare,dicemus infra nu. 35.

Vt igitur cognofcatur,quando quis licitè difponat inter viuos, funt notandæ caufæ, ob quas vel fraus introducatur, vel è contra iuftitia alienationis colliga-

23 tur: fit igitur regula generalis,† vt fraus in dubio non præfumatur, quilibet quifque præfumitur bonus, donec probetur malus.l.meritò.ff.pro foc.l. patronus, & l.quoties.§ qui dolo.ff.de probat.cum vulgat. alijs, & confequenter qui fraudem allegat,debet illam probare:eft be-

24 ne verum, † quòd cum fit delictum occultum, quod non ita de facili probari poteft,coniecturis, & præfumptionibus probaretur, vt tradunt Anchar. confil. 385.nu.5.Caftrenf.Alexan.Tiraquell.& alij,quos Surd.fequitur decif. 299. nu. 8. & 9.& latius Mafcard.in tract. de proba. concl.815.

Probatur igitur fraus multipliciter.

25 † Primò ex qualitate perfonarum; nam mala qualitas perfonarum arguit fraudem ad tex.in l.fi quis.ff. de vfufruct. Oldrad.Tiraquel.& alij, quos probat idem Surd.decif 326.nu.89.

26 Secundò ꝓbatur ex vicinitate actuū, vt poft Marfil. & alios probat Surd.loco cit num.87.Nam ficut ex breuitate temporis,ex fuga clandeftina, fic etiam ex improuifo difceffu, & ex alijs fimilibus actibus fraus arguitur, vt in l. fi cùm dotem.§.fi mulier.ff.folu.matrim. cum alijs cumulatis per Surd. vbi fupra num.86.&

27 88.† & ideò fi aliquis in vltimis conftitutus fine iufta, & neceffaria caufa omnia bona fua, vel maiorem partem illorum alienaret, præfumitur facta alienatio in fraudem agnatorum, quāuis fiat

28 inter viuos, † cùm enim ipfe fit de ꝓximo moriturus,agnati,& cognati dicuntur re ipfa habere ius quæfitū in portione illis debita, iuxta tex. in l. fi fterilis. ff. de actio.emp.& in l.fi mater, vbi Ang.Fulg. & alij.C.de hæred.inftit.Decian. cōfi. 8.num. 9. vol.2. Quod in materia harum confuetudinum, probat etiam Naucler.

in

in suis addit. fol. 12. à terg. in addit. incip.
in ead. consuet. & glo. ibi. Sed quomodo
probabitur fraus.

Hinc etiam aliquando dubitatum
29 fuit, † si aliquis sit senex, & de prole de-
speratus, & alienaret bona subiecta con-
suetudini, num præsumatur alienare in
fraudem? & aliquando respondi affirma-
30 tiuè, † quia feudatarius senex, & de pro-
le desperatus, si alienet feudum, præsu-
mitur alienare in fraudem agnatorum,
etiam si in alienatione accedat assensus
Domini, sic probat Andr. in cap. 1. §. sed
& plures, per quos fiat inuestitura, pro-
bat etiam Naucler. loco paulò ante cit.
& nouissimè idem docet Reg. de Ponte
in tract. de potest. Proreg. in rubrica de
diuers. prouision. in titu. de legitimatio-
ne. Verùm dum annis elapsis hoc iddem
prætenderetur in feudo nouo concesso
cuidam de Loffredo etiam propter ser-
uitia suorum maiorum, & prætendissent
eius agnati impedire talem alienationē,
in qua causa scripserunt peritissimi Viri,
adeò vt propter difficultatem articuli re-
missa fuit consultatio ad Sac. Cæs. Maie-
statem. Fuit tamen ab ea prouisum, vale-
re alienationem, vt scribit Reg. de Ponte
d. tit. de legitimat. num. 8. vers. Quod ta-
31 men in feudis hæreditarijs. † A simili er-
go dicebam alienationem prædictam
in materia harum consuetudinum esse in
agnatorum fraudem, si nulla alia causa
adesset, nisi tantum libertas alienandi: nā
hæc libertas debet esse coniuncta cum
aliqua causa iusta.

32 Tertiò probaretur fraus, si in vita om-
nia bona sua, vel maiorem partem illorū
sine causa alienarent.

Quartò, si fiet alienatio in personam
coniunctam.

Quintò, si clam, & latenter.

Sexto, si post alienationem de proxi-
mo sequeretur delictum, vel fuga alie-
nantis.

Septimo, si post alienationem repe-
riatur in possessione eorundem bono-
rum, & alijs etiam modis, de quibus per
Neapod. in consuet. & si testator. num.
14. & seqq. & post alios Mascard. d. con-
33 clus. 815. vt alios omittam, † Dum au-
tem probata est fraus, tunc soror petit
paragium in bonis fratris, quando illi cō-
petit, & filius petit legitimam in bonis
matris etiam contra tertium possesso-
rem. Andr. in Constit. Regn. in aliquibus
Vbi Afflict. num. 25. idem Afflict. decis.
162. vbi omnes addent. Grammat. decis.
90. & faciunt dicta per Neapod. in con-
suet. Si qua mulier habens. in verb. de
bonis. fol. 208. vbi Salern. in addit. incip.
Quoniam tractat. Sic dicit esse decisum
in Sacro Consilio de anno 1514. die 8.
Aprilis in beneficium sororum de Lut-
terijs, referente Antonio de Ianuario
Præside Sacri Consilij, cum interuentu
Consiliariorum Antonij de Palmerio, &
aliorum trium, quamuis dicat, rationem
decisionis fundatam fuisse, quia alienatio
facta erat pro minori prætio, quàm bo-
na valebant.

Requiritur ergo in tali alienatione
causa necessaria, & iusta; & in muliere, vt
possit alienare bona dotalia, iam hoc ad
literam disponit tex. in d. consuet. Et si
mulier iustam. Vbi Neapod. in verb. iu-
34 stam, & necessariam. fol. 182. & seq. † di-
cit duplicem esse causam necessariam,
Vnam respectu personæ, alteram verò
respectu rei, quæ quidem necessitas re-
spectu personæ, & dignitatem personæ,
eiusq; commoditatem compræhendit,
vt in l. si vno. ff. locat. Gabr. consi. 108.
35 nu. 54. vol. 2. † Causa igitur concernens
personæ necessitatem respectu mulieris
quadruplex est, videlicet, vt viuat, vt sa-
na viuat, vt libera viuat, & vt nupta vi-
uat, quod latiùs prosequitur Neapod. lo-
co cit. in §. sed tunc quæro, quem omnes
sequuntur; quæ etiam exempla latius
prosequitur Præs. de Franch. in decisio.
435. nu. 39. cum seqq.

36 Respectu rei est, quæ rei necessitatem
concernit, vt sunt expensæ factæ in re-
bus dotalibus, vt latius ꝓsequitur Nea-
37 pod. loco cit. & consequenter † quoties
adest causa necessaria, licita est alienatio
etiam omnium bonorum, & sic cessat di-
spositio consuetudinis, prout in specie
declarat Neapod. in Consuet. & si testa-
tor. num. 17. vers. fallit si ob causam ne-
38 cessariam, quem omnes sequuntur, † &
hoc eatenus est verum, quòd si in aliena-
tione interuenissent causæ lucratiuæ, &
inter eas esset vna causa necessaria, a-
ctus præsumeretur factus ex causa ne-
cessaria, & per illam subsisteret, vt ex
multis probat Crauet. consi. 108. nu. 8. &
post alios Surd. in consi. 119. nu. 14. vol.
1. & in decis. 170. nu. 14.

Verùm, quia causæ, numeratæ quòad
mulierem, non sunt vniuersales quòad
omnes

omnes agnatos, ideò tradenda est alia regula, quæ est communis inter Docto-
39 res † & ideo causa voluntaria est omnis illa, quæ habet originē à voluntate principaliter, causa verò necessaria est omnis illa, quæ nō habet originē à volūtate principaliter, sed ex dispositione legis, statuti, vel cōsuetudinis, vt est dos, quæ
40 dēt dari filiabus, † nam onus paternum est, necessarium dotare filiam. l. fin. C. de dot. promiss. & consequenter alienatio
41 † facta ex causa dotis, ex causa necessaria censetur, quod etiam probat Nea-
42 po d. d. num. 17. † Imò quamuis bona essent subiecta fideicommisso, possent ex causa dotis alienari, vt in Auth. res, quæ. C. commun. de legat. quod procedit etiā si fideicommissum relictum esset ante dotis constitutionem, vt post alios probat Couarru. lib. 3. var. resol. cap. 6. num. 10. Rolan. consi. 85. nu. 29. & seqq. vol. 1. Surd. in decis. 62. nu. 1. cum duobus seqq. vbi num. 11. dicit hoc procedere etiam si testatoris voluntas esset in cōtrarium, quod etiam sequitur Facchin. lib. 4. controuers. iur cap. 48. Quæ quidem regula limitatur in multis casibus, qui legi possunt penes prædictos, & etiam apud Peregrin. in tracta. de fideicommiss. art. 39.
43 40. & 42. † Qui omnes dicunt hoc procedere in subsidium aliorum bonorum, quæ sunt in libera potestate ipsius, qui ad dotem tenetur: nam sic disponit tex. in d. Auth. res, quæ, & in corpore vnde
44 sumitur. † Sic etiam, licèt bona minoris non possint alienari sine Iuris solemnitate, tamen, si alienentur ex causa dotis, valeret alienatio, quod procedit, quando illa bona darentur inæstimata in dotem; si tamen darentur æstimata, quia tunc esset specifica alienatio, decretum Iudicis requireretur, ad tex. in l. lex, quæ tutores, vbi omnes. C. de administr. tuto. & est pulchra, & solemnis decisio Surdi 287. vbi quasi omnes cumulat.

45 Secunda diceretur † causa necessaria ex dispositione statuti, si ad aliquid, qđ statuto præcipitur; teneretur, verbi gratia, vt certam bonorum suorum partem suis consanguineis relinqueret, vel aliquid simile, vt ex doctrina Bart. communiter recepta, in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & alijs probat idem Surd. decis. 170. præcipuè nu. 12. Nam in hoc parificantur statutum, consuetudo, & lex, vt nu. 11. probat.

46 Causa igitur voluntaria, quia originē habet à voluntate principaliter, non facit alienationem vndequaque legitimā, & consequenter esset alienatio voluntaria, non autem necessaria, vt verbi gratia
47 † delinquens voluntariè delinquit, quia voluntariè se obligat ad pœnam iuxta tex. in l. Imperatores. ff. de iur. fisc. ibi
48 [tu te ipse pœnæ subdidisti] † tamen alienatio bonorum, quæ fieret ex causa delicti, quamuis fieret authoritate Iudicis, voluntariè diceretur, ita Bald. consi. 20. vol. 2. post Tiraq. & alios Surd. in de-
49 cis. 254. nu. 28. & seqq. † vbi ex pluribus fundat in confiscatione bonorum, nec feudum, nec emphyteusim venire; quod debet intelligi quòad proprietatem; quia durante vita delinquentis, fructus feudi, & emphyteusis applicarentur fisco, & delinquēte mortuo, reuertitur proprietas ad legitimos successores, vt ex pluribus probat idem Surd. loco cit. præcipuè num. 12. & seqq. ex tex. in l. Statius Florus. §. Cornelio fœlici. ff. de iur. fisc. & ex alijs, quamuis contrarium teneat. Thesaur. decis. 167. num. 2. & nouissimè defendit Andr. Facchin. lib. 7. controu. iur. cap. 20. nempe, vt feudum vnà cum fructibus aperiatur agnatis: sed hæc quęstio non potest succedere in materia harum consuetudinum, quia non publicantur, vt par. 2. in tit. de bonis q. 4. dictū est.

50 Infertur secundò, † quòd alienatio facta propter debita contracta, quàmuis fieret authoritate Iudicis per subhastationem, diceretur facta ex causa voluntaria; quia omne debitum originem habet à voluntae, & consequenter ex tali alienatione debetur laudemium, quod non deberetur ex alienatione necessaria, vt latiùs probat Amod. de Ponte in tracta. de laudim. quæstio. 27. de Franch. decisio. 277. Thesaur. decisio. 139. Surd. in decisio. 305. num. 31. & 33.
51 † Verùm si agnatus propter debita contracta coactus esset omnia bona sua alienare, & nulla fraus interuenisset, tunc non possent agnati medietatem, illis debitam, reuocare; secùs tamen, si fraus interuenisset.

52 Hoc dicunt hoc modo, φ si onera sint cōtracta à primo acquirēte bona; tūc indistinctè deducenda sunt onera ab omnibus bonis, & de eo, quòd superest, detur agnatis medietas, quia hic talis habebat liberam facultatem disponendi de

bonis

bonis prædictis, vt patet ex dictis supra par. 2. in tit. de bonis, quæst. 22. Si verò contracta sint onera ab vltimo moriente, & cesset fraus, & tunc subdistinguitur; quòd si essent onera respectu annuorum introituum venditorum super dictis bonis, vel esset debitum contractū pro soluenda dote de paragio sororibus, tunc semper Sacrum Consilium iudicauit, vt onera detrahantur de omnibus bonis, vt refert Præs. de Franch. decis. 280. vbi subdit, quòd in debitis alio modo cōtractis, Sacrum consilium reseruauit sibi resolutionem faciendam, quam, vt videre potui, nullibi legi factam: sed sine dubio tenerem, vt onera prædicta deducerentur prius ex illa medietate, de qua agnatus poterat disponere, & in subsidiū deducantur de alia medietate, vt in simili dictum est de dote supra num. 43. nam licèt agnati non habeant ius formatum

53 in hac medietate, sed tātummodo spem, (nisi tamen fieret alienatio in articulo mortis ex dictis nu. 28) Quæ spes improbatur à lege, in l. fin. C. de pact. cum alijs traditis supra par. 2. in tit. de personis. q. 10. num. 24. & tradit etiam Gaspar de Leo in consuet. & si testator, sub nu. 21. fol. 180. in addit. incip. Aduertas, quia textus, & faciunt etiam dicta per Ant. de Alex. in consuet. & si mulier iustam, sub num. 10. fol. 283. in addit. incip. Per hoc dicunt aliqui. Eo magis, quia alienatio ex contractu extenditur etiam ad bona sita extra territorium, vt ex pluribus probat

54 Anna in consi. 92. nu. 57. vol. 2. † Nihilominus semper, vt adest libera altera medietas bonorum, durat in ea agnatorum

55 spes, & consequenter non solum † onus funeralium deducitur de illa medietate, de qua potuit agnatus disponere, sed etiam aliud onus hæreditarium, vt per Capyc. in decis. 210. Afflict. decis. 347. de quibus ad hoc propositum meminit, eosq; sequatur Præs. de Franch. in consuet. si aliquis moriens, in prin. fol. 163. in addit. incip. Si bona paterna. vers. & adde, quod si reperitur onus. Et conferunt dicta per Dec. in consi. 157.

56 Et hinc est, † quòd dum in anno 1537. esset lis in Sacro Consilio inter hæredes Ioannis Baptistæ Cicinelli, & alios, & filij ex prima vxore petierunt dotes maternas, secunda vero vxor petijt dotes, & antefatum super omnibus bonis, & per filios primi matrimonij fuisset obiectum, medietatem bonorum paternorū esse illis præcipuam, & solùm de alia medietate esse detrahendas ambas dotes, & antefatum; tandem in eodem anno die 3. Nouembris, Actuario Cæsario, referente Cicco Loffredo Præside, & Vicepræthon. cum interuentu Consiliariorū Martialis, Galiotę, & Minadois, fuit pręstita assistentia, tam filijs primæ vxoris, pro dotibus maternis, quàm etiam secundæ vxori pro dote, & antefato super omnibus bonis, & quòd medietas bonorum antiquorum spectaret filijs primæ vxoris; & quatenus auocaretur aliqua quantitas de dicta medietate ex causa dotiū prædictarum, suppleretur in bonis quæsitis per dictum Ioannem Baptistam; Verùm si non adessent alia bona, non impediatur satisfactio ambarum dotium, vt patet ex dicta decisione quam refert Pisanell. in consuet. si aliquis moriens, sub nu 30. fol. 169. in addit. incip. secundum istam Apostillam, vers. aduerto tamen, vbi dicit decisionem illam fuisse nouam, quòd dotes mulierum, & antefatum de tota substantia bonorum antiquorum detraherentur, & si aliquid non remaneret, imputetur agnatis, & filijs; quā quidem decisionem dicit sibi visam fuisse duram, & proindè procedat fauore dotis; & est similis decisio facta de anno 1583. die 19. Aprilis, quam refert Præs. de Franch. d. decis. 280. posset etiam defendi, vt illa decisio fundata fuerit in iure communi, quia creditoris arbitrio est, contra quæ bona agat; vtcunque sit, pa-

57 tet, † vt semper quod saluari potest agnatorum medietas, semper saluatur, & dum creditores auocāt aliquam portionem ex dicta medietate, suppleatur ex bonis nouiter quæsitis per eum, qui onera imposuit. Et ex prædictis satis credo apparere, qualiter sit permissa alienatio inter viuos, & quæ sint causæ necessariç, & quæ voluntariæ circa alienationem.

58 Non omitto, vt respectu hominis multiplex dicatur causa necessaria; nam alia dicitur fatalis, altera naturalis, & sic de alijs, fatalis est, vt, si aliquis incidat in latrones, & ob recaptum, vt se redimeret ab illis, coactus sit bona sua vendere; nā fatò hoc illi accidit: naturalis est, quæ ex natura prouenit, nempè edere, bibere, vestibus indui, seruos habere, secundum eius qualitatem, medicamenta sibi adhibere in infirmitatibus, collectas, ac tribu

Q ta

ta foluere, dummodò hæc omnia fiant, feruata proportione, & iuxta qualitatẽ ꝑsonarum, & vt tantùm alienetur, quantùm neceffitas vrget, & non adfit aliqua prodigalitas: nempè, vt prodigaliter viueret, vt latiùs probat Hieronym. Gabr. confi. 108. nu. 51. vol. 2. & magis ex profeffo hoc tractat Menoch. lib. 2. de arbit. Iudic. caf. 172. ferè per tot. qui plura fcitu digna quoàd hoc explicat: conferunt etiam illa, quæ tract. Surd. in tracta. de alimen. tit. vlt. q. 42. præcipuè nu. 19. & feqq. & etiam in decif. 305. nu. 33. & 34. & hæc hactenus de hac quæftione.

SVMMARIVM.



Lienans bona fua in ecclefiam num fit fubiectus confuetudini. nu. 1. & 3.

Prohibitus difponere, nec in Ecclefiam difponere poteft. nu. 2.

Ingreffus religionis non priuat agnatos medietate illis debita. nu. 4.

Furtum eft de alieno largiri, & elemofinam facere. nu. 5.

Feudum non poteft alienari in præiudicium vocatorum in inueftitura, fi fit antiquum. nu. 6. Nec onus vnius candelæ pro anima fua poteft vaffallus in eo imponere. nu. 7. Procedatne fi fieret multiplicum? num. 11. Quid in feudo hæreditario. nu. 9. In dubio an præfumatur hæreditarium. nu. 8.

Hæres in feudo hæreditario tenetur habere ratum factum defuncti. num. 10. Qualiter cogatur foluere debita defuncti, & eius onera adimplere. nu. 12.

Vtile num vitietur per inutile, fub n. 3.

QVÆSTIO II.



Ecundò quæro, fi aliquis difponeret de bonis fuis in beneficium Ecclefiæ, an ceffet difpofitio cõfuetudinis? Et refpondeo cum di-
1 ftinctione; † nam aut quærimus de difpofitione, quæ fit inter viuos, & tunc fi careat fraude, non habent locum iftæ confuetudines. Si enim ceffant, quando quis difponit de bonis fuis fine fraude, quòad laicos, eò magis hoc procedere debet fi taliter difponat in beneficium Ecclefiæ, vt rectè probat Neapod. in confuet. fi moriatur, in verb. moriatur. n. 7. & feqq. Stephan. de Caieta. in confuet. etfi teftator, in princ. fol. 173 in addit. incip. In textu ibi obueniẽtibus. verf. quæ videtur. Anton. de Alex. in confuet. fi aliquis moriens, etiam in princ. fol. 162. in addit. incip. De ifta medietate. Capyc. decif. 98. Naucler. fo. 13. a terg. in addit. incip. In eadem confuetudine quæritur an poffit mulier, & omnes alij, qui concludunt, vt non folùm hoc procedat, quando difpofitio fieret inter viuos, fed etiam quando fit in vltima voluntate, quod eft fecundum caput quæftionis iftius, vt in fraudem aliorum nullo modo difponere valeat, etiam fi difpofitio in Ecclefiam fiat, &
2 ratio eft manifefta; † quia, quando aliquis ex difpofitione Iuris eft prohibitus difponere, prohibitio etiam viget quoad ecclefiam, imò eò magis in ea, quæ debet effe cultrix iuftitiæ, vt patet ex dictis fupra par. 2. in titu. de perfonis. q. 7. num. 2. prout in alienatione probat glof. communiter recepta in §. fi verò & ipfam. Authen. de reftitution. & probant alij defuper citati, & ita femper fuit iudicatum in Sacro Confilio, vt refert Afflict. in decif 310. Præf. de Franch. decif. 411.
3 † & licet quædã additio in d. confuet. & fi teftator fol. 173 citato, incip. Aduerte, quia Stephanus, teneat, vt difpofitio reuocetur in totum, contrarium tamen tenet ibid. Stephan. de Caiet. in additio. præced. & ita iudicauit Sacrum Confil. vt refert Præf. de Franch. loco cit. nu. 4. nempe, vt valeat difpofitio vfque ad illam quantitatem, de qua potuit difponere, feruata forma confuetudinis, ne vtile per inutile vitiaretur, quod regulariter non fit in feparabilibus iuxta tradita in l. 1. §. fed mihi, vbi Aquilin. num. 9. ff. de verb. oblig. Faciunt etiam ad confirmationẽ prædictorum dicta per Neapod. in alleg. verb. moriatur, vbi omnes adden.
4 † quod fi Neapolitanus ingrederetur religionem, agnati non priuarẽtur medietate illis debita, quia intra annum profeffionis multa pofsũt accidere, vt exeat, & profeffionem non emittat, de qua re dicam infra par. 4. q. pen.

Ad confirmationem prædictorum facit, quòd dum hæc medietas eft debita agnatis ex prouidentia confuetudinis, cen-

censetur vti æs alienum,& successiuè de
5 illa † non possit agnatus nec eleemosy-
nam facere , imò potius cõmitteret fur-
tum, nam furtum est de alieno largiri.l.si
pignore.§.1.ff de furt. & post alios Ant.
de Alex.in d.consuet. si aliquis moriens,
in additio.incip. de ista medietate, in
princ.

6 Iddem procedit in feudo ex pacto, &
prouidentia antiquo; nam illud debetur
agnatis ex prouidentia dantis , & ex pa-
cto primi acquirentis,& ideò non potest
feudatarius illud alienare in agnatorum
præiudicium; & si alienaret, etiam cum
assensu Domini, possent agnati illud re-
uocare, etiam si sint hæredes alienantis,
vt probant Andr. & alij in cap. 1. §. hoc
quoq;, de success.feud.& post alios And.
Facchin.lib.7.controuers.iur. cap. 13. &
faciunt dicta supra par.2.in tit. de bonis.
q. 11. & etiam q.23.præcipuè num. 9. &
7 seqq. † Imò in feudo prædicto nullum
onus imponere posset etiam vnius can-
delæ pro anima sua, vt probat idẽ Andr.
in cap.imperialem. col. 2.per illum tex.
de prohib.feu.alien. per Federic. Frecc.
lib.3.subfeud.in tit. de differ. inter feuda
ex pacto, & feuda hæreditaria differ. 5.
num.4. Hoc tamen limitatur, quando
8 essent feuda hęreditaria † (prout in du-
bio in hoc Regno hęreditaria præsumũ-
tur omnia feuda, nisi contrarium appa-
reat ex forma inuestiturę, vt docet Nea-
pod. in d. consuet. & si testator. num. 8.
vbi omnes addentes fol.176.& pręcipuè
Salern.qui plures alios cumulat, ꝓbauit
et Afflict. decis. 140. 195. & 240. Capyc.
in sua feud.inuest. in verb. feudorum ge-
nera.vers.hæreditaria,cum alijs cumula-
tis supra par.2.in tit.de bonis,quæst. 11.
& hoc est adeò verum, vt sit conclusio
indubitata in hoc Regno,& secundum
quam semper iudicatum fuit, teste Præs.
de Franch.decis. 386.nu.5.tenet etiam
post Intrigliol.& alios.Reg. de Ponte in
tract.de potest. Proreg. in tit. de refuta-
tion.feud.in princ.num. 26. quamuis po-
stea contrarium teneat in suo tract. feu-
dal.lect.20.num.20.& 21. vbi vult esse
ex pacto , sed in Regno habetur indubi-
tatum esse hæreditaria, si de pacto non
constet. Nam tunc posset pater impone-
re onus , dummodo feudum nõ grauetur
in totum , adeò vt primogenitus tenea-
tur soluere legata, quæ testator feudata-
rius reliquit soluenda de fructibus feu-
di , vt scripsit Bald. in cap. 1. §. hoc quo-
que. de success.feud.Frecc.lib.2.subfeu.
limit. 2. ad Constit. Constitutionem Di-
uæ memoriæ. Camerar. in cap. imperia-
lem.car.18.col.3.lit.O. & seq. de Frãch.
in decis.1.nu. 22. & seqq. vt alios sileam;
10 † clarum est enim,vt hæres teneatur ha-
bere ratum factum defuncti, vulg.tex.in
l.cùm à matre.C.de rei vendicat.quæ re-
gula etiam in feudis procedit , quando
sunt feuda hæreditaria,& dispositio non
fieret in fraudem vocatorum ad succes-
sionem, vt colligitur ex traditis ꝑ Andr.
in cap. 1. col. 2. de alienat. feud.patern.
Præs.de Franch.d.decis.1. vbi materiam
istam latissimè examinat,& hoc iddem
sequitur Surd.consi.558.num.5. & seqq.
volum.3.

Pro confirmatione prædictorum ad-
11 ducitur, † quòd dum annis elapsis Ioan.
Baptista,& Io.Franciscus Grimaldi non-
nulla fecissent legata soluenda de fructi-
bus bonorum feudalium , & addidissent,
vt reliqui fructus, percipiendi ex feudis,
nullo modo alienari possent à primoge-
nito in feudalibus , vsque dum ipse pri-
mogenitus erat annorum decẽ & octo,
& interim fructus multiplicarentur , &
ad certum opus conuerterentur, quam-
uis primogenitus prætendisset non sol-
uere legata,& quòd onus prædictum re-
spectu multiplici relicti non teneret , vt
concernentia ipsa feuda ; tamen quia
feuda illa erant hæreditaria , cùm esset
diù litigatum inter partes , fuit postea
causa compromissa præuio assensu , vt
fieri solet in feudalibus , & per arbitros
cum consilio peritissimorum Consilia-
riorum Ioannis Thomæ Vespuli, D.Dy
daci de Vera,Illustriss. Cardinalis Sera-
phini,& aliorum doctissimorum virorũ,
fuit,inquam,per eos arbitrarum,in anno
1606. multiplicum prædictum esse vali-
dum,eò magis,quia onus erat ad tempus
& in fauorem primogeniti , & nihilomi-
nus legata soluenda fore per ipsum pri-
12 mogenitum, † quia,licèt non adsit actio
realis,nec hypothecaria respectu feudo-
rum,nihilominus hęres in feudis actione
personali cogitur adimplere onera im-
posita per testatorem in feudo hæredi-
tario,vt scripsit Alex.consi. 58. lib. 5. ex
tex.in l.Mela.ff.de alimen.& cibar.lega.
& in l.fin.§.fin.ff. de contrah. empt. de
Franch.d.decis.1.num.34. & faciunt no-
tata per Surd.in consi.570.num.1.vol.4.

Quod præcipuè habet locum, ſi deeſt fraus, vt notauit Bald. in l. ſi miles, de milit. teſtam. Innoc. in cap. ex officijs, de præſcript. vbi Feli. nu. 27. limit. 3. Decia. in conſi. 41. nu. 25. vol. 1.

SVMMARIVM.



Actum factum inter fratres in diuiſione bonorum antiquorum, vt poſſint ad libitum diſponere, facit ceſſare cõſuetudinem. nu. 1. contrarium refertur. nu. 2. concordantur opiniones. nu. 4.

Diſpoſitio facta ab aliquo, in dubio præſumitur facta ſecundum loci conſuetudinem, ſit etiam contractus. nu. 3.

Pater dans licentiam filio, vt poſſit diſponere de bonis antiquis, num valeat talis licentia? nu. 5.

Mater ad libitum diſponit de dote, ſi filij dediſſent ei hanc facultatem. nume. 7. in fin.

Primus acquirens, poteſt in bonis acquiſitis apponere legem, quam velit. nu. 6.

Data mulieri licentia in capitulis matrimonialibus, vt poſſit ad libitum diſponere, num teneatur ſeruare conſuetudinem? nu. 7.

Licentia data feudatario, vt poſſit ad libitum de feudo diſponere, num valeat? nu. 8.

QVÆSTIO III.

1 Ertiò quæro, † ſi fratres inter ſe in diuiſione bonorum antiquorum inijſſent pactum, vt poſſint ad libitum de illis bonis diſponere, an teneantur ſeruare diſpoſitionem conſuetudinum? & negatiuam ſententiam receperunt DD. in materia iſtarum cõnſuetudinum, ita probat Scipio Bucin. in conſuet. ſi aliquis moriens. in princ. fol. 162. in addit. incip. quid ſi qs acquirat. verſ. & quid ſi fratres, allegat Capyc. deciſ. 190. Crauet. & Deci. qui in l. fin. col. 2. nu. 5. verſ. & ideo. C. de pact. dicit, vt pactum factum ad inuicem de ſuccedendo, valeat propter viciſſitudinem, ex tex. in l. quod autem. §. quod ait. ff. de donat. int. vir. & vxor. & hoc iddem tenet alia additio in d. conſuet. ſi aliquis moriens. fol. 163. in addit. incip. Pone, quòd pater. verſ. iſtam autem conſuetudinem limita ex dictis per Alex. conſi. 8. vol. 5. & per Capyc. in ſua feud. inueſtit. in verb. feudorum diuiſiones. limit. 4. in fin. fol. mihi 163. tenet etiam Scip. Santin. in conſuet. ſi qua moriens, ſub nu. 2. fol. 196. in addit. incip. Pater in contractu matrimonij; tenet etiam Liparul. in addit. ad Andr. in cap. 1. ſub num. 1. in verb. nouo feudo, in fin. de eo, qui fin. fecit agnat. de feud. pater. & ita pluries iudicauit Sacrum Conſilium, teſte Pręſide de Franch. in deciſ. 4. num. 18. & faciunt dicta per Annam in allega. 73. nume. 14. cum ſeqq.


2 Et licet Sacrum Conſilium de anno 1516. iudicaſſet contrarium in cauſa Ioannellæ de Golino cum Catherina Circello, vt refert Capyc. in conſuet. etſi teſtator. in princ. in addit. incip. Quæro circa iſtam conſuetudinem. verſ. ſimiliter pone. fol. 172. ex quo illa verba diſponendi ad libitum, intelligi debeant, ſeruata forma conſuetudinis, nempè, vt taliter diſponant, vt locum habeat diſpoſitio conſuetudinis, quę deciſio confirma-
3 ri poteſt; quia † licet ſecundum aliquos, in dubio quis præſumatur contrahere ſecundum diſpoſitionem iuris communis, hoc tamen procedit, ſi in illo loco non adeſſet ſtatutum, quod teneretur ſeruare, quia in dubio tunc potius præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti; quòd non ſolùm procedit in contractibus, vt dixi in 1. par. cap. 5. in 6. notab. & alibi, ſed etiam quando diſponit per teſtamentum, vt ex multis probat Mantic. lib. 3. de coniectu. vltim. volunt. tit. 10. num. 8. lib. 4. tit. 10. nu. 13. & ſeqq. & lib. 6. tit. 7. per tot. & vltra per eos cumulatos, iddem probat Simon de Petr. lib. 1. de interpret. vltim. volunt. ſolut. 3. num. 4. & lib. 2. ſolut. 2. nu. 304. & ſolut. 5. nu. 4. quia hoc etiam tenetur facere ex iuris diſpoſitione, cùm nemo poſſit per eius diſpoſitionem derogare clauſulæ ſtatuti municipalis, quod latiùs explicat idem Sim. loco cit. lib. 5. dubit. 1. nume. 124. & hanc ſecundam opinionem poſt Stephan. de Caiet. ſequitur nouiſſimè Conſiliarius de Rubeis in ſuis addit. ad Neapod. fol. 4. in addit. incip. filius inſtitutus. verſ. & quid ſi licentia diſponendi ſit data, vbi plures alios authores cumu-

lat

lat ad hoc probandum.

Verum ego sic concordarem opinio-
4 nes istas; † nam aut in pacto prædicto cessaret omnis fraus, & sine dubio procederet prima opinio, quia tempore initi pacti fratres erant proximiores, & ad ipsos tantum dicta bona antiqua pertinebant, & consequenter inter viuos potuerunt apponere pactū prædictū in modo disponendi, quia, dum postea disponunt in vltima voluntate; est executio facultatis ad inuicem factæ inter viuos, cùm inter viuos habeant liberam facultatem alienandi, cessante fraude, vt q. 1. dictum est. Si verò aliqua fraus interuenisset, & tunc procedat secunda opinio; possunt etiam sententiæ prædictæ concordari ex dicendis in licentia concessa in alienatione feudi, vt num. 8. dicam; est enim quoad hoc eadem ratio. Posset etiā
5 confirmari prima opinio, & primo † quia dum pater dat potestatem filio, vt possit etiam de bonis antiquis, ad libitum disponere, vtiq; filius, non obstante dispositione consuetudinis, posset etiam de bonis antiquis tam inter viuos, quàm in vltima voluntate disponere; sic probat Naucler. in suis addition. ad Neapod. in consuet. si aliquis moriens. fol. 11. à terg. in fin. ex tex. in l. pen. vbi Salycet. C. quādo decret. opus non est, ex Alex. consil. 62. vol. 2. & ex alijs; & fol. 13. à terg. in addit. in cōsuet. si qua moriens, in 1. apo-
6 still. † Si verò ille, qui apponeret hoc pactum, esset primus acquisitor bonorum, quæstio hæc careret difficultate, quia rei suæ vnusquisq; potest apponere legem, quam velit, & hac ratione vtitur Naucler. loco cit. Imò primus acquirens potest apponere legem in testamento nè huiusmodi bona ad proximiores perueniant, quia in eius arbitrio hoc est, dum est primus acquisitor bonorum, vt ex multis pbat Præs. de Franch. decis. 307.
7 Confirmatur secundò, † quia licèt mulier non possit in vltima voluntate disponere, nisi de decima parte dotis, si filios habeat, & de medietate si careat filijs; nihilominus, si pater in capitulis matrimonialibus dedisset illi facultatem disponendi de dote ad libitum, tunc reseruata legitima filijs, de alijs portionibus ad libitum disponit, ita probat Naucler. in locis proximè cit. præcipuè fol. 11. à ter. probat etiam Scipio Bucin. in consuetu. si qua moriens. fol. 196. in apostill. incip. Pater in contractu matrimonij; probat etiam Reg. de Pont. in consi. 8. num. 19. & 20. & in consi. 9. nu. 31. tenet etiam Consiliarius de Rubeis in suis addition. fol. 4. in apostill. incip. Filius institutus, & iddem pcederet, si filij dedissent hanc facultatem matri alienandi ad libitum dotes, vt ex doctrina Dec. in l. fi. num. 5. C. de pact. & ex alijs probat Scipio Bucin. in d. consuet. si qua moriens, in prin. fol. 196. in addit. incip. statutum, quod mulier, vers. quid si filij, vbi dicit, ita se vidisse iudicatum in Sacro Consilio, referente Hieronymo Seuerino Præsidente, & etiam audiuisse à Pisanello, quòd sic etiam ipse aliàs obtinuit.

8 Plus dico, vt prædicta procedant, † etiam in feudo, si nempe feudatarius habeat potestatem disponendi ad libitum de feudo, adhuc de eo disponere valeat sine alia requisitione Domini, vt dixi supra par. 2. in tit. de bonis. q. 8. num. 17. Et probat etiam ex pluribus Præs. de Frāc. d. decis. 4. num. 18. & decis. 6. num. 7. vbi optimè hoc explicat habere locum, quādo in principio contractus, siue concessionis cōcessa esset Vassallo hęc licentia, quia tunc Pactum mutat naturam feudi; secus tamen, si facultas concederetur in fine contractus, & concessionis, quia tunc respicit executionem, non autem rem principalem, & consequenter licentia intelligitur data, prout ius intelligit, nempe requisito Domino: quæ quidem distinctio etiam adaptatur in materia harum consuetudinum, & sic concordantur opiniones relatę, vt prima procedat, si in principio contractus diuisionis factæ inter fratres, vel in principio capitulorum matrimonialium sit concessa talis licentia, Secunda verò procedat, si licentia data sit in fine contractus; quam distinctionem videtur innuere Naucler. d. fol. 10. à terg. & cerni etiam potest d. fol. 13. à terg. Colligitur etiam ex traditis per alios addentes locis citatis num. 1. & seqq. Esset enim tunc quædam clausula apposita de stilo Notariorum, & nihil operaretur.



SVM.

SVMMARIVM.



Onsuetudines prohibent dispositionem, etiam per donationem causa mortis, & per omnem aliam vltimam voluntatem. num. 1.

Dispositio facta in vltima voluntate, est magis suspecta de fraude, quàm illa, quæ fit inter viuos. nu. 2.

Relatum inest in referente cum omnibus qualitatibus eius. nu. 3.

Relatum est nullum, quando nullum est illud, ad quod relationem habet. nu. 4.

QVÆSTIO IIII.



Vartò quæro, an aliquis possit disponere de bonis suis per donationem causa mortis, vel per aliam vltimam voluntatem extra testamẽtum?
1 & respondeo negatiuè; † quia, dum est prohibita dispositio alicui per testamentum, est etiam illi ꝓhibita dispositio per donationem causa mortis, per Codicillos, & per omnem aliam vltimam voluntatem, vt ex pluribus probauit Couarru. in Rubrica de testam. par. 3. nu. 11. & est tex. in l. conficiuntur. §. 1. & in l. Diui. §. licet. ff. de iur. codicill. & in simili consuetudine hoc iddem probauit Arnold. Ferron. in consuet. Burdigalens. lib. 2. tit. 5. de testam. §. 7. vers. quare qui prohibetur alienare ex testamento, fol. mihi 176. probat etiam Rip. in l. 2. num. 14. ff. de legat. 1. & Deci. consi. 279. Iul. Clar. in §. donatio. quæst. 7. & in materia harum consuetudinum hoc probat Scipio Bucin. in consuet. si qua moriens. fol. 196. in addit. incip. Statutum, quod mulier. vers. stante statuto, qui se remittit ad Deci. d. consi. 279. & ratio est manifesta, quia omnes istæ sunt vltimæ voluntates, &
2 † eadem suspitio circumuentionis, quæ est in dispositione facta per testamentũ, est etiam in omni alia vltima voluntate; quia, vt dixi supr. q. 1. n. 9. Sola dispositio, quæ fit inter viuos nõ est ita suspecta de circumuentione, ꝓut est omnis illa, quæ fit in vltima voluntate; nã eadẽ ratio ꝓcedit in qualibet vltima voluntate: imò idem Bucin. in consuet. & si testator, in prin. in addit. incip. circa hanc consuetudinem. fol. 173. & 174. vers. an autem consuetudo ista, se remittit ad Dec. & Rip. locis cit. qui hoc tenent in dispositione facta in omni vltima voluntate, vt dictum est, clarum est enim, vt Bucin. eandem opinionem affirmet, tum quia Doctoris dictum intelligitur secundum legem, & doctrinam, quam allegat, vt sæ-
3 pius replicatum est, tum etiam † quia relatum est in referente. l. asse toto. ff. de hæred. instit. quod procedit non solùm virtualiter, sed etiam actualiter, & efficaciter cum omnibus eius qualitatibus, vt in l. institutio talis. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. Deci. consi. 47. vbi addentes alios cumulant. Cornazan. decis. Rotæ Lucens. 44. num. 9. & decis. 52. nu. 3. Purpur. consi. 341. nu. 4. Anna in consi. 112. nu. 8. vol. 2.
4 † Imò relatum siue referens est nullum, quando id, ad quod fit relatio, nullum est, vt scripsit Felin. in cap. ex parte. nu. 11. extra de rescript. Lanar. consi. 41. nu. 2. & consequenter Bucinus illorum opinionem confirmauit, tantò magis, quia d. fol. 196. hoc expressè dicit, vt num. 1. notatum est.

SVMMARIVM.



Onatio facta cum clausula ex nunc pro tunc, secuta morte, num faciat cessare consuetudinem? nu. 1. Dicitur donatio inter viuos. nu. 2. Referuntur contrarium tenentes. num. 4. Sitne pura, vel conditionalis? nu. 9.

Mortis mentio facta in donatione ex nunc pro tunc qualiter accipiatur. nu. 3. & 6.

Donationi causa mortis si apponatur pactum, ne possit reuocari, quid pactum operetur? nu. 5.

In dubio præsumatur ne donatio causa mortis, vel inter viuos? nu. 7.

Donatio facta cum clausula ex nunc pro tunc an expiret morte donatarij, si ipse præcedat donati? nu. 8.

Donatio facta contemplatione matrimonij num præsumatur in fraudem consuetudinum? nu. 10.

QVÆ-

QVÆSTIO V.



1 Vintò quæro, † quid si facta esset donatio alicui cũ clausula, videlicet, dono ex nũc, pro tunc, & è contra, secuta morte mea, an hæc donatio dicatur facta in fraudem consuetudinũ, nempe, vt iudicetur causa mortis, & sic vt sit vltima voluntas, vel inter viuos facta dispositio, vt non subiaceat consuetudini? & Respõdeo esse dispositionem inter viuos, itaque facit cessare dispositionem consuetudinis, sic probat Ioan. Dilect. in tracta. de art. testan. tit. 1. caut. 13. vbi nu. 3. ex tex. in l. vbi ita donatur, iuncta gl. ff. de donat. caus. mort. ex Alex. consi. 54. vol. 7. ex Dec. in l. 1. col. 5. C. de secun. nup. probat in simili statuto validam esse donationem, nempè si maritus talem donationem faceret vxori, & ex forma statuti esset ei prohibitum relinquere in vltima voluntate, nisi certam summam vxori, & per donationem prędictam plus vxori relinqueret, quia tũc donatio non compræhenditur in statuto, & ad ipsum Io. Dilectum remittit se Consiliarius de Bottis in consuet. & si testator, sub num. 3. fol. 175. in fin. in addit. incip. in glo. in verb. disponere, & occasione dictæ apostillæ hanc quæstionem posui.

Confirmatur hæc sententia, quia, vt dictum est quæstio. 1. consuetudines istæ non habent locum nisi in vltima volun-
2 tate, † sed omnes ferè probant, donationem istam esse inter viuos, vt ꝓbat tex. notab. in l. quisquis. C. de donation. vbi Saly cet. & alij, probarunt etiam Bald. in Authen. contra rogatos, in princ. C. ad Trebel. Alex. & alij, quos probat Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. 1. nu. 86. & seqq. Præs. de Franch in decis. 215. num. 1. Loffred. Rimin. Iun. Mandos. & Surd. quos probauit Anna in consi. 1. num. 1. quibus addi possunt. glos. in l. 1. in verb. te alio. C. de pact. Natt. consi. 115. nu. 5. & consi. 123. nu. 12. Barnab. Cornazan. decis. 77. num. 7. & seqq. Rolan. consi. 61. num. 42. vol. 2. Cels. Vgo consi. 53. nu. 1. Addentes ad Iul. Clar. in §. donatio. q. 4. vers. inter viuos. Purpur. consi. 271. nu. 2. idem Surd. consi. 450. num. 15. & seqq. præcipuè num. 29. vol. 4. Reg. de Ponte in suo opere feud. lect. 2. nu. 53. qui omnes probant. hanc donationẽ esse inter viuos, & præcipue si adesset iuramentũ, vel facta esset personæ coniunctæ, &
3 adesset clausula omni modo meliori: † si quidem illa mentio mortis, quæ facta est in tali donatione habet hunc effectum, vt donatio dicatur inter viuos quòad trãslationem dominij; & quòad translationem veræ possessionis; detentio tantum bonorum prædictorum acquiratur post mortem, vt rectè probant omnes ꝓcitati DD. præcipuè Cornazan. d. decis. 77. nu. 5. & seqq. Purpur. vbi supra nu. 2. ex text. in d. l. quisquis.

4 Nec obstat, quòd multi contrarium teneant, vt dicatur donatio causa mortis, vt probarunt Roman. consil. 229. Alexan. consil. 78. vol. 4. Ioan. Philipp. Doctor Gallicus in consil. 16. num. 11. vers. ad hanc etiam partem, & nume. 12. Boer. decis. 353. & alij, qui legi possunt penes præcitatos Authores nu. 2. relatos, ea ratione, quia donatarius tenetur post mortem donantis bona donata habere, & consequenter ex dispositione tex. in l. mortis causa capimus. ff. de donat. caus. mort. iudicanda sit donatio causa mortis. Siquidem non est firma consequentia, est facta mentio mortis in donatione, ergo est donatio causa mortis; sed inspicienda est forma, substantia, & pa-
5 ctum appositum in donatione † nam licet aliquis expressè donasset alicui causa mortis bona aliqua, & adiecisset pactum, vt dicta donatio non possit reuocari, vtique ex pacto prædicto esset donatio inter viuos, non obstante mentione mortis, vt probat tex. expressus in l. cùm ita donatur. ff. de donation. causa mort. Dec. hoc idem probat in l. non omnis. ff. si cert. pet. Afflict. decis. 77. vbi Vrsill. nu. 7. & alij. Igitur eodem modo
6 hoc dicere debemus in casu nostro, † qa illa verba, donamus ex nunc; prout ex tunc, secuta morte, habẽt hunc sensum, videlicet, donamus ex nunc, nempè vt ipsa donatio ex nunc valeat; & dominiũ rei donatæ in te donatarium transferatur, possessionem tamen, siue detentionem ipsius rei donatæ accipies, secuta morte mea, vt latius explicat Anna d. consi. 1. nu. 1. & omnes alij, quos num. 2. recensui.

Sed vt magis ꝓdicta enucleata pateat,
7 est aduertendum, † quod tunc mentio mortis facit donationem esse causa mortis,

tis, quando mentio mortis apposita est
substantiæ donationis, tunc verò fecit
donationem inter viuos, quãdo tempus
mortis adiectum est executioni, & præ-
stationi rei donatæ, & hoc vltimo modo
est, quãdo fit donatio ex nunc, pro tunc,
secuta morte, vt patet ex dictis nu. præ-
ced. Primo modo est, vt si diceret donãs
volo te donatarium post mortem meã,
vel cùm moriar habeas centum, vel alijs
verbis similibus, iuxt. text. in l. mortis
causa. ff. de manumiss. ibi (Quemadmo-
dum ita tradiderit, vt, moriente eo, fiat
accipientis.) Et in l. Seia. ff. de dot. præ-
leg. ibi (videri eum in eum casum, qui
morte mulieris extitit mortis causa sti-
pulata,) vbi glo. in verb. eum casum, pro-
bat etiam Alberic. in l. nam si cùm mo-
riar. ff. de condit. indeb. Iaf. in l. quæ do-
tis, num. 43. ff. solut. matrim. & alij citati
num. 2. præcipuè Surd. d. consi. 450. &
Facchin. lib. 5. controuers. iur. cap. 22.
8 Non tamen ignoro, † quòd, dum
hæc donatio facta ex nunc, &c. non di-
catur perfecta, & verum effectum habe-
re, nisi post mortem donantis: quòd ali-
qui ex hoc affirmarunt, talem donatio-
nem esse conditionalem, & tunc effe-
ctum habeat, si donatarius superuiuat
donanti; sed si donanti prædecederet,
donatio ipsa caducaretur, & annullare-
tur, ac si facta non esset: sic tenuerunt
nonnulli, quos recenset, & pbat Iacob.
Philipp. Port. consi. 112. num. 46. ex tex.
in l. si a marito. C. de donat. int. virum, &
vxor. & latissimè probat etiam Natt.
cons. 676. toto, & hanc opinionem vide-
tur etiam tenere Frecc. lib. 3. subfeud. in
3. formul. nu. 5. fol. mihi 404. col. 2. con-
trarium tamen probant plures, quos se-
ctatur Rolan. à Vall. in consi. 77. nu. 23.
vol. 1. Sed mihi placet distinctio tradita à
9 Præside de Franch. decis. 591. † quòd, si
talis donatio ex pacto apposito cerni
possit personalis, quòd inspiceretur ex
formula donationis, tunc caducaretur
per mortem donatarij ante mortem do-
nantis, si secùs esset, tunc donatio iudica-
retur realis, & consequenter non cadu-
caretur; quam distinctionem probat ex
doctrina Andr. & secundum hanc distin-
ctionem dicit iudicatum in Sacro Consi-
lio de anno 1595. in quadam causa Vir-
gineæ de Gambacorta. Ex quibus omni-
bus cernitur; vt quotiescunque est do-
natio inter viuos semper cessat dispo-
sitio consuetudinum, præcipuè si adest
10 aliqua iusta causa † vt si fieret donatio
contemplatione matrimonij, vel ob ali-
quam causam iustam, quarum causarum
iustitia arbitrio Iudicis relinquitur, vt
patet ex dictis quæst. 1. præcipuè tamen
in donatione contemplatione matrimo-
nij, quæ est causa iustissima alienationis,
est irreuocabilis, vt dictum est supra par.
2. tit. de bonis. quæst. 7. num. 19. & habet
plura alia priuilegia, vt ex dicendis infra
consi. 11. magis patebit, & in specie tra-
dit Farinac. decisio. 875. loquens de hac
consuetudine, & decis. 879. in fin. dicit,
talem donationem factam fuisse à matre
filio contemplatione matrimonij in
præambula hora mortis, & quia erat ex
causa, iudicata fuit valida in illa Rota.

SVMMARIVM.



Gnatus instituens venientes ab intestato in toto patrimonio potest disponere de fructibus. nu. 1. & 12. Tunc tantum non potest onus imponere in medietate, quando illam tantùm relinqueret venientibus ab intestato. nu. 2. & 5. Decisiones Sacri Consilij ad hoc ponderantur. nu. 16. Hæres institutus ab alio agnato non potest medietatem acceptare, & reliquum repudiare. num. 6.

Fructus, percepti ex illa medietate, de qua poterat testator disponere, an faciant valere onus fideicommissi facti in medietate, de qua non poterat disponere. nu. 14. 15. 17. & 18. Sunt propriũ patrimonium hæredis. nu. 20.

Filius hæres à patre institutus non potest legitimam acceptare, & reliquum patrimonium repudiare. nu. 10. num possit grauari, vt legitimam, vel Trebellianicam detrahat ex fructibus. nu. 21. & seqq.

Grauatus restituere hæreditatem non restituet fructus, secùs si grauatus sit bona restituere, & ratio adducitur. num. 19. & 20. Quis dicatur grauatus in consequentia? nu. 19.

Hæres non potest pro parte acceptare, & pro parte repudiare hæreditatem. nu. 4. tenetur habere ratum factum defuncti. nu. 9. Quod percipit ex iudicio expresso testatoris tenetur in suo creditore excomputare. nu. 15. & seqq.

Legi-

Legitima debetur filijs iure naturæ. num. 11. Debetur in corporibus, non autem in fructibus. nu. 2. An pater in ea possit onus apponere? sub nu. 2. & 3. Quando tamen debeatur ex fructibus. numero 24.

Portio debita agnatis debetur iure hæreditario. num. 7. Sed qualiter hoc procedat, explicatur. nu. 8. & 9.

Quem non honoro, grauare non possum. num. 13.

Salerni locus in consuet. Si aliquis moriens recensetur, & simul refellitur. num. 23.

Tex. in l. cùm pater. §. Titio ff. de legat. 2. & in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell. & decis. Sacri Consilij in causa Berardæ Cocæ ponderantur. num. 16.

QVÆSTIO VI.

Extò quæro, an dum aliquis non potest per testamentũ disponere de medietate bonorum antiquorum, † si
1 saltem possit disponere de fructibus dictorum bonorum? hanc quæstionem mouit Naucler. in suis addition. fol. 12. à terg. in fin. in Apostill. incip. In eadem consuetudine, & glosa. ibi Item hanc medietatem, & fol. 13. in princ. quã determinat in partem affirmatiuam, vt valeat dispositio, & hoc ea ratione, quia hęres etiam in re propria grauari potest, vt in §. non solum. instit. de legat. cum alijs infra cumulandis: Quam quæstionẽ intelligit Naucler. & benè, quando agnatus, ad quem dicta medietas spectat, esset hæres institutus à testatore in alia medietate, nec potest eius opinio aliter sustineri, vt dicam infra num. 14. & seqq. Nam agnatus in sola medietate non potest grauari, vt probat Neapod. in consuet. & si testator. num. 26 & 27. vbi Salern. sub num. 2. fol. 173. in addit. incip. Quid in extraneo, & Frecc. Bucin. & alij sub num. 26. & 27. fol. 181. Quorum dicta locum habere possunt, quando agnatus est tantum institutus in illa medietate, non autem si institutus esset in toto patrimonio, vt etiam dixi supra par. 2. tit. de bonis. q. 21. nu. 4. & seqq.

2 Probatur hæc opinio à simili; † nam, licèt pater in legitima nullũ posset adijcere grauamen in præiudicium filij, & si adiectum esset, reijceretur vt in l. quoniã in prioribus, vbi omnes. C. de inoffic. testam. sic etiam vt relinquenda sit in corporibus, & non in fructibus, ad tex. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. & post alios Surd. decis. 21. num. 2.

3 Attamen † quando pater plus legitima reliquisset filio, potest ipsum filium grauare in legitima, & mandare potest, legitimam deducendam esse ex fructibus hæreditatis; quia, si filio displiceret tale onus; deberet repudiare hæreditatem, & habere legitimam sine onere, sed dum acceptauit hęreditatem, etiam onus in legitima impositum tenetur acceptare,

4 † quoniam non potest dispositionem testatoris pro parte acceptare, & pro parte impugnare, sic scripsit Cuman. in l. cohærede. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupill. subst. & in consi. 25. & 52. post ipsum Curt. Iun. Boer. Nat. Menoch. Alciat. & alios. Surd. in d. decis. 21. per totam, & in specie num. 20. Ergo hoc iddem procedere debet in casu nostro, † quia in hoc

5 æquiparantur legitima, & hæc portio debita agnatis vigore istarum consuetudinum, vt ex iam dictis cernitur, & habetur per Neapod. in consuet. & si testator num. 5. vers. item quia in hac medietate. fol. 175.

Secundo quia; licet hæc portio non sit in omnibus, & per omnia ad instar legitimæ, & in specie in hoc, dum filius potest repudiare hæreditatem paternam, & legitimam tantum acceptare, vt ex prædictis cernitur, & probant etiam hanc sententiam omnes, quos cumulat

6 Surd. d. decis. 21. † Sed agnati non possunt hanc medietatem acceptare, & reliquam medietatem repudiare, vt post Angel. in consi. 184. affirmat Camill. Salern. in addit. ad Neapod. in consuet. si aliquis moriens, sub nu. 18. fol. 166. in fin. in addit. incip. Vide Afflict decis. 309. & 310. hanc etiam sententiam videtur amplecti Consiliarius de Rubeis in addit. ad eundem Neapod. fol. 4. in addit. incip. Filius institutus, & in alia, quæ incip. Quæro in materia. conferunt dicta per Naucler. in eius addit. fol. 10. in princ. in addit. incip. In eadem consuetudine, in glos. in verb. à matre.

7 Et ratio poterit esse, quamuis non ponatur à prædictis authoribus, † quia hæc portio debita est agnatis titulo hæreditario. Neapod. in consuet. & si testator.

ſtator, in verb. diſponere. Ioan. Thom. Minad.in repet. conſtit. Regni in aliquibus,in 4.notab. nu.15. Præſ. de Franch. in deciſ.89.& 525.num.8.Reg. de Pont. in conſi.52.num.21.22.& infra de hac ve
8 ritate dicetur. † Id quod non intelligitur, vt hanc medietatem, vel nouem partes, dum mulier eſt, quæ diſponit,& ſupereſſent liberi habeant ex iudicio defuncti teſtatoris, nam hoc nō eſt verum, ſed illas habent ex prouidentia conſuetudinum,vt non negant prænarrati Scribentes;& hoc apertis verbis determinauit Neapod.in cōſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verb.materna.verſ.ſed an bona. num. 246.fol. 146. & in conſuet. & ſi teſtator, in verb.proueniat. num. 26. & ſeqq. fol. 181. Vbi Frecc. Scipio Bucin. & alij; &
9 hoc eſt notiſſimum.Sed intelligitur, † vt tales agnati,vel filij non admittantur ad hanc medietatem,vel nouem partes, niſi ſint hæredes vltimi decedentis, vt ait Præſ.de Franch.d.deciſ.89.& 525.num. 8.Reg.de Ponte d.conſi. 52.num.22. & ſic requiritur qualitas hæreditaria. Ergo tenentur habere ratum factum defuncti. l.cùm à matre.C.de rei vendic. vt non poſſit vnam medietatem recipere, & alteram repudiare, licet medietatem deberent habere abſque onere; cùm hæc medietas dicatur quota bonorū, & ideò debetur abſque onere. Neapod.in d.con ſuet.& ſi teſtator.nu. 27. & ſeq. fol. 181. & 182. Vltra quod etiam in legitima,
10 † dum filius eſt hæres inſtitutus à Patre, ſecundum magis communem opinionē non poteſt legitimam acceptare; & reliquum patrimonium repudiare, vt teſtatur Bart.in l.1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.alios cumulat Alex. Trentacinq. de ſubſtit.par.1.cap. 10. num.24. & hoc ex multis affirmat Andr.Pacchin.lib.4.controuerſ.iur. cap.65. qui hoc comprobat multis argumentis,& reſpondet contrarijs.Surd.etiam hoc probat in conſ. 422.
11 num.23. vol.4. † Si igitur hoc procedit in legitima, quæ iure naturæ debetur filijs, eò magis procedere debet reſpectu iſtius medietatis, vel nouem partium, quæ ex prouidentia conſuetudinum debentur, & ſic ex iure ciuili conſuetudinario; fortius eſt enim ius naturale, & quæ naturalia ſunt, vt in §. hæc quidem, inſtit.de iur.nat.& in §.fin.Inſtit.de legi-
12 tim. agnat. tutel. cum alijs cotis; † & conſequenter colligitur veram eſſe opinionem, non poſſe agnatos medietatem iſtam repudiare;& aliam retinere, & inſuper,vt tunc tantum agnati non poſſint grauari in medietate, quādo illa tantum medietas eis relinqueretur; ſed quando plus illi relinquitur, & illud plus aſcenderet ad quantitatem illius medietatis, tunc valet grauamen,ſecùs tamen,ſi plus grauarentur; & vltra prænarratos DD. hanc ſnīam defendit Salern. in d.cōſuet. & ſi teſtator. fol. 173. d. Apoſtill. incip. Quid in extraneo, & ratio eſt manifeſta,
13 † quia quem non honoro, grauare non poſſum. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. vbi notata,& in cap.nimis,de iureiuran.

Sed quæſtionis eſt,quando grauamen eſt appoſitum in tota hæreditate, & hæredes grauati per plures annos retinue-
14 runt vtranque medietatem, † num ex fructibus perceptis ex illa medietate, in qua valuit onus appoſitum,quamuis non valeret in alia medietate; num, inquam, fiat excompotum ex illis fructibus, vt omnia bona remaneant ſubiecta fideicōmiſſo? Quæſtio hæc poteſt dupliciter euenire.Primò ſi expreſsè,vel per neceſſariam conſequentiam conſtet de iudicio, & voluntate teſtatoris,& ſecundò,ſi id non conſtet. Primo caſu ſine dubio
15 † fructus percepti ex medietate, de qua poterat teſtator diſponere, computabūtur in illa medietate, de qua diſponere non potuit, ſi tanto tempore fructus illius medietatis percepit, vt alteri medietati æquipolleant, ſic probat tex. in l. ſi debitor. ff. ad leg. Falci. quo tex.cauetur vt tunc hæres in ſuum creditum imputet, fructus perceptos ex hæreditate,
16 quando expreſſe id teſtator iuſſerit,† & hoc modo etiam intelligitur tex. in §. cùm pater.§.Titio. ff. de legat. 2. & in l. mulier.§. cùm proponeretur. ff. ad Trebell. & deciſio facta in cauſa Berardæ Cocæ cum hæredibus quondam Ioānis Andreæ Fagillæ, de qua meminit quædam additio ad Neapod. in conſuetu. ſi aliquis moriens.fol.168. incip. ex prædictis, & eſt additio Piſanelli, tenet etiam ibi expreſsè Salern.in Apoſtill.incip. Nota, quòd hæc gloſ. & ſic etiam iudicauit Sacrum Conſilium in cauſa illorum de Venatis,vt refert Præſ.de Franch.deciſ. 293.nū.10.in ſi.
17 Et vt requiratur expreſſa teſtatoris voluntas, docent in indiuiduo infraſcripti DD. videlicet, Iacob. de Aren. in d.§. cùm

cùm proponeretur, in princ. vers. sed obijcitur, vbi Bar. nu. 2. vers. oppono. Alberic. nu. 8. vers. sed opponitur, tenuerunt etiam Ruin. consi. 112. num. 18. & consi. 115. num. 13. lib. 2. Rolan. consi. 65. vol. 2. sic etiam iudicauit Rot. Auenion. teste Hieronym. de Laurent. decis. 45. nu. 6. & seqq. Sequuntur etiam Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 49. cap. 2. a num. 20. vsque ad num. 33. Hieronym. Gabr. consi. 124. toto volum. 1. Menoch. consi. 183. à num. 38. vsque in fin. lib. 2. vbi nu. 50. infinitos quasi cumulat pro hac opinione: Quibus adduntur Angel. consil. 331. per tot. Simon de Petr. lib. 3. de interpræt. vltim. volun. interpræt. 3. dubit. 5. solut. 4. num. 18. cum seqq. Surd. consi.
18 291. num. 11. & decis. 224. nu. 12. † Plus dicunt, vt tunc demum conclusio prædicta locum habeat, quando tempore restitutionis faciendæ fructus ipsi extarēt, non autem si ab ipso hærede grauato essent consumpti, prout in specie declarant Angel. in dict. §. cùm proponeretur. num. 2. vbi Cuman. num. 2. vers. in textu. Sequuntur hoc idem Ias. in Authen. res, quæ. col. fin. C. commu. de legat. Molin. lib. 4. de primogen. Hispan. cap. 6. nu. 15. Castrens. consil. 19. Vltra ea. num. 3. vol. 2. Menoch. in tracta. de præsumpt. lib. 4. præsump. 189. nu. 161. vers. cæterùm, & d. consi. 183. nu. 49.
19 Diceretur aliquis grauatus in consequentiam, si grauatus esset omnia bona sua sine diminutione restituere, quia tunc etiam fructus veniunt modo iam declarato numero præced. at si grauatus esset restituere hæreditatem, tunc in
20 restitutione non veniunt fructus, † & ratio est, quia fructus non spectant ad hæreditatē, sed sunt proprium patrimonium hæredis, ita docet glos. notab. in l. Titius. glo. 1. ff. ad Trebell. per tex. in l. deducta, §. quod ex hæreditate. ff. eod. scripsit etiam Bart. in d. l. Titius, num. 1. cum quo transeunt Ange. Paul. & Alex. in l. Balista. ff. eod. Rip. in l. fideicommissariam. num. 16. ff. eod. & post alios Peregrin. d. art. 49. cap. 2. num. 29. Et de fructuum excomputatione, an, & quando imputentur, & præcipuè in legitima, videndus est Gabr. lib. 6. commun. opin. in tit. de legit. concl. 1. præcipuè nu. 38. & post alios Peregrin. loco cit. art. 36.
21 Vtraque tamen conclusio, limitatur non habere locum in filijs primi gradus, in quibus ex Iuris dispositione fructus, quam ex testatoris iudicio percepti non computantur in sortem tam quòad legitimam, quàm quòad Trebellianicam, de Trebellianica est tex. expressus in l. iubemus. C. ad Trebell. cum alijs cumulatis supra par. 2. in titu. de personis quæst. 10. nu. 63. & alibi, & in legitima est communis Doctorum opinio desumpta ex eadem lege, vt probat Præs. de Franch. in decis. 522. & post alios Mantic. de con iect. vltim. volunt. lib. 7. titu. 10. num. 18.
22 † Et quamuis Præs. de Franch. in decis. 11. referat decisum, vt in filijs primi gradus possit Trebellianica prohiberi, tamen contraria opinio est verior, æquior, & magis recepta etiam in tribunalibus, quod procedit etiam in filijs legitimatis primi gradus, vt dixi d. quæstio. 10 num. 40. & seqq.
23 Nec obstat, quatenus Salern. in d. addit in consuet. si aliquis moriens. fo. 168. in apostill. incip. Nota, quòd hæc glos. in fin. dicat, habendam esse rationem fructuum in filijs primi gradus etiam sine prohibitione Trebellianicæ; nam, vltra quòd loquitur dubitatiuè per verb. videtur, tamen etiam si id affirmaret, de eius dicto nulla est habenda ratio. Nam sine lege, & sine ratione loquitur, & ideò eius authoritati non est deferendum; sed tenenda est opinio contraria, tanquam & iuri, & rationi magis consentanea, quàm opinionem vltra Doctores desuper relatos, secuti sunt infrascripti Do-
24 ctores maximi ponderis, † qui tunc concludunt legitimam compensandam esse cum fructibus perceptis ex alijs bonis vltra legitimam, quando adesset expressa voluntas testatoris per expressam prohibitionem legitimæ, & Trebellianicæ, non autem quando simpliciter facta esset substitutio. Sic scripserunt Cuman. in l. cohæredi §. cum filio, post nu. 2. vers. in glos. super verb. tenebuntur. ff. de vulgar. & pupill. & in consi. 52. per tot. Curt. Iun. consi. 120. sub num. 16. Cephal. consi. 92. vol. 2. Natt. consi. 321. nu. 5. vol. 2. Ioseph. Ludouic. decis. 78. num. 105. Qui quidem DD. etiam admittentes compensationem. Loquuntur in casu expressæ prohibitionis, quàmuis tunc sit etiam verior opinio contraria in filijs primi gradus, vt dictum est. nu. 22.

SVMMARIVM.

Filia debet esse contenta legitima sibi à patre relicta. nu. 4. 5. & 9.

Nullus præsumitur capere melius consilium pro filia, quàm pater. numero 4. & 9.

Paragium in nupta non potest esse minus legitima, in nubenda verò potest ascendere ad virilem. nu. 5. Quomodo intelligatur succedere loco legitimæ. nu. 6. 8. & 10. qualiter taxetur. nu. 7.

Pater, relicta legitima filijs, num possit alia bona ad libitum alienare? num. 2. num possit illa bona filiabus assignare? nu. 1. 3. & 21.

Pater alienans bona sua fit reuocatio per filios vsque ad legitimam. nu. 22.

Paragium, quod patri videtur conueniens omnibus tale esse debet. nu. 9. Eius supplementum non est debitum filiæ, si facultates paternæ augeantur. num. 5. in fin. nu. 8. 12. & per totam quæstionem, hoc etiam procedit secundum constit. Regn. in aliquibus, & ratio vera traditur. num. 10. Procedit etiam in paragio designato in vita patri, quamuis soluatur post eius mortem, & sic pluries decisum refertur. nu. 12. Magis habet locum, stante renunciatione filiæ, dum paragium recepit. nu. 14. eius supplementum dum petitur, per quam actionem petatur. nu. 15. 17. & 19.

Dos quando vigore statuti succedit loco legitimæ, dicitur congrua, habito respectu ad tempus, quo constituta est, nec datur postea supplementum. nu. 17.

Legitima filiorum quanta esse debeat. nu. 11. An debeatur eius supplementum post mortem patris, si in vita patris fuit assignata? num. 7. & 18. Qualiter differat à paragio circa supplementū. num. 20.

Petere aliquis non debet illud, cuius contrarium in casu contrario non esset postulaturus. nu. 13.

Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. nu. 16.

QVÆSTIO VII.

1 Septimò quæro, an pater simul cū masculis possit filias fœminas instituere pro æquali portione? & conclusiuè loquendo, sic distinguitur, aut per tales portiones, quas pater filiabus assignat, portio masculorum non diminuitur, & est in potestate patris etiam fœminas instituere; nam sufficit filijs habere portionē sibi debitam per has consuetudines, nam
2 hæc portio tantum illis debetur, † & de reliquo patrimonio disponit ad libitum, vt multoties replicatum est, & patet etiā ex his, quæ diximus de legitima, attento iure communi, qua relicta per parentem liberis, possunt ipsi parentes alia bona ad libitum alienare, etiam si in mare illa proijciant, vt ex communi sententia sæpe replicatum est, præcipuè ex traditis per Roland. consi. 62. num. 25. vol. 1. & per Surd. decis. 21. nu. 14. & seqq. ex tex. in §. 1. Auth. de hæredib. & falcid. Farinac. decis. 408. nu. 4. vt alios omittam.
3 Aut verò ex illa portione, quam pater daret fœminis, portiones masculorum minuerentur, & tunc pater non potest talem æqualationem facere, quia esset in fraudem masculorum, illos defraudando portionibus per consuetudinem ad eos pertinentibus, quod præcipuè, locū habet, si filiæ essent dotatæ de paragio, quamuis prætenderent, dotem esse mi-
4 norem legitima, † quia filia debet esse contenta dote sibi per patrem relicta, tum quia nullus præsumitur capere melius consilium pro filia, quàm pater ad tex. in l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adulter. cum alijs cumulatis per Salern. in consuet. si moriatur, sub num. 5. fol. 96. in addit. incip. Paragium quid sit lit. E. vers. quando namque pater dotem constituit, cum alijs infra suo loco cumulan-
5 dis; † tum etiam, quia paragium in muliere nupta potest esse minus legitima; in nuptura verò potest absorbere totam eius portionem ad hoc, vt nubere possit viro condigno conditionis suæ, prout vtrunque dictum probant Andr. in constit. Regn. in aliquibus. quæst. 12. Capyc. decis. 158. Grammat. decis. 57. nu. 19. & decis. 100. & 101. plures alios cumulat

Anna

Anna conſi.6. nu. 10. & probat etiam Petr. de Gregor. in tracta.de dot. de parag.quæſt.2. vbi addentes allegant Reg. de Ponte conſi. 65. & Præſ. de Franch. deciſ.44.& 61. prout idem Præſ. hoc affirmat in d.conſuet.ſi moriatur.fol.94.in addit. incip. Circa paragium; Vbi Maricond.in Apoſtill. incip. Quod tale paragium. Et Camill. Salern. loco cit. refert quatuor deciſiones Sacri Conſilij, vt filiæ ſufficiat paragium, illi aſſignatum tempore matrimonij.

6 Nec obſtat, quòd paragium ſuccedat
loco legitimæ; vnde, cùm legitima debeatur poſt mortem; vt in l.quoniam nouella,& l.cùm quæritur C.de inoffic. teſtam. Ergo ita pariter & paragium debet eſſe debitum poſt mortem, vt in ſpecie ſcripſerunt Riccard. Malumb. Cyn. Bal. & Salycet.in l.ſancimus. C. de nupt. Alberic.in tract.de ſtatut.in 2.par. quæſtio. 104. Alex.conſi.131.vol.1. Deci.Corne. & alij, quos probat Albert. Brun. in tracta.de ſtatut.exclud.fœm.art. 11. quæſt. 2.nu.7.Couarru. Molin. & alij, quos probat Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 36. num. 14. 25. & fere per totum illum articulum;& art.38.num. 20. quibus addimus Theſaur.deciſ.159.num.3.Afflict. deciſ. 396. vbi addentes Simon de Petr. de interpræt. vltim. volunt. lib.4.inter-
7 præt.1.dubit.12.num. 35. † & in ſpecie
in legitima, vt taxari debeat, habito reſpectu ad bona exiſtentia tempore mortis patris, ſcripſit Afflict. loco cit. Alex. Dec. & alij iddem probant, quos ſequitur Peregrin.d.art. 36. & in ſpecie num. 14. & 25. probarunt etiam plures, quos ſequitur Surd.deciſ.119. num. 18. & deciſ.167.num. 1. & ex regnicolis Anna in conſi. 26. num.13.& 20. vol. 1.& conſil. 120.num.33.vol.2. Lanar. conſil. 70.nu. 8.& in ſpecie, vt debeatur ſupplementũ paragij vſque ad legitimam tenuerunt tempore Socini Senioris octuaginta DD. quos ipſe refert, & ſectatur conſil. 150. vol. 2. & ſecundum hanc opinionẽ iudicaſſe Conſilium totius Italiæ refert Iaſ.in Authen.nouiſſima.C.de inoffic.teſtam.& hoc iddem tenent alij, de quibus meminit Grammat.d.deciſ.57 & etiam deciſ.100.& 101. & ſecundum iſtam opinionem bis fuit iudicatum in Sacro Conſilio, vt refert Maricon.in addit. cit. Siquidem ex prædictis apparet contrariũ, tũ quia non eſt ſimpliciter verum aſſum-

8 ptum: † paragium ſuccedere loco legiti-
mæ quia legitima debetur poſt mortem paragium verò debetur in vita patris: vnde, dum mulier, viuente patre, habuit dotem condignam, qua nupta fuit viro æqualis conditionis, non poteſt conqueri poſt mortem patris, vt petere poſſit ſupplementum paragij, ita poſt alios probat Grammat.d.deciſ.57. & deciſio. 101.nu. 60. & ſeqq. vbi ita pluries refert deciſum, prout etiam quatuor vicibus ita fuiſſe iudicatum in Sacro Conſilio refert Salern. d. fol. 96. lit. E. F. & ſeqq. Præſ.de Franch.in addit.cit. & ſequitur etiam Petr.de Gregor.in d.tract.de dot. de parag.q. 25. & pluries aliàs ita etiam iudicatum fuit, vt infra dicetur.

Probatur ab omnibus ea ratione, quia dum paragium eſt aſſignatum filiæ, viuente patre, dicitur competens, habito reſpectu ad bona exiſtentia tunc tempo-
9 ris penes patrem, † tum quia nemo pręſumitur
capere melius conſilium pro filia, quàm pater, tùm etiam, quia paragiũ, quod patri videtur conueniens, omnibus tale videri debet, vt ex multis probat Caſtrenſ.conſi.275.num.6. quem ſequitur Deci. conſi. 26. Hoc iddem probant Corne.conſi.170.num.7. volum.2. Alex.conſi.69.num.2.vol.1. Pariſ conſi. 26.nu.88.vol.3.Cephal.conſi.502. nu. 3. & 16.vol.4.Port.Imol.conſi.6.num. 63. Burſat.conſi.248.num.4.vol. 3. Decian. conſi.6.num.40.& ſeqq.vol.1. Peregrin. d.art.38.num.23.& art.39.num.21. Ferron.in conſuetud.Burdigalenſ. Rubrica de teſtam.titu.5.§.3.in prin. Ioſeph. Ludouic.deciſ. Peruſin.21.nu.52. & videtur tex. expreſſus in l. fin. C. qui, & ad-
10 uerſ. quos, † & hanc opinionem in ter-
minis conſtitut. in aliquibus, vt de iure regni non debeatur ſupplementum paragij tenet ibidem Afflict.nu.73.& idem Afflict.in conſtit.fratribus col.3.in 4.notab.quem refert, & probat Petr. de Gregor.d.quæſt.25.nu.12.Sequuntur etiam Marant.diſput.10.num.21.in fin. Gram, d.deciſ.57.num.37. & deciſ. 101. nu. 68. ex quibus probant etiam Deci. d. conſi. 26. & Burſat. d. conſil.250. poſt num.1. verſ.primò quia.vol. 1. qui meminit de Afflicto, & Marant. locis cit. & in eiſdẽ terminis dictæ conſtit. ꝓbat etiam Soci. Iun.conſi.61.vol.4.vbi num.3.verſ.& notandum eſt, põderat, quia conſtitutio illa in aliquibus loquitur de filiabus innu-

ptis,

ptis, quibus pater non potuit in eius vita prouidere; quia si essent nuptę, sufficeret eis paternum consilium ex magis communi Doctorum sententia, & addi potest, quia non est vera in omnibus æquiparatio legitimæ, & paragij, non solum
11 in debito, vt nu.6. dictum est, † sed etiam in taxatione, quia legitima semper est vniformis, vel triens infra quatuor filios, vel semis, si quatuor, vel vltra sint iuxta terminos tex. in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. quod secus est in taxatione paragij, vt dixi nu.7.
12 In terminis verò harum consuetudinū est magis recepta sententia non augeri paragium, quàmuis augeantur facultates patris, & vltra Doctores, & decisiones relatas per Salern. num.5. in fi. Sacr. Consilium hoc iudicauit in fortioribus terminis iunctis aulis inter Ducissam Nuceriæ, & Principem Hostiliani, Siquidem Ducissa non fuit nupta in vita patris, nec pater illi consignauit dotem, sed tantum, viuente patre, fuerat matrimonium conclusum cum designatione certæ quantitatis dotis, quæ erat longè minor legitima, quod matrimonium fuit postea contractum post mortem patris. Et cùm Ducissa egisset pro consequenda integra legitima habito respectu ad tempus mortis patris, contra se reportauit sententiam, de qua decisione meminit Reg. de Ponte in consil. suo 65. num. 15. & in tract. de potest. Proreg. in titu. de success. mulier. in princ. nu. 2. & seqq. & quamuis ipse in casu suo defendebat contrarium pro Ducissa Andriæ, tamen nihil amplius potuit obtinere, nisi dotem ab ipso patre Ducissæ designatam longè minorem legitima, vt d. nu. 2. & seqq. refert, quia dotatio, & assignatio dotis facta per patrem habetur in maxima consideratione, & meritò tum ob rationes toties replicatas, tum etiam, quia potest esse, vt patrimonium patris minuatur, & in casu diminutionis dos illa non minueretur, & consequenter in casu augmenti
13 non debet augeri, † quoniam non debet quis petere id, cuius contrarium in casu contrario non esset postulaturus. l. pen. vbi glos. C. de solution. & vt dixi, hæc quæstio hodie est sopita tum secundum has consuetudines, tum etiam secundum constitutiones Regni ob tot innumeras decisiones. Si enim bina iudicatura consuetudinem inducit, & tollit, vt dixi supra par. 1. cap. 5. nu. 7. & 28. & alibi multò magis inducta est consuetudo ob tot innumeras iudicaturas, & sententias.
14 † Hoc eò magis procederet, si filia tempore dotationis, & recepti paragij denunciasset in forma, vt ex multis probat Couarru. in c. quamuis. par. 3. §. 2. in fin. vers. regulariter tamen, & alibi, de pact. in 6. Bursat. consi. 248. num. 18. & consi. 250. nu. 67. vol. 3. & alij plures.
15 Addunt aliqui aliam rationem; † quia ad petendum hoc supplemētum paragij filiæ nulla competit actio, quia non potest illi competere actio pro congrua dote, quia supponimus, dotem esse congruam tempore assignationis, & dota-
16 tionis, quæ postea dum soluitur, † solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ. & in proprijs terminis probat ex multis Decian. d. consi. 6. à nume. 30. vsque ad num. 37. vol. 1. vbi etiam respon
17 det contrarijs. † Nec etiam illi competit actio aliqua pro supplemento legitimæ, nam cùm illa dos loco legitimæ vigore consuetudinis, & similium statutorum subrogetur, tunc filiabus nulla datur portio iure naturæ, nec eiusdem portionis datur supplementum, quando portio illa congrua est, quando promittitur, vt conceptis verbis probarunt infrascripti Doctores, videlicet, Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. quæst. vlt. Angel. consi. 105. in fin. Boer. decis. 62. num. 14. Rolan. cons. 62. num. 52. vol. 3. Craue t. consi. 236. num. 2. Iul. Clar. in § testamentum. quæst. 42. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cas. 149. nu. 5. 13. & 25. & alij innumeri, quos etiam probat Bursat. consi. 245. nu. 1. cum seqq. vol. 3.
18 Postremò non obstat, † vt in legitima multi teneant contrarium, quorum aliquos cumulaui supra num. 7. & probant etiam Boer. decis. 62. Cephal. consi. 501. num. 58. & seqq. & consi. 502. num. 11.
19 volum. 4. & alij, † & quòd tunc petatur supplementum legitimæ per conditionem ex lege, nempe ex l. omnimodo. C. de inoffic. testam. vbi glo. & alij communiter, vt habetur lib. 3. commun. opin. Rubr. de vlt. volunt. tit. de legitima. cap.
20 5. §. legitimæ supplementi petitio, † quia est diuersa ratio, nam legitima debetur post mortem, vt sæpè replicatum est, debetur etiam iure naturæ, quid ergo mirum, si supplementum debeatur, si illi

non

non sit expressè renunciatum, sed paragium debetur in vita, & dum est congruum tempore assignationis, & succedit vigore consuetudinis in locum legitimæ debitæ iure naturæ, quid ergo mirum, si tunc cesset omnis actio, & inspiciatur solum tempus dotationis, & assignationis ad iudicandam congruitatem paragij.

Ad rem igitur redeundo quæstionis
31 principalis, † si filia in vita habuisset dotem congruam etiam minorem legitima, eidem debita post mortem patris, non posset pater filiam æqualare cum masculis, si per æqualationem minueretur portio masculorum, aliàs secus; vt ex dictis cerni potest; & in particulari ex decisione Farinacij num. 2. citata. Eadem distinctio adhibetur, si pater in testamento, vel in vita assignasset filiabus dotem in illa quātitate, qua minue-
32 retur legitima masculorum, † tunc non valeret dispositio ad minus vsque ad quantitatem legitimæ, & ad portionem debitam masculis vigore consuetudinis, & vsque ad illam summam fieret reuocatio. Et quamuis de assignatione inuita sit quæstio, de assignatione tamen in vltima voluntate, non adest controuersia, prout hæc, & alia considerat Anton. de Alex. in consuet. si aliquis moriens. fol. 161. in addit. incip. circa istam consuetudinem: dixi controuersiam esse in assignatione, quæ fit in vita, quia tunc seruanda sunt ea, quæ dicta sunt supra q. 1. hac eadem 3. par.

SVMMARIVM.



Limenta qualiter taxentur, & an augeantur dum persona crescit. sub num. 31. & 35.
Dispositio facienda per nouitium ante professionem, vt sit valida, qualiter fiat. nu. 1. An reuocetur tanquam conditionalis, si ante emissam professionem exeat de religione? nu. 2. & 18. Facta per Nouitium, seruata forma Conc. Trid. iudicanda est inter viuos secundum omnes. nu. 16. & 17. & ita refertur decisum. num. 12. Quid in hoc teneat Neapodanus? nu. 23. & 24.
Dispositio dicitur facta in fraudem, si aduertens se non posse in vltima voluntate disponere, disposuit inter viuos. nu. 10. An hoc semper sit verum? declaratur. nu. 13.
Dispositione prohibita in vltima voluntate, vt sit valida inter viuos qualiter fieri debeat? nu. 9.
Dispositio Conc. Trid. circa renunciationem nouitiorum non habet locum in donatione causa mortis, sub num. 16. & 17.
Donatarius qualiter habeatur loco hæredis declaratur. nu. 11. & 22.
Donatio inter viuos est irreuocabilis. nu. 3. Facta à constituto in articulo mortis num præsumatur valida? nu. 8.
Ecclesia non vult bona alterius in præiuditium legitimorum successorum, sub num. 30.
Filiæ moniali debetur totum paragium, ac si in sæculo maneret, si post mortem patris monacetur, & ratio assignatur. num. 34.
Disponere in vltima voluntate de omnibus bonis suis est alicui permissum, nō autem inter viuos, & ratio affertur. num. 6.
Legitima an debeatur filijs statim, vt pater emisit professionem in monasterio, vel expectanda sit mors naturalis, sub num. 26. & nu. 27. & 31.
Lex dans aliquid alicui post alterius mortem quomodo dare intelligatur? sub num. 29.
Medietas, debita agnatis secundum consuetudines, an debeatur statim emissa professione per agnatum? nu. 27. & seq. & nu. 29. in fin.
Monasterium quo iure habeat bona ingressi. nu. 15. & nu. 30.
Neapodani doctrina in consuet. si moriatur. nu. 9. Refertur hic num. 23. Et expenditur. nu. 24.
Paragium monialium quodnam dicatur congruum? nu. 32. & 34. Et loco interesse ipsius prastantur sorori alimenta. nu. 36.
Professio in religione emissa dicitur mors ciuilis. nu. 4.
Releuium non debetur ex refutatione feudi facta in vita, & quid si omnia feuda refutentur? nu. 7. & 20.
Religiosus, emissa professione; non potest amplius disponere. nu. 5. Quid de licentia sui superioris? num. 19. Num eius dispositio præsumatur facta in fraudem

dem agnatorum. num. 25.

Sponsus cœlestis non debet minus habere, quàm terrenus sponsus, nec plus luxuria, quàm castitas. nu. 33.

Substitutio facta alicui si sine filijs decedat, locum habet post mortem naturalem instituti, non autem post emissam professionem. nu. 28. iddem procedit in vsufructu, in fideicommisso, sed num procedat in feudo? num. 25. in fi. & nu. 29.

Suspitio fraudis non præsumitur adesse in eo, qui per professionem Deo se dedicat. num. 14. & 21.

Sorori, adueniente nubili ætate, debetur paragium per fratrem; quid tamen interim habeat? nu. 35. & 36.

QVÆSTIO VIII.



Ctauò quæro, si aliquis ingrediatur religionē, deinde antequam professionē emittat, renūciet bona sua alicui, seruata forma Concil. Trid. de qua materia dicā infra in titu. de renunc. quæst. 17. an, inquam, hæc dispositio valeat in vim vltimæ voluntatis, & habeat locum consuetudo, vt iudicetur alienatio facta inter viuos, & sic consuetudo cesset? Hæc quæstio cum esset de facto hæsitata in Sacro Consilio, scripsi, talem dispositionem iudicandam esse ad instar vltimæ voluntatis, & mouebar ex infrascriptis. Et

1 Primò, quia Tridentinum mandat, vt nouitius non possit talem dispositionem facere, nisi intra duos menses proximos ante professionem, & in renuntiatione facienda debeat nouitius impetrare licentiam ordinarij illius loci, nempe ab Episcopo, vel ab eius Vicario, & si aliter disponat, dispositio habetur pro non facta, vt habetur in Trident. sess. 25. in titu. de regular. cap. 16. & dicam d. quæst. 17.

2 † Imò voluit Concilium, vt dispositio maneat in suspenso, donec pfessio emittatur, & si nouitius exeat de religione, renunciatio non teneat. Ergo habetur ad instar donationis causa mortis, quæ per reconualescentiam infirmi reuoca-

3 tur: † si enim esset donatio inter viuos esset irreuocabilis ad tex. in l. sicut. C. de action. & oblig. quo sancitur dispositionem inter viuos esse irreuocabilem, quod in specie procedit in donatione inter viuos. l. fin. C. de reuocan. donat. cum alijs cumulatis per Borgnin. decis. 10. nu. 37. & 41. par. 5. vt alios omittam.

4 Valebit igitur sub conditione † si emittatur professio, quæ est mors ciuilis, spiritualis tamen l. Deo nobis. C. de episc. & cler. cum vulg. alijs.

Secundò quia hæc dicitur vltima di-

5 spositio ipsius nouitij; † nam, secuta professione, non potest amplius de bonis disponere: quia tunc nec velle, nec nolle habere dicitur Authen. ingressi. C. de sacros. eccles. vbi omnes, Borgnin. decis.

6 28. nu. 38. par. 5. † Si igitur esset dispositio inter viuos, vtique non esset valida, cū enim est de omnibus bonis suis, taliter facta donatio inter viuos nō teneret, quia tolleret facultatem testandi donanti, vt dixi infra par. 4. in tit. de renunciat. quæst. 8. num. 8. & consequenter iudicari debet vltima dispositio facta per vltimam voluntatem, quia solùm per vltimā voluntatem quis potest disponere de omnibus bonis suis. l. 1. C. de sacros. eccles. l. 1. ff. de testam. cum vulg. alijs.

7 Confirmatur hoc motiuum, † quia, licèt ex refutatione feudorum facta inter viuos [illegible] debeatur releuium, cùm illud de[illegible]atur post mortem feudatarij, vt scri[illegible] [illegible]drin cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inu[illegible]st. tamen si facta esset refutatio omnium feudorum, tunc etiam ex contractu inter viuos solueretur releuium, vt probat Andr. loco cit. nu. 7. vbi etiam Afflict. Loffred. & Capyc. probat etiam Anna in alleg. 23. de quibus meminit Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de refut. feudor. §. 4. nu. 3. vbi in fin. dicti §. sic refert decisum in Regia Camera annis elapsis in causa Ducis Magdaloni, qui omnia feuda refutauit filio suo, reseruata sibi facultate disponendi de ducatis centum mille, quos postea reliquit Hospitali Sanctiss. Annunciatę huius Ciuitatis pro suorum peccatorum redemptione. Igitur hæc dispositio omnium bonorum etiam feudalium facta in vita; non iam naturā contractus, sed naturā vltimæ voluntatis assumit, vt cerni potest ex ponderatione huius decisionis.

8 Tertiò quia cōstitutus in mortis articulo, si donet alicui illa bona, q̄ non poterat illi relinquere in testamento, vel per aliam vltimam voluntatem; vtique dispositio illa dicitur facta in fraudem eorum, qui ad illa bona vocantur, quod est

est vulg. axioma omnium, & cernitur ex
dictis supra quæst. 1. dum fraudis conie-
9 cturas explicauimus. † Vt igitur dispo-
sitio inter viuos valida sit, quando est
prohibita in vltima voluntate, debet
esse dispositio realis, & vera, bona fide
facta, & quę non solum fraude, sed etiam
omni suspitione fraudis careat; ita singu-
lariter scripsit Gozadin. consi. 90. nu. 15.
scripserunt etiam Imol. in l. pen. ff. ad
Trebell. Gabr. in consi. 81. num. 16. vol.
2. vt alios omittam, hoc enim axioma
patet ex dictis in alleg. quæst. 1. At nunc
ad minus fraus ipsa præsumeretur, quia,
secuta dispositione, professionem emit-
tit, & moritur mundo, & tollitur ab eo
omnis potestas disponendi ex dictis
num. 5.

Quòdque fraus præsumatur, videtur
manifesta præsumptio, ne dicam certa
10 coniectura; † quia quoties aliquis aduer
tens non posse de bonis suis disponere
in vltima voluntâte, disponit per dona-
tionem inter viuos dicitur donare in
fraudem, & dum fraudem cõtinet reuo-
catur donatio, sic scripsit Alex. in cons.
55. nu. 4. vol. 1. ex tex. in l. si libertas. ff. de
iur. patr. & in l. si filiæ. ff. solut. matrim.
Sequuntur Crauett. consi. 1 18. num. 11.
& seqq. Peregr. in tract. de iur. fisc. titu.
8. de filijs rebell. num. 13. Sed taliter hic
præsumitur, quia nouitius aduertens se
non posse disponere post professionem
emissam, cùm tunc habeatur pro mor-
tuo, & paulo ante disposuit inter viuos,
sine dubio præsumitur donasse in frau-
dem agnatorum, & cognatorum, & con
sequenter reuocari debet talis donatio.
11 Postremò confirmatur, † quia dona-
tarius omnium bonorum habetur loco
hæredis, vt per glos. in l. æris alieni, vbi
Salyce. & alij. C. de donat. vt alios omit-
tam. Quod nullo modo eueniret, si illa
dispositio non esset ad instar vltimæ vo-
luntatis, & ita videtur esse de mente
Neapod. in consuet. si moriatur. nu. 11.
fol. 77. Vbi addentes, quatenus tenet, vt
agnati non excludantur per monaste-
rium ab hac medietate; qui quidem
agnati sine dubio excluderentur, si hæc
esset donatio inter viuos, & sine fraude
facta, vt toties replicatum est, & hæc
pro maiori parte cõsiderabam, dum an-
nis elapsis, in sæculo scripsi contra quan
dam dispositionem factam per quandam
nouitiam monialem de familia Vrsina,
quæ postea professionem non emisit, &
sic causa illa non fuit decisa, & ita in si-
mili materia consultum inueni per alios
Doctores Neapolitanos quasi per simi-
les rationes, non tamen penes eos inue-
nire potui decisionem in terminis.
12 Verùm dum essem professus in mea
Religione, audiui Sacrum Consilium an-
nis elapsis ad relationẽ Consiliarij Mar-
ci Antonij de Ponte nunc Regentis Me
ritissimi penes Regiam Maiestatem, &
Viri eximij in hac nostra scientia, iudi-
casse contrarium in causa quorũdam de
Borrello, nempe talem dispositionem
potius sapere naturam cõtractus, quàm
vltimæ voluntatis, & consequenter non
esse subiectam dispositioni consuetudi-
num; quæ quidem decisio huius articuli
difficultatem à me substulit, & hæc deci-
sio conualidari potest ex infrascriptis.
13 † Primò, quia si aliquis est cõstitutus in
vltima voluntate, & inter viuos donaret
sua bona alicui, & ab illa donatione om-
nis fraus abesset, vtique esset dispositio
facta inter viuos, & taliter regularetur,
vt dixi supra quæst. 5. num. 5. Sed omnis
opinio fraudis in hoc casu abesse præsu-
14 mitur; † nam aliquis ingreditur religio-
nem, vt Deo seruire valeat, renuntiat
mundo, & pompis eius; imo etiam suam
propriam voluntatem, & vt de peccatis
suis pœnitentiam agat, & proinde non
præsumitur habere animum fraudandi
alios, vt dixi in d. tit. de renunciat. q. 16.
nu. 8. & alibi.
15 Secundo quia si talis non renunciaſ-
set bona sua alijs; vtique monasterium
bona illa acquireret, nõ iam iure succes-
sionis hæreditariæ, quia hæc illi non
competit; sed iure acquisitionis natura-
lis, vt dicitur de bonis illius, quẽ aliquis
sibi in filium arrogauit, vt est particularis
decis. Bart. in Auth. si qua mulier. nu. 15.
& seqq. C. de sacros. eccles.
16 Tertiò hoc videntur habere omnes
DD. pro absoluto, & ꝑinde dispositionẽ
istam, factã seruata forma Concilij Tri-
dẽ irreuocabilem esse tradunt, qđ vtiq;
non dicerent, nec esse posset, si non esset
ad instar contractus, imò multi tenent,
quos sequitur Anna consi. 45. vt hæc re-
nunciatio adeo sit irreuocabilis, vt, etiã
si post professionem emissam, ille talis
exeat de religione, quia esset assumptus
ad episcopatus dignitatem, non posset
illam donationem reuocare, & qui do-

cent, vt possit illam reuocare, non se fundant, quia est donatio ad instar vltimæ voluntatis, hoc enim modo nemo teneret contrarium, vt reuocari posset, sed se fundant in eo, quia defecit causa, ob quam facta fuit renunciatio, prout latius examinaui infra conf. 1. per tot.

Confirmatur etiam hoc motiuum,
17 † quia DD. hoc communiter tenent, vt si fieret donatio causa mortis, vel per aliam vltimam voluntatem nouitius disponeret, in tali dispositione non haberet locum dispositio Concilij Trid. prout latius dictum est in tit. de renunciat. q. 16. sæpius citata, nu. 17. Cum igitur DD. ponant expressè hanc distinctionem, vtique habent pro absoluto, vt, si ex verbis instrumenti nõ constet contrarium expressè, vt fiat per vltimam voluntatem, sẽper præsumatur facta per contractum, & sic inter viuos, quia ita sonant verba etiam Concilij, scilicet, dispositio per renunciationem, per donationem, &c.
18 Nec obstant contraria, nam primum soluitur, idcircò manere renunciationem in suspenso, vt reguletur secundum naturam actus, super quo apponitur, nempe secundum professionem, si illa sequitur, valeat renunciatio tanquam facta sub conditione, si professio non tenet, etiam renunciatio annulletur, vt dixi d. quæst. 16. nu. 23. & sic coniecturam non fecit, vt dispositio, quæ erat inter viuos, & irreuocabilis de iure communi, fieret vltima voluntas, sed esset valida, si licentia ordinarij adhibeatur, & professio sequens erit valida, & ita illam reddit sub cõditione & non alio modo.

Ad secundum respondetur esse vltimam dispositionẽ, non tamen vltimam voluntatem, siue ad instar vltimæ vo-
19 luntatis; † nam ideo, secuta professione, non potest testari, quia nec velle, nec nolle habere dicitur, at de licentia sui Prælati potest testari; imò multi tenent, vt reuocet etiam primum testamentum, Suarez alleg. 20. nu. 75. quem sequitur Camill. Salern. in consuet. si quis, vel si qua. fol. 148. sub nu. 256. in addit. incip. ad hoc dictum, & plures alij hoc iddem tenent, & ideò non valet consequentia, est vltima dispositio, ergo est vltima voluntas; nam pater etiam in vita refutat filio omnia feuda, quæ est vltima dispositio & tamen est inter viuos, vt dixi nu. 7. & sic, data instantia, argumentum non subsistit.

20 Quòd autem dicitur de releuio multi tenent, vt procedat, quia in refutatione omnium feudorum regulariter præsumitur adesse fraus: & si cessaret, vt est, quando feuda refutantur filijs contemplatione matrimonij, tunc nõ deberetur releuium, nisi post mortem refutantis. & ita bis refert decisum Reg. de Ponte d. §. 4. nu. 16. etiam quia ipse Regens doctissimè fundat, vt etiam si adsit fraus, nõ debeatur releuium, nisi secuta morte; nã ob fraudem potest reuocari refutatio, & idem locum habet in casu nostro, si enim adesset fraus, reuocaretur renunciatio, vt dixi supra q. 1. nam ibi dicta etiam ad hoc propositum accomodantur.

21 Tertium argumentum, & eius confirmatio etiam corruunt, quia supponunt fraudem, quam hic præsumimus non adesse, vt dictum est, quia in dubio non præsumitur, eo magis in religioso. Ad vl-
22 timum, † vt habeatur donatarius loco hæredis, procedit ad hoc tantùm, vt ad instar hæredis soluat debita defuncti, vt habetur in d. l. æris alieni, cum alijs, quos etiam probat Reg. de Ponte d. § 4. num.
23 12. † Neapod. verò in d. consuet. si moriatur d. fol. 77. num. 9. habet hæc verba, videlicet (sed quid si ingrediens non habet filios, sed alios proximiores, an excludantur per monasterium ipso ingressu? videtur quòd sic, quia monasterium agnoscitur sibi quasi filius adeò quòd rumpit propterea testamentum, quod ingrediens fecerat; secùs si disposuisset inter viuos, vt notatur in Authen. de monach. §. illud. collat. 1. licet videatur argumentum contra, primò quia medietas debetur proximioribus, vt debita iure naturæ, quia iure consuetudinis, quæ est altera natura. ff. ad Macedon. l. 1. in princ. ff. de liber. & posthum. l. si quis posthumos primo responso. Ergo ipsa primò curari debet, vt dixi infra consuet. filiusfam. in gloss. possunt, & quia non excludit fideicommissarium, vt est dictum, & quia monasterium non debet esse causa defraudationis.) huc usque Neapoda. vbi quædam Apostill. in margine sic notat (per hanc gloss. fuit decisum, ꝙ agnati eius, qui monasterium ingreditur, excluduntur ab omnibus bonis ingressi, Capyc. decis. 97.) vult dicere decis. 98. nu. 4. vbi solùm dicitur, vt monasterium non veniat contra testamentum factum ab

agnatis

agnatis, sed solùm succederet ex persona Monachi de iure communi.

24 Ex verbis Neapodani solùm colligi potest, vt tunc solùm dispositio facta inter viuos noceat agnatis, quando cessat suspitio fraudis, quæ præcipuè præsumeretur, si omnia bona sua reliquisset Monasterio, & hoc volunt illa Neapodani verba, vt monasterium non debeat esse causa defraudationis, quasi diceret, licèt monachus vel clericus disponens de bonis suis, non subiaceant dispositioni consuetudinum, vt dixi par. 2. tit. 1. q. 7. hoc tamē procedit si cesset omnis fraus, quia monasterium non debet esse causa

25 defraudationis, † itaque ex coniecturis colligi potest quando renunciatio fit in fraudem agnatorum, de quibus coniecturis dixi supra hac tertia par. quæst. 1. prout etiam Reg. de Ponte d. §. 4. dicit coniecturis esse iudicandum, an refutatio feudorum fiat in fraudem fisci, adhoc vt tunc soluatur releuium, vel reuocetur ipsa refutatio, nam eadem ratio, quæ ibi militat, viget etiam in casu nostro, vt ad sensum patet.

Sed dato pro vero articulo, vt nouitius disponere non possit nisi de medietate, vel quia constaret de fraude, quo casu non valeret renunciatio respectu medietatis bonorum, quæ debetur agna-

26 tis, † num, inquam, hæc medietas debeatur statim agnatis, secuta professione vel expectanda sit mors naturalis ipsius Religiosi, & interim Monasterium habeat vsumfructum omnium bonorum, prout dixi infra par. 4. q. 65. videlicet, de fideicommisso. nu. 9. & seqq. & de feudo num. 12. & licet multi teneant, vt filijs debeatur legitima, statim vt eorum pater emisit professionem in monasterio, vt notarunt Ioan. Andr. & Abb. in cap. cum simus, per illum text. de regular. & transeunt ad religion. glos. in cap. transmissæ, in verb. mota. vers. dicunt quidam extra qui fil. sint legit. quam glos. non esse alibi dixit ibi Abb. & hoc iddem tenent Aret. in l. 1. num. 6. de testam. Bald. in Authen. si qua mulier. col. fin. C. de sacrosan. eccles. Corsett. in suis singular. in verb. legitima, de communi testatur Bal. Nouell. in tracta. de dot. par. 4. col. 3. & hanc opinionem esse seruandam in vtroque foro dixit Couarru. in cap. 2. num. 7. de testam. & eandem sententiam sequitur nouissimè Andr. Facchin. lib. 6. controuers. iur. cap. 13. vbi ex multis hanc sententiam probat, & quamuis Abb. dicat, non adesse glosam alibi pro hac sententia, est tamen alia glos. in §. illud, in verb. detur. Authen. de monach.

27 Contrariam tamen sententiam puto veriorem esse in casu nostro, tum quia etiam in legitima multi tenent contrarium imò videtur verior opinio, quam defendunt Petr. Cyn. Barto. Salycet. & alij in d. Authen. si qua mulier, quos recenset, & probat nouissimè Surd. in cōsi.

28 238. nu. 4. & 10. vol. 2. † tum etiam, quia si alicui sit facta substitutio, si sine filijs decesserit, illa bona sint Petri, si institutus ingressus sit in aliquam religionem, non attenditur mors ciuilis, vt est professio, sed expectanda est mors naturalis illius, prout ex multis, etiam in materia istarum consuetudinum, probat Præs. de Franch. decis. 44. & patet ex dictis d. q. 65. nu. 9. & seqq.

29 Confirmatur à simili, † quia si alicui relinquatur vsusfructus, durante eius vita tātum, si ille ingrediatur religionem, non extinguitur vsusfructus, secuta eius professione, sed monasterium, durante vita dicti ingressi, habebit illum vsumfructum; Et ratio est manifesta, quia in his, & similibus casibus, dum lex alicui dat aliquid post mortem alterius semper intelligitur, vt illud præstetur illi post mortem naturalē, nisi in specie adsit expressa repugnantia, ita est glos. singular. communiter recepta in l. 2. C. de bon. mater. & probat etiam Couarru. d. cap. 2. num. 8. de testam. & post eum Nauarr. & alios sic scripsit Rodriq. tom. 3. quęst. regular. q. 16. art. 4. vt alios omittam, nam in materia harum consuetudinum audiui à nostris peritioribus semper practicatum in Sacro Consilio, vt mors naturalis ipsius ingressi expectanda sit, & iure qui-

30 dem, vt patet ex dictis. † Et quamuis etiam proprietas bonorū ipsius ingressi, deberent esse monasterij, hoc tamen procederet, si ingressus non haberet legitimos successores, prout latius explicatum est infra par. 4. q. 64. tota, si enim adessent legitimi successores, secus esset; nam Ecclesia non vult bona in eorum præiudicium, vt probat tex. in c. fin. 17. q. 4. & probat Deci. in l. precibus. nu. 4. C. de impuber. & alijs substit. & hæc mihi videtur pura veritas.

Non omittam dicere, † quòd, si inter

agnatos adessent filij, & pater nihil eis reliquisset, quòd est incredibile, vt talis pater inueniatur qui proprios filios ita odio habeat; si tamen casus eueniret, credo esse in arbitrio Iudicis, num velit illis filijs assignare legitimam post emissam professionem patris, sequendo opinionem Ioan. Andr. & aliorum; vel expectare mortem naturalem patris, & interim illis dare alimenta congrua, sic.n. intelligitur secunda sententia nam ea ratione illius authores docet, legitimam dandam esse filio post mortem naturalem patris, quia interim filio præstanda sunt alimenta congrua, videlicet, secundum qualitatem personæ ipsius filij, & quãtitatem patrimonij ipsius patris iuxta terminos text. in l. tutor secundum dignitatem. ff. de administr. tutor. cum alijs cumulatis per Surd. in tract. de alimen. tit. 4. quęst. 18. nu. 8. & seqq. adeò vt, si taxata essent alimenta tempore minoris ætatis, dum persona crescit, & augetur, etiam alimenta augenda sint, vt probat Text. in l. cùm vnus. §. vlt. ff. de aliment. & cibar. legat. & post alios Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 169. nu. 4. hoc tamen intelligendum est vt dicam nu. 35. & 36. Si verò inter filios adesset aliqua monialis professa, & tunc si illa renunciasset, vt fieri solet, cessat omnis dubitatio, vt nihil habere debeat: si tamen renunciationem non fecisset,
23 † & tunc si pater assignauit illi dotem de paragio, nempe illam portionem, quam soluere solent omnes moniales illius Monasterij, hoc satis illi est, cùm solùm habere debeat paragium ingressarũ, sic notant omnes addentes ad Neapod. in consuet. si moriatur, sub nu. 67. fol. 99. & seqq. & etiam Vrsill. ad Afflict. decis. 348. num. 2. vers. sed tamen audio, & ita seruari de cousuetudine affirmat Præs. de Franch. in alleg. decis. 44. non enim filia Monialis cõqueri potest, dum aliarum monialium paragium habet, & in hoc multum valet consuetudo loci, nam consuetudine, & paragium, & legitima minuitur, prout latius diximus supr. par. 2. in tit. de bon. q. 19. & in tit. de personis q. 7. præcipuè nu. 6. & 50. Verum si non adesset cõsuetudo, tunc attẽderetur ius cõe, secundum quod moniali debetur illudmet paragium, quod haberet, si nu-
33 beret sponso terreno, † quia spõsus terrenus non debet plus habere, quàm sponsus cœlestis, nec plus luxuria, quàm castitas, vt pluribus in locis notat Neapodan. & notant etiam præfati authores, num. præced. relati.

34 Insuper aduertitur, † vt paragium ingressarum tunc sufficiat filiæ moniali, quando ingressa esset monasteriũ, viuente patre; si enim pater mortuus esset ante eius ingressum in monasterio, tunc ex iuris dispositione integrum paragium habere debet, ac si in sæculo maneret, quia, mortuo patre, est statim illi acquisitum ius in toto illo paragio, vt ex multis probat Salern. in d. consuet. si moriatur, sub d. num. 67. fol. 102. in addit. incip. monialis, ex doctrina Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. nu. 8. ff. de condit. & demonstr. & ex alijs, & vltra per eum cumulatos hoc etiam probat Petr. de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæst. 10. num. 9. & q. 13. num. 5. vt alios sileam. hoc enim est manifestum ob rationem traditam, quamuis fratres ipsarum soleãt etiam quòad hoc esse solliciti, vt assignẽt sororibus paragium ingressarum, & ab illis obtinent renunciationem in amplissima forma, & de facili hoc obtinent, dum vltra paragium ingressarum solent promittere sororibus certam pecuniarum quantitatem pro earum necessitatibus erogandam, durante earum vita, & sorores taliter allectæ, in beneficium fratrum
35 renunciant, † Attamen si talis mulier nubere vellet, tunc expectatur tempus nubilis ætatis, quo adueniente, dandum est illi integrum paragium, vt habetur in consuet. si moriatur, vbi omnes, & interim danda sunt illi alimenta, non iam secundum ipsius mulieris qualitatem tantùm, sed secundum patrimonij quantitatem, & in hoc non habetur ratio capitalis, sed habetur consideratio fructuum, qui ex illis bonis percipiuntur, de quare multa tractat Borgnin. Caualc. decis. 8. num. 6. & seqq. par. 3. Marchisell. q. 6. Gregor. Lopez in l. 11. Thauri. num. 40.
36 † Quæ tamen alimenta cum interesse paragij, & legitimæ compensantur. nam dantur loco fructuum legitimæ, & paragij, vt ex multis probat Præs. de Franch. decis. 559. nu. 8. & seqq. vbi etiam explicat, si sorori debeantur alimenta si aliunde habeat, & etiam tradit practicã qualiter liquidetur interesse paragij per Sacrum Consilium, ad quem me remitto.

SVM-

SVMMARIVM.



Filia, si accepta dote, renunciauit in forma, an vltimus frater possit de omnibus bonis disponere, exclusa sorore? numero 1.

Renunciatio facta per sorores in beneficium fratrum, qualiter intelligatur. num. 3.

Soror, quæ, accepta dote, renunciauit, an succedat fratribus morientibus ab intestato? nu. 2. Refertur decisio in beneficium sororum. nu. 4.

QVÆSTIO IX.



1 Non quæro, si pater in eius vita dotasset filiam de paragio, & † filia, accepta dote, renunciasset bonis paternis, maternis, fraternis, & omnibus alijs in ampla forma, vt fieri solet, & insuper cessisset iura sibi competentia, & competitura in omni successione in beneficium patris, & eius hęredum, & successorum, & mortuo patre, omnes fratres moriātur sine liberis, & vltimus frater moriens faciat testamentum, in quo hæredem extraneum sibi fecisset, an soror illa vocetur ad hanc medietatem virtute harum consuetudinum, non obstante illa renunciatione? & negatiuam sententiam secutus fuit Anto. de Alexā. in d. consuet. si moriatur, sub num. 31. fol. 82. in addit. incip. Ad conclusionem huius gloiæ, vbi Pisanell. fol. 83. in addit. incip. nota quæstionem positam, ita dicit iudicatum in Sacro Consilio in anno 1526. die 19. Maij ad relationem Consiliarij Capycij, & refert decisionem ipsius Capyc. 190. quia illa renunciatio sororem taliter excludit, ac si in rerum natura non esset, prout aliqua dicemus in-
2 fra par. 4. q 47. † Et quamuis Afflict. in decis. 161. num. 3. hoc tentet ostendere habere locum, etiam si ipsi fratres moriantur ab intestato, vt etiam extranei agnati, & cognati præferri debeant filiabus, eius tamen opinio non est vera, vt
3 benè aduertit ibi Vrsill. nu. 4. † quia ad hunc casum non se extendit renunciatio, nam illa semper præsumitur facta contemplatione masculorum, quibus iā mortuis sine filijs, & sine aliqua dispositione, sorores admittuntur ad eorum successionem, prout latius dixi infra par. 4. in tit. de renunciat. quæst. 17. & est expressa decisio Neapod. in d. consuet. si moriatur, in verb. ipsi successores. vers. sed quid si fecit promissionem. fol. 82. &
4 seqq. † & audiui à Consiliario Rouito, imo ex eius apostill. vidi ibid. sic notatū, videlicet (secundum opinionem Neapodani fuit iudicatum in Sacro Consilio, referente Consiliario de Olzignano, iunctis aulis, in causa Dominarum sororum de Freccia) & vt dixi d. quæst. 17. hęc est veritas, & ad ibi dicta me remitto, ne bis iddem repetamus.

SVMMARIVM.



Appellatio Iuris in dubio de Iure ciuili Romanorum intelligitur, nu. 2.

Aequalitas seruāda est inter filios. num. 3. & q. 11. nu. 8.

Pater, instituendo filios in eo, quod illis de iure competit, censetur de iure consuetudinario loqui. num. 4. an tunc præsumatur æqualare fæminas cum masculis. ibid. & nu. 1.

Dotans aliquam ecclesiam nō potest adijcere pactum, vt bona illa reuocentur. num. 10.

Quilibet censetur se conformare cum statuto, & consuetudine loci. num. 5. & q. 13. num. 3.

Testator, nec statuto, nec consuetudini loci derogare potest, sicut nec iuri communi. num. 6. non potest facere, ne Episcopus, vel Reuerenda Fabrica se intromittat in legatis pijs, & ratio traditur. nu. 7. decisio. nu. 9. adducitur nec potest facere, vt Sacri Canones in suo testamento non seruentur. nu. 8.

QVÆSTIO X.



1 Deinde quæro, quid si pater fecit testamentum, in quo instituit filios in portione de Iure illis tāgente, & inter filios adessent fœminæ, an filię debeant vocari ad virilem, secundum ius

com-

commune, vel ad paragium tantum, prout disponitur per has consuetudines? & licet Bald. in l. quicunque. num. 12. C. de seru. fugit. teneat; filias vocari ad virilem
2 secundum ius commune, † quia appellatione iuris, non adiecto cuius sit ciuitatis, per antonomasiam de iure ciuili Romanorum intelligitur, vt in §. sed ius quidem ciuile, vbi omnes instit. de iur. natur.
3 Secundo quia per talem interpraetationem reducitur dispositio patris ad aequalitatem, quae ex iuris dispositione semper seruari debet inter filios ad tex. in l. cùm inter. C. famil. ercisc. cum vulg. alijs, & hoc est in potestate patris, dum ex tali dispositione masculorum portio nō minuitur, vt patet ex dictis supr. q. 7.
4 Nihilominus contrarium tenet Anchar. in cap. canonum statuta, de constit. quem in materia harum consuetudinum refert, & sectatur Capyc. in d. consuet. si moriatur. fo. 69. in addit. incip. Ad hanc consuetudinem, vers. sed pone, quòd pater, vbi quaedam additio in margine dicit, contra Bald. fuisse decisum in Sacr. Consilio in causa cuiusdam Surrentinae, & contra Bald. etiam tenent communiter DD. vt post alios docet Menoch. de praesumption. lib. 2. praesump.
5 6. nu. 7. vers. his intelligimus. † Et ratio est, quia testator in dubio censetur se conformasse potius cum statuto, & consuetudine loci, quàm cum iure communi, & consequenter cum de iure mentionem fecit, praesumitur, vt intellexerit de iure consuetudinario, vt post alios probat Mantic. lib. 6. de coniectu. vltim. volunt. tit. 6. & post eum, Simon. de Petr. &
6 alios hoc pluries replicauimus, † quinimò etiamsi expresse voluisset derogare clausulae huius consuetudinis non posset, vt post alios not. Simon. de Petr. lib. 5. de interpret. vltim. volunt. dubit. 1. nu. 124. prout etiam fic est de iure communi, vt in l. nemo potest. ff. de legat. 1. vbi post alios Guttier. nu. 1. & seqq. & in specie in materia consuetudinis uum. 85. Quod etiam plures nos notauimus, & diximus, vt dum expresse testator hoc facere non potest, minus id praesumatur voluisse in dubio, prout est in hoc casu.
7 Ad confirmationem praedictorum adducitur, quia eatenus testator tenetur seruare leges, & consuetudines loci in suo testamento, quòd licet aliqui dixerint, vt possit relinquere legatum alicui; & praecipere, vt Episcopus, vel Aeconomus Reuerendae Fabricae Sancti Petri de Vrbe ad legatum praedictum nullum ius habeant, & quòd si in tali legato se intromiserint quomodolibet, legatum sit nullum, ac si factum non esset, quod etiā tradunt habere locum in Cappellania, & in alijs relictis; ea ratione, quia in sua facultate fuit hoc legatum facere cum tali pacto, vt voluit Menchiac in tracta. de success. creat. § 7. nu. 17. eius tamen opinionem tanquam singularem, & contra leges reprobat in specie Guttier. loco cit. & praecipuè nu. 449 450. & 451. Et ratio est, quam paulò ante attigimus; quia testator non potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant, & praecipuè, quando tractatur de re spi-
8 rituali, † quia minus facere potest, vt Sacri Canones non vendicent sibi locum in suo testamento, vt in cap. requisisti, extra de testam. post Couarr. Felin. Lam
9 bert. & alios Guttier. d. nu. 450. † & ita practicatur quotidie in d. Reuerenda Fabrica, & indistinctè iudicatur, quia in voluntate testatoris tantum est legatum facere, sed, vt legatum illud solui nequeat, vel exequatur, prout ius intelligit, hoc non est in eius facultate, cum sit in potestate iuris, quod ipse seruare tenetur.
10 Ex dictis decidi potest alia quaestio, quòd, si aliquis erexisset ius patronatus, siue dotasset aliquam Ecclesiam de bonis suis, non potest apponere pactum, vt bona illa reuocentur, quia esset contra dispositionem Iuris appositio illius pacti, & vt talis reijceretur, & ita practicatur, vt ex pluribus, & doctorum authoritatibus, & Rotae decisionibus, probat nouissimè Farinatius in decisionib. Rot. Rom. decisio. 566. & iddem dici potest de similibus alijs relictis ad pias causas: nam ex determinatione praedictorum colligitur etiam similium determinatio. Quod nam priuilegium habeant legata pia, & an si bona non sufficiant pro satisfaciendis omnibus legatarijs debeant ante omnia solui, dicam infra consi. 13.



SVM-

SVMMARIVM.



Vlier qualitr disponat de bonis suis. num. 1. In vltima voluntate habetur pro intestabili quoad nouem partes dotium. nu. 2. Non potest plus donare secundo viro, quàm vni ex filijs primi matrimonij. nu 3. Procedit siue directè, siue indirectè donatio fieret. nu. 6. An idem procedat, si donet filijs nascituris ex secundo matrimonio? nu. 4. 5. & 6. Secundò nubens præsumitur excoriare filios primi viri ob amorem nouelli coniugis, & nefandum de hoc recensetur scelus. nu. 9. Ferrum est, quod amat, & virorum amplexus, non autem vmbras prioris matrimonij, dum secundo nubit. nu. 14.

Mulier qua ratione plus potest donare extraneis, quàm vitrico, & filijs nascituris ex secundo matrimonio? nu. 12. Num ex consilio, vel ex præcepto iuris teneatur seruare æqualitatem inter filios. nu. 10.

Donatio mulieris loco miraculi habetur, & potius cùm donat, circumuenta præsumitur. nu. 13. Facta filijs nascituris ex secundo matrimonio amore vitrici facta censetur. nu. 7. & 8.

Parentes debent æqualare filios, ne aliquos ex eis priuignos faciant. num. 11.

Bona habita occasione prioris matrimonij, illius matrimonij filijs, quæ occasione secûdi, filijs secûdi matrimonij mater reseruare tenetur, alia verò bona æqualiter inter filios primi, & secundi matrimonij diuiduntur. nu. 15. & infra q. 21. nu. 1.

Pater dum pro filijs stipulatur censetur illis donare, sub nu. 8.

Tex. in §. fin. Auth. de nupt. Num ex præcepto, vel de consilio iubeat æqualitatem inter filios? nu. 10.

Filij primi matrimonij num educari debeant penes matrem, quæ transiuit ad secundas nuptias? nu. 16. & 18. in fin.

Educatio pupillorum est arbitraria Iudici nu. 17. Sed quid tunc Iudex obseruare debeat. ibid. & nu. 19.

Bona opinio, & fama matris, transeuntis ad secundas nuptias, præualet suspitioni successionis in educatione filiorum primi matrimonij. nu. 18.

QVÆSTIO XI.



Ccasione prædictorum tractandum est consequenter, qualiter mulier disponat de bonis suis; & quia in 1. part. cap. 1. præcipuè nu. 12. & seqq.
1 dictum est, † vt non possit disponere de dote, & de alijs bonis sibi obuentis ab agnatis, & cognatis titulo lucratiuo, nisi de decima parte tantum, cum alias nouem partes teneatur relinquere, & conseruare filijs suis, vt disponit ad literam d.
2 consuet. si qua moriens, † & hac de causa dicit ibid. Neapod. quem omnes sequuntur, vt dixi loco cit. & probat Præs. de Franch. pluribus in locis, & præcipue decis. 537. 552. num. 1. 606. 639. nu. 1. & decis. 667. vt mulier in illis nouem partibus habeatur pro intestabili, nam habet in eis labia clausa, manus ligatas, & arbitrium refrenatum. Cùm igitur hæc omnia clara sint, & supra quæstio. 1. dictum sit, has consuetudines non habere locū, quando fit dispositio inter viuos, nunc non incongruè subijciā sequentes quæstiones concernentes materiam dispositionum mulierum inter viuos, præcipuè cum donant secundis viris, ac filijs natis, & nasciturís ex secundo matrimonio: est enim materia admodum frequentissima. Prosequendo igitur numerum quæstionum.

Vndecimo quæro, mulier transiens ad secundas nuptias quid possit donare secundo viro, & sic Vitrico? Ad hoc respondet Imperator in l. hac edictali. C.
3 de secun. nupt. † vt ipsa mulier non possit plus donare vitrico, quàm vni ex filijs primi matrimonij, quod ob multas rationes sanciuit Imperator, vt ibid. legitur, & earum infra aliquas subijciam.
4 Procedit etiam, † si mulier donaret filijs nascituris ex secundo matrimonio, vt in specie probant ibi plures Authores, præcipuè Francisc. de Alberg. & alij, quos sequitur ibid. Iacobin. tenuerunt etiam Ioan. de Lignan. Riccard. de Salycet. qui ita iudicauit contra Bald. vt patet inter consil. Baldi de Castr. à consi. 268. vsque ad consi. 271. imò idem Bald. sibi contrarius pro hac etiam sententia consuluit,

vt

vt ait Crauet.in consi.193, & hoc iddem
tenent plures alij,quos cumulãt Adden-
tes ad Deci.in consi.246.Bertran. consi.
153.vol.3. Phanut. in tract. de lucr.dot.
in tex.in verb.sine liberis. glos.5. nu. 47.
vers. secunda cautela. Sequuntur etiam
Ruin.consi.112. vol. 1. Magon. in decis.
Florent. 107. col. 2. vers.& pro hac par-
te, & plures alij, quos probat Præs. de
Franch.decis.435.nu. 1. & seqq. Vbi nu.
43.refert ita fuisse decisum in Sacro Con
silio cum interuentu Consiliariorũ dua-
rum aularum, facta relatione in Collate-
rali Consilio, & hanc eandem sententiã,
discusso articulo ad partes, dicit æquio-
rem & veriorem Thesaur. in decis. 170.
vbi multis rationibus, & authoritatibus
illam probat, defendit etiam Surd.in de-
cis.171.& probant plures alij,quos recẽ-
set Andr.Facchin.lib.3. controuers. iur.
5 cap 66. † Licet ipse teneat contrarium,
nempe talem donationem esse validam,
si non appareat fraus, vt vitricus ex tali
donatione commodum capiat,& miror,
cur hic vir doctissimus non aduertat, vt
vitricus ex tali donatione habeat com-
modum;nam saltem habet vsumfructum
dictorum bonorum, vt mox dicetur, &
sic,vt non teneat donatio.

Probatur igitur communis sententia
contra Facchin. ex verbis claris text. in
6 d.l.hac edictali,qua sancitur, † vt mulier
nec directè, nec indirectè plus donare
valeat vitrico, quàm vni ex filijs primi
matrimonij, vt cernitur ex illis verbis
ibi. (Omni circumscriptione, si qua per
interpositam personam,vel alio quocun-
que modo fuerit excogitata, cessante)
Sed in casu nostro videtur expresè ex-
7 cogitata fraus,& circumuentio, † tum
quia contemplatione vitrici censetur fa-
cta donatio filijs secundi matrimonij, vt
per indirectè medio tempore vitricus
percipiat commodum ex illa donatio-
ne,cum clarum sit,vt debeat habere vsũ-
fructum dictorum bonorum suis filijs do
8 natorum, † tum etiam, quia dum pater
stipulatur pro filijs,censetur eis donatio-
nem facere,ex regula tex.in l.2.& 3.C.si
quis alteri,vel sibi, & hac de causa dona-
tio illa prius censetur facta patri, & sic
vitrico, & ab eo profecta in filios nasci-
turos,vt in simili probat Surd. in decis.
169.num.3.vbi alios cumulat.

Et omissis alijs rationibus,inficiari mi-
9 nimè potest, † quin hæc donatio facta
censeatur contemplatione nouelli con-
iugis, propter quem mulier præsumitur
filios prioris matrimonij excoriare, vt
probat tex. in l. lex, quæ tutores. C.de
admin.tutor.& post alios ponderat The
saur.d.decis.170.nu. 3. Imò In vitis San-
ctorum Patrum lib.6. mihi in paruis. fol.
212. Legitur de quadam muliere nomi-
ne Maria,quæ ducta, & occęcata amore
cuiusdam viri,& audiens,quòd ille nole-
bat ipsam ducere in vxorem, quia habe-
bat filios ex alio viro, (ò facinus detesta-
bile,& inauditum) ob amòrem solùm
ducendi nouellum virum occidit duos
proprios filios,quos ex primo matrimo-
nio habebat, quod infame scælus vir ille
audiens, noluit mulierem illam in vxorẽ
ducere, quæ tamen timore iustitiæ ne
facinus illud diuulgaretur, aufugit, & dũ
esset in quadam naui in mari; nauis,in
qua mulier erat, non poterat euelli à lo-
co,vbi manebat;& dum per nautas, ora-
tio facta esset, Ductor nauis vocem audi-
uit,dicens, vt si vellent progredi, mitte-
ret Mariam in profundum maris,ille vo-
cauit ad se mulierem illam, & audito ab
ea nefando facinore, misericordia mo-
tus noluit eam in mare mittere, sed po-
suit eam in quadam schafa, vt ad lictus
duceretur, & quando ducebatur ad li-
ctus,iusto Dei iudicio,& mulier, & scha-
fa illa in profundum maris summersæ
sunt; quod quidem exemplum cõfirmat
præsumptionem legis, & consequenter
quid boni sperandum erit in beneficium
filiorum prioris matrimonij,si mulier se-
cundò nubens,& ferrum amat,& virorũ
amplexus? & quid facient in actu matri-
monij,& ob amorem viri in actu; si hæc
mulier ob spem ducendi nouellum con-
iugem hoc facinus perpetrauit? Quid fa-
cient in bonis,si hoc facere solent in per-
sonis?

Eò magis hanc opinionem amplector;
10 † quia,ea mediante, seruatur æqualitas
inter filios, iuxta terminos tex. in §. fin.
Auth. de nupt. quamuis secundum ali-
quos,ille tex. sit potius de consilio, non
autem ex necessitate Iuris seruandus,
pręcipuè ex illis verbis ibi. (Adhortãtes
potius, quam sancientes dicimus) Nihi-
lominus ratio tex. viget, & quando non
vigeret inter omnes filios, viget inter fi-
lios,& vitricum,dispositio tex.in d.l. hac
11 edictali.† Etiam quia meminisse debent
parentes priorum matrimoniorum

omnes

oēs.n.eorū sunt filij, & non debent alios priuignos, & alios filios facere, vt ex plu rib. pbat Præs. de Frāch. decis. 607. nu. 9.

Nec obstat, quod mater non debet esse prohibita inter viuos, vt ad libitum di-
12 sponat de bonis suis, † tantò magis, quia disponendo in vita, relicta legitima filijs, potest cuilibet extraneo omnia bona sua donare; Non igitur filij secundi matrimonij debent esse peioris conditionis quocunque extraneo, Nam post alios ad hoc motiuum respondet Thesaur. loco cit. nu. 12. quia in extraneo non adest legis phibitio, dum cessat fraus, nec adest amor nouelli coniugis, nec circumuentio legis: qd igitur mirum, si valeat donatio? quæ omnia adsunt, qñ fit donatio filijs nascituris ex secundo matrimonio.

Additur alia ratio, quia lex non præsumit, vt mulier bona sua ita de facili extraneis donet: nam genus mulierum
13 auarissimum est, † imò eius donatio loco miraculi habetur, & cùm donat, non præsumitur donasse ex mera liberalitate, sed potius præsumitur fraude, & dolo circumuenta, & consequenter donatio reuocari potest tanquam nulla, cùm donatio facta est sine causa, sic scripsit Bald. in l. si a sponso. C. de donation. ante nupt. ex tex. in l. si stipulata. in fin ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi etiam glos. probant etiam Decian. consi. 32. num. 7. vol. 3, Surd. decis. 194. nu. 27.

Sed in casu nostro adest facilitas ad
14 donandum, † quia, vt ait Thesaur. d. nu. 12. circa fin. & desuper notatum est nu. 9. mulier ad secunda vota transiens, ferrum amat, & virorum amplexus, non autem defuncti viri vmbras, & potius dicitur simulare, si prætendat contrariū persuadere, & multoties lex prohibet filios prioris matrimonij educari penes matrem, quæ ad secunda vota transiuit, vt dicam nu. 16. & seq. Essent soluenda alia argumenta; sed illa soluit Thesaur. loco cit. idcirco ad eum me remitto.

15 Est tamen aduertendum, † quòd, dum mulier habet filios ex diuersis matrimonijs, si decessit ab intestato, & tunc illa bona, quæ habuit ex primo viro, sunt filiorum primi matrimonij, illa verò, quæ habuit ex secundo viro, sunt filiorum secundi matrimonij, & iddem procedit de omnibus bonis, quæ intuitu primi, vel secundi matrimonij habuit: reliqua verò bona, quæ ex propria industria mater acquisiuit, diuidenda sunt æqualiter inter filios vtriusque matrimonij, vt probat tex. in §. nec illud. Auth. de nupt. & in l. si quis priorem. §. talem. C. de secun. nup. vbi omnes Doctores. Roman. Rip. & alij, quos probat Surd. consi. 164. toto, & in specie nu. 40. vol. 2. & in materia harum consuetudinum dicam aliqua quæst. seq. qualiter autem per testamentum disponat dicam infra q. 19. & seqq.

Pro confirmatione principalis quæstionis eatenus lex abhorret mulierem, quæ ad secundas nuptias transiuit, abhorret, inquam, ob amorem nouelli coniugis, & ob odium filiorum prioris ma-
16 trimonij, † vt filios primi matrimonij educare iubeat penes alios potius, quàm penes matrem, præcipuè, si adesset spes
17 successionis, vt notatur in l. fi. C. vbi pupill. educ. deb. † quæ quidem pupillorum educatio quamuis sit arbitraria Iudici, debet tamen considerare, quid pupillis expediat, & quid ipse de filio suo proprio in tali casu disponeret, nec à iusta prouisione facienda arceri debet maternis lachrymis, vt scripsit Bald. consi.
18 487. vol. 5. † Verùm dispositio tex. in d. l. fin. limitari solet in persona bonæ conditionis, & qualitatis, bonæ opinionis, & famæ, quia hæc omnia præualent suspitioni successionis, vt probauit Paul. de Castro consi. 356. incip. Postquàm iste tutor, circa fin. vers. vltimo lib. 1. quem sequitur Decian. consi. 8. nu. 16. vol. 2. & iddem docet Socin. consi. 193. nu. 2. vol. 2. ex tex. in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. probat etiam nouissimè Reg. de Ponte decis. 20. nu. 25. & vltra prædictos hoc iddem probat Menoch. lib. 2. de arbitrar. iud. cas. 168. & ita seruatur
19 dum casus accidere solet: † cùm enim hoc fit arbitrarium Iudicis, est in eius potestate; attentis prædictis circumstantijs iudicari, num pupillis expediens sit, potius educari penes matrem, & vitricum, quàm penes alias honestas personas, & quod est magis illis expediens, & vtile id facere debet, prout faceret de pprijs filijs, vt dictum est, quod arbitrium non habet Iudex in donatione quæ fit vitrico, vel filijs secundi matrimonij, quia lex resistit, & consequenter secundum legē, & Doctorum traditiones iudicare debet pro inualiditate donationis. Videant tñ ne arbitrium in educatione sit irrationabile, & quod sibi nolunt, alijs nè faciāt.

T SVM-

SVMMARIVM.



Ext. in l. hac edictali nũ sit correctus per has cõsuetudines? num. 1. & quæst. 13. num. 3. An statutum possit illi derogare. nu. 3.

Omnis consuetudo, & statutum in dubio interpratantur secundum dispositionem l. hac edictali. num. 2.

Lex noua recipit declarationem à lege antiqua. nu. 4.

Iurium correctio quanto plus fieri potest euitari debet. nu. 5.

QVÆSTIO XII.

1  Vodecimò quæro, an tex. in d. l. hac edictali sit correctus per has consuetudines? & respondeo negatiuè, quæ quidem responsio confirmatur ex dictis quæst. præcedenti, & ex latè discussis p Præsid. de Frãch. in d. decis. 435. vbi nu. 43. dicit in specie esse decisum, vt tex. ille non sit correctus per has consuetudines, & probat etiam in decis. 632. num. 8. & seqq. Quod est indubitatum, & ita seruatur.

2 Confirmatur, quia in dubio omne statutum, & omnis consuetudo interpræta ri debent secundum dispositionem tex. in d. l. hac edictali, nisi expresse inueniatur contrarium dispositum, nempe, vt statutum, & consuetudo seruentur, non autem dispositio dictæ legis, sic scripsit Bart. in d. l. hac edictali, quem omnes sequuntur, & post alios iddem probat Ant. Gabr. in recoll. commun. opin. in titu. de secun. nupt. concl. 4. num. 11. & seqq. probat etiam nouissimè Farinat. in decisionib. Rot. Rom. decis. 255. nu. 4. &
3 seqq. & quamuis aliqui dicant, † vt statutum nõ possit introducere contrarium, quia non esset statutum rationabile, cùm sit in damnum filiorum primi matrimonij, vt patet ex dictis quæst. præced. nihilominus communiter tenent DD. vt derogatio expressa dictæ legis fieri possit per statutum, prout factum est in aliquibus locis, vt ex pluribus pbat Surd. in consi. 401. nu. 4. & 18. & consi. 422. nu. 10. vol. 3. vbi Bart. Bald. Salycet. & alios citat adhoc propositum in d. l. hac edictali, probat etiam Roland. in tracta. de lucr. dot. quæst. 26. nu. 8. & seqq. Imò ipse Surd. d. consi. 401. nu. 18. & seqq probat vt etiam ex tacita interpretatione statuti tollatur dispositio dictæ legis: cùm enim constat de fraude, tunc adest remedium reuocationis, vt filij reuocẽt donata per matrem vitrico in eorum fraudem, vt patet ex dictis supra hac 3. par. q. 1.

4 Quicquid tamen sit, quando sumus in dubio nunquam præsumitur sublata, vt dictum est, quia semper lex noua debet intelligi secundum legem antiquam, & ab illa interpretationem recipit, præcipuè in eadem materia iuxta notata in §. 1. Auth. de filijs ante dotal. instrum. nat. cum vulgat. alijs: nam sæpe replicatum est, vt istæ consuetudines in particulari recipiant interpretationem à iure communi quòad omnia ea, in quibus expres-
5 sè non disponunt contrarium, † etiam quia legum correctio quanto fieri potest euitanda est; vt scripsit glos. in §. sed hodie, instit. de satisdat. & probatur ex tex. in l. sciendum, vbi Ias. nu. 4. ff. qui satisda. cogan. & post alios Surd. in consil. 177. nu. 33. vol. 2.

SVMMARIVM.



Ater donans aliquid filijs secundi matrimonij, & id postea in testamento relinquens vni ex filijs, valet legatum, si aliorum filiorum legitima non minuitur. nu. 1.

Vsuræ rei legatæ debentur à die litis contestationis, etiam si adsit iusta causa litigandi. nu. 2.

Tex. in l. hac edictali, procedit tam in patre, quàm in matre. nu. 3. & procedit non solum quando relinquitur proprietas, sed etiam in vsufructu infra quæst. 19. nu. 6.

QVÆSTIO XIII.

1  Ecimotertiò quæro, † si facta esset donatio à patre filijs secundi matrimonij, & eius contemplatione; deinde in vltimis constitutus pater in testamento, quod condidit, legauit vni ex filijs dicti secundi matrimonij

nij eandem quantitatem donatam omnibus filijs, an valeat donatio, vel legatum? Et dum hic casus accidit in Sacro Consilio in anno 1594. sub die 28. Nouembris in causa Ioannis Andreæ Gambacurtæ cum fratribus, fuit decisum, legatum prædictum deberi tanquam legatum, non autem, vt donatio facta, reseruata tamen legitima alijs filijs, vt refert Præs. de Franch. in decis. 583. nu. 2. in 4.
2 par. † Quinimò plus dicit, quòd fuit iudicatum, puncto plenè discusso, quòd, non obstante, quod hæres habuit iustam causam litigandi ex dicta donatione facta filijs nascituris, solueret hæres interesse à die moræ, & sic à die litis contestatæ, penes fœlicem actuarium, ex tex. in l. 1. & 2. C. de vsur. & fructib. rei legat. vbi Petr. de Bellaper. Castr. Corn. Aluar. Velasc. qui plures cumulat. in tract. de iur. emphyt. q. 25. nu. 4. Peregrin. post alios in tract. de fideicommiss. art. 49. nu. 137. & seqq. & probant etiam alij, quos recenset, & sectatur Præs. de Franch. d. decis. 583. nu. 3. & seqq.

Patet igitur ex prædictis pluries roboratam fuisse opinionem, quam defendi-
3 mus in quæst. 11. & 12. † quòd tex. in d. l. hac edictali procedit tam in patre, quã in matre, non solum de iure communi, sed etiam ex dispositione istarum consuetudinum, & consequenter non esset recedendum ab hac opinione in hoc Regno præcipuè ob tot iudicaturas, cùm binæ iudicaturæ inducunt consuetudinem, vt sæpe replicatum est, tantò magis, quia fauet filijs, vt æqualiter succedant, & vt fraus omninò euitetur, quæ semper esse solet intentio legislatoris.

SVMMARIVM.



Ater, faciens donationem filijs secundi matrimonij de omni eo, de quo disponere potest, attenta dispositione iuris communis; censetur æqualare filios primi, & secũdi matrimonij. n. 1. & 2. At secundũ ius consuetudinarium solùm decimam partem præsumitur illis donasse. nu. 7. In dubio non præsumitur recedere à dispositione. l. hac edictali, nec à dispositione consuetudinum. nu. 3. tunc potest omnia bona sua donare in vita vni ex filijs, relicta legitima alijs filijs, quando non habet filios ex diuersis matrimonijs. nu. 10. cum duob. præcedentibus, illa bona potest in vita donare, quorum habet liberam administrationem. num. 8.

Aequalitas seruanda est inter filios, nè aliqui fiant priuigni. nu. 4. vt seruetur lex mãdat, vt legatum, quod aliàs deberetur vni ex filijs, non debeatur. num. 5.

Consuetudines non habent locum in dispositione facta inter viuos. num. 6.

Insinuatio necessaria est in donatione facta per matrem filio, nec mater potest illi renunciare in præiudicium aliorum filiorum. nu. 9.

QVÆSTIO XIIII.

1 Decimoquartò quæro, † si mater filijs secundi matrimonij donationem faciat de omni eo, quod disponere potest, an intelligatur de eo, de quo potest disponere secundum ius cõmune, vel secundum ius consuetudinarium? Hæc quæstio, vt refert Præs. de Franch. decis. 607. pluries accidit in Sacro Consilio, non tamen fuit definita, & ipse arguit hinc inde, & tandem videtur concludere, vt intelligatur facta donatio de eo, de quo disponere potest secundum ius consuetudinarium.

Verùm hæc quæstio dupliciter euenire potest. Primò si matrimonium contractum sit more magnatum, quo potest mulier disponere secundum ius commune, vel si contractum sit secundum consuetudines in scriptis redactas, siue secundum vsum Capuanæ, & Nidi, vbi solet interponi pactum, vt dispositio fiat secundum consuetudines in scriptis re-
2 dactas, nempè de decima tantum. † Primò casu indubitanter tenerem, vt intelligatur disponere de illa portione, de qua secundum dispositionem. l. hac edictali, disponere potest, nempè vt censeatur diuisisse patrimonium suum æqualiter inter filios vtriusque matrimonij, & moueor ex pluribus.
3 Primò quia, † si expresè voluisset plus relinquere filijs secundi matrimonij, nõ potuisset; quia obstaret ei dispositio dict. l. hac ædictali, prout dictum est supra q. 11. nu.

11.num.4.5. & 6. si expressè hoc facere non potest, multo minus præsumitur id tacitè facere voluisse, quia in dubio vnusquisque præsumitur se conformare cum dispositione iuris, quod seruare tenetur, vel communis, vel consuetudinarij, vt sæpe replicatum est.

4 Secundò, quia, † cùm lex mandet seruari æqualitatem inter filios, & semper faciat coniecturam ad excludendam inæqualitatem, & iubet, vel ad minus consulit, ne parentes alios filios, & alios priuignos faciant, vt in §. illud quoque, vbi

5 Angel. Authen. de nupt. in tantum, † vt interprætetur non venire in legato id, quod alias veniret, si legatum non esset factum alicui ex filijs, quia sic præsumit esse testatoris voluntatem, vt velit æqualitatem seruare inter filios, vt in l. quæsitum. §. sed & ipse Papinianus. ff. de fund. instruct. & instrum. legat. cum alijs cumulatis per Præsid. de Franch. loco cit. nu. 8. & seqq. consequenter est, vt taliter sit interprętanda voluntas ipsius matris in tali donatione, vt velit seruare æqualitatem inter filios primi, & secundi matrimonij.

6 In secundo casu, † & tunc licèt dubitatiuè possit affirmari, vt censeatur donasse quicquid donare poterat inter viuos, ea ratione, quia hæc est donatio inter viuos, in qua cessat dispositio consuetudinum, vt dixi supra quæst. prima, & quamuis locuta sit mater per verbum [Disponens] tamen etiam hoc verbum extenditur ad dispositionem factam inter viuos ex traditis in d. quæst. 1. nu. 6.

7 & 7. † Nihilominus contrariam sententiam firmat Præs. loco citato, & optimè, quia, dum ista mater tenebatur seruare dispositionem consuetudinis, & secundum illā debebat disponere ob pactum adiectum in capitulis matrimonialibus, vt dictum est, in dubio censetur ita disponere, vt solum præsumatur donasse filijs secundi matrimonij illam portionem, de qua in vltima voluntate disponere potest, nempe decimam, ob rationes traditas in primo casu.

8 Nec obstat, † quòd mulier inter viuos potest sua bona alienare, relicta legitima filijs, vt sæpe inculcatū est, & præcipuè pôt inter viuos donare filijs, vt habetur in l. fin. C. de donatio. quæ sub mod. cum alijs cumulatis per Farinat. decisio. 875. Nam respondetur procedere quoad illa bona, quorum habet liberam dispositionem, non autem quoàd illa, de quibus prohibita est disponere, vt post alios affirmat idem Farinat. decis. 876. nu. 3. & sic est in proposito, quia mater expressè prohibetur plus filijs secundi, quàm primi matrimonij relinquere, vt dictum est, & sic illa bona non spectant ad liberam dispositionem matris, respectu filiorum secundi matrimonij.

9 Et confirmatur, † quia etiam in donatione facta per matrem filijs, requiritur insinuatio, vt post Salycet. & alios affirmat idem Farinat. decis. 729. num. 3. nec mater potest renunciare beneficio insinuationis, si renunciatio illa tenderet in præiudicium aliorum filiorum. c. 2. vbi glos. de pact. in 6. post Socin. & alios idē Farinat. d. decis. 876. sub num. 2. 9. nec dicatur. Sed in proposito mater renunciare non potest huic beneficio, quia in eius pœnam introductum est, ne plus donet filijs secundi, quàm primi matrimonij, & consequenter si expressè hanc dispositionem teneretur seruare, multo magis præsumitur, vt eam seruare voluerit, dum simpliciter disposuit.

10 Illa autem, quæ disputat Præs. d. decis. 607. & quæ tradit Reg. de Ponte consi. 8. & 9. & Consiliarius de Anna consi. 79. nu. 16. vol. 1. vt mater possit donare bona vni ex filijs in vita, relicta legitima alijs filijs, locum sibi vendicant inter filios eiusdem matrimonij, & si nō habeat filios ex diuerso matrimonio, quia tunc cogeretur seruare dispositionem d. l. hac edictali, & ista videtur mihi veritas in hac quæstione, salua censura melius sentientis.

SVMMARIVM.



Onatio facta contra dispositionem l. hac edictali reuocatur in totum secundum has consuetudines. num. 1. Qualiter autem hoc procedat, declaratur num. 6. An hoc sit verum? vide nu. 2. 3. & 4.

Text. in § optimè. Authen. de nupt. declaratur num. 8. & 10. & infra quæst. 17. num. 4.

Vtile per inutile non vitiatur in rebus separabilibus, nu. 2. & 5.

Donatio facta in fraudem tituli de donat. inter virum, & vxorem reuocatur

tur in totum.num.6.
Quod Auocatur ex dispositione. l. hac edictali,totum datur filijs, & nihil vitrico,vel nouerca. nu. 7.& 8.Num filij ex secundo matrimonio admittantur ad illam portionem.nu.11.
Inclusio vnius est alterius exclusio, & contra.nu.9.

QVÆSTIO XV.

1 DEcimoquintò quæro,† quando donatio, facta à coniuge non valet;quia est cōtra dispositionem d. l. hac edictali, num reuocetur in totum, vel vsque ad legitimam tantùm? Respondeo,reuocari in totum, quia donatio facta in fraudem legis, non in partem, sed in totum reuocatur; reuocatio enim fieret,si donatio esset inofficiosa, sic scripsit glos. in l. Imperator, in verb. in potestate manenti. ff. ad Trebell.& in materia harum cōsuetudinum,hoc probant Neapod.in consuet.& si testator,in verb.disponere.vers.item si donaret.nu. 13.fol.179. probant etiam Afflict. decis. 370.Capyc.& alij,quos sectatur Præs.de Franch.decis.435. nu.43.

2 Contrariam tamen sententiam defendunt nonnulli, vt donatio hæc valeat vsque ad quantitatem, quam potest mulier donare vitrico, nempe vsque ad eam summam,quam haberet vnus ex filijs primi matrimonij,ita defendit glo.in §.optimè, in verb. quippè. Authen. de nupt. probant etiam Bald. in d. l. hac edictali, col.3.vers.modo super isto.Barto. in l. 1. vbi Castren.col.2.vers. in alia glos. C. de inoffic.dotib.Sic etiam cons.suo 462. lib. 2.idem Bald. consi. 401. nu.2. vol.2.Cuman. consil. 209. col. fin. Fulgos. Socin. Sen. Deci. Rui.& alij, quos etiam probat Roland.in tract.de lucr.dot.quæst.27.& etiam probat nouissimè Morot. consil. 53.num. 23. & eandem sententiam vltra relatos probant Anton.Gabr. d. titu.de secun.nupt.concl.4.num.57.Aquilin. in l.1.§.sed si mihi. nu. 22.ff.de verb.obliga. & Surd.in decis. 171.& probat expresse tex.in d.l. hac edictali.§.sin verò plus, & hanc secundam sententiam amplecterer in terminis tex.d.l.hac edictali,ea ratio-

3 ne,† quia in rebus separabilibus, vt hic sumus,vtile, per inutile non vitiatur, vt est tex. communis in d. l. 1.§.sed si mihi. ff.de verbo.oblig.vbi Aquilin. num.9. & seqq. regulam istam latissimè exornat: sed quia quæstio hæc determinatur ex text. in d. §. si verò plus, ideò eius verba tantum referam ad prædictorum confirmationem sine alia discussione argumen

4 torum; † verba tex. sunt huiusmodi, videlicet, (sin verò plus,quam statutum est,aliquid nouercę,vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit,tanquam non scriptum, neque derelictum,aut donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum, & inter eos diuidi iubemus,&c.) Ergo apertè colligitur decisio istius quęstionis contra Præs.de Franch. sed eius opinio saluari potest, vt infra dicetur.

Nec obstat decisio Neapod.& aliorum,quos retuli nu.1.quia non habet locum in casu nostro, hic enim adest vnus actus,videlicet donatio, quæ excedit le-

5 gitimam summam,† & cum excessus solum sit contra legem, ideò quod excedit est inutile, tanquam factum contra legis dispositionem,iuxta tex.in l.non dubiū. C.de legib.quæ ratio videtur ponderata per Imperatorem in d.§.sin verò, & etiā in l. sancimus. eod.titu. Procedit igitur

6 decisio Neapod. in casu suo, † quando, scilicet, esset donatio simplex in fraudē tituli de donation.int. vir. & vxor. tunc enim reuocaretur in totum, quia lex ita mandat,nec aliter permittit. vt habetur in l. donationes,quas parentes.C. de donat.int.vir.& vxo. Et ratio est,quia tunc duplex adest impedimentum, tum coniugum affectio,ne mutuò amore ad inuicem bonis se expolient, tum etiam iuris repugnantia, ius enim impedit tales donationes in totum, igitur in toto annullantur tanquam in fraudem legis factæ: quæ ratio non viget in hac quæstione, quia ab initio valuit quò ad illam quantitatem, quàm vni ex filijs prioris matrimonij relinquere poterat, vt probant glos. & Saly cet.in d.l. donationes, quas parentes, Ias. Paris.Ioan.Andr. Aretin. Crot. & alij, quos probat Aquilin. loco cit.num.23.& alij relati num. 2. Et in his terminis Neapod.loquitur nempe quoties esset donatio inter virum,& vxorē.

Verùm pro opinione Pręs.de Franch.

7 † vt tota portio auocata pertineat ad filios, & nihil dandum sit vitrico, vel nouercæ in terminis tex.d.l.hac edictali,tenet ibid. Bertr.in verb.ita tamen. nu.15. & 18.

& 18. tenent etiam Crauet. consil. 193. nu. 13. Gabr. d. concl. 4. nu. 57. Facchin. lib. 3. controuers. iur. cap. 69. Sfort. Odd. consi. 3. vol. 1. Surd. consi. 401. nu. 2. vol. 3. & ita fuit decisum in Rot. Romana, vt habetur in decisionibus Rotæ prædictæ in nouis 3. par. decis. 756. Attamen, vt dixi, primam opinionem sequor tanquam magis verã, & magis conformem Iuris dispositioni, vt patet ex verbis tex. relatis num. 4. dum solùm illud plus vult pro non scripto haberi, & inter filios tan
8 tum diuidi. † Verùm id totum, quod reuocatur per dictam dispositionem l. hac edictali. Est filiorum primi matrimonij, & nulla portio de tali relicto debetur vitrico, vel nouercæ, & ita loquuti sunt DD. num. preced. relati, qui expressè dicunt, vt donatio prædicta non reuocetur in totum, sed solùm quoad eam portionem, quæ est contra dispositionẽ Iuris, & vt vitricus, seu nouerca nihil habeat de portione reuocata per filios, quorum opinio est de mente tex. in d. §. optimè. ibi (ad personas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus) Et sic patet malè locutam esse glosam in d. l. hac edictali, in verb. diuidi: quam ibi sequũtur Salycet. q. 2. Bal. Castrens. & alij, quos numerat Gabr. d. cõcl. 4. de secun. nupt. num. 57. quatenus voluit, vt in portione reuocata etiam vitricus, & nouerca admittatur ad partem; loquitur enim contra tex. in d. §. fin verò plus, & contra receptam sententiam etiam in iudicio, vt patet ex dicta decis. Rotæ Rom.

Nec obstat, quòd lex permittit, vt tantùm relinquatur vitrico, vel nouercæ, quantùm vni ex filijs primi matrimonij, vt dictum est quæst. 11. & habetur in d. §. optimè. Ergo ius non repugnat, vt etiã nouerca, & vitricus computentur in diuisione facienda inter filios de illa portione reuocata; nam solutio clara est, qa tex. in d. §. optimè non iubet, vt persona vitrici, vel nouercæ admittatur ad illam portionẽ reuocatam; ergo hoc reliquit in dispositione tex. in d. l. hac edictali, vt in simili dixi supra quæst. 12. num. 4. & 5. & consequenter dum solùm filij vocentur ad illam portionem, quia ita tex. hoc mandat, vt nu. 4. dictum est, & dum de vitrico, & nouerca nullam mentionem fecit, iam expressè eos exclusit, ex vul-
9 gat. Iuris regula, † quòd inclusio vnius sit alterius exclusio. l. cum Prætor. ff. de iudic. & c. nonne, de præsumptio. † Imò tex. in d. §. optimè, expressè hoc determinat ibi (competit filijs, & inter eos solos ex æquo diuiditur vt oportet) Ergo clarissimè deducitur, vt nullo modo ad illam portionem vitricus, vel nouerca vocetur, & Doctoribus contrarium tenentibus non est habenda fides, quia loquuntur contra casum legis, dum tex. ibi expressè hoc determinauit: nam etiam in vers. nanque. Sic iubet videlicet (Sed ex priori matrimonio filijs, ꝑpter quos
11 & obseruatum est, detur solis) † Ex cuius textus decisione colligitur, ut nec etiam filij, ex secundo matrimonio procreati, admitti debeant ad illam portionem, dum ad solos filios primi matrimonij portionem illam lex mandet deferri.

SVMMARIVM.



Filij an debeant sibi imputare in legitimam, quod auocant ex beneficio tex. d. l. hac edictali. nu. 1. & 2. Eis imputatur quod habent ex iudicio patris. nu. 4. Sed an semper hoc sit verum? nu. 5.

Text. in d. l. hac edictali. §. fin autem. § fin verò plus. declaratur. num. 3. & infra q. 17. nu. 8. & seqq.

Quarta debita per has consuetudines, & per Authen. preterea. C. vnd. vir. & vxor. num debeat imputari filijs in legitima. nu. 5. Nemo in necessitatibus præsumitur esse liberalis. nu. 6.

Quod pater soluit coactè pro filio, imputatur illi in legitimam. nu. 7.

QVÆSTIO XVI.

1 Decimosextò quæro, † an illud plus, quod auocant filij à nouerca, uel uitrico, sit eis imputandum in legitima, si parentes minus legitima eis reliquerint, uel illud habeat præcipuum, & legitima supplenda sit de alijs bonis parentum? Esse imputandum, responderunt Cyn. Bald. & Salycet. in d. l. hac edictali, consuluit etiam Alexan. consi. 158. uol. 5. quam opinionem dixit ueriorem Cuman. consi. 109. in 3. dub. eam etiam probarunt Grammat. consi. ciuili 153. Capr. Alciat. & alij, quos recenset

censet Gabr. in d. tit. de secun. nupt. conclus. 4. nu. 60.

2 † Contrariam sententiam tenuit glos. in §. optimè, in verb. quippè. Authen. de nupt. vbi Iacob. de Beluis. & Angel. Iacob. Butric. in l. 1. C. de inoffic. dot. vbi Barto. & Bald. Fulgos. consi. 89. col. 2. & consi. 97. Paul. de Castr. consi. 150. vol. 2. Curt. Sen. consi. 78. col. 4. Socin. Sen. cōs. 31. col. fin. vol. 4. Idem Alex. sibi contrarius, in addit. ad Bart. in d. l. hac edictali. & in l. si patroni. ff. ad Trebell. Deci. cōs. 246. Bertrand. in d. l. hac edictali. vers. ita tamen post hos Signorol. Florian. pract. Papiens. Boer. decis. 201. Ioan. Fabr. Bero. Aymon, & Ruin. Gabr. d. concl. 4. nu. 61. & hanc etiam sententiā defendit nouissimè Andr. Facchin. d. lib. 3. controuers. iur. cap. 70. Sequitur Paris. in consi. 91. vol. 3. Corne. consi. 43. vol. 1. & eandem sententiam post aliquos ex prædictis, & post Rom. Panhorm. in cons. pen. vol. 2. Butrium, Ias. Franc. Pepium, & Rip. dicunt veriorem addentes ad Alex. in d. cons. 158. in verb. verum, hoc iddem defendit Surd. in decis. 169. nu. 6. allegat etiam Crassum in §. legitima. q. 20. nu. 5. idem Surd. in consi. 422. nu. 1. vol. 3.

3 Fundatur autem hæc opinio ex text. in d. l. hac edictali. §. fin autem, ibi (ita tamen vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur nullo modo minuatur, nisi ex ijs causis, quę de inofficioso excludunt querelam) subdit postea Imperator in §. sin vero plus (quod illud plus ad personas defertur liberorum, & inter eas diuiditur,) ex quibus verbis duo colliguntur, vnum est, vt nullo modo legitima minuatur ex portione relicta vitrico, vel nouercæ; & alterum erit, vt si plus relictum fuerit vitrico, vel nouercæ, illud detur filijs; & hoc in pœnam dantis, cùm id fecerit contra legis dispositionem, & hoc iddem probat tex. in §. optimè. Authen. de nupt.

4 Confirmatur secundò ratione, † quia licèt filijs imputetur in legitimam quæcunque habeant ex patris substantia, iuxta tex. in l. quoniam nouella, & l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. hoc tamen procedit, quando illud haberent ex iudicio patris, non autem aliunde, vt ad literam disponit tex. in d. §. repletionem. ibi (non si quid ex alijs causis filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex iure accrescendi, vt puta vsusfructus: humanitatis enim gratia sancimus, ea quidem omnia quasi aduentitio iure eum lucrari) Sed nunc filius illud plus habet ex legis dispositione, & contra parentum voluntatem; non igitur est illi imputandum in legitimam, vt rectè probat Facchin. d. cap. 70. in fin. Est enim notissimum, vt id tantum in legitima imputetur, quod ex testatoris iudicio percipitur, vt notant Bar. & omnes in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. Crass. & alij, quos probat Surd. decis. 169. nu. 5. & cùm hęc opinio non solùm maiori numero Doctorū, & efficacioribus rationibus, sed etiā ex legis dispositione fundetur, non est curandum de Doctoribus, qui contrarium defendunt, præcipuè dum Bal. & Alex. sibi non constent, & ideò tanquam sibi contrarij non merentur allegari, vt multoties replicatum est. Tantò magis in hoc casu illis non creditur. dum loquuntur contra omnes, & contra vulgatum axioma etiam per ipsos firmatum in d. l. in quartam. nempe, vt in legitimam imputetur solùm, quod ex iudicio testatoris percipitur, & non quod aliunde; & in casu nostro clarum est, vt hoc plus habeant filij ex legis dispositione in pęnam parentum, vt dictum est.

5 Quod autem dicitur, † vt aliquis debeat sibi imputare illam portionem, quā habet ex legis dispositione, vel beneficio statuti, vel consuetudinis, nempe vt est quarta, quæ debetur vxori pauperi in bonis viri diuitis ex dispositione tex. in Authen. prætereà. C. vnd. vir, & vxor. Sic etiam quarta, quæ debetur vxori in bonis viri secundum dispositionem istarum consuetudinum, vt disponit tex. in consuet. dos, & quarta, sub titu. de iur. quart. fol. 264. & alibi, procedit, quando maritus aliquam quantitatem vxori relinqueret, sic enim loquuntur Bart. in l. si cum dotem. §. si pater. nu. 4. ff. sol. matri. Roland. & alij, quos probat Surd. consil. 112. num. 1. vol. 1. decisio. 119. & decis.
6 169. & assignant rationem, † quia in necessitatibus nemo liberalis existit, & quia nemo in dubio pręsumatur iactare suum & etiam quia relictum in vltima voluntate excomputari debet cum debito, quod testator illi tali debebat, quod nos etiam probauimus supra par. 2. in titu. de bonis q. 13. num. 8. & seqq. Et sic etiam adest iuditium testatoris, prout etiam di-
7 citur, † si pater coactè soluisset aliquid pro

pro filio, nempe quia deliquit, & coactus sit pro filio soluere aliquam pecuniarum quantitatem fisco, tunc sine dubio id im putari debet in legitimam filij ratione iam dicta, quia factum patris interuenit, & quia coactè, & necessariò soluit, & in necessitatibus nemo liberalis existit, vt dictum est. Sed in casu nostro est ratio admodum diuersa, quia nullum factum parentum interuenit, nec voluntas, cùm potius filij illud plus habeant contra parentum voluntatem, & in pœnam eorũ delicti.

SVMMARIVM.



Itrico solùm donatur quantum relictum est vni ex filijs primi matrimonij etiam minus legitima num. 4. 5. & 12. Contrarium tenētes recensentur. nu. 1. obiecta soluuntur. nu. 8. & seqq.

Filius habet supplementum legitimæ contra parentum voluntatem. nu. 3. & 6. non debet esse peioris conditionis vitrico, & nouerca. nu. 7.

Vna pars legis declaratur per aliam. num. 10.

Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus. nu. 12.

Vitrico, vel nouercæ si plus relinquatur, quàm vni ex filijs, qualiter lex illud relictum præsumat. nu. 9. Quando possit illis relinqui ea quantitas, quam habent filij pro tota legitima. nu. 5. & 8.

Regula, quod potui, nolui, quod volui, adimplere nequiui, vendicat sibi locũ in hac quæstione. sub nu. 9.

QVÆSTIO XVII.

1 
Ecimoseptimò quæro, † si parentes vni ex liberis minus legitima, reliquissent, an portio vitrici, vel nouercæ solùm esse debeat ad instar illius quantitatis dicto filio relictæ, vel possit esse vsque ad supplementum legitimæ, quod sine dubio filius habet etiam contra parentum voluntatem, vt sæpe replicatum est; In hac quæstione sunt duæ sententiæ contrariæ, prima est sententia glos. in §. quoniam in verb. habente. Authen. quib. mod. natural. effic. sui, vt portio vitrici, & nouercæ possit esse vsque ad supplementum legitimæ illius filij, & hanc sententiam expressè tenuit Bal. in d l. hac edictali, quem sequuntur Anan. Bolognin. Crauett. Alex. Aretin. Ruin. Dec. Corn. & Grammat. quos recenset, & sequitur Ant. Gabr. d. concl. 4. de secun. nupt. nu. 34. vbi in vers. contrarium autem, circa fin. hanc opinionẽ dicit sibi videri communem, quam etiã nouissimè defendit Andr. Facchin. d. lib. 3. controuer. iur. cap. 67. vbi ex multis sententiam istam probat.

2 Contrariam opinionem secuti sunt Bart. in d. §. optimè. Authen. de nupt. & Bal. ibid. sic etiam Salycet. in d. l. hac edictali. q. 7. vbi etiam Bertrand. qui consi. 90. vol. 3. iddem probat, sequuntur etiam Bald. Nouell. Crauet. Ruin. Boer. & Io. Nicol. quos d. nu. 34. recenset Gabr. sequuntur etiam Corne. consi. 44. per tot. vol. 4. Dec. consi. 245. Rolan. consi. 29. nu. 25. vol. 4. Cephal. consi. 412. toto, & præcipuè nu. 60. Bursat. Marcobrun. & alij, quos nouissimè recenset, & probat Surd. in consi. 401. num. 1. & consi. 422. nu. 23. & 24 vol. 3. & hæc opinio magis mihi probatur, tum quia ex prima sentẽtia tollendi sunt Bald. Crauet. Corne. Ruin. & Dec. qui, si credimus Gabrieli, vtranque opinionem affirmant, & ideò tanquam sibi contrarij tollendi sunt de medio; tum etiam quia hæc secunda opinio est magis consentanea rationi, & magis conformis dispositioni iuris, vt infra dicetur.

Fundatur primò hæc opinio ex tex. in d. l. hac edictali, qua sancitur, vt non possit amplius donari vitrico, vel nouercæ, quàm relictum est vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus relictum est, itaq; tex habet respectum ad minorem quantitatem, quæ illi filio à parentibus relinquitur, † Sed filius supplementum legitimæ non habet ex iudicio parentum, sed ex legis dispositione, vt dictum est, ergo supplementum non est relictum à parentibus, sed debitum est ex legis dispositione, de quo debito textus ille loquitur.
3

4 Confirmatur, secundò ex tex. in d. §. optimè, vers. si verò inæqualia, qui quidem tex. determinat hanc quæstionem, & miror, cur per Doctores non ponderetur, imò nec penes aliquem citatum vidi pro hac quæstione. Verba tex. sunt sequen-

ſequentia, videlicet, [Ait enim, quia ſi ex priori matrimonio filios habeant parentes deinde ad ſecundum, aut deinceps deueniant matrimonium, non poſſunt neque in nouercam patres, neque in vitricum matres, ſecundum vitæ tempus quamlibet facere largitatem, aut in morte relinquere, niſi tantum, quãtum vnus filius, vel filia, ſolus exiſtens ex generante, habeat] ſubdit poſtea tex. hæc alia verba [Si verò multi filij sũt, & vnuſquiſque æqualem habet portionem, non amplius, quàm ad ſingulos peruenit, aut vitricus, aut nouerca percipiat] Subdit tertiò alium caſum, qui noſtram quæſtionem determinat, & dicit hæc alia verba [Si verò inæqualia, quæ relinquuntur, fuerint: tantum neceſſe eſt ſolùm ad nouercam, aut vitricum venire ex quacunque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius, ex illius ſubſtantia percepit, aut ex nouiſſima voluntate dimiſſum, aut in vita datum, quippe dudũ quarta, nunc autem tertia aut media ſecundùm noſtram legem, portione omnino filia relinquenda, aut danda, niſi rurſus ingratitudinis ratio contradicat]

5 † Ex hoc tex. tres colliguntur concluſiones, prima eſt, quòd, ſi vnus eſſet filius, tantum eſſet vitrico, vel nouercæ relinquendum, nec plus, quantum conſequeretur ille ſolus filius pro ſua legitima iuxta taxationem traditam per Imperatorem. Secunda concluſio eſt, quòd ſi plures adeſſent filij, portio vitrici, vel nouercæ non poteſt eſſe plus, quàm eſt portio relicta ſingulis filijs, vel legitima eiuſdem relicta; nam ſemper tex. de relicto, facto per parentes liberis, loquitur. Tertia concluſio eſt, quæ determinat caſum noſtrum, quòd, ſi parentes vni ex liberis aliquam portionem, minus legitima reliquerint, non poſſet portio vitrici, vel nouercæ maioris eſſe quantitatis, vt ex verbis relatis in tertio caſu cernitur.

6 Probatur etiam ratione, † quia ſupplementum legitimæ venit ex iuris diſpoſitione, vt ſæpe replicatum eſt; vnde dum parentes, in fraudem legis, plus nouercę, vel vitrico reliquerint illud plus habetur pro non adiecto, cùm adiectum ſit contra Iuris diſpoſitionem, & conſequenter

7 † ne vitricus, vel nouerca ſit melioris cõditionis, quàm eſt filius; cum parẽtes minus legitima reliquerint filio, eandem portionem, & non maiorem, poteſt pater nouercæ, & mater vitrico relinquere, & quod plus relinquunt, habetur pro non adiecto, vt dictum eſt, cùm ſit relictum in fraudem legis ex regul. tex. in l. non dubium. C. de legib.

8 Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducit Facchin. loco cit. & primò tex. in d. l. hac edictali, qua diſponitur quòd (ſi plures fuerint liberi, ſingulis æquas partes habentibus minimè plus, quàm ad vnumquemque eorum peruenerit ad eorum liceat vitricum, nouercamue transferri:) ex hoc volunt inferri, nempe ex illo verbo, peruenerit, vt intelligatur quouis modo perueniat tota legitima; ſed certè hic tex. potius probat contrarium, potius enim explicat ſecundum caſum textus §. optimè nu. 4. relatum, nempe, quando parentes reliquerint filijs æquales portiones, at quando minus legitima eſt eis relictum, ille tex. non dicit vt vitricus, vel nouerca plus habere debeat, & conſequenter tanquam caſus omiſſus, debet explicari per alia iura, nẽpe ex tex. in d. §. optimè, vt ſolùm procedat, quando portio peruenit ad filios ex parentum iuditio.

Nec obſtat ſecundò ponderatio eiuſdem l. hac edictali, in illis verbis ibi. [Sin autem non æquis portionibus ad eoſdẽ liberos memoratæ trãſierint facultates, tunc quoque non liceat plus eorum nouercæ, &c. quam filius, vel filia habet.] Sed nunc filius nõ ſolùm habet relictum à patre, ſed etiam ſupplementum legitimæ, & totum habet ex ſubſtantia patris, ergo vſque ad integram quantitatem legitimæ poteſt pater nouercæ, & mater vitrico relinquere. Nam reſpondetur dupliciter. Primò, vt relictum intelligatur teſtatoris iudicio, vt ſuperius dictum eſt,

9 & confirmatur, † quia dum pater plus nouercę, vel mater plus vitrico reliquit, cernitur odio habuiſſe liberos, eoſque fraudare voluiſſe legitima portione, ob amorem erga ipſos ad inducem, quo caſu ſuccedit regula tex. in l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, videlicet, quod potui, nolui; quod volui, adimplere nequiui; quã regulam latius exornant Vrſill. in addition. ad Afflict. deciſ. 2. nu. 9. & Aquilin. in l. centurio. par. 4. nu. 49. in verb. tunc militat. ff. de vulg. & pupill. & ideò dum erat in poteſtate parentum relinquere filijs totam legitimam, & vſque ad illam ſummã poterat pater nouercam, & ma-

ter vitricum æqualare filijs, & id facere noluerunt, sed in fraudem legis maiorẽ summam ad inuicem sibi reliquerunt, dum casus euenit, conqueri nequeunt, si minus habeant; quia tunc non ipsi, sed leges dant filijs legitimæ supplementum.

10 Secundò respondetur † quia vel tex. ille fundat hanc opinionem, quam defendimus, prout præsumitur, vel probat cõtrarium: sed contrarium non probat, vt ex verbis relatis cernitur; & si probaret, corrigeretur ex tex. in d. §. optimè. vers. inæqualia, qui tex. posterior editus est, & clarum est, vt lex posterior tollat priorem, & consequẽter nec vitrico, nec nouercæ maior portio debeatur ea, quæ relicta est vni ex liberis.

11 Nec tertiò vrget ponderatio eiusdem l. hac edictali. in illis verbis ibi [ita tamen, vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex ijs causis, quæ de inofficioso excludit querelas] Ex his verbis colligit Facchin. d. cap. 67. in fin. quod est sententia legis, vt non possit amplius relinqui vitrico, vel nouercæ, quàm filijs primi matrimonij, ita tamen, vt quarta, debita liberis ex legibus, si non relinquatur filijs integra portio, nec vitricus, nec nouerca plus consequi prohibetur, quàm filijs relictum sit: nam tex. solum vrget, vt ex relicto, facto nouercæ, vel vitrico, non minuatur portio filiorum; sed nunc non minuitur, dum filij habent supplementum legitimæ, ergo nec viget dispositio tex. Verùm consequentia Facchinei est admodum aliena ab illo tex. & non solum contra mentem, sed etiam contra verba tex. Verba enim dicant, vt ex relicto, non minuatur portio filiorum; itaque non determinat casum nostrum, sed ne plus relinquatur vitrico, vel nouercæ, & consequenter adaptari non possunt ad hunc casum, vt dũ minus relictum est filijs, & illis debitum est supplementum ex dispositione Iuris, vt vsque ad illud supplementum debeat esse portio vitrici, vel nouercæ, nam hoc determinauit in illis verbis, sin autem non æquis, quæ ponderauimus supra num. 9. Est etiam contra mentem, quia non erat de mente legislatoris hunc casum per illa verba determinare, dum alibi casum istum determinauit, & consequenter cùm tex. loquatur in præteritum, vt tantum habeat vitricus, vel nouerca, quantum habuerint liberi a parentibus, & sic expressè se refert legislator ad relictum voluntarium, non autem ad
12 supplementum necessarium; † & dum expressè tex. hoc non dicit, nec nos dicere debemus ex regul. tex. in l. de præti. ff. de Publician. in rem act. & ex prædictis cernitur, vt nu. 2. dixi, hanc sententiam esse veriorem, maioribus, & efficacioribus rationibus munitam, & conformem esse Iuris dispositioni.

SVMMARIVM.



Ispositio l. hac edictali, etiã in nepotibus, & alijs descendentibus procedit numero 1.

Filius est pars viscerum patris, & nepos aui. nu. 3.

Pactum, factum in beneficium filij, etiã ad nepotes extenditur. num. 2.

Dos data ab auo nepti, num patri in legitimam imputetur. nu. 4.

QVÆSTIO XVIII.



1 Ecimooctauò quæro, † an procedant discussa superius etiam quoad nepotes? & respondeo affirmatiuè, quia tex. in d. l. hac edictali. §. eiusdem, hoc expressè determinat, & magis apertè hoc habetur in d. §. optimè Authen. de nupt. vbi traduntur hæc verba [Hoc idem obseruando, & in auo, & in auia, & proauo, & proauia, & nepotibus masculis, aut fœminis, & pronepotibus similiter, siue sub potestate forsan, siue emancipati consistant, ex paterna, vel materna linea descendentes.] Sequuntur etiam Hostien. in tit. de secun. nupt. §. quare. col. 2. Anchar. in cap. super. col. 2. de secun. nupt. Cyn Azo, Angel. Bertran. & alij, quos probat Surd. decis. 73. num. 11. post alios Sanches in tract. de matrimonio lib. 7. disp. 89. num. 121. & dicam aliqua infra par. 4. quæst. 45. num. 69. Et verba tex. in d. §. optimè. clara sunt, etiam si tales descendentes emancipati essent, in quibus minor affectio cadere solet, & lex voluit hoc prouidere non solum ad excludendam fraudem, sed etiam ad tollendam omnẽ fraudis suspitionem.

2 Imò Surd. loco cit. plus dicit, † quòd pa-

pactum, adiectum in capitulis matrimonialibus, vel in alio instrumento, vt bona donata ad filios perueniant, si filij non extarent, mortuo patre, vel matre, sed extarent nepotes, tunc ad ipsos nepotes illa bona peruenire debent, quia prouisio facta quòad filios, et ad nepotes extēditur, nam ipsi veniunt appellatione fi-
3 liorum; & ratio clara est, † quia sicut filius est pars visceris patris, ita nepos est pars visceris aui, quia ex sua carne, mediante filio, descendit, quod latius post Roland. Phanut. Mantic. & alios, prosequitur Surd. d. decisio. 73. num. 18. & seqq.

Hinc magis communiter concludunt
4 Scribentes, † vt dos, data ab auo nepti iam natæ non imputetur patri in legitimam, quia præsumitur illi data propter affectionem, & amorem, quem erga neptem præsumitur auus habere, vt ex magis communi sententia testatur Peregri. in tract. de fideicommiss. art. 37. Vbi plures limitationes ad hanc regulam ponit: quam materiam etiam tractat Mascard. in suo tract. de probat. concl. 574. præcipuè tamen erit vera illatio, si expresse non pateat, neptem dotatam esse ab auo contemplatione patris, vt post alios Farinat. decis. 262. nu. 3. & 4.

SVMMARIVM.



VOD auocant liberi à vitrico, vel nouerca, vnà cum fructibus consequuntur. num. 1. Quodnam tempus attendatur in tali auocatione hab. nu. 3.

Hoc ius auocandi, et ad eorū hæredes trāsmittunt nu. 4. Secus in fructibus perceptis ex meliorationibus. nu. 9.

Titulus quoties ad non titulum reducitur, res restituitur vnà cum fructibus num. 2.

Lex si aliquem actum annullat, dominiū ipso iure retrò transfertur, & restituitur res vnà cum fructibus. nu. 3.

Qui contra legem mereatur, est in mala fide, & tenetur ad restitutionem fructuum. nu. 5. Secus in fructibus perceptis ex meliorationibus. nu. 10. & ratio vera traditur. num. 11. An semper hoc verum sit, aperitur. nu. 12.

In actionibus stricti iuris an debeantur fructus ante litis contestationem. numero 6.

Quando aliquid auocatur in pœnam legis, fit restitutio rei vnà cum fructibus. nu. 7.

Malæ fidei possessor non fructus meliorationum, sed quos dominus percipere solebat, restituit. num. 11.

Melioramenta compensantur cum fructibus. nu. 12.

QVÆSTIO XIX.

1 DEcimononò quæro, † an illud plus, quod auocant liberi à vitrico, vel nouerca, sit illis restituendum vnà cum fructibus? Respondeo affirmatiuè, ex traditis per Surd. decisio. 171. vbi ex pluribus sententiam istam probat, & præcipuè, quia vt sæpe replicatum est, illud plus est relictum contra legis dispositionem, & pro non adiecto habetur, & consequenter titulus reduci-
2 tur ad non titulum, † sed quoties titulus ad non titulum reducitur, tunc res illa vnà cum fructibus restituitur, quia res medio tempore sua non fuit, & ideò fructus eius lucrari non potuit. ad tex. in l. fructus. ff. de rei vendic. Roman. consil. 454. Felin. Natt. Tiraquell. Menoch. Rimin. & alij, quos probat Surd. loco cit. nu. 4. & seqq. & etiam in consi. 14. nu. 14. & 16. vol. 1.
3 Secundò, quia vbi actus ex legis dispositione habetur pro infecto, tunc dominium retrò transfertur ipso iure, & fructus percepti, medio tempore, restituendi sunt, vt scripsit glos. notab. in §. 1. in verb. imminere. in fin. Authen. de incest. nupt. sic etiam scripserunt Cyn. Barto. & alij in Auth incœstas. C. de incœst. nupt. & post alios Surd. loco citato nu. 7. & 8.

Tertiò hoc idem confirmarem alia ratione, quia, vt filij reuocare possint illud plus, attenditur non tempus donationis factæ, sed tempus mortis donantis, vt probat tex. in §. quia verò. Auth. de nupt. Sanchez d. disp. 89. num. 7. vbi alios cumulat, & plus illud auocant, etiā si non sit parentum hæredes. §. & super.
4 eod. tit. † & quia hoc habent ex propria persona, hoc ius auocandi transmittunt ad eorum filios, si quos habeant, quo casu illi in locum patris subingrediuntur, & eius portionem tantum habēt, vt sub-

ditur in §. venient autem, si verò filij non adsint ex fratre mortuo, portio illius alijs fratribus accrescit, vt ibid. sancitur in §. si verò filiorum. Cùm igitur hoc verum sit, & parentes directè, & indirectè prohibiti sint plus relinquere vitrico, vel nouercæ, quàm vni ex liberis primi matrimonij, vtique si fructus non essent restituendi, possent pater nouercæ, & mater vitrico omnia bona sua donare, vt saltem in vita perciperent fructus, & ex eis per indirectum plus haberent, quàm filij prioris matrimonij, quod non est admittendum.

5 Additur alia ratio, † quia dum adest prohibitio Iuris, & ipsi contra Iuris prohibitionem tale relictum faciunt, vtique sunt in mala fide, quia contra legem mercantur, iuxta tex. in l. fin. C. de agric. & censit. lib. 11. quo casu tenentur ad restitutionem fructuum, vt scripsit Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæred. post

6 alios Surd. loco cit. nu. 11. † & hac de causa, si vitrico, vel nouercæ relinqueretur vsusfructus, etiam haberet locum dispositio tex. in d. l. hac edictali, quia tunc, facta æstimatione ipsorum fructuũ secundum terminos tex. in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. Illud relictum reducitur ad mensuram d. l. hac edictali, vt post Alber. Bald. Bertran. & alios probat Rolan. consi. 29. nu. 25. vol. 4. quod etiam sequuntur Cephal. Bursat. Marcobrun. & alij, quos etiam probat Surd. in consi. 401. nu. 1. vol. 3. & consequenter & vitricus, & nouerca tenentur fructus perceptos restituere cum illo pluri eis relicto ad inuicem; quamuis Gabr. in d. tit. de fecund. nupt. concl. 4. nu. 78. contrarium teneat; eius tamen opinio non est admittenda, quia vera non est, vt ex dictis cernitur.

7 Nec obstat, † quòd conditio ex lege est stricti iuris, & in actionibus stricti Iuris non veniunt vsuræ, nisi à die litis contestatæ, vt in l. cùm fundus. ff. si cert. pet. & l. filius, vbi Bar. & alij, ff. de verb. oblig. qa ad hoc argumentũ respõdet Surd. d. decis. 171. nu. 9. quia regula illa non procedit, quando id, quod petitur restitui, meum erat antea, tunc enim ẽt in actionibus stricti Iuris debentur fructus ante litis contestationem; quoniã in hoc casu actio stricti iuris sapit naturam actionis bonæ fidei ex doctrina Bart. in l. petens. C. de pact. Respõdeo secundo, quia quicquid sit in actionibus stricti Iuris, nunc sumus in alio casu, nempè in pœnam legis; quia filij hoc, quod auocãt à vitrico, vel nouerca, est in pœnam legis, vt multoties replicatum est, & probat glos. in d. §. optimè, in verb. quippè. Autben. de

8 nupt. † Sed, quod auocatur in pœnam, restitui debet vnà cum fructibus; quia, qui talia agunt, mercantur contra dispositionem Iuris, & sunt in mala fide omni tempore, & ex dictis supra nu. 5. tenentur ad restitutionem fructuum.

9 In vno tamen casu hoc limitarem, nempè si essent fructus percepti ex meliorationibus, vt, quia in re donata ad inuicem plures meliorationes fecissent, & ex his meliorationibus percepissent fru-

10 ctus, & ratio est, † quia fructus percepti ex meliorationibus etiam in malæ fidei possessore, sunt ipsius possessoris, qui meliorationes fecit, vt est tex. generalis quo ad omnes malæ fidei possessores in l. cæterùm. §. improbè. ff. de rei vendicat. vbi Bald. Angel. & alij. Tiraquell. in tract. de retract. consanguin. §. 15. glos. 1. num. 19. Afflict. decis. 87. num. 6. Bursat. Bero. & alij, quos probat Surd. in decis. 282. num. 30. & idem tenet Borgnin. decis. 28. in addit. num. 8. par. 1. tenet etiam Præs. de Franch. decis. 191. nu. 11. & decis. 705. &

11 ratio communis est, † quia in percipiendis fructibus non ad personam possessoris; sed ad personam Domini habetur relatio. hoc est quantum de fructibus solebat percipere Dominus de re illa tempore traditionis, ita glo. in l. fructus ff. de rei vendic. & latius hoc probat Surd. d. decis. 282. à nu. 26. vsque in fin. vbi pluribus rationibus hanc veritatem confirmat, quod procedit non solùm in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ, quia possessor malæ fidei non restituit fructus sua industria perceptos, sed alios solùm, quos Dominus percipere solebat vt in cap. grauis. de rest. spol. cap. fine culpa, de iniur. & damn. dat. Paludan. Scot. Gabr. Hostiens. Nauarr. Couarr. Petr. Nauarr. & alij, quos nouissimè probat Sayrus lib. 10. Clauis Regiæ tract. 2. cap. 3. nu. 24. Azor. par. 3. moral. lib. 4. cap. 4. quæst. 7.

12 In vno tamen casu hoc limitarem, quando melioramenta prædicta compensari possent cũ fructibus perceptis ex illo prædio, vt quia deductis expensis tot fructus superèrant, ex quibus illa melioralioramenta

lioramenta fecisset; tunc enim fit compensatio, vt in l. sumptus, & l. emptor, vbi notata. ff. de rei vend. & probat ex pluribus Couarr. lib. 1. varia. resol. cap. 3. num. 3. & cap. 8. num. 4. post Neguzan. Put. & alios hoc iddem probat Farinat. decis. 378. nu. 3. vbi ita dicit pluries esse resolutum in illa Rota Rom.

SVMMARIVM.



Ater transiens ad secunda vota, potest filium, & vitricum æqualiter instituere num. 1.

Surdus, qui sibi ipsi contrarius videtur, conciliatur, nu. 5.

Filij quando æqualantur cum vitrico, æqualatio procedit, deducta prius eorum legitima. nu. 2. Procedit etiam secundum has consuetudines, nu. 4. Non tamen habet locum, quando per statutum esset correcta. l. hac edictali. num. 3. & 5.

QVÆSTIO XX.

1 Igesimò quæro, † an mulier transiens ad secunda vota, possit æqualiter filios primi matrimonij, & vitricum sibi hæredes facere? Respondeo affirmatiuè, & vltra dicta superius q. 11. & seq. hoc probat tex. in d. l. hac edictali. & tex. in d. §. optimè, quæ iura mandant, vt tantum possit nouerca relinquere vitrico, quantum vni ex filijs primi matrimonij: Sed sic est in proposito, igitur nō adest controuersia, vt vera sit determinatio. Confirmatur etiam ex dictis supra q. 17. nu. 4 in secundo casu; vbi dictum est, vt tanta sit portio vitrici, vel nouercæ, quanta vniuscuiusque ex filijs, & ita est in proposito, & sic probant in indiuiduo Boer. decis. 201. num. 1. Anto. Gabr. d. concl. 4. de secund. nupt. nu. 53. Decia. consi. 35. nu. 8. vol. 1. Et hoc iddem nouissimè ex pluribus probat Surd. in cōs. 422. toto, & præcipuè nu. 9. vol. 3. Itaq; non potest esse subsistens dubitatio.

2 Sola igitur quæstio est, † an filij debeant præcapere legitimam de omnibus bonis, & in reliquo patrimonio æqualatio procedat? Respondeo affirmatiuè, loquendo secundum terminos Iuris cōmunis, quia filij ex beneficio legis præcapiunt legitimam, qua non poterant fraudari à parentibus, præcipuè transeuntibus ad secunda vota, & ideò legitima deducta, fit diuisio reliqui patrimonij, sic scripsit glo. in d. §. optimè in verb. quippè, probant etiam hoc idem Castr. consi. 462. Rimin. consi. 311. num. 11. & seqq. & consi. 333. toto. Zuccard. consi. 43. nu. 22. Thesaur. decis. 184. num. 3. & hanc sententiam dicit esse communem. Surd. in consi. 401. nu. 30. vers. nec contradicit. vol. 3. probat etiam Hieronym. Gabr. consi. 13. vol. 1.

3 Verùm, si tex. in d. l. hac edictali; correctus esset per statutum, vel consuetudinem, tunc non fieret deductio legitimæ, sed omnia bona æqualiter essent diuidenda inter filios, & vitricum, dummodo ex relicto vitrici non minuatur filiorum legitima, & ita loquitur Surd. in consi. 422. nu. 22. vol. 3. nam in specie loquitur, qn dispositio illius tex. correcta est per statutum. Sed in casu nostro hoc

4 eueniro non potest, † quia tex. in d. l. hac edictali non est correctus per dispositionem istarum cōsuetudinum, vt dixi supr. q. 12. & successiuè remanet vera determinatio iuris communis, etiam secundū has consuetudines, vt filij ante omnia præcapiant legitimam, & de eo, quod superest, fiat diuisio: quod eò magis procedit secundum has consuetudines; quoniam vt dictum est infra par. 4. q. 60. filijs secundum aliquos vltra medietatem, illis debitam per has consuetudines, debent habere legitimam de medietate, de qua pater disponere poterat, itaque de portione, de qua parentes possunt disponere, debetur filijs legitima, quod an sit verum, ibidem dicetur.

5 Nec obstat, † quòd Surd. videatur tenere contrarium in d. consi. 422. nu. 21. quia, vt dixi, loquitur, quando dispositio illius tex. l. hac edictali, est correcta per statutum; & quòd hæc sit eius intentio, patet, nam postea nu. 22. circa hanc quæstionem remittit se prioribus dictis circa hanc materiam, & sine dubio remittit se ad discussa per ipsum in d. consi. 401. vbi in specie num. 30. vers. nec contradicit Castr. hanc sententiam firmat, cuius opinio debet intelligi, attenta dispositione iuris communis, nē sibi contradicat: sem per enim dictum Doctoris ambiguum debet

debet declarari ex alibi dictis ab eodem Authore, & semper facienda est interpretatio, vt ab eo tollatur omnis contrarietas, vt sæpe dictum est, & præcipuè supra par.2. in tit. de bon. q. vlt. nu. 21.

SVMMARIVM.



Ex. in l. hac edictali, non habet locum in titulo oneroso, & vera ratio assignatur. nu. 1.

Titulus onerosus est satisfactio veri debiti. nu. 2. Sic etiam constitutio antefati. nu. 3. Sic etiam donatio remuneratoria si merita non excedat. num. 8. & etiam si maritus senex dotasset vxorem iuuenem. num. 11.

Non tenetur mater reseruare talem dotem filijs prioris matrimonij, & ratio traditur. num. 15. Si constituta sit, matrimonio constante, an valeat? numero 14.

Dos data donationem propter nuptias meretur. nu. 6. Num eius confessio facta à viro, constante matrimonio palliata præsumatur? nu. 10. Constituta per virum vxori quando deducenda sit de toto patrimonio viri. num. 13. & 16.

Antefatum debitum necessarium iudicatur, & an ipso iure constitutum censeatur, legata, vel promissa dote? num. 4. Quid in Ciuitate Neapolis? num. 5. Non existentibus filijs, etiam proprietatem, eis tamen existentibus eius vsumfructum tantum mulier lucratur, numero 7.

Donatio facta à marito sene vxori iuueni, vel à viro ignobili vxori nobili valet, vt facta in recompensationem iuuentutis, & nobilitatis amissæ, & quando hoc sit verum. num. 9. Iddem procedit è contra ab vxore viro. ibid. & nu. 1. & 11.

Pater quam quantitatem dotis possit dare filiæ de bonis subiectis fideicommisso. nu. 12.

Dos constituta per virum senem vxori iuueni ante matrimonium, detrahitur de toto patrimonio viri: si matrimonio constante, sit constituta, detrahitur de portione, de qua poterat maritus disponere. nu. 13.

QVÆSTIO XXI.

1 

Igesimoprimò quæro, an tex. in d. l. hac edictali, locum habeat in titulo oneroso, vt est in donatione remuneratoria, vt quia mulier senex duxerit iuuenẽ in virum, vel mulier ignobilis diues duxerit virum nobilem, & pauperem, vel è contra; vel adsit aliqua iusta causa remunerationis? Respondeo negatiuè; quia, si mulier, vel maritus titulo oneroso donationem aliquam haberet, pleno iure rem donatã acquiret, & ratio omnium & verissima est; quia text. in d. l. hac edictali, non habet locum in titulis onerosis, sed solùm in titulis lucratiuis, sic scripsit Bal. in l. fœminæ, in 2. lectur. in princ. vers. item nota, vbi Rip. nu. 40. & 44. C. de secun. nupt. & hoc iddem sequuntur Roman. Bertrand. Boer. & alij, quos probat Anton. Gabr. in d. titu. de secun. nupt. conclus. 1. num. 44. & concl. 4. num. 63. & 64. & post alios Surd. consi. 164. toto, & in specie nu. 2. & consi. 196. num. 1. vol. 2. & iddem sequitur Præs. de Franch. in decis. 428. & decis. 435. nu. 28. & seqq. & etiam in decis. 632. in 4. par. & patet manifestè ex lectura text. d. l. hoc edictali, quæ loquitur de donatione, legato, & de alijs titulis lucratiuis, & hoc summa ratione, quia in titulis onerosis non potest adesse fraus, ibi enim non exercetur liberalitas, sed soluitur debitum, & consequenter à ratione cessante; cessat lex illa.

2 Sed quæstionis est solùm, † quomodo cognoscatur titulus onerosus, & in hoc distinguo, nam aut agitur simpliciter de satisfactione debiti, vt quia vitricus nouercæ, vel è contra aliquid debeat, & re vera constaret de debito, & tunc sumus in claris, legem illam cessare ob rationẽ
3 iam dictam. † Aut verò non esset debitum instrumentariũ, sed debitum constitutum, & factum occasione matrimonij, vt est constitutio antefati, & tunc eadem
4 ratio viget: † nam antefatum debitum necessarium censetur, adeò vt statim cõstituta dote, censeatur antefatum constitutum, vt scripsit glo. notab. in Authẽ. dos data. in verb. meretur. in finalib. verbis. C. de donat. ante nupt. Quam dixit singu-

singularem. Bart. in Auth. de æqualitate dotis in princ. num. 4. Quod intelligitur quando dos soluta esset, & tunc solum ageretur, vt antefatum soluatur, secus verò, si dos promissa tantùm esset, vt scripsit ead. glo. in §. hoc igitur in verb. virum. eod. tit. de æqualit. dot. & probat Grammat decis. 97. tota, & præcipuè nu. 1. & 4. & Afflict. decis. 242. quamuis contrarium teneant aliqui, quos sequitur Iul. Clar. in §. donatio. quæst. 11. num. 2. & Hieronym. Gabr. consi. 160. num. 10.
5 vol. 2. † & hæc opinio est recepta in hac Ciuitate Neapolis, vt habetur in cõsuet. dos, & quarta, sub titu. de iur. quar. vbi Neapodan. & omnes alij, nempe, vt nunquam sit debitum antefatum, nisi expressè constituatur: In omni tamen opi-
6 nione semper debet constitui, † quia dos data donationem propter nuptias meretur, vt in d. Authen. dos data. habetur, & de hoc non potest esse subsistens
7 controuersia, † quia debitum est vxori, adeò vt, existentibus filijs, lucretur vxor vsumfructum, sed si filij non existant, etiam proprietatem ipsius antefati lucratur, vt habetur in d. consuet. Quartam autẽ, vbi Pisanell. & alij. Præs. de Franch. decis. 106. & decis. 182. nu. 14. Et hoc est vulgatum etiam secundum ius commune, vt habetur in §. in testatorum. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. & in Authen. sed si aurum. C. de secun. nupt. plures cumulant Cornaz. decis. 10. num. 51. Ann. consi. 74. & dixi supra q. 1. num. 56. & seqq. et in hac tertia par. vbi probatum est, etiam ex decisionibus Sacri Consilij, esse in electione vxoris deducere dotes, & antefatum etiam de bonis subiectis consuetudini; quæ omnia faciunt cessare fraudis suspitionem, dummodo antefatum cõstituatur secundum quantitatem dotis, & prout solet inter similes personas constitui; nam aliter esset simulata constitutio, & palliata donatio, vt colligi potest ex Autoribus relatis, & ex infra dicendis etiam patebit.
8 Quãdo verò sumus in donatione remuneratoria, & tunc inspiei, & considerari dẽt, si re vera fiat ob remunerationem, tunc enim sine dubio cessaret dispositio illius tex. & vt etiam in principio attigi,
9 eueniet q; † si maritus esset valdè senex, & donasset vxori iuueni, vel esset rusticus, & ignobilis, & donasset aliquam pecuniarum quantitatẽ vxori nobili, quod multoties fieri solet, vt dicam infra par. 4. quæst. 24. tunc donatio illa censetur facta in recompensationem amissæ nobilitatis, & iuuentutis eiusdem vxoris, & vt talis valet, vt habetur in l. si voluntate, vbi glos. Barto. & alij. C. de dot. promiss. post ipsum Ioann. Lup. Neuizan. & alios Surd. consi. 164. nu. 4. & seqq. vol. 2. & decis. 166. num. 22. Borgnin. decis. 29. num. 81. & seqq. par. 3. Decian. consi. 74. num. 14. vol. 4. Azor. par. 3. moral. lib. 11. cap. 10. quæstio. 4. §. 3. quando vir donat vxori causa præmij, vbi quæst. 5. iddem esse dicit in omni donatione remuneratoria ex tex. in l. quod autem. §. si vir. ff. de donat. int. vir. & vxo. & probant post alios Farinat. decis. 434. nu. 2. Sanchez in tract. de matri. lib. 6. disput. 7. 8. cũ seqq. Qui omnes hoc intelligunt, quando donatio nõ excederet merita, adeò vt debeat esse æqualitas inter bona donata, & merita; nam in eo, quod excedit merita, esset donatio simulata, vt inter alios probat Gabr. in tit. de secun. nupt. concl. 4. num. 61. Surd. d. consi. 164. num. 33. & seqq. & aliqua etiam consi. 196. & faciũt tradita per Farinat. decis. 346. num. 2. & seqq. & per Præs. de Franch. in hac propria materia decis. 428. & 632. Galliaul. de statut. verb. viginti. q. 8. tota.
10 Plus dicunt, † vt procedat etiam in confessione dotis, quæ fit per maritum, constante matrimonio, vt in dubio semper præsumatur palliata donatio, nisi in specie probetur receptio dotis, de qua etiam materia multa tractat Mascard. in tracta. de probatio. conclus. 362. & seqq. Bar. Surd. & Sanchez in locis citatis: qui in specie hoc limitant, quando dotis confessio esset ex causa remunerationis iuuentutis, vel nobilitatis amissæ per vxorem, quæ omnia arbitrio boni, & prudentis iudicis relinquuntur consideranda, & disputanda.
11 Esset etiam titulus onerosus, si maritus senex, vel ignobilis dotasset vxorem iuuenem, vel nobilem: tunc enim est iusta causa alienationis, est enim in recompensationem nobilitatis, & iuuentutis renunciatæ, vt patet ex dictis in præcedenti donatione taliter facta, & in specie in dote; hoc probauit Neapod. in consuet. si moriatur, in verb. paragium, vers. sed quid si frater minor. fol. 98. & post Tiraquell. Couarr. & alios Præs. de Franch.

Franch. ibid. in addit. incip. si plebeius ducit nobilem sine dote, vbi quædam alia additio in margine citat Bar. & Bal. in d. l. si voluntate, & Abb. in cap. 1. nu. 8. de adulter. vt hoc eueniat, quia nobilitas cum nummis compensatur, & faciunt dicta infra par. 4. quæst. 24. sub nu. 1.

Notandum est tamen, vt arbitrium Iudicis, de quo num. 10. dictum est, in hoc
12 versari debeat, † vt consideret merita, quando donatio fieret propter merita, consideret qualitatem viri, & vxoris, quando dos constituitur propter iuuentutem, vel nobilitatem amissam, cùm enim nobilitas, & iuuentus compensatur cum nummis, debet inter nummos, iuuentutem, & nobilitatem adesse æqualitas, vt procederent regulæ compensationis, quod etiam tradunt DD. quando pater non posset dotare filiam conuenienter, & secundum eius qualitatem, tunc si adesset fidèicommissum, posset dare dotem filiæ de bonis subiectis fideicommisso, taliter tamen, vt dos non excedat qualitatem filiæ, & eius viri, ne per dotem fraudet fideicommissarios, iuxta tex. in l. Titius rogatus. ff. ad Trebell. & post alios Farinat. decis. 131. nu. 7.

Nōtādum secūdo, vt dos cōstituta ex causa onerosa, do; vt facias, s. in recompensationē amissæ nobilitatis, & iuuen-
13 tutis, † si constituatur ante contractum matrimonium, detrahenda sit, tanquam æs alienum de toto patrimonio viri; est enim ex causa onerosa, & merum debitum. Si verò constituatur, constante matrimonio, & tunc detrahenda est de illa portione, de qua maritus disponere poterat, non minuendo legitimam filiorū, & secundum has consuetudines, non minuendo medietatem, quæ filijs debetur, vt ex multis probauit Socin. in l. 1. num. 73. ff. sol. matr. Bar. & alij innumeri, quos probat Sanchez lib. 6. de matrim. disput. 8. nu. 2. & alibi, & ratio est; quia, constante matrimonio, dos gratis constituitur, & satis est, vt valeat de illa portione, de qua maritus poterat ad libitum disponere.

14 Nec obstat, quòd multi tenent, † vt dos constitui nequeat, cònstante matrimonio, quia præsumeretur palliata donatio, non autem animo dotandi facta, vt scripserunt Crot. in rubr. nu. 62. ff. sol. matrim. Crauet. consi. 51. Bald. Nouell. Paris. Iulius Clarus, & alij, quos refert Sanchez d. lib. 6. disput. 7. num. 3. quia contraria sententia est verior; nam etiam confessio dotis, taliter facta, constante matrimonio, valet, vt patet ex dictis nu. 10. & in hoc casu est eadem ratio, quoniam adhuc dotata præsumitur in recompensationem iuuentutis, & nobilitatis amissæ, vt vxor nobilis non sit dedignata ducere virum ignobilem, & iuuenis vxor virum senem; est enim semper animus vxoris recipere à viro talem recompensationem, cui in dubio non præsumitur renunciasse; sic etiam maritus præsumitur eundem animum habere, & quando postea dotat, & suum, & vxoris desiderium adimplet, & hanc sententiam tenuit glo. in d. l. si voluntate. in verb. petendis. defendunt etiam Barto. Bald. Angel. Castren. Alex. Imol. Tiraquell Ioan. Lup. Gomez. Garcias, Azebed. Barbos. & multi etiam Theologi, & Summistæ, nempe Molin. Syluest. & alij, quos recenset, & probat Sanchez d. disp. 7. d. num. 3. §. sed si dicendum est valere eam dotis constitutionem, & satis est, vt deductio fiat de illa portione, de qua maritus disponere poterat, dum gratis constituta est, constante matrimonio.

15 Illud autem notandum, † vt eatenus valeat constitutio istius dotis, vt mulier non teneatur dotem illam reseruare filijs primi matrimonij, quando transit ad secundas nuptias, & ratio est manifesta, quia illa bona non habet vxor ex causa donationis, sed ex contractu permutationis; quia ipsa iuuentutem, & nobilitatem suam permutauit cum illa quantitate dotis, vt probat Rip. in d. l. fœminæ. num. 35. quem sequuntur Couarr. Ioan. Lup. Perez, Azebed. & alij, quos probat Sanchez d. lib. 6. disput. 8. sub nu. 2. §. secundo quia filijs, vers. sed hanc dotem,
16 qui etiam nu. 3. & seqq. explicat, † quando dos, constituta à viro vxori, sit deducenda de toto patrimonio viri, vel de portione, de qua liberè in vltima voluntate posset maritus disponere; & regula est generalis, vt quoties constituitur in recompensationem, vel amissæ virginitatis, vt quia deflorasset virginem, quam postea dotauit, vel quia obtinuit dispensationem à Summo Pontifice ducendi consanguineam in vxorē, quam dotare deberet, vel ob aliam similem causam, semper deducitur de toto patrimonio viri, & consequenter non subiacet dispo-

sitioni

fitioni d.l.fœminæ. cum sit in causa onerosa: secus tamen esset, si esset dotata ex causa voluntaria, quia tunc subiaceret, & deduceretur de illa tantum portione, de qua maritus ad libitum disponere poterat.

SVMMARIVM.



Ater transiens ad secunda vota, tenetur reseruare filijs primi matrimonij, quicquid habuit à primo viro titulo lucratiuo. num. 1. Procedit etiam quoad illa bona, quae habuit à consanguineis viri, & Ias. & Sanchez contrarium tenentes reijciuntur. nu. 2.

Mulier transiens ad secunda vota, perdit proprietatem portionis, quam habuit ex successione prædefuncti filij primi matrimonij, etiam quoàd legitimam, & solum vsumfructum retinet. nu. 3. Locum habet præcipuè in hac ciuitate. nu. 4. Multi tenent, vt procedat, quando succederet immediatè ad bona paterna, non autem si mediatè. num. 7. Contrarium sequitur Author, etiam si mediatè succedat. nu. 8.

Mater transiens ad secunda vota, quicquid habuit à primo viro ex legis, consuetudinis, vel statuti dispositione tenetur seruare filijs primi matrimonij. nu. 11. Non habet locum. si successit filio in bonis illi obuentis ab extraneo. nu. 9. Nec etiam, si illi obuenissent ab alijs ascendentibus, præter patrem, & matrem. num. 10.

Pater transiens ad secundas nuptias, amittit proprietatem ex portione habita ex bonis prædefuncti filij primi matrimonij, & solum retinet vsumfructum. nu. 5. Hic tamen vsusfructus est proprius ipsius, sicut & matris, nec filijs primi matrimonij illum seruare tenentur. nu 6.

Mater tenetur seruare filijs secundi matrimonij quicquid habuit à secundo viro, vel ab eius consanguineis. num. 12. De bonis nouiter quæsitis potest ad libitum disponere, reseruata legitima filijs vtriusque matrimonij. nu. 13. Tenetur filios. & filias vtriusque matrimonij æqualiter instituere; portio tamen filiarum accrescit fratribus eiusdem matrimonij, nu. 14.

Consuetud. si aliquis moriens locum habet in bonis maternis tantum, & ad paterna non extenditur. nu. 15.

Dos matris, habentis filios ex diuerso matrimonio, pro medietate est filiorum primi, pro alia verò medietate est filiorum secundi, & si plures ex vno, quàm ex alio matrimonio sint filij, & sic decisum refertur. nu. 16.

Matri habenti filios ex diuersis matrimonijs qualiter ab intestato filij succedant. nu. 14. Num filij ex secundo matrimonio nati tantum, vel etiam filij primi matrimonij succedant num. 18.

Legatum factum à marito vxori amittitur quoad proprietatem, si vxor transit ad secundas nuptias. num. 19.

Carolus Tapia Regiam Cancellariam Regens laudatur. nu. 20.

Legatum dotis factum à marito vxori, qua ratione valeat? nu. 21. & 22.

Maritus legans dotem vxori, si dos soluta fuerit, præsumitur legare solutionem anticipatam; si soluta non sit, præsumitur in dubio legasse actionem ad dotem consequendam, nisi quantitatem expresserit; aliter enim tunc legatum valet. vt explicatur nu. 22. & 23.

QVÆSTIO XXII.



Igesimosecundò quæro, mulier, quæ transiuit ad secunda vota, qualiter disponat de bonis suis? In hac quæstione distinguendum
1 est, † aut loquimur de bonis, quæ ex causa lucratiua habuit à primo viro, vel eius contemplatione, & tunc sunt filiorum primi matrimonij, adeò vt nec etiam inter viuos possit mulier bona illa alienare, & si alienasset, possunt filij bona alienata reuocare, vt ad literam probat tex. in §. si verò expectet, & §. sed quod sancitum. Authen. de nupt. & post alios Surd. consi. 196. num. 52. & seqq. vol. 2. cum alijs cumulatis supra quæst. 11. & 12. Et hoc non solùm procedit in foro exteriori. sed etiam in foro conscientiæ, vt post alios probauit Emanuel Sà in Aphorism. in verb. parentes. nu. 12. & nouissimè Sanchez lib. 7. de

matrim. disp. 89. tota, & in specie num. 14. & 17.

2 Occasione viri dicitur habere vxor illa bona, quando à consanguineis viri donationem aliquam haberet †, vt probat tex. in d. §. si verò expectet, in fin. Quam sententiam defendit Bart. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. post eum Alex. Villalob. & alios Præs. de Franch. decis. 595. tota, vbi num. 5. sic refert iudicatum in Sacro Consilio, tenet etiam hoc iddem Neapod. in consuet. mulier de dotibus, in verb. donatiuo. sub num. 58. & seq. fol. 224. Sic etiam Surd. consi. 164. nu. 38. & seqq. vol. 2. Gomez. in l. 14. Thauri. num. 7. Molin. & Valasc. quos refert Sanchez d. num. 17. quamuis ipse contrarium teneat, & pro sua sententia plures alios citat, videtur etiam iddē sentire Farin. decis. 548. vbi dicit doctrinam Barto. varias interpretationes habuisse in illa Rota; quas quidem non habet in hac Ciuitate, dum Sacrum Consil. iudicauit, vt reseruentur filijs primi matrimonij, & ita tenendum est; nam tex. in d. §. si verò expectet, in fin. hoc clarè determinat, & illi standum est tanquam Iuri nouissimo, non autem varijs interpretationibus traditis ad d. l. fœminæ, ad illa verba [ex facultatibus priorum maritorum] vt debeant intelligi de bonis proprijs mariti; nam bona propria iudicantur mariti, quæ dantur vxori eius cōtemplatione, & ita Imperator determinauit.

3 Plus dicunt Doctores, † quòd si mater ex hęreditate vnius ex filijs primi matrimonij portionem aliquam habuisset, & postea transisset ad secunda vota, proprietas illius portionis erit filiorum primi matrimonij, quia per transitum matris ad secunda vota amisit proprietatē etiam quoad legitimam, & solùm penes se retinet vsumfructum illius portionis sua vita durante, vt habetur in d. l. fœminæ. & in §. hinc nos. Authen. de nupt. Rip. in d. l. fœminæ. §. illud, in fin. & magis expresse etiam quoad legitimam defendent Fabian. Garron. quos probat Boer. decis. 175. nu. 6. post ipsos, Anton. Gabr. conclus. 1. num. 8. de secun. nupt. Sarmiēt. Villalob. Matthienf. Sanchez d.

4 disput. 89. nu. 18. & 19. † & hoc etiam procedit in hac Ciuitate, quia dispositio tex. d. l. fœminæ non est correcta per has consuetudines, vt in particulari notauit Præs. de Franch. decis. 666. Et quamuis ibi non fuit causa decisa, fuit tamen tacta decisio, iūctis aulis, in causa Octauij Farnesij filij Lucretiæ Thomacellæ ex primo viro cum Marchione Vallis Siculæ nato ex secundo viro, de qua decisione meminit Præs. de Franch. decis. 632. etiā in fin. vbi illationem istam latissimè examinat.

5 Hoc autem, quod procedit in matre, procedit etiam in in patre, vt per transitum ad secundas nuptias efficiatur solùm vsufructuarius bonorum filij prædefuncti, & insuper quando filius acquirit portionem, quia succedit fratri prædefuncto simul cum patre, in illa portione pater non habet vsumfructum, vt post Aretin. & Socin. scripsit Roland. consil. 95. vol. 1. & ita cōmuniter seruari, post Dec. Ruin. Ceph. & alios. Brunor. in verb. Dispositio. l. fœminæ. Sequuntur etiam hoc iddem addentes ad Afflict. decis. 75. & post alios idem de Franch. decis. 573. vbi in anno 1596. die 12. Ianuarij sic refert decisum in causa illorum de Bottunis, nempè patrem succedentem vnà cum filijs, non habere vsumfructum in portionibus filiorum, quando transiuit ad secūdas nuptias, ex tex. in Authen. item hæreditas. C. de bon. quę liber. Qui quidem de Franch. latius hoc examinat decisio. 633. & 661.

6 Verùm vsumfructum, quem habet pater in bonis maternis filiorum, non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, quia illo vsufructu vtitur, & potitur ex dispositione legis ratione patriæ potestatis, quæ non extinguitur per transitū ad secunda vota; vt habetur in d. l. fœminæ. ibi [possidendi tantum atque fruendi in diem vitę] Gomez. & Azebed. quos probat Sanchez d. disp. 89. nu. 11.

7 Sola quæstio fuit, † si ex primo matrimonio mortuus sit filius, cui pater, vel mater simul cum alijs filijs successit, dein de filius, qui habuit portionem ex bonis fratris defuncti, mortuus sit; si pater, vel mater, qui ad secunda vota transierunt, succedant illi filio in proprietate, quam habuit ex parte hæreditatis prædefuncti fratris, vel in proprietate illa succedant alij fratres superstites, & Saly cet. tenuit, patrem, vel matrem succedere etiam in proprietate, quia mutata est cōditio rei, & de bonis paternis sunt effecta bona fraterna, tenuit, inquam, in Authen.

then.ex teſtamento, paulò poſt princip. in verb.peruenerunt. C. de ſecun. nupt. vbi Garron.nu.41.& ſeqq. & ita etiam deciſum refert Barboſ. in l. poſt dotem. num. 76. in fin. ff ſolut.matrim. Et hanc eandem opinionem poſt Imol Florian. Corne.& Boer. defendit Sanchez d.diſ-
8 put. 89. num. 22. † Mihi tamen contraria ſententia probatur, vt fratres tantum in illa proprietate ſuccedant, quia ſemper inſpicitur origo dictorum bonorum, quæ fuerunt paterna, ſiue ſucceſſio fiat mediatè, ſiue immediatè, & hanc ſententiam defendit Bald. in d. Authen. ex teſtamento.nu.1.verſ. ex paterna ſubſtantia. Azebed.hoc idem confirmat lib. 5. recopilat.tit.1.l.4.nu.55. de quibus meminit Sanchez loco cit. & hanc ſententiam poſt alios defendit Præſ. de Franch. deciſ.666.nu.7.vbi dicit, contrariam ſententiam habere locum, ſi illa bona aliunde peruenißent ad filium, non autem ex
9 patre, † quòd ſi perueniant ab extraneo; res eſt clara, vt pater, vel mater ſuccedāt etiam quòad proprietatem, & dum tranſeunt ad ſecundas nuptias, nihil tenentur reſeruare filijs primi matrimonij, vt ad literam habetur in l.mater.C. ad Tertull.& in §. hinc nos alia. verſ. ſed quanta quidem. Authen. de nupt. & hoc omnes tenent, vt refert Sanchez d. diſp. 89.
10 num. 24. † Si verò ab auo, vel ab alio aſcendente bona perueniſſent, & tunc verior eſt opinio, vt pater, vel mater ſuccedant etiam in proprietate; quia iniuria infertur principaliter memoriæ coniugis præmortuæ, non autem alijs aſcendentibus, & hanc ſententiam tenuit Bart.in d.Authen. ex teſtam.nu.2. quem ſequuntur Angel. Matthesil. Boer.deciſ. 192.nu.5.Gregor.Lopez, Anton. Gabr. Azeb.Gomez. Villalob.& alij.quos probat Sanchez loco cit.nu. 23. quos etiam probare videtur Præſ. de Franch. d. deciſ.666.num.7. Quamuis contrarium teneant Matthien.lib.5.recopil. titu.1.l.3. glo.2.nu.15.& Molin.in tract.de iuſt. & iur.diſput.163.col.3. in 3. notab. de quibus meminit Sanchez d.nu. 23. vt etiam in hoc caſu proprietas ſit filiorum primi matrimonij. Sed prior opinio verior eſt ex ratione citata, & etiam quia ſumus in materia pœnali, de qua non fit extenſio de caſu ad caſum, præcipuè ex diuerſitatis ratione, vt eſt hic.
11 Verùm ſi maritus, vel vxor ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti acquiſiſſet aliqua bona alterius coniugis prædefuncti, vt partem dotis, vel aliquam aliam quantitatem, tunc quia portionem iſtam coniux habet ex beneficio legis, & ex mero lucro legis, cuius diſpoſitioni ſe ſubmiſit, tenetur portionem illam reſeruare filiis primi matrimonij, vt probarunt Barto.in l.vnica.verſ. item poſſumus.C. de inoffic.dotib.Bald.Dec.Bertran. Caſſan.Boer.Garron. Rip Ioan. Lup.Sylua nupt. Couarru. Matthienſ. Alciat. Guttier.Auendan.& plures alij, quos probat Sanchez loco cit.num.32. vbi nume. 30. refert contrarium tenentes. Ex cuius dictis colligi poſſunt aliæ ampliationes, & limitationes circa materiam iſtam.
12 Si verò per contrarium bona eſſent acquiſita à ſecundo viro, vel eius contemplatione, tunc eſſent filij ſecundi matrimonij, nam rationes deſuper cumulatæ in bonis habitis ex primo coniuge, etiam procedunt, ſi bona illa habuiſſet ex ſecundo, ut patet ad ſenſum, & habetur etiam in §.nec illud. Authen.de nup. & poſt alios Surd.d.conſi.164. num.40. & ſeqq. & ut dixi quæſtio patet ad ſen-
13 ſum, nec indiget alia probatione † quando uerò eſſent bona nouiter acquiſita, poteſt ad libitum diſponere, reſeruato filijs utriuſque matrimonij debito bonorum ſubſidio, & hoc non ſolùm procedit de iure communi, ſed etiam de iure conſuetudinario, ut habetur in conſuetud.ſi qua mulier habens.ubi Neapodan.nu.1. & ſeqq.& dixi ſupra par. 1. cap.1. nu. 14. & 15. probat etiam poſt alios Præſ. de Franch. deciſ. 435. col.4.uerſ.ſed pro filijs, & latiſſimè deciſio. 632. & deciſio. 666.num.5.
14 Attamen, † ſi mulier habens filios ex diuerſo matrimonio, & inteſtata deceſſerit, in hac Ciuitate æqualiter illi ſuccedunt filij utriuſque matrimonij, tam maſculi, quàm fœminæ, ut habetur in d.conſuetud.ſi qua mulier habens, & poſt alios Præſ.de Franch.deciſ.566. cum alijs cumulatis infra par. 4. q. 17.num. 32. & faciunt etiam tradita per Farinat. deciſio.
15 225.nu.8. dixi matri, & non patri, † quia dict.conſuet.ſi qua mulier habens. non habet locum in bonis patris, ſed in bonis matris tantùm, & ita per tres uices iudicauit Sacr. Conſil, ut refert Conſiliarius de Bottis in eadem conſuetud. in princ. fol.205.in addit.incip. Adde quod dic.

Bene verum est, quòd fœminæ succedũt in beneficium masculorum, quando illorum portiones accrescunt fratribus, vel vtrinque coniunctis, vel consanguineis, vel vterinis, ad quos spectat dotare sorores de paragio; sed si nollent eas de paragio dotare, succedunt æqualiter cum masculis; de qua materia latius tractat Præs. de Franch. decis. 26. & decis. 375. & dicam infra par. 4. in materia de ma-
16 sculiatione † In dote tamen aliter fit diuisio, quia medietas est filiorum primi matrimonij, etiam si vnus sit filius, alia verò medietas est filiorum secundi matrimonij, etiam si plures sint, & ita bis iudicauit Sac. Consilium, vt refert Consiliarius de Bottis loco cit.

Eatenus est verum, vt in bonis maternis seruanda sit dispositio d. consuet. si qua moriens, tam quòad masculos, quàm
17 quòad fœminas, † quòd si mater ex primo matrimonio habeat filium, ex secundo verò filiam, vt iuridicè disponat, tenetur medietatem dotis filio, & aliam mediatatem filiæ relinquere, & in hoc casu non habet locum prælatio masculorum, sed quando sunt masculi eiusdem matrimonij, & ita determinauit Sacrum Consil. teste Capyc. decis. 92. de quo meminit quædam additio in ead. consuet. si qua mulier habens, sub nu. 5. fol. 206. incip. inferebatur, de quo etiam meminit Præs. de Franch. decis. 639. nu. 10. & faciunt decisiones relatæ per Consiliar. de Bott. in locis citatis.

18 Quando tamen moreretur vnus ex filijs secundi, vel primi matrimonij, tunc quæstio est, qualiter illi succedant alij fratres: in hoc casu distinctione vti debemus; nam si essent bona habita ex linea paterna primi viri, clarum est, ad minus secundum has consuetudines, vt illi succedant fratres consanguinei: si verò essent bona peruenta ab ipsa matre, tunc Naucler. in suis addit. tenuit, vt æqualiter omnes succedant: de qua quæstione plura tractat Præs. de Franch. d. decisio. 556. sed de ea dicam commodius infra par. 4. q. 38. cum plurib. seqq. nam ibi opportunius hoc cadit.

19 Notandum est, † quòd si mater habuisset aliquod legatum ab eius viro, & postea transijsset ad secundas nuptias, tunc perdit legatum quòad proprietatem, & solùm retinet eius vsumfructum, & consequẽter filijs primi matrimonij tenetur præstare cautionẽ de cõseruando proprietate legati prædicti, vt scripsit ẽt Afflic. decis. 75. vbi Vrsill. n. 10. idẽ Vrsill. decis. 44. n. 29. Præs. de Frãch. decis. 595. & melius deci. 665. & anno elapso 1611. de mẽ
20 se Augusti iddem iudicauit † Consiliar. Tapia vir doctissimus, vt eius opera testantur, vir maximæ probitatis, & eloquentiæ, alijsque virtutibus præditus, nunc meritissimus Regens) iudicauit, in quam, in causa Lauræ della Gatta cum filijs quondam Ioseph de Riccardo eius primi viri, præstandam esse ab ipsa Laura cautionem de conseruanda proprietate cuiusdam legati, eidem relicti à suo Viro, vt filij tuti essent de proprietate illius legati: de qua etiam materia plura tradunr Cifuentes, Couarr. Lopez, & alij quos refert Sanchez d. disput. 89. nu. 6.

21 Occasione prędictorum decidi potest alia quęstio, quòd, si maritus legasset vxori dotem, & dos esset eidem viro soluta, tunc vtilitas legati esset hæc, vt statim mortuo viro solueret dos vxori, sic probat tex. in §. sed si vxori, instit. de legat.
22 † & propter anticipationem solutionis, & propter actionem ex testamento, quã habet mulier ad consequendam dotem, vtile iudicatur legatum, vt ibidem habetur, & etiam in l. 2. §. Mela, vbi glo. ff. de dot. præleg. vbi etiam Bart. & alij. Surd. consi. 330. nu. 22. Morot consi. 60. Si tamen dos soluta non esset, & tunc si testator dixit, lego vxori meæ dotem suam ducatorum tot, & sic quantitatem dotis expressit, tunc hæres tenetur soluere dotem vxori ipsius testatoris, ipse tamen hæres debet exigere postea dotem à promissoribus, quia hæc est commoditas huius legati, vt habetur in d. §.
23 sed si vxori. † Si verò non expressit quantitatẽ dotis, sed simpliciter legauit dotem vxori, vt fieri solet, & tunc solùm censetur illi legare ea iura, & actionem, quæ & quam maritus habebat ad dotem consequendam, sic enim in dubio præsumitur sentire testaror, sic probat tex. in l. 1. vbi Bar. ff. de dot. præleg. in l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 1. l. vxor patrui. C. de legat. Couar. pract. quæstio. cap. 2. post alios Surd. d. consi. 330. nu. 21. & 22. & etiam cons. 113. num. 14. & 15. probat etiam Moror. d. consi. 60. nu. 1. præcipuè ex tex. in l. refert largiter. C. de fals. caus. adiect. legat. vbi Barr. & Saly cet. Secus tamen dicit esse, quando in instrumento ma-

maritus confessus esset se recepisse dotem,vt subdit nu.13. Est enim particulare consilium in hoc: conferunt etiam tradita per Reg. de Ponte in tracta. de potest.Proreg. tit.4. de regal. imposit.§.7. nu. 9. & seqq.quæ sunt valdè notanda. non enim ita passim inueniuntur,& dum casus accidit in discussione facta coram dicto Regente Tapia non modicum laboraui,etiam alios interrogando, vt particularem decisionem inuenirem, relatas postea inueni, aliud quærens, quod sæpissimè accidere solet, non solum mihi,sed etiam alijs.

SVMMARIVM.



Tex.in l.hac edictali, procedit etiam in beneficium fœminarum, quæ per masculos excluduntur. nu. 1. Et ratio traditur.nu.2. Referuntur contrarium tenentes.nu.3.

Filiæ veniunt appellatione filiorum in terminis l.hac edictali.nu.4. Tunc tantum sunt exclusæ, si adsint masculi. num.5.

L.hac edictali. num locum habeat, si filijs relicta sit legitima.num. 7. An locum habeat, si solum adsit filia monialis ex primo viro? nu.8.

Filia monialis prodest patri ad excusationem ab onere tutelæ. nu.9.

Mortuis masculis, fœminæ quasi iure postliminij bona paterna recuperant. num.6.

QVÆSTIO XXIII.

1 

Igesimotertiò quæro,† an dispositio d. l. hac edictali. locum habeat in beneficium fœminarum, quæ per statutum,vel consuetudinem excluduntur, stantibus masculis? Respondeo affirmatiuè,& vltra dicta supra q.12. vbi probatum est, dispositionem illius legis vigere in hac Ciuitate, & non esse correctam per has consuetudines; quæ, stantibus masculis, excludunt fœminas, sic probat in simili statuto Socin. senior consi.35.col.2.volum.4.Dec.consi.396. col.2.Corne.consi.33.vol.1.Bald. in d.l. hac edictali, vbi Bertrand. in §. si verò plus,circa fin.Socin.Iun. consi. 103. col. 6.vol.1. quos sequitur Gabr. loco citando nu.3. & hanc sententiam defendit nouissimè Facchin. lib. 3. controuers. Iur.

2 cap.68.& ratio est,† quia, si vitricus nouercæ,vel è contra plus daret,quàm vni ex filijs primi matrimonij, nulli dubium est, omnibus filijs iniuriam inferre, tam masculis,quàm fœminis, quod præcipuè locum habet in hac Ciuitate; quia, vt dicam infra par. 4. q. 18. fœminæ non sunt omninò exclusæ per has consuetudines imò in eis includuntur eo modo, vt ibi explicabo, & consequenter si ad successionem possunt admitti,& iniuria afficiūtur,absque dubio dispositio illius tex. in earum beneficium procedit.

3 Nec obstat,quòd Angel.in §. optimè. Authen. de nupt. contrarium teneat, quem sequuntur Rip. in l. fœminæ. q. 8. C.de secund. nupt. Ias. & Brun.quos refert Gabr.d.conclus.4.de secund.nupt. num.40.vers. contrarium tenet. nam ex Doctoribus relatis cernitur nostram esse communiorem sententiam, & etiam

4 veriorem ex dictis in alleg.q.12. † etiam quia tex.in d.l.hac edictali.Loquitur generaliter de omnibus filijs; sed nulli dubium est,vt fœminæ veniant appellatione filiorum, vt patet ex dictis infra par. 4.præcipuè quæst.9.11.30.& alibi. & tātò fortius, quia si dicta lex procedit in beneficium nepotum,& aliorum descendentium,vt dixi supra q. 18. tantò magis in beneficium filiorum,de quibus minor est dubitatio.

Nec vrget ipsorum ratio, quòd sufficiat fœminis: habere dotem de paragio secundum statutum, vel consuetudinem qua habita, non possunt conqueri: nā du-

5 pliciter respōdeo,† Primo quia fœminæ non sunt simpliciter exclusæ per statutum, vel consuetudinem, sed sub conditione si adsint masculi, quibus non extantibus, ipsæ fœminæ succedant, vt sæpius notatum est, & latius dicetur infra par.

6 4.d. q. 18. & hac de causa fœminæ, mortuis masculis, quasi postliminij iure reuertuntur,& bona paterna recuperant, vt scripsit Socin.Iun.consi.1.vol. 1. Menoch.consi. 105. num.75. vol. 1. Morot. consi.23. toto, & in specie nu.15. Quod eo magis procedit secundum has consuetudines, quibus in specie sancitur, vt etiā respectu fœminarum sint seruandæ consuetudines, vt in specie dictum est q. 1est. præced.& præcipuè nu.17.

7 Secundò quia non est ea ratio, † vt vitricus

tricus non poſſit plus donare nouercæ, & è contra, ne ſcilicet, minuatur legitima filiorum, ſed procedit in pœnam, vt ſæpe replicatum eſt, & conſequenter, etiam relicta legitima filijs, procedit diſpoſitio illius tex. & præcipuè patet ex dictis ſupra q.17.num.4.& ſeqq. & addo quia tex. in §.optimè ſæpius citato, determinat ad literam hanc quæſtionem in verſ.hoc iddem obſeruando ibi(& nepotibus maſculis, aut fœminis) vnde cũ tex.hoc ad literam dicat, de illorum opinione non eſt curãdum;nam illius authores reijciuntur tanquam contra tex. loquentes,non ſolum contra rationem, vt ex hactenus dictis tam hic,quàm in quæſtionibus hic citatis colligi poteſt.

Eatenus ſententiam prædictam verã
8 eſſe fateor, † vt locum ſibi vendicet,etiã ſi ex primo matrimonio adeſſet vna filia, ẽt monialis,ſic probat Bal.in d.l.hac edictali.in 1. lect. col. 2.verſ Sed quid de filia.Gabr.d.concl.4.nu.41. nam militant & diſpoſitio tex.in d §.optimè, & ratio-
9 nes deſuper cumulatæ, † etiam quia monialis prodeſt patri ad eum excuſandum ab onere tutelæ; nam filia eſt, vt ſcripſit Ioan de Plat.in §.1.inſtit.de Actilian.tutor.vbi Angel.nu. 9. & addẽtes ad Port. hoc iddem tenent,& poſt Miſinger.Antibol. Nicaſ. & alios hoc iddem probat Præſ.de Franch. in deciſ. 532. vbi in anno 1594.ſub die 19.Ianuarij ſic refert deciſum in Sacro Conſilio, referente Conſiliario Sanchez,vt per eum.Si igitur monialis, prodeſt Patri, quia filia eſt, debet etiam pater illi prodeſſe, vt etiam reſpectu ipſius procedat diſpoſitio illius tex. & hoc confirmãt magis determinata in hac quæſtione reſpectu fœminarum in communi etiam, quia fœminis in omni occaſione iniuria fit, quando fit maſculis,vt latius dicetur infra in tit. de renunciat.q.18.& conſi. 10.

SVMMARIVM.



Ex.in l.fœminæ.C.de ſecund.nup.num habeat locum,ſi omnes filij primi matrimonij moriantur ſine liberis, & ſine fratribus.nu. 1. Procedit tam in patre,quàm in matre.num.2.23.24.29.& 30.Arctius ligat patrem,quàm matrem.num. 25. Multo magis procedit contra auũ, & auiam.& ratio traditur.num. 32. Non habet locum in donatione remuneratoria,nec in donatione ob cauſam. num.17.Nec ſi pater,vel mater nuberet cum expreſſo conſenſu filij.nu. 18. Secus tamen ſi eſſet conſenſus tacitus, vel præſumptus,& ratio traditur.nu. 19.21.& 22.

Pater binubus ſuccedit filio primi matrimonij ſolùm quoad vſumfructum. nu.28.Non habet locum,ſi matrimonium contractum ſit more Nobilium Capuanæ,& Nidi. nu. 2.4. & 5.Tunc enim ſolùm ſuccedit ex teſtamento. num.12. & 15.

Cauſa impoſitionis pœnæ ceſſante, etiam ipſa pœna ceſſat.nu.5.

Filij tenentur relinquere legitimam parentibus,etiam ad ſecunda vota tranſactis, aliàs teſtamentum non tenet. nu.6.& 8.

Ius acquiſitum filijs ob tranſitum parentum ad ſecundas nuptias, qualiter acquiſitum intelligatur. nu. 7.

Filiusfam. poteſt ſecundum has conſuetudines teſtari de bonis illi obuentis à matre, & à linea materna, dummodò parentibus legitimam relinquat. nu.9. Teſtatur ſolum de bonis ſitis in diſtrictu,etiam ſi extra diſtrictum teſtetur. nu.13. Filia verò fam.etiam de bonis extra diſtrictum teſtatur.num.10.Tenetur teſtari ſecundum diſpoſitionem conſuetudinum,quæ illum habilitant. num.14.

Renunciatio facit parentes haberi pro mortuis.num.16.

Minor non poteſt dare licentiam parentibus, vt ad ſecunda vota tranſeant. num.20.

Actus, qui conſiſtunt in pati non inducunt conſenſum, & ratio affertur. numero 21.

Taciturnitas ſola filij potius reuerentiã erga parentes,quam conſenſum, vt ad ſecunda vota tranſeant, arguit numero 22.

Tex. in §. ſi verò expectet. Authen. de nupt. ponderatur, loqui de conſeruatione bonorum ex primo matrimonio, non autem de pœnis nubentium intra annum luctus, & opinio Facebnei aliter ſentientis,reijcitur. nu. 26. & 27. Ad idem ponderatur tex. in § cùm igitur. Authen. de non eligendo ſecundò nu-

nubentes, num. 29.
Pater, licet non priuetur filiorum successione per transitum ad secunda vota, tamen quæ habet ex primo matrimonio, tenetur filijs eiusdem matrimonij conseruare. num. 27. & seqq. & etiam supra quæst. 22. nu. 1. & seqq.
Lex prior corrigitur per posteriorem. num. 31.
Auo, & auiæ non est ita debita nepotum hæreditas, vt patri, & matri debita est filiorum successio. nu. 32.
Statutum num liget forenses pro bonis sitis in territorio statuentium? sub nu. 10. vbi affirmatiuè fundatur tam in contractu, quàm in vltima voluntate.

QVÆSTIO XXIIII.

1 VIgemoquartò quæro, † q d si postquàm pater, vel mater transiuerit ad secunda vota, mortui essent omnes filij primi matrimonij, num locum habeat dispositio tex. in l. fœminæ. C. de secun. nupt.? hanc quæstionem post alios examinat Præs. de Franch. in decis. 655. quibus addo Surdum in consi. 99. nu. 12. & consi. 100. num. 1. vol. 1. qui plures alios ad id cumulat, & vt reassumit Præs. de Franch. loco cit. tres casus considerandi sunt. Primus erit, quando prædicti filij moriuntur sine liberis, & sine fratribus, & in hoc casu parentes non priuantur eorum portionibus, & ideò dictum est supra q. 19. vt filijs non competat reuocatio in vita parentum, sed post illorum mortem, quia est reuocatio sub conditione, si filij superuiuant parentibus, vt post Bart. Gabr. Rip. Gomez. & alios notat Præs. de Franch. loco cit. num. 1.

2 Secundus casus est, † quando filius decessisset, viuente patre binubo, in cuius potestate erat, & tunc bona, quæ habet pater à prima vxore, retinet penes se, si filius de illis bonis non disposuit,
3 † quia dispositio tex. in d. l. fœminæ, procedit tam in matre, quàm in patre, vt notauit glo. ibid. in §. illud. in verb. delata, & est tex. in §. si verò expectet. Authen. de nupt. & in §. si enim secundis. Auth. neque vir, quod ex dote, probat etiam Crot. in l. frater à fratre. q. 17. ff. de condit. indeb. Boer. decisio. 187. Cephal. consi. 288. toto, & post Gabr. Gomez. Tiraq. Thesaur. & plures alios not. Præs. de Franch. loco cit num. 1. & 3. & post Auendan. Guttier. Cifuentes, Villalob. Couar. & alios, Sanchez in tract. de ma-
4 trimon. lib. 7. disp. 89. num. 10. † Hoc tamen non haberet locum, si matrimoniũ esset contractum more nobilium Capuanæ, & Nidi, tunc enim pater, & mater non succederent filijs, vt notauit idẽ de Franch. loco cit. & etiam decis. 546. & 552. in ead. 4. par. & hoc propter renunciationem, vt dicam infra num. 16. Ratio autem, cur in hoc secundo casu parentes
5 bona habeant, illa est, † quia, dum causa impositionis pœnæ est fauor liberorum, quibus fit iniuria per transitum parentũ ad secundas nuptias, vt multoties replicatum est, vtique illis mortuis, eorum fauor, & iniuria cessat; vt benè notauit Angel. in d. l. fœminæ. §. fin. & post alios iddem probat Io. Oinotom. in instit. de hæred. quæ ab intest. deferun. in 2. ordine succedendi. num. 32. vers. si enim omnes.

6 Tertius denique casus est, † quando filius fecisset testamentum, in quo extraneum sibi fecisset hæredem, nulla mentione facta de patre, vel matre; & in hoc casu, quamuis DD. inter se varij sint (qui hunc casum examinant, quando filius fuisset emancipatus, quia tunc tantum potest testamentum facere, sed secundum has consuetudines etiam si sit in potestate testatur, vt dicetur num. 9. & seqq.) tamen recepta opinio est, vt illa bona sint patris, & matris, non obstante quòd transierint ad secunda vota, sic probat Rip. in d. l. fœminæ. q. 28. & probarunt etiam Gomez. Brun. Crauet. Tell Fernand. & alij, quos sequitur Præs. de Franch. d. decis. 655. vbi in fin. Sic refert iudicatum in Sacro Consilio de anno 1599. die 15. Martij in causa Ioannis Berardini Pauluccij cum Scipione Pauluccio. Et ratio est; quia, vt pater, vel mater priuentur successione bonorum filij, inspicitur non solùm tempus eorum mortis; sed inspicitur aliorum filiorum existentia, vel saltem liberorum filij præmortui: vt supra dictum est: quibus non existentibus, cessat ius reuocationis, &
7 cessat etiam priuatio successionis, † nam filijs tale ius acquisitum erat sub conditione, & sic reuocabiliter, quatenus superuiuerent parentibus, non tamen, si, illis viuentibus, ipsi filij moriantur, & dispo-

disponant, non teneantur parentibus relinquere legitimam, cùm sine causa non possint parentes legitimâ priuare.

8 † Nec obstat, quatenus supra q. 19. nu. 4. Dictum est; vt filij transmittant ad eorum hæredes ius reuocandi: nam illud procedit quoàd reuocanda bona donata à matre vitrico, vel à patre nouercæ, vt ibid. dictum est; quia illud venit in pœnam, non tamen filius potest parentes fraudare legitima, de qua hic quærimus, & ideò, si illam eis non relinquat, testamentum non tenet.

Vt autem filiusfam. possit testari, iuris habilitas requiritur, & est, vt per statutum, vel consuetudinem habilitentur, vt

9 dixi supra par. 1. cap. 1. nu. 11. † & per has cōsuetudines habilitati sunt filijfam. vt possint disponere de bonis maternis, & ex linea materna illis obuentis, reseruato tamen parentibus debito bonorū subsidio, vt loco citato dictū est, & probat etiam Præs. de Franch. in decis. 546. nu. 4. & seqq. & decis. 552. nu. 1. & seqq.

10 Fuit tamen quæstio, † si bona materna, vel ex linea materna filijs obuenta, sita essent extra districtum huius Ciuitatis, num possit de illis bonis disponere, & negatiuam sententiam defendit Præs. de Franch. d. decis. 546. nu. 5. cum tribus seqq. & potest hoc confirmari ex dictis supra par. 2. in tit. de bonis. q. 24. nu. 27. vbi dictum est, vt exteri non gaudeant hoc beneficio, quia intentio statuentium fuit prouidere Ciuibus, & quoàd illa bona, in quibus habebant facultatem statuendi, quam certè non habebant pro bonis sitis extra territorium, vt dixi d. par. 2. in eod. titu. de bonis. q. 1. imò hoc eatenus aliqui admittunt, vt respiciantur ciues, & bona in districtu, quod voluerint, vt etiam forenses pro bonis sitis intra districtum non teneantur seruare statutum loci, sed succedant secundum ius commune, & ita pluries determinauit Rot. Roman. teste Farinat. decisio. 413. cuius contrariū pluries determinauit Sacrum Consilium respectu bonorum, quæ sita sunt in districtu huius Ciuitatis, vt dixi supra d. par. 2. in titu. de personis. q. 1. Imò ipsemet Farinatius nō videtur sibi constare, nam decis. 347. ex pluribus affirmat, vt forenses teneantur seruare formam statuti, etiam in contractu, & ita pluries dicit determinatum in illa Rota; imò vt ligentur etiam statuto de præscriptione debiti in loco contractus, vt fundat decis. 764. num. 2. Quæ omnia bona respiciūt intra territorium, cur ergo vult contrarium inducere in succeßione, ex dispositione in vltima voluntate? certè nullo modo, & ideò dicebat benè Salas d. q. 1. tit. de bonis citatus, vt omnes dicant, statutum ratione bonorum, quæ sita sunt in territorio statuentium, etiam forēses obligare, prout latius ibidem confirmatum est.

11 Quæ autem diximus in filiosfamilias non procedunt in filiasfamilias: nam illa potest disponere etiam de bonis sitis extra districtum, vt affirmat Præs. de Franch. loco cit. & ratio est manifesta, quia illa non est habilitata, vt possit testari de certis bonis, prout est habilitatus filiusfam. sed effecta est sui iuris, quoniam per matrimonium liberata est de potestate patris, & multi tenent, vt sit liberata simpliciter, adeò vt etiā mortuo viro, non reincidat in potestatem patris: de qua materia dixi supra in 1. par. cap. 3. nu. 7. & seqq. & alibi, & ideò habetur, ac si emancipata esset, & disponit ad libitum.

Illud autem, quod dixi supra num. 4.

12 † vt parentes non succedant filijs, quando matrimonium contractum est more Capuanæ, & Nidi, procedit ab intestato tantum, non autem ex testamento, possunt enim à filijs hæredes instituì, & dum instituūtur, excluduntur omnes alij, qui tàm de iure communi, quàm de iure consuetudinario filijs succederent, vt notauit Stephan. de Caiet. in consuet. filiusfam. in addit. incip. licet ergo hodie. nu. 189. & alia additio Salerni, ibid. sub nu. 18. fol. 188. incip. Referente Domino Minadois, ita dicit decisum in Sacro Consil. in causa Hieronymi Funati de anno 1547. die 24. Decembris, de qua decisione meminit idem Minad. in repet. Constit. Regn. In aliquibus, in 2. notab. num. 107. in fin. Sequitur etiā Præs. de Frāch. in decis. 537. nu. 4. & decis. 552. num. 3. & dixi etiam infra par. 4 quæst. 48. nu. 33. & seqq.

Plus dicit Præs. de Franch. in allegatis

13 decisionibus † vt filiusfam. non solùm existens in hac ciuitate possit testari de bonis sitis intra districtum, sed etiam si ipse esset extra territorium huius Ciuitatis, adhuc testari possit de eisdem bonis sitis in districtu, vt probauit Bald.

in

in l. 1. colum. 4. vers. sed hinc quæro. C. de sacr. sanct. eccles. post Anchar. idem de Franch. d. decis. 552. nu. 23. & etiam
14 in decis. 72. in 1. par. † Dicit tamen fuisse decisum, vt teneatur filiusfam. seruare solemnitates requisitas per has consuetudines; quia, licèt testator sit extra territorium statuentium, tamen testamentum facit ex habilitate statuti, & de bonis sitis in territorio statuentium, imò si posset testari de bonis sitis extra territorium, adhuc tenetur seruare solemnitates statuti, & consuetudinis, à quibus habilitatus est ad testandum, & hoc ex doctrina Bart. in l. 1. q. 3. princip. C. de sum. trin. & fid. cath. ex Gozad. Gomez. Tell. & alijs, vt habetur d. decis. 552. nu. 24.

Quæstio autem principalis, quæ fuit decisa per Sacrum Consilium in d. decis.
15 552. fuit, † quia filiusfam. primo loco fecit testamentum, in quo patrem instituit sibi hæredem, postea aliud testamentum fecit, in quo fratrem suum sibi hæredem fecit, & patri non reliquit debitum bonorum subsidium; fuit inquam, discussa quæstio, num valuisset reuocatio primi testamenti, & an valuerit secundum, in quo non est patri legitima relicta? & fuit conclusum validum esse, quia matrimonium erat contractum more nobilium Capuanæ, & Nidi: quo casu pater ab intestato habetur, ac si non esset. vt dixi su-
16 pra nu. 4. † Ex quo parentes secundum hunc nouum vsum renunciant successionibus liberorum ab intestato morientium, vt dixi supra par. 1. cap. 2. & etiam cap. 4. & renunciatio facit illos haberi pro mortuis, & excludit eos etiam à legitima, & cum fuerit in potestate filij, illos sibi hæredes facere ex dictis nu. 12. & testamentum potest ad libitum reuocari, cum voluntas hominis sit ambulatoria vsque ad mortem, consequenter fuit iudicatum validum secundum testamentum in beneficium fratris cōditum, dum parentes erant, ac si non fuissent in rerum natura.

17 Sed redeundo ad materiam tex. l. fœminæ, dicimus illam non habere locum in donatione remuneratoria; nam rationes, quæ faciunt cessare dispositionem tex. l. hac edictali, de quibus dictum est supra q. 21. procedunt etiam in dispositione illius textus, nec potest esse in hoc subsistens dubitatio, vt patet ad sensum; nec etiam procedit in donatione ob causam, vt ibid. ait Rip. q. 17. & post alios tradit Præs. de Franch. decis. 428. & decis. 632. num. 1. dummodo causa sit vera, & merita etiam vera sint, vt benè aduertit Oculatissimus Præs. loco cit. & patet ex dictis in alleg. q. 21. nam aliàs præsumeretur facta in fraudem, & causa, & merita essent simulationes, quia causa non vera, non est causa, sed simulatio, & palliatio in fraudem legis, vt est notissimum.

18 Nec tertio locum habet, quoties mater transisset ad secundas nuptias de consensu filij, quod procedit si esset consensus expressus tam ante, quàm post contractum matrimonium, vt quia filius illud expressè datum habuisset, ita post Decium, Bertrand. Gabr. affirmat Præs. de Franch. d. decis. 632. num. 4. & vltra per eum cumulatos hoc idem probant alij, quos recenset Facchin. lib. 3. controuers. iur. cap. 65. concl. 1. *Boer.* decis. 185. num. 23. Surd. decis. 100. Rip. in d. l. fœminæ. nu. 9. 14. & 24. Ioan. de Garron. in rubr. de secund. nupt. in 2. par. num. 7. post alios Sanchez d. cap. 89. num. 47. & multis præcedentib. & seqq. Et ratio est clara, quia hoc introductum est in fauorem filiorum, & clarum est, vt fauori suo quilibet renunciare possit; Et quamuis Facchin. loco cit. contrarium teneat, ea ratione, quia filij non possunt remittere iniuriam, quæ per transitum ad secunda vota sit primo matrimonio; non est ratio subsistens, quia principaliter esset iniuria filiorum, nè bonis proprijs priuentur, & ob alias causas, quæ etiam filios respiciunt, vt patet ex quæstionibus hucusq; discussis, quibus apparet, vt per talem iniuriam certa bonorum portio acquiratur filijs primi matrimonij, & hoc commodum est: quòd filij repudiant præstando consensum matri, vt ad secundas nuptias conuolet.

19 Dixi, consensum debere esse expressum, quia in dubio non præsumitur, & consequenter tacitus, & præsumptus consensus filiorum illis non noceat, quin possint reuocare alienata non solùm contra dispositionem tex. d. l. hac edictali. sed multo magis contra dispositionem tex. d. l. fœminæ, vt post ferè innumeros Doctores scripsit Surd. tam in d. decis. 100. tota, & præcipuè num. 2. & 7. quàm etiam in consi. 196. num. 55. & 56.
20 vol. 2. † Qui ex communi sententia hoc

limitat in pupillo, qui nec etiam expressè potest matri consentire, vt nubat, & non obstante tali consensu, mater ad secunda conuolans vota patitur pœnas secundo nubentium, nisi tamen tutoris consensus interuenerit, vt latius probat tota illa decisio. 100. vbi ex multis hoc confirmat.

Consensus expressus post matrimonium non solùm intelligitur si expressè filius consentiat, vt nu. 18. notatum est, sed etiam secundum aliquos; si continuò habitasset cum matre post matrimoniũ, nec conquestus esset, vt latius probat Surd. in decis. 98. num. 12. Sed in hoc de-
21 bet adesse aliquis actus positiuus, † quia actus, qui consistunt in solo pati, hoc est, in sola patientia, non inducunt consensum, vt est notabilis doctrina Innoc. in cap. olim, il tertio. in fin. extra de restit. spoliat. nam aliud est, filium honorare patrem, & matrem, vt non dissentiat, cùm transeunt ad secundas nuptias; & aliud, vt iuri suo renunciare dicatur: quæ quidem renunciatio nunquam præsumitur, quando potest capi alia coniectura, vt dicetur infra in materia de renuncia-
22 tione † Sed coniectura clara est in hoc casu, nempe reuerentia, & ideò sola filij taciturnitas reuerentiam erga parentes, non autem consensum, vt nubeat, inducit, vt probat Bart. in l. quæ dotis, nu. 23. vers. & istud facit. ff. sol. matrim. Bald. in l. 1. num. 12. C. de bon. matern. Suarez in alleg. 24. & faciunt dicta superius nu. 18. & seqq.

Et quatenus Facchin. d. lib 3. cap. 64.
23 dicat † tex. in d. l. fœminæ, non habere locum in patre, eius opinio non est vera, quia loquitur contra communem, vt ipsemet affirmat, & prout patet ex doctoribus allegatis per Anton. Gabr. in titu. de secund. nupt. conclus. 3. nu. 3. probat etiã Andr. Gail. lib. 2. obseru. iur. obseru. 98. imò est contra textus expressos, quos nu. 3. retuli, & hanc eandem sententiam post Azon. & Bar. defendit Oinotom. in. stit. de hæred. quæ ab intest. deferun. in secundo ordine succedendi. nu. 32. vers. porrò, vbi etiam allegat tex. in §. fin. Authen. vt fratrum filij, ibi [Similes esse pœnas in viro, & muliere] & faciunt dicta superius num. 3. & seqq. vbi alios ad hoc cumulaui.

24 Imò tex. in d. l. hac edictali, procedit tam in matre, quàm in patre, multò magis hoc esse debet in dispositione tex. d. l. fœminæ, quia non solùm eędem rationes, sed maiores militant; nam tex. in d. l. hac edictali solùm disponit, vt pater nouercæ, vel filijs nascituris ex secundo matrimonio plus donare non possit, quã vni ex filijs primi matrimonij, & hoc tam de bonis habitis occasione primi matrimonij, quàm etiam de eorum proprijs bonis, vt patet ex dictis à q. 11. hucusq; quod valde durum videtur esse, vt quis ad libitum non possit disponere de bonis suis, relicta legitima illis, quibus debetur, & nihilominus nec inter viuos valet aliter facta dispositio, vt ex quæ-
25 stionibus discussis cerni potest: † Sed tex. d. l. fœminæ, habet locum in illis bonis, quę mulier habet ex primo matrimonio, itaque eius dispositio non est ita dura, vt dispositio d. l. hac edictali, sicut post Bertrand. & alios scripsit Surd. d. consi. 196. num. 55. 56. & 57. Igitur multò magis dispositio tex. l. fœminæ, debet habere locum in patre, quàm tex. dict. l. hac edictali.

26 Quòd Facchin. loquatur contra text. patet expressè etiam ex tex. in §. si verò expectet. Auth. de nupt. ibi [& generaliter dicendum est, quòd omnis eam deserit proprietatis modus in ijs, quæ à priori viro in causa venerunt, & filij ea percipient, & proprietatis erunt Domini secundum tempus, mox quo mater coniuncta est alij viro, & hęc communis, mulieris, & viri mulcta sit posita; nam & ille filios habens, secundam eis superinduxit vxorem, non ex dote fruetur lucris secundum proprietatis rationem] itaque tex. non poterat clarioribus loqui verbis, vt etiam patrem comprehendat quò ad omnia lucra ex primo matrimonio habita, & omnia sint filiorum primi ma-
27 trimonij; † & dum tex. expressè loquitur de conseruatione bonorum in beneficium filiorum primi matrimonij, non subsistit Facchinei solutio, vt loquatur quoad pœnas nubentium intra annum luctus: imò Facchin. hunc tex. non vidit, quia non tenuisset contra communem, & patet, quia allegat tex. in §. quia vero. Authen. de non eligendo secundò nubentes, vidit tamen eum Oinotom. d. nu. 32. vers. porrò, & ideò hanc nostram defendit sententiam, vt dictum est.

28 Quòdque pater binubus non succedat filiis primi matrimonij quoad proprieta-
tem,

tem,sed solùm quòad vsumfructum,quia proprietas residet penes filios eiusdem matrimonij, probat expresè tex.in Authen.ex testamento. C. de secund.nupt. vbi Iacob. de Aren. Alberic. & Angel. probarunt etiam glo. in §.hinc nos, in verb.vsum,vbi Barto.& Angel.Authen. de nupt. Afflict. decis.75. Fulgos. consi. 82.in fin. vers.quarta verò portio. Alcia. consi. 55.nu.2.lib.8. Boer.decis.185.nu. 6.Ruin.consi.113.post nu.7.lib.2.& post aliquos ex prędictis Bald. & alios iddem probauit Crau. consi. 37. nu. 1.vol. 1.& consi.523.nu.2.lib.3.

29 Nec vrget tex.in §.cùm igitur.Authē. de non eligendo secundò nubentes,man dans,patrem non priuari successione filiorum ob transitum ad secunda vota,ea ratione dicit tex.quia nullibi hoc inuenitur expressum: concedo,sed vt succedat quòad vsumfructum, sic enim in iure inuenitur expressum,vt nume. præcedenti dictum est,& ideò tex.loquitur de successione, non potest igitur ex hoc inferri, vt quæ habet pater ex primo matrimonio non teneatur conseruare filijs eiusdem matrimonij, sunt enim hæc admodum diuersa, & ex vno non fit illatio
30 ad alterum, † imo si tex. rectè ponderetur, probat opinionem nostram, nā vult etiam matrem binubam admittendam esse ad successionem filiorum primi matrimonij, & sic matrem assimilat patri in successione. Si igitur facienda est illatio ex successione, iam facienda est etiā in reseruatione, vt quemadmodum mater tenetur reseruare filijs primi matrimonij omnia illa, quæ habuit ex primo viro,& eius occasione eodē modo procedat in patre. Non omittendo dicere, quod etiam si tex. in d.§. cùm igitur. expresè confirmaret opinionem Facchinei,prout probat contrarium, vt dictum est,adhuc esset correctus ex tex.in d. §.si verò expectet, quia titulus de nupt. est post titulum de non eligendo secundo
31 nubentes, † & prius per posterius tollitur.§.posteriore.instit quib.mod.testam.
32 infir. † & hæc pęna multò magis locum habet contra auum,& auiam, quia minus eis debetur hæreditas nepotum. Matthe sil.in tracta.de success. ab intest.in 2. art. princip nu.28.Roland in eod. tract. success.& alij,quos sectatur Oinotom.in instit. de hæred. quæ ab intest. defer. in 2. ord.succedendi.nu. 32. vers. & prædicta extenduntur,vt dicam infra par.4.quęst. 45.nu. 69.

S V M M A R I V M.



Arentes ad secunda vota transeuntes, possūt petere supplementum legitimæ, si à filijs illam integrè non habeant. n. 1. Ob transitum ad secunda vota non priuantur successione filiorum.nu.2.& 3.

Legitima nunquam censetur probibita, nisi de ea fiat expressa mentio.num.5.

Debetur succedentibus ab intestato, in linea ascendenti & descendenti, nō autem transuersalibus.nu.7.

Dos, non venit in generali locutione, & probibitione.nu.6.

Tex.in l.fœminæ an locum babeat, quando donatio fieret ab extraneo? num.8. vbi negatiuè concluditur si viri contemplatione non sit facta,& contra.

Regulæ in dubio standum est. & qui illam babet pro se,iuris præsumptionem babere dicitur.num.4.

Tex.in l.fœminæ.& in l.hac edictali,quot alijs limitetur modis, præter expressos, babetur.num.9.remissiuè.

QVÆSTIO XXV.



Igesimoquintò quæro,
1 † si mater, vel pater transiuerit ad secunda vota, & filius in testamento minus legitima alteri eorum reliquisset, num possint petere supplementum legitimæ? Respondeo affirmatiuè,quia,vt patet ex dictis quęst. præced.præcipuè nu.6.& 7. parentibus, qui ad secunda vota transierunt, tota legitima competit, & consequenter, si illam integrè non habeant, petunt illius supplementum,prout possunt liberi eius supplementum petere, si illam integrè non habeant,vt patet ex dictis infra par. 4.quæst. 62. & in particulari in quæstione nostra hoc probant in specie Bald. consil. 314. vol.4. Rimin.consil.305.nu. 22.vol.3.Gabr.d.tit.de secund.nupt.con clus.3.nu. 8. & post alios Facchin.lib. 3.
2 controuers.iur.cap. 63. † & ratio etiam patet ex dictis quæst. præced. præcipuè nu.29 .ex tex.in §.cum igitur.Authen.de

non eligendo secundò nubentes; quia nullibi inuenitur expressum, vt per trãsitum ad secunda vota priuentur filiorum successione ipsi parentes. minus ergo pri uari debẽt legitima, & eius supplemẽto.

3 Nec obstat, † quòd contrarium teneant Socin. Iun. consi. 97. vol. 4. Bero. consi. 34. vol. 2. & Menoch. consil. 237. vol. 3. nam eorum argumentis respondit Facchin. loco cit. & rectè, si enim aliud non esset, nisi ratio desuper allegata, vt nullibi inueniatur hoc expressum, satis esset, sæpe enim replicatum est, vt quod lex non dicit, nec nos dicere debeamus, & præcipuè in odiosis, vt, sumus hic, & consequenter si regulam habemus communem, vt si parentibus minus legitima relictum sit, eius supplementum debeatur, nec in contrarium habemus legem particularem in casu nostro, illi regulæ

4 standum est; † quia clarum est axioma, vt in dubio standum sit regulæ, imò qui illam pro se habet, iuris præsumptionem habere dicitur, ad tex. in l. ab ea parte. ff. de probation. probat etiam Alciat. in tract. de præsumption. regu. 1. præsump. 28. nu. 6. Farinac. consil. 76. sub nu. 3. vt alios omittam. Hoc enim est clarum. Et confirmatur; quia in casu nostro potius habemus determinatum contrariũ, siquidem, vt probatum est in quæst. præced. præcipuè nu. 2. & seqq. parentes succedunt in totum filijs primi matrimonij; si in totum, ergo eò magis in par-

5 tem, † vt est legitima, quæ habet hoc priuilegium, vt nunquam censeatur prohibita; nec per statutum, nec per factum hominis, nec quouis alio modo, nisi de illa fieret specialis expressio; vt est tex. vulgaris, & communis in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffic. testam. Præs. de Franchis decis. 20. nu. 6. & alij passim, nã

6 hoc est admodum vulgatum, † adeo vt procedat etiam in dote, quæ loco legitimæ debetur, & tamen in generali prohibitione non includitur Auth. res quę. C. commun. de legat. post alios Surd. decis. 62. 287. nu. 26. & alij passim, vt infra par. 4. q. 15. nu. 11.

7 Et confirmarem denuò hanc sententiam, quia illis debetur legitima, qui ab intestato succedunt; & per contrarium, non succedentibus ab intestato, legitima non debetur (loquor de succedentibus in linea descendenti, & ascendenti, clarum est enim, vt transuersalibus non debeatur legitima, vt post alios probauit Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic. 36. præcipuè nu. 45. Anna consi. 4. vol. 1. & est vulgatum) sic probarunt Angel. in consi. 103. col. fin. Deci. consi. 299. nu. 2. & 3. Alex. Barbat. Socin. Paris. Brun. Gozad. Marcobrun. & alij, quos nouissimè sequitur Surd. decis. 167. nu. 7. Sed nunc pater, & mater sunt de linea ascendenti, & per transitum ad secunda vota non priuantur filiorum successione, vt multoties replicatum est; quid ergo mirum, si illis debeatur legitima, & eius supplementum? & quia in hoc Regno est recepta opinio, vt si parentes non renunciassent filiorum successioni, debeant habere legitimam, etiam dum filij de bonis disponunt, aliàs testamentũ annullant, vt latius dictum est quæst. præced. idcircò non est immorandum in hac quæstione, quæ etiam attentis terminis iuris cõmunis verissima est.

8 Illud autem notandum est, quòd, † si donatio facta esset patri, vel matri in primo matrimonio ab aliqua persona extranea, tunc donatio illa non compræhenderetur in d. l. fœminæ, vt ibid. probauit Rip. quæst. 16. & post Roman. Decium, & alios, hoc idem sequitur Præs. de Franch. decis. 595. nu. 3. quia nullibi hoc inuenitur expressum; & faciunt etiã dicta per Farinat. decis. 548. de quo memini supra q. 22. nu. 2. in fin. Verùm hoc intelligitur, si constaret expressè, vt facta non sit contemplatione viri, quod nõ negat Præs. loco cit. Quando autem præsumatur facta donatio vxori contẽplatione viri, dixi aliqua supra par. 2. tit. de bonis. quæst. 15. & semper inspicitur, si fiat à consanguineis viri, vel ab eius amicis; & omninò semper; vt conspici potest factam esse contemplatione viri, sem-

9 per est filiorum primi matrimonij, † & habet locum dispositio d. l. fœminæ, ad quam plures limitationes ponit Anton. Gabr. d. conclus. 3. de secun. nupt. & aliquas etiam Andr. Facchin. d. lib. 3. controuers. iur. cap. 65. & Præs. de Franch. decis. 632. prout etiam pluribus modis ampliari, & limitari potest dispositio tex. l. hac edictali, sed consulendus est Gabr. loco cit. concl. 4. & etiam Sanchez d. disp. 89. tota, volui enim has paucas quæstiones tantùm attingere, tum quia sunt magis frequentes; tum etiam ne ita sicco pede omnes transirem.

SVM-

SVMMARIVM.



Ater per transitum ad secunda vota perdit tutelam filiorum primi matrimonij. nu. 1. mortuo secundo viro, tutelam illam non recuperat. n. 3. & nu. 6. Quid si non inueniatur alter tutor idoneus. num. 7.

Tutores, si plures sint insolidum, vno remoto, solus tutor est, qui remanet. nu. 4. Num Iudex tunc possit adiungere illi alium tutorem, & quid inspicere in hoc habeat. nu. 5.

Vidua dicitur manere in matrimonio. num. 6.

Renunciantibus iura sua non datur regressus. num. 8.

Mater, transeundo ad secunda vota, & non petens tutorem filijs, priuatur eorum successione. nu. 2.

Immissio in possessionem ex vltima voluntate in bonis alterius, non datur, nisi constet de quibus bonis potuit testator disponere. num. 9.

QVÆSTIO XXVI.



Igesimosextò, occasione prædictorum, & pro complemento huius tertiæ partis quæro, † num mater per transitum ad secunda vota priuetur tutela filiorum primi matrimonij? Et respondeo affirmatiuè ex doctrina Bart. in l. si quis sub conditione. nu. 28 ff. de testam. tutel. cum alijs cumulatis per Surd. decis. 106. & per Farinat. decisio. 201. num. 5. & patet etiam ex dictis supra suo loco, vbi etiam dictum est, vt mater etiam priuetur educatione filiorum ob transitum ad secunda vota, quam tutelam ipso iure amittit, vt probat tex. in Auth. Sacramentum. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest Boer. decisio. 266. plura tradit Menoch.

2 lib. 2. de arbitrar. iudic. cas. 151. † & hoc est clarum, & seruatur in praxi. adeò vt si non petat tutorem filijs, priuatur successione filiorum, vt probat Præs. de Frãch. in decis. 164. Ant. de Rosellis de success. ab intestat. in princ. nu. 213. tom. 8. tract. par. 1. fol. 368.

3 Imò plus dico; † vt, etiam mortuo secundo viro, non recuperet tutelam filiorum primi matrimonij, si illis datus esset alius tutor, vel etiam si habuisset alium contutorem, ea ratione, quia per transitum ad secundas nuptias censetur renunciasse tutelæ filiorum, & successiuè ille alius tutor; qui remanet, erit tutor insolidum;

4 † quia, dum vnus tutor remouetur ab onere tutelæ, alter, qui remanet solus est tutor, vt ex multis probat Crau. consi. 18. nu. 5. quem sequitur nouissimè

5 Farinat. d. decis. 201. nu. 6. & 7. † Bene verum est, vt sit in arbitrio Iudicis, si velit tunc alium contutorem dare, debet tamen inspicere qualitatem personæ tutoris remansi, & eius facultatem, & si videt, illum non esse sufficientem, potest alium tutorem dare. l. qui habet. ff. de tutor. & curat. Præs. de Franch. decis. 214. Alexand. Trentacinq. in tract. de substit. par. 3. cap. 4. nu. 10.

Additur etiam alia ratio; quia, dum transiuit ad secunda vota, & tutelam amisit, videtur remanere iddem impedi-

6 mentum secundi matrimonij, † nam vidua dicitur permanere in matrimonio, vt in l. fi. C. de bon. mater. Surd. loco cit. nu. 21. & 22. cum alijs traditis supra par. 2. in tit. de bonis. q. 12. nu. 18. & seqq. & ideò vt possit obtinere tutelam filiorum primi matrimonij, tenetur in specie renunciare secundis nuptijs, vt not. Barto. d. nu. 28. & in praxi seruatur, & ideo dũ testatorem, legem, & Iudicem decipit, nullo modo ab eis adiuuari debet, vt tutelam prædictam recuperare valeat.

7 Si verò, mortuo secundo viro, non esset adhuc prouisum filijs de tutore per Iudicem, nec alius contutor remansit, vt quia de breui mortuus esset secundus vir, vel alio modo non esset prouisum de tutore filijs, & tunc multi tenuerunt, matrem recuperare tutelam filiorum dicti primi matrimonij, sic scripsit Specul. in tit. de tutor. §. nunc dicendum. vers. quid si mater, quem sequitur Gram. decision. 34. nu. 10. Sequuntur etiam alij, quos enumerat Surd. d. decis. 106. num. 2. & seqq. Verùm hoc admitterem secundum aliorum distinctionem, vt tunc procedat quando non inueniretur alter tutor idoneus, aliter secus esset, sic probant Salycet. in d. l. sacramentum. nu. 6. Boer. decis. 266. vbi ita refert decisum in illo Senatu, & post alios Surd. vbi supra nu. 11. & seqq. cum enim mater tutelæ renunciauit

ciauit per transitũ ad secundas nuptias,
8 tunc succedit regula, † vt renunciantibus iura sua, non detur regressus, vt in l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edict. Præs. de Franch. decisio. 239. nu. 4. Surd. consi. 395. nu. 4. vol. 3. cum alijs cumulandis infra in materia de renunciatione.
9 Postremò notandum est, quòd, † si pater, vel mater, vel eius agnatus plus reliquissent alicui de bonis suis, quàm ex dispositione iuris etiam consuetudinarij, illis permitteretur; non esset ponendus in possessione ille talis eorum bonorum, de quibus illi disponere non potuerunt, & præcipuè parte opponente; nam ante quam aliquis mittatur in possessionẽ bonorũ alterius, veluti hæres in possessionem bonorum testatoris, probare debet, illa bona fuisse testatoris, vt est tex. communis in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. post Alex. & alios notat in specie Farin. in decis. 383. nu. 1. Essent hic examinandæ tres aliæ quæstiones. Vna, si consuetudines, excludentes fœminas, locum habeant ex testamento, sed commodiùs examinabitur infra par. 4. q. 25. duæ aliæ, qualiter filius, & filiafam. validè testentur, sed hæ melius cadunt in ead. par. 4. postquam non existentia parentum examinata fuerit, nempe quæst. 51. & 53.

DE MASCVLIATIONE FOEMINARVM, ET DE SVCCESSIONE AB INTESTATO.

PARS QVARTA.

SVMMARIVM.

ORDO succedendi triplex est, & quisnam sit, recensetur. nu. 1.

Descendentes succedunt ascendentibus vsque in infinitum etiam iure repræsentationis. nu. 2. Num hoc procedat etiam in fœminis? nu. 4.

Successio in stirpes, & in capita, quanam dicatur? nu. 3.

Masculi, vt fœminas excludant, tenentur illas dotare de paragio, aliàs illæ masculiantur. nu. 5.

Dies interpellat pro homine, etiã si tacitus sit. nu. 6. An hoc sit semper verum, explicatur. num. 13.

Qui tenetur aliquid facere, & non facit, etiam sine interpellatione, constituitur in mora. num. 7.

Masculiatio non fit ipso iure, sed facta interpellatione. nu. 8. 11. & seqq.

Interpellatio num iuuet sorori, si frater non possit illam maritare? num. 10. ea non facta, non incurritur pœna iuris. nu. 11. & seqq.

Verbum, facultas, dicit possibilitatem bonorum iuris, & facti. nu. 9.

QVÆSTIO I.



EX dictis in prima parte cap. 1. colligitur, vt tota quasi vis istarum consuetudinum consistat in successione ab intestato, vt ex ibidem reassumptis cernitur, idcircò maiori diligentia hanc quartam partem explicabimus; Pro qua no-
1 tandum est primò, † vt ordo successionis sit triplex, vt est triplex causa succedendi. Prima est descendentium in bonis ascendentium. Secunda è contra, vt est quando defunctus non reliquit descendentes, nec transuersales in primo gradu, tunc ascendentes illi succedunt. Tertia denique est transuersalium, vt ad inuicem succedant, vt habetur in §. 1. Authen. de hæredib. ab intest. venient. cum vulgat. alijs; & hunc ordinem in hac quarta

quarta parte seruabimus.

2 Notandum secundò, † quòd, dum aliquis moritur, succedunt illi omnes eius descendentes, vsque in infinitum, & hoc tam in propria persona, quàm etiam per subingressionem, & iure repræsentationis, hoc est, filius subingreditur in locum patris, nepos in locum filij, & sic deinceps, quæ quidem successio non fit in capita, sed in stirpes; † in capita dicitur
3 successio, vt quot sunt personæ succedentes, tot fiant portiones bonorum; in stirpes verò, vt plures personæ vocentur ad illam portionem, quam haberet illa persona, in cuius locum subingrediuntur, vt habetur in §.1. & per tot. Authen. vt post fratrum filios, & habetur in consuetudine. Si moriatur, vbi omnes, & an hoc verum sit, semper dicetur infra q. 37.

4 Postremò notandum, † quod non omnes descendentes vocantur ad successionem bonorum ascendentium secundum has consuetudines, sed masculi
5 tantùm, exclusis fœminis; † qui quidem masculi tenentur fœminas dotare de paragio, quas, si maritare in tempore præfixo distulissent; ipsæ masculiantur, vt habetur in d. consuet. si moriatur. §. eas autem, & §. iddem iuris, vbi omnes, post alios Præs. de Franch. decisio. 91. & 92. & alibi Reg. de Ponte consi. 61. nu. 36. & seqq. Quæ omnia clara sunt, & ex dicendis magis patebunt, & consequenter ante omnia discutienda est materia masculiationis ad hoc; vt sciamus, quando masculi tantùm ab intestato succedunt, & quando etiam fœminæ, & descendentes ab eis; & proinde subijcio sequentes quæstiones circa masculiationem.

Primò quæro, quando fœminæ masculiantur, videlicet, finito decimosexto anno, an fiat masculiatio ipso iure, vel requiratur interpellatio masculorum, nēpè vt fœminæ interpellant masculos ad eas maritandum? & quamuis dubitari posset, vt fieret ipso iure, quia, cum sit definitum tempus sexdecim annorum,
6 iam est terminus Iuris, † quo casu succedit regula vt dies interpellet pro homine, vt in l. magnam. C. de contrah. & cōmitten. stipulat. vt etiam sancitur, vt ille talis sit constitutus in mora, etiam quòd alia interpellatio nō interuenerit, quod etiam probarunt gloss. Bald. Cuman. & Fulgo. in l. mora. ff. solut. matrim. & post alios Surd. in decis. 57. nu. 7. & 14. Quod non solùm procedit, quando dies adiectus est ab homine, sed etiam si adiectus sit à lege, tā si esset dies expressus, quàm si esset tacitus, semper enim regula procedit, vt etiam scripsit glos. in l. si duo. §. fin. in verb. constituti. ff. de constit. pecun. & post Bald. Alex. & alios iddem sequitur Surd. in decis. 211. nu. 15. Quod eo magis procedit in hoc casu, frater enim tenetur ad dotandum, & sic ad fa-
7 ctum, † & qui tenetur aliquid facere, dicitur in mora, si non faciat illud quàmprimùm potest, nec aliqua requiritur interpellatio, sic probauit Alex. in consi. 157. vol. 6. & post eum Bald. Aret. Rol. & alios Surd in decis. 226. nu. 10. Igitur eò ipso, quod masculi patiuntur labi terminum præfixum ab hac consuetudine; dicuntur in mora, etiam si fœminæ illos non interpellant, & hæc videbantur facere, vt ipso iure fieret masculiatio.

Nihilominus in contrarium est veri-
8 tas, † vt masculiatio nullo modo sequatur, nisi fœminæ interpellent masculos ad eas maritandum; & ita expresè videtur decidere Neapod. in d. consuetud. si moriatur. §. eas autem. in princ. fol. 91. ibi. [Et dic scilicet requisitis, congruo loco; & tempore, & habentibus ipsius rei potentiam. ff. de verb. oblig. l. ita stipulatus, in fin. 1. glos. aliàs non videtur stare per ipsum. eod. tit. l. si ex legati, & pro hoc. ff. de vsur. l. mora. in princ. & extra de appellat. c. ab eo lib. 6. & ff. de in
9 ius vocan. l. 2. & 4. & glos. † & hoc indicat verbum, facultatem, quod subijcit, quòd tria importat, scilicet possibilitatē bonorum, iuris, & facti, vt supra proximè dixi.] Et hoc iddem tenet Afflict. decis. 370. in 2. dubio, ad quem se remittit Bucin. in addition. ad Neapod. loco cit. d. fol. 91. in addit. incip. Ad hanc consuetudinem, vbi Gaspar de Leo fol. 92. in addit. incip. an sit necessaria requisitio, ita dicit iudicatum in Sacro Consilio in causa Vincentiæ de Messina cum Ambrosio de Messina; & hoc iddem videtur ibid. tenere Præs. de Franch. in addit. incip. Vide quod dicit, & tenet expresè in decis. 412. tota, & Afflict. loco citato ex pluribus hoc affirmat, & vltra addentes ibid. hoc etiam defendit de iure com muni Hieronym. Gabr. in consil. 13?. vol. 2.

10 Plus dico, † quod si facta esset interpellatio, & frater non possit sororem maritare,

ritare, vt quia non haberet facultatem illam dotandi, interpellatio illa non iuuat, quia deest vnum ex requisitis per Neapod. traditis, quæ nu.8.retuli, quãuis hoc relinquatur arbitrio Iudicis, qui inspicere debet, si frater ex industria, & in fraudem consuetudinis, & sic malitiosè, vel ex inopia distulisset maritare, vt not. Pisanell. in d. consuet. si moriatur, sub nu.50.fol.93.in addit. incip. Nota, quòd si tempore mortis, & hoc ex doctrina Neapod. ibid. in verb. facultatem. nu. 71. fol. 101. vers. sed arbitrio Iudicis, & hoc clarum est, nam Iudex est ille, qui in causis similibus debet ex circunstantijs inspicere veritatem articuli; & nè sorores per fratres decipiantur, vt multoties euenire solet, & quod peius est, sorores ob fratrum timorem nec eos interpellare audent, & consequenter nec dotem de paragio, nec portionem habent, & vix ad instar ancillarum alimenta consequuntur, & vtinam de quibusdam, quos ob verecundiam sileo, nescirem, sint ergo Iudices in hoc perspicui, & circumspecti, & potius mulieribus, quàm masculis faueant, si facti qualitas id exposcat.

Illa autem est ratio, cur debeat adesse
11 interpellatio; † nam quotiescunque pœnalis dispositio, vt ista est, incipit à præcedenti dispositione simplici, nunquam pœna committitur, nisi præcedat interpellatio, vt scripsit Barto. in l. ita stipulatus. nu.54.ff.de verbo.oblig. quem DD. communiter sequuntur, teste Afflicto decis. 370. nu.8. & post alios Thesaur. in decis. 212. Sic etiam; quia hæc pœna imposita est à iure, scilicet per has consue-
12 tudines, † Sed quotiescunque pœna imponitur à Iure, nunquam illa committitur, nisi præcedat interpellatio, vt post Innoc. in c. extirpandæ. nu.2. de præbē. Abb. & alios scripsit Thesaur. loco cit. & consequenter necessaria erit interpellatio fratris, vt sequi valeat iuridicè masculiatio, & si aliter fiat, nunquam sequetur.

Nec obstant contraria, quia non est
13 semper verum, † vt dies interpellat pro homine, nam ad pœnam incurrendam non est verum, vt dictum est, & regulariter non procedit, vbi non adest interesse, licet enim hic agatur de dote, agitur tamen de dote constituenda, & potest esse, vt soror non habeat intentionem nubendi, vt multoties euenire solet, sic etiam, vt frater non habeat facultatem illam dotandi; vnde non debet in eius odium, & damnum conuerti, & sororis voluntas nubendi, & causa fatalis, quia facultatem non habet, vt ex dictis cernitur; Si enim esset dos constituta, tunc procederet regula, vt dies interpellet pro homine; vt dos solui debeat vnà cum interesse post lapsum temporis; sicut scripsit glos. fin. in l. de diuisione. ff. solut. matrim. quam ibi communiter DD. sequuntur, & nouissimè Farinat. decisio. 252. & sequen.

SVMMARIVM.



Masculiatio habet locū etiam ex testamento si fratres non soluāt legata, relicta per patrem sororibus. numero 1.

Dispositio testatoris regulatur secundum loci consuetudinem, quamuis consuetudo loquatur ab intestato. nu.2.

Durante causa testati, quando cesset causa intestati. nu.6.

Frater, differens dare paragium relictum sorori in testamento est magis in culpa, vt sequatur masculiatio. nu. 3.

Hæres tenetur habere ratum factum defuncti. nu.4.

Prouisio hominis quando faciat cessare prouisionem legis. num.7.

Inducta in fauorem alterius, non debent retorqueri in eius odium. nu.10.

Fama post mortem læditur, & restituitur. num. 5.

Creditori in pecunia, non adiecto pacto in contrarium, potest fieri satisfactio in bonis stabilibus. nu. 8. Stante pacto in contrarium, vt fiat solutio in pecunia, quæ sit cautela hæredis, & debitoris, vt damnum sit creditorum, & nō ipsius. nu.9.

Lex multo defert voluntati testatoris, etiam in damnum creditorum, sub num.4.

QVÆSTIO II.

1 Secundò quæro, † an masculiatio locum habeat; facto testamento, videlicet, pater fecit testamentum, in quo masculos sibi tantum fecit hæredes, & filiabus

bus legauit dotes, & masculi distulerunt fœminas in tempore maritare, num, inquam, fœminæ in hoc casu masculiatur, vel solum habeant actionem ad dotem consequendam? Respondeo sequi masculiationem, sic probant Camill. Salern. in d.consuet.si moriatur, in princ.fol.72. in addit. incip. ad hanc consuetudinem. Frecc.& Rubeus, quos probat Præs. de Franch. in decis.412. vers. hinc sumpta occasione, vbi sic refert decisum in Sacro Consilio de anno 1554. die 6. Octobris in causa Clementis Gattulæ, & Salern. loco cit. refert similem decisionem de eodem die, & anno, sed dicit fuisse in causa Visagiæ Longhæ contra Thomam Rubeum, & probant hoc diuersis rationibus, inter quas duæ sunt præcipuæ. Prima, quia, licèt hæc consuetudo loquatur ab intestato, tamen etiam causam testati ex voluntate testatoris
2 compræhendit, † nam dispositio testatoris regulatur secundum loci consuetudinem, & statutum quamuis loquantur ab intestato, ita Barto. communiter receptus in l.hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. vbi omnes, & faciunt etiam quæ tradidit Mantica lib.6. de coniectu. vltim. volunt. tit.7. toto, & quæ alibi diximus superius, vt semper voluntas testatoris interpretetur secundum loci consuetudinem, & statutum, quia semper secundum illa præsumitur disponere, & sic est in casu nostro.
3 Secunda ratio est, † quia maius delictum hic interuenit, nam frater, & consuetudinis, & testatoris præceptum spernit; testatoris quidem, quia legatum in tempore non soluit, & consequẽter, qui non adimplet disposita per testatorem, eius voluntatem spernere dicitur, & lex ob reuerentiam erga testatorum dispo-
4 sitiones iusserunt, vt † hæres ratum habeat factum defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vendicat. & voluit, vt ad vnguẽ licita disposita per testatorem hæres adimpleat, adeò vt si testator dubitet, ne hæres id faciat, & habeat tantummodo vnum mancipium, nec est soluendo ipse testator, potest mancipium illud sibi hęredem facere, & sic erit liberum, & hæres, ad hoc vt testatoris voluntatem adimpleat; & ne testator ipse afficiatur ignominia, vt tanquam decoctus non habeat hæredem, & habetur in §. 2. vbi Syluest. n.3. & alij. instit. quib. ex caus. manumit.
5 non lic. † voluit enim lex conseruare testatoris famam, quæ etiam post mortem læditur, & si damnata fuerit, potest post mortem restitui, vt in c. à nobis. extra de sent. ex com. vbi hoc notãt omnes. Legis denique præceptum spernit; nam istæ consuetudines iubent, vt masculi teneãtur fœminas dotare infra decimumsextũ annum, etsi, hoc tempore elapso, maritatæ non fuerint, volunt eas esse masculiatas, vt latius q. præced. notatum est, & consequenter magis sequitur in hoc casu masculiatio, quàm si esset sola causa intestati.

Nec obstant duo, quæ contra hoc vi-
6 detur obstare. Et primò, vt, † durante causa testati, cesset causa intestati, nam hoc principium procedit, vt quoties hęres potest ex testamento succedere cesset successio ab intestato, & sic procedit tex. in l. quandiu. ff. de acquir. hęred. cum ibi notatis: sed in casu nostro causa testati magis credit fratres negligentes, ac simul delinquentes contra præceptum legis, & testatoris, vt dictum est.
7 Et secundo, vt prouisio hominis cessare faciat prouisionem legis, iux. tex. in l. si. §. & quidẽ. C. de pact. conuẽt. Neapod. in consuet. quartam autem. nu.19. Gabr. lib.6. commun. opin. in tit. de regul. iur. concl.4. & post alios Anna cons.119. nu.27. vol.2. Nam procedit hæc regula, quando prouisio testatoris esset aliquo modo diuersa à prouisione legis, vt sunt pacta, quę solẽt apponi in cõtractibus, & sic propriè loquitur tex. de conuentione, quia sub illo titulo situatus est, vt eue-
8 nire solet circa obligationes, † nempe cùm creditor contrahit cum debitore, quia ex iuris dispositione debitor in pecunia potest assignare creditori bona immobilia, solent apponi pacta, vt, inuito creditore, non possit fieri huiusmodi assignatio, sed soluatur debitum in pecunia, vt in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. Auth. hoc nisi debitor. C. de solution. vbi omnes. Alex. consi.37. num.27. lib.2. Rolan. consi.31. in princ. lib.2. Ioã. Guttier. de contract. iurat. cap.29. num.5. Thesau. decis.153. nu.13. & seqq. & ita pluries fuit decisum in Sacro Consil. teste Præside de Franch. decisio.82. & 83. & plures alij, qui hoc dicunt euenire ex facto hominis, quia prouisio hominis legis prouisionem cessare facit: sed si tale pactum non adesset, secus esset, & vltra

prædictos hoc etiam probat Anguiss. consi.3. Benintend. decis. Bonon. 28. Anchar. Rhegiens. quæst. famil. 64. par. 2. Ri-
9 min. sen. consi. 602. num. 14. vol. 4. † & quando pactum adest, cautela hæredis est, vt dicat creditoribus. Vendite vos bona, ego consentio, quo casu commodum, & incommodum creditorum erit, vt scripsit Bald. in l. fin. §. etsi præfatam. C. de iur. deliber. vbi Corne. nu. 5. Guid. Pap. de form. inuent. num. 20. & sic dici posset de alijs pactis; sed hoc non erit, nec esse potest in casu nostro; quia prouisio hominis est cumulatiuè ad prouisionem legis, nempè ad soluendum paragium ipsis sororibus, & testator ad dispositionem harum consuetudinum respectum habuit; igitur termini non sunt
10 pares, † tantò magis, quia hoc legatum factum est in beneficium sororum; vnde non debet retorqueri in eorum odium iuxta tex. in l. quod fauore. C. de legib. & hæc mihi veritas videtur.

SVMMARIVM.



Soror an possit compellere fratrem ad eam maritandam ante decimumsextũ annum? nu. 1. Quid in patre? num. 3. Quid si velit ingredi religionem? nu. 7. Quid si esset paragiũ illi relictũ in testamento? n. 5.

Delictum filij non debet plus habere, quã eius bonũ propositũ seruiendi Deo. n. 7.

Frater potest admittere sororẽ ad successionẽ, si nolit illi paragiũ soluere. et in præiuditiũ creditorũ. n. 2. & sub n. 7.

Masculiatio non habet locum contra patrem. nu. 3.

Dotis legatum an dicatur ad pias causas? num. 11.

Quod petitur, vt sors principalis, debetur sine interpellatione. nu. 14.

Pater tenetur alere filios iure sanguinis, frater verò alit sorores occasione bonorum. num. 4. An cogi possit soluere legitimam filio, vt ordinetur ad titulum patrimonij? sub num. 7. Quid si legitimam illam cogeretur soluere fisco pro debito filij? nu. 8.

Legatum factum pro dote, an sit purum, vel conditionale. num. 6. Relictum ab extraneo pro maritanda puella, an debeatur, si illa nupserit, viuente testatore. num. 10. Factum vni ex filiabus Ioannæ, an pro prima nupta, vel pro prima nata intelligatur? num. 12. Annuum debetur à morte testatoris, etiã si per plures annos non sit adita hæreditas, etiam non data scientia ipsius legati? nu. 13. An debeatur ex fructibus, vel ex corpore hæreditatis nu. 15.

QVÆSTIO III.



1 Tertiò quæro, † an fœminæ possint cogere masculos; ad eas maritandum ante decimumsextum annum, Et affirmatiuam sententiam receperunt cõmuniter Scriben. in d. consuet. si moriatur. Sed aduertendum est, prout etiam ex dictis patet, quòd masculus non cogitur præcisè, vt teneatur fœminam maritare intra decimumsextum annum; non enim hoc fieri potest, dum consuetudo taxauit terminum decimisexti anni, sed solùm potest soror interpellare fratrem, vt illi soluat dotem de paragio, & ex interpellatione hoc commodum habebit, quia frater cõstituitur in mora; vt, elapso postea decimosexto anno, soror statim sit masculiata, & succedat simul cum fratre, sic scripsit Neapod. in d. consuet. si moriatur. nu. 48. vbi omnes fol. 93. & ratio est ma-
2 nifesta, † quia, vt frater possit dotare sororem de paragio, est introductum in eius beneficium, & eius libertatem respicit; nempe si velit, soluat paragium, & excludat sororem à successione; nolens tñ non cogitur, sed admittit sororẽ ad successionem, vt notant præcitati DD. & habetur etiam in d. consuet. si moriatur, & probant etiam Alex. consi. 70. nu. 17. vol. .. & post eum Socin. & alios hoc iddem probat in simili statuto Hierony. Gabr. consi. 4. num. 6. cum seqq. vol. 2. Non enim fauor fratris in eius odium retorqueri debet, vt quæst. præced. de sorore dictum est, etiã in præiudiciũ creditorum, hoc procedit, vt post alios probat Galliaul. de statutis, in verb. Non posfit. q. 1. nu. 20.

Hoc tamen non habet locum in patre, quia cogitur pater dare paragium filiæ, nam onus patri num est, filias dotare secundum facultatem, & qualitatem, vt sæpe replicatum est; & dicetur etiam
3 infra q. 16. † Masculiatio enim non habet locum in patre, quia in eo seruatur ius

com-

cõmune, vt cogatur foluere paragium, & ita bis refert iudicatum in Sacr. Conf. Præf. de Franch. in decif. 616. Verùm tam pater, quàm frater tenentur interim
4 ad alimenta, fed diuerfo iure; † nam pater tenetur dare alimenta filiabus, prout alijs filijs, nempe iure fanguinis; frater verò occafione bonorum paternorum, quæ poffidet, ex regula tex. in l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. & cibar. lega. cum alijs cumulatis per Præfid. de Franch. decif. 559. tota, & præcipuè nu. 12.

5 Si tamen pater legauit dotem fiue paragium filiabus, tunc fecundũ aliquos, poffent forores cogere fratrem ad foluẽdum paragium etiam antequam fit nubilis ætatis, fic fcripfit Bald. in l. fancimus. nu. 1. C. de nupt. Sequuntur Caftren. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonftr. Lanar. conf. 10. Couarr. in c. 3. nu. 11. de teftam. vbi hanc materiã
6 examinat, & tenent etiam alij, † quia hoc legatum dotis relictum eft per parẽtes, & ideo eft purum, & non fub conditione, & vltra prædictos hoc comprobat ex pluribus. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 37. nu. 26. & meliùs, & cumulatiùs etiam fecundum terminos iftarum confuetudinum, & fimilium ftatutorum, vt hoc legatum fit purum, fcripfit Simon de Petr. lib. 3. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dubit. 5. folut. 4. nu. 30. cum feqq. & lib. 4. interpræt. 1. dubit. 12. nu. 36. qui omnes dicunt, vt tunc fit legatum conditionale, quando relictum effet ab extraneo: fed multi tenent legatum effe conditionale, inter quos eft Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. nu. 7. ff. de condit. & demonftr. & ideo non poteft peti antequàm fœminæ fint nubilis ætatis, & ad Bartolum fe remittit Afflict. in d. confuet. fi moriatur, fub nu. 47. fol. 92. in addit. incip. fi pater legat paragium, tenet etiam Andr. in conftit. Regn. in aliquib. fol. mihi 257. col. 1. fub nu. 60. in verb. dic, quòd in legato, feu relicto purè propter dotem, tradit etiam Mantic. lib. 11. de coniect. vltim. volunt. tit. 22. num. 7. & tit. 23. totò, & nouiffimè Andr. Facchin. lib. 5. controuer. iur. cap. 48. & hæc opinio videtur magis communis, de qua dicam aliqua infra q. 15. vbi agetur, an hoc paragium tranfmittatur ad hæredes, & etiam quia fratres, vt dictum eft, tenentur interim dare alimenta forori, quamuis hoc fit occafione bonorum, vt nu. 4. notatum eft.

7 Infuper pater cogi poffet dare paragium filiæ, fi vellet religionem ingredi, & ratio eft manifefta, quia non debet effe melioris conditionis fponfus terrenus quàm fponfus cœleftis, & fic homo, quã Deus, vt alibi notatum eft: procedit etiã fi filius vellet promoueri ad facros ordines, & vellet ordinari, feruata forma Concilij Triden. ad titulum patrimonij, tunc cogeretur pater dare illi titulum, & fic affignare illi legitimam in vita, & in filia hoc omnes docent, quia ingreffus monafterij eft fauorabilior dote matrimonij temporalis, vt dictum eft, vnde fi in matrimonio temporali cogitur pater foluere dotem, eò magis in matrimonio fpirituali, vt fcripfit Bald. in l. fin. C. de dot. promif. probant etiam Anchar. confi. 108. num. 4. Menoch. de præfumption. lib. 4. præfumpt. 189. num. 91. quos etiam poft Felin. Lop. Auendan. & alios probat Sanchez in tract. de matrimonio par. 1. lib. 4. difput. 26. nu. 7. etiam quoad ordines facros, quos vult filius fufcipere, vt cogatur pater dare illi titulum patrimonij.

Confirmatur hoc aliâ ratione quoad
8 ipfum filium, † quia fi pater cogi poteft foluere legitimam filio in vita, & præcipuè, quando delinquit, vt in pœnam delicti foluat legitimam fifco, vt poft alios probauit Surd. in decif. 167. tota, cur cogi nequeat, vt legitimam foluat filio, vt ad titulum illius dedicetur ad feruitium Dei, ordines facros fufcipiat, & in cœlibatu, & fanctitate viuat?, certè non
9 adeft ratio vrgens in contrarium, † ne plus habeat delictum filij, quàm eius bonum propofitum, ac bonum opus, vt eft feruire Deo, cui feruire, regnare eft, vt eft axioma vulgatum, & quamuis Ioan. Roias in Epit. de fucceff. cap. 7. num. 49. teneat, vt pater cogi nequeat ad foluendum legitimam filio, vt ordines facros fufcipiat; de eius tamen opinione curandum non eft, quia in pluribus cafibus cogitur pater in vita affignare legitimam filio, & nullus effe poteft cafus magis pius, & vtilis hoc, quem hic tractamus, vt patet ad fenfum.

Notandum eft tamen occafione prædictorum, dum locuti fumus de legato
10 dotis, † quòd fi aliquis extraneus reliquiffet legatum pro puella maritanda, fi illa nupferit, viuente teftatore, præfumi-

tur extinctum legatum, sic scripsit Dyn. in l. Lucius. la prima, vbi etiam Bart. ff. de legat. 1. quod debet intelligi, si testator nesciuerit illam esse nuptam, & ita loquuntur prædicti DD. sed si sciuerit, illam esse nuptam, & legatum non reuocauit; tunc debetur legatum, quia per hanc scientiam nuptiarum, & non reuocationem legati, præsumitur testator primam dispositionem confirmare, sic scripsit Castren. consi. 254. lib. 1. & consi. 148. lib. 2. post ipsum Tiraquell. & alios Mantic. lib. 12. de coniect. vltim. volunt. tit. 1. nu. 13. quia semper legatum interpretari debet, ne reddatur caducũ. l. cogi, in princ. & l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. post Bald. & alios Peregrin. in tract.
11 de fideicom. art. 31. nu. 20. † & præcipuè in legato dotis, qđ solet interpretari ad pias causas, & præcipuè, quando relinquitur puellę pauperi, quãuis nobilis sit ex progenie, vt post Bart. Alex. & alios scripsit idem Mantic. lib. 6. de coniect.
12 vlti. volunt. tit. 3. nu. 26. 27. & 28. † Si tamen esset legatum factum pluribus puellis; v.g. si testator legasset dotem vni ex filiabus Ioannæ, & tunc licet Roman. in consi. 408. consuluit, vt legatum debeatur primæ natæ, nihilominus potius debetur primæ nuptæ, si contrarium non constet de voluntate testatoris, vt scripserunt Imol. consi. 113. quem sequitur Simon de Petr. de interpret. vlti. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 9. num. 14. Quæ omnia adnotare volui, quia concernunt materiam discussam in hac quæstione, & possunt etiam concernere materiam ipsarum consuetudinum, si modo desuper expresso legatum dotis fieret.

Illud postremò notandum est, quòd,
13 † si legatum annuum à testatore relinquatur, hæc annua præstatio debetur, quamuis per multos annos hæreditas non fuerit adita, nec testamentum sit apertum, nec interpellatio processerit, sic probat ex tex. in l. nec semel, vers. item Cellius. ff. quand. dies leg. ced. & alijs. Præs. de Franch. decis. 634. vbi sic refert
14 iudicatum in Sacro Consil. † quia hæc annua præstatio non petitur tanquam vsura, sed vt sors principalis, & ideò debetur sine interpellatione ex text. in l. libertis. §. manumissis, vbi Barto. ff. de
15 alimen. & cibar. legat. † Quæ quidem annua præstatio non ex bonis hæreditatis, sed ex fructibus illius soluenda est, & si hæres non soluat, tunc hæres hæredis soluere cogitur, vt scripsit Castren. consi. 16. in 3. dub. lib. 2. post alios Natt. consi. 323. quod procedit, si onera annua prædicta non sint tanta, vt omnes fructus absorbeant; tunc enim aliter fieret solutio, prout est hæres, & prout testator disponere potuit, vt post alios scripsit Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. sub nu 6. & nu. 7. Caualcan. in tract. de vsufruct. nu. 219. Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 4. nu. 24. in fin. & circa fructus bonorum subiectorum consuetudini, iam dixi supra par. 3. q. 6.

SVMMARIVM.



Masculiatio an locum habeat, secundum constit. Regn. in aliquibus. n. 1.

Minor, cuius culpa facta est masculiatio, an per restitutionem in integrum possit se pœnitere, & excludat sorores, & an hoc beneficium ad hæredes transmittat? nu. 2. & infra quæst. 8. num. 1.

Frater interpellatus ad dotandum, si nõ respondeat, datur ei tempus congruum à Iudice, vt respondere cogatur. nu. 3.

Hæres an possit aliquis esse pro parte, & pro parte non? num. 4. Et quid in feudis? nu. 5.

QVÆSTIO IV.

1 Quartò quæro, † num masculiatio locum habeat etiam de iure Regni, attenta, scilicet dispositione Constit. in aliquibus? Et opinionem negatiuam defendit Neapod. in d. consuet. si moriatur. fol. 104. num. 97. vbi concludit, vt solum detur ei actio ad petendum paragium, & nullo modo masculietur, & sic mora fratris non consideratur, nec attenditur secundum dictam constitu. in aliquibus, vt ibidem tenet Afflict. quem refert, & probat Colutius Coppula in addition. ad Neapod. d. fol. 104. in fin. in Apostill. incip. secundum constitutionem Regni, & tenet idem Afflict. decis. 159. & nouissimè Reg. de Pont. iddem probat in tract. de potestat. Proreg. tit. 9. de success. mulier. in princ. nu. 14.

nu. 14. Verùm Andr. in d. conftit. in aliquibus. verf. ergo mortuo patre. mihi in nouis fol. 155. col. 1. n. 60. contrarium tenet, vt fiat mafculiatio, & ita fuit iudicatum in Sacro Confil. in caufa Vifagiæ Longhæ, & litis confortium cõtra Thomam Rubeum de anno 1554. die 6. Octobris, vt refert Salern. ad Neapod. d. fol. 104. in addit. incip. quod hic dicitur, & hoc iddem probat ipfemet Afflict. in decif. 379. in 1. dub. vbi plus dicit, vt in ma-
2 iori femper hoc fit verum, † & in minore tantum hoc limitetur, quia hic, fi propter eius negligentiam admifit fororem ad partem, poteft per reftitutionem in integrum contrarium velle, & reuocare priorem voluntatem tanquam fibi nociuam, & damnofam, & foluere tantum forori paragium, & quòd hoc beneficiũ etiam ad hæredes tranfmittit, & fi illi competit, clarum eft, vt tranfmittat, eft enim receptior opinio, vt minor tranfmittat ad hæredes beneficium reftitutionis in integrum, vt poft alios probat Sfort. Odd. in tract. de reftit. in integrum par. 2. q. 80. cum pluribus feqq. & hæc opinio mihi magis placet, quia vt dicam infra q. 18. num. 20. fœminæ magis admittuutur ad fucceffionem per d. conftitutionem, quàm fecundum has confuetudines, & confequenter, fi ex difpofitione confuetudinum fuccedit mafculiatio; eò magis fuccedere debet fecundum d. conftitutionem.
3 Illud tamen notandum eft, † quòd, fi frater fit requifitus a fororibus ad conftituendum illis paragium, & non refpondeat, Iudex debet illi affignare terminũ congruum ad refpondendum, & vt declaret, fi velit effe hæres folus, & dare dotem de paragio fororibus, vel admittere forores ad fucceffionem, vt fcripfit Andr. loco cit. verf. quid fi requifitus, & verf. quid fi vult effe hæres. fol. 256. col.
4 2. nu. 70. vbi plus dicit, † quòd, fi frater acceptauit hæreditatem pro parte, non poteft pro alia parte repudiare, vt in eã admittat fororem ad fuccedendum, quia cogitur effe hæres in totum, qui poteft pro toto effe hæres, vel totum debet repudiare ex regula tex. in l. 1. l. cùm hæres, & l. qui ex duobus. ff. de acquir. hæred. & ideo vel in totũ fuccedit, vt mafculus cum onere dotandi fœminas, vel in totum excluditur, & in totum fœmi-
5 na fuccedit; † Verum hoc vltimum non admitterem in burgenfaticis, fed folùm procedit in feudis, vt etiam ipfe Andr. videtur hoc innuere ibid. in verb. quid fi frater. d. fol. 256. col. 2. fub nu. 60. quia feuda sũt indiuifibilia, & diuidi nequeũt, & ideo vel in totum debet effe hæres mafculus, vel fœmina: in burgenfaticis verò fecus eft, illa enim funt diuifibilia, & confequẽter eft in arbitrio fratris admittere fororem ad fuam portionem, tanquam fi effet mafculus, quia ad portionem fœminæ tantum admittitur mafculus fub conditione, fi velit illam dotare de paragio, aliàs illa mafculiatur, hoc eft, fuccedit ad illam portionem, ad quã fuccederet, fi effet mafculus, vt multoties replicatum eft, nec Andr. loco citato hoc negat; mafculiatio enim facit, vt fimul cum mafculis fuccedat, ad eius tamen portionem, vt mafculus, non autem ad exclufionem mafculorum.

SVMMARIVM.



Vlier, attento iure communi, committens ftuprum ante vigefimumquintum annũ, priuatur paragio, fecus fi poft. nu. 1. De iure confuetudinario procedit, fi ante decimumfextum annum illud committat. numero 2.

Mulier, nubens fine confenfu patris, vel fratris, an priuetur paragio? nu. n. 3.

Quid de æquitate canonica? nu. 4.

Frater tenetur quàmprimùm dotare fororem nubilis ætatis. nu. 5.

QVÆSTIO V.



1 Vintò quæro, † quid, fi mulier committat ftuprum, an tunc poffit priuari eius paragio, vel ftupro non obftante, debeat paragium habere, aliàs mafculietur? hæc quæftio duo habet capita. Primum eft fecundum ius commune, & alterum fecundum ius confuetudinarium. Primo cafu, fi fcelus illud commiferit mulier ante vigefimumquintum annũ, tunc priuatur paragio, fi poft vigefimumquintum annum, fecùs eft; quia tunc mafculis imputãdum eft, cur tandiu diftulerint fœminas maritare? imò in hoc cafu non poffet

tur extinctum legatum, sic scripsit Dyn. in l. Lucius. la prima, vbi etiam Bart. ff. de legat. 1. quod debet intelligi, si testator nesciuerit illam esse nuptam, & ita loquuntur prædicti DD. sed si sciuerit, illam esse nuptam, & legatum non reuocauit; tunc debetur legatum, quia per hanc scientiam nuptiarum, & non reuocationem legati, præsumitur testator primam dispositionem confirmare, sic scripsit Castren. consi. 254. lib. 1. & consi. 148. lib. 2. post ipsum Tiraquell. & alios Mantic. lib. 12. de coniect. vltim. volunt. tit. 1. nu. 13. quia semper legatum interpretari debet, ne reddatur caducũ. l. cogi, in princ. & l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. post Bald. & alios Peregrin. in tract.
11 de fideicom. art. 31. nu. 20. † & præcipuè in legato dotis, qđ solet interpretari ad pias causas, & præcipuè, quando relinquitur puellę pauperi, quãuis nobilis sit ex progenie, vt post Bart. Alex. & alios scripsit idem Mantic. lib. 6. de coniect.
12 vlti. volunt. tit. 3. nu. 26. 27. & 28. † Si tamen esset legatum factum pluribus puellis; v.g. si testator legasset dotem vni ex filiabus Ioannæ, & tunc licet Roman. in consi. 408. consuluit, vt legatum debeatur primæ natæ, nihilominus potius debetur primæ nuptæ, si contrarium non constet de voluntate testatoris, vt scripserunt Imol. consi. 113. quem sequitur Simon de Petr. de interpret. vlti. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 9. num. 14. Quæ omnia adnotare volui, quia concernunt materiam discussam in hac quæstione, & possunt etiam concernere materiam ipsarum consuetudinum, si modo desuper expresso legatum dotis fieret.

Illud postremò notandum est, quòd,
13 † si legatum annuum à testatore relinquatur, hæc annua præstatio debetur, quamuis per multos annos hæreditas non fuerit adita, nec testamentum sit apertum, nec interpellatio processerit, sic probat ex tex. in l. nec semel, vers. item Celsus. ff. quand. dies leg. ced. & alijs. Præs. de Franch. decis. 634. vbi sic refert
14 iudicatum in Sacro Consil. † quia hæc annua præstatio non petitur tanquam vsura, sed vt sors principalis, & ideò debetur sine interpellatione ex text. in l. libertis. §. manumissis, vbi Barto. ff. de
15 alimen. & cibar. legat. † Quæ quidem annua præstatio non ex bonis hæreditatis, sed ex fructibus illius soluenda est, & si hæres non soluat, tunc hæres hæredis soluere cogitur, vt scripsit Castren. consi. 16. in 3. dub. lib. 2. post alios Natt. consi. 323. quod procedit, si onera annua prædicta non sint tanta, vt omnes fructus absorbeant; tunc enim aliter fieret solutio, prout est hæres, & prout testator disponere potuit, vt post alios scripsit Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. sub nu 6. & nu. 7. Caualcan. in tract. de vsufruct. nu. 219. Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 4. nu. 24. in fin. & circa fructus bonorum subiectorum consuetudini. iam dixi supra par. 3. q. 6.

SVMMARIVM.



Asculiatio an locum habeat, secundum constit. Regn. in aliquibus. n. 1.

Minor, cuius culpa facta est masculiatio, an per restitutionem in integrum possit se pœnitere, & excludat sorores, & an hoc beneficium ad hæredes transmittat? nu. 2. & infra quæst. 8. num. 1.

Frater interpellatus ad dotandum, si nõ respondeat, datur ei tempus congruum à Iudice, vt respondere cogatur. nu. 3.

Hæres an possit aliquis esse pro parte, & pro parte non? num. 4. Et quid in feudis? nu. 5.

QVÆSTIO IV.



1 Vartò quæro, † num masculiatio locum habeat etiam de iure Regni, attenta, scilicet dispositione Constit. in aliquibus? Et opinionem negatiuam defendit Neapod. in d. consuet. si moriatur. fol. 104. num. 97. vbi concludit, vt solum detur ei actio ad petendum paragium, & nullo modo masculietur, & sic mora fratris non consideratur, nec attenditur secundum dictam constitu. in aliquibus, vt ibidem tenet Afflict. quem refert, & probat Colutius Coppula in addition. ad Neapod. d. fol. 104. in fin. in Apostill. incip. secundum constitutionem Regni, & tenet idem Afflict. decis. 159. & nouissimè Reg. de Pont. iddem probat in tract. de potestat. Proreg. tit. 9. de success. mulier. in princ. nu. 14.

nu. 14. Verùm Andr. in d. constit. in aliquibus . vers. ergo mortuo patre. mihi in nouis fol.255.col.1.n.60. contrarium tenet, vt fiat masculiatio, & ita fuit iudicatum in Sacro Consil. in causa Visagiæ Longhæ, & litis consortium cõtra Thomam Rubeum de anno 1554.die 6.Octobris, vt refert Salern.ad Neapod. d. fol. 104. in addit. incip. quod hic dicitur, & hoc iddem probat ipsemet Afflict. in decis.379.in 1.dub. vbi plus dicit, vt in ma-
2 iori semper hoc sit verum, † & in minore tantum hoc limitetur, quia hic, si propter eius negligentiam admisit sororem ad partem, potest per restitutionem in integrum contrarium velle, & reuocare priorem voluntatem tanquam sibi nociuam, & damnosam, & soluere tantum sorori paragium, & quòd hoc beneficiũ etiam ad hæredes transmittit, & si illi competit, clarum est, vt transmittat, est enim receptior opinio, vt minor transmittat ad hæredes beneficium restitutionis in integrum, vt post alios probat Sfort.Odd. in tract.de restit.in integrum par.2.q.80.cum plurib.seqq. & hæc opinio mihi magis placet, quia vt dicam infra q. 18. num. 20. fœminæ magis admittuntur ad successionem per d. constitutionem, quàm secundum has consuetudines, & consequenter, si ex dispositione consuetudinum succedit masculiatio; eò magis succedere debet secundum d. constitutionem.
3 Illud tamen notandum est, † quòd, si frater sit requisitus a sororibus ad constituendum illis paragium, & non respondeat, Iudex debet illi assignare terminũ congruum ad respondendum, & vt declaret, si velit esse hæres solus, & dare dotem de paragio sororibus, vel admittere sorores ad successionem, vt scripsit Andr.loco cit.vers.quid si requisitus, & vers.quid si vult esse hæres. fol. 256. col.
4 2. nu. 70. vbi plus dicit, † quòd, si frater acceptauit hæreditatem pro parte, non potest pro alia parte repudiare, vt in eã admittat sororem ad succedendum, quia cogitur esse hæres in totum, qui potest pro toto esse hæres, vel totum debet repudiare ex regula tex. in l. 1. l. cùm hæres, & l. qui ex duobus. ff. de acquir. hæred. & ideo vel in totũ succedit, vt masculus cum onere dotandi fœminas, vel in totum excluditur, & in totum fœmi-
5 na succedit; † Verum hoc vltimum non admitterem in burgensaticis, sed solum procedit in feudis, vt etiam ipse Andr. videtur hoc innuere ibid. in verb. quid si frater.d.fol.256. col. 2. sub nu.60. quia feuda sũt indiuisibilia, & diuidi nequeũt, & ideo vel in totum debet esse hæres masculus, vel fœmina: in burgensaticis verò secus est, illa enim sunt diuisibilia, & consequẽter est in arbitrio fratris admittere sororem ad suam portionem, tanquam si esset masculus, quia ad portionem fœminæ tantum admittitur masculus sub conditione, si velit illam dotare de paragio, aliàs illa masculiatur, hoc est, succedit ad illam portionem, ad quã succederet, si esset masculus, vt multoties replicatum est, nec Andr. loco citato hoc negat; masculiatio enim facit, vt simul cum masculis succedat, ad eius tamen portionem, vt masculus, non autem ad exclusionem masculorum.

SVMMARIVM.



Vlier, attento iure communi, committens stuprum ante vigesimumquintum annũ, priuatur paragio , secus si post. nu. 1. De iure consuetudinario procedit, si ante decimumsextum annum illud committat. numero 2.

Mulier, nubens sine consensu patris, vel fratris, an priuetur paragio? num.3.

Quid de æquitate canonica? nu.4.

Frater tenetur quàmprimùm dotare sororem nubilis ætatis. nu. 5.

QVÆSTIO V.



1 Vintò quæro, † quid, si mulier committat stuprum , an tunc possit priuari eius paragio, vel stupro non obstante, debeat paragium habere, aliàs masculietur? hæc quæstio duo habet capita. Primum est secundum ius commune, & alterum secundum ius consuetudinarium. Primo casu, si scelus illud commiserit mulier ante vigesimumquintum annũ, tunc priuatur paragio, si post vigesimumquintum annum, secùs est; quia tunc masculis imputãdum est, cur tandiu distulerint fœminas maritare? imò in hoc casu non posset

possent pater filiam exhæredare, quoniã culpa patris non debet imputari filiæ, quæ in illa ætate vix resistit contra feruorem naturæ, sic determinauit Imperator in §. causas, vbi omnes. Auth. vt cum de appell. cognosc. & hoc procedit etiã pro foro conscientiæ, & in foro canonico, vt scripsere Hostien. Ioan. Andr. Abb. & alij in c. 1. de desponsat. impuber. & post alios Sanchez in 1. par. de matrim. lib. 4. disput. 24. nu. 3. Sint igitur cauti masculi, vt tempore congruo fœminas maritent.

2 In secundo casu, attento iure consuetudinario, tunc tempus abbreuiatum est, nẽpe ad 16. annum, & ideò si mulier ante hoc tempus stuprum cõmittat, priuatur paragio, & digna est exhæredatione; si post illud tempus peccauit in corpus suũ, ex ratione assignata nu. 1. sic scripsit Neapod. in consuet. in omnibus, sub nu. 76. vers. intellige hodie. fol. 225. ad quem se remittit Præs. de Franch. in d. cõsuet. si moriatur, in verb. differentibus fol. 92. in addit. incip. Si pater differt, & hoc notissimum est; nam solùm consuetudines propter maiorem malitiam, qua pollent fœminæ in hac Ciuitate, voluerunt abbreuiare tempus, & in reliquis remanet dispositio Iuris communis.

3 Verum, † si mulier nuberet sine consensu patris, vel fratris, sed non peccauit in corpus suum, & tunc si nupsit cum condigno suæ conditionis, masculi conqueri non possunt, & consequenter non est digna, vt priuetur paragio, nec vt à patre exhæredetur: si vero nupsit viro indigno, & tunc si adesset culpa patris, vel fratris, idem dicendum est, quod de stupro commisso, sic etiam si non adesset eorum culpa: nam ibi determinata, hic etiam vigent: eò magis quia minus dedecus est familiæ, vt mulier illa ducat virũ indignum, quàm vt peccet in corpus suum. Bene verum est, quòd, licèt secundum Ius ciuile, si masculorum non adsit culpa, deberet, & paragio, & portione

6 priuari, † tamen de æquitate canonica debet habere congruam dotem, quæ illi sufficiat alimentorum loco, & hæc sententia est probabilior, & communior, vt scripsit Felin. in c. ecclesia. nu. 15. de constitutio. post Nauarr. & alios innumeros hoc idem probat Sanchez d. disput. 24. nu. 2. & quamuis multi contrarium teneant, quos citat nu. 1. Nihilominus nu. 5. & seq. eorum argumenta soluit.

Vt prædicta omnia, & maiora mala

5 euitentur, † debet frater quàmprimum potest collocare sorores in matrimonio, & præcipuè si tempore mortis patris essent in ætate sexdecim annorum, vt consulit Neapod. in d. consuet. si moriatur, & not. etiam Præs. de Franch. decis. 500. præcipuè nu. 3. & si frater in hoc fuerit negligens sint vigilantes sorores, vt fratrem interpellent ad hoc, vt, elapso tempore assignato per Iudicem fratri, masculientur, & tanquam masculi succedant; & si ipsæ non possunt huiusmodi interpellationem facere, illam procurẽt fieri per interpositam personam, vt constito de mora, sit clarè facta masculiatio.

SVMMARIVM.



Masculiatio nunquam fit sine masculorum culpa. nu. 1. Qua ratione sit introducta. nu. 5. 6. & 8.

Absentia quando necessaria sit, Iudicis arbitrio relinquitur. nu. 2. Plures absentiæ species reperiuntur, & recensentur. nu. 3.

Minor si culpa Iudicis maior effectus, non potuit obtinere restitutionem in integrum, etiam factus maior illam habet. nu. 4.

Reipub. interest Ciuitatem replere liberis hominibus. n. 7.

Occasio delinquendi tolli debet semper cùm fieri potest. nu. 6.

Fœmina sub conditione excluditur à successione per masculos, si de paragio dotatur. nu. 8. & infra q. 16. nu. 14. & seqq. & q. 18. nu. 28.

QVÆSTIO VI.



Extò quæro, quid si masculi tractatum habeãt de collocando fœminas in matrimonium, interim labatur tempus decimisexti anni, & præcesserit interpellatio, an fœminæ masculientur? Et respondeo

1 negatiuè, † quia nunquam masculiatio sequitur sine culpa masculorum, quæ culpa hic abesse præsumitur, sic scripsit Neapod. in d. consuet. si moriatur, in verb. differentibus. nu. 46. fol. 92. & ratio est patens, quia masculiatio in odium fratris,

fratris, & ob eius negligentiam introducta est, quæ omnia hic cessant, vt supponimus, iddem subdit Neapod. ibid. num. 47. quem omnes sequuntur, si esset absentia necessaria, & debet probari causa
2 necessitatis, † & consequenter arbitrio Iudicis relinquitur, quæ sit causa necessaria absentiæ; nam in dubio præsumitur se absentare, ne dotes soluat, vt not. Neapod. loco cit si interpellatio præcessit, & non sit iusta causa absentandi, sed sine alia coniectura, nunquam præsumitur, vt malitiosè se absentauerit ex tex. in l. si eum seruum. §. si quis seruum. ff. de fidei-
3 com. libert. quē ibi citat Neapod. † Absentiæ autem causæ plures necessariæ præsumuntur, prima dicitur, si esset absens causa Reipub. vt quia propter eius negotia absens esset. Secundò si ex causa voti, nempe vt votum adimpleat. Tertiò causa studij, & alijs pluribus modis, vt not. ibid. Afflict. in addit. incip. absentiæ quinque sunt genera, & etiam in decis. 289. nu. 37. & post alios Mascard. in tracta. de probat. conclus. 5. eum seqq. vbi etiam, qualiter præsumatur, & probetur absentia tradit.

4 Hinc etiam dicimus, † quòd, si minor petijsset restitutionem in integrum, & culpa Iudicis, quia causam non expediuit, vel culpa partis ob dilationes datas, causa determinari non potuit, & sic lapsum esset tempus minoris ætatis, tunc etiam maior effectus hoc beneficium habet. vt habetur in l. si intra vtile. ff. de minorib. Afflict. idem tradit decis. 210. & ex pluribus nouissimè hoc probat Sfort. Odd. in tract. de rest. in integr. par. 1. q. 5. 6. & 7. itaque semper culpa inspicitur, si tempus, appositum in beneficium alterius, eius culpa labatur, vel non; quæ culpa dum in casu nostro non adest, non potest sequi masculiatio.

5 Confirmatur etiam, † quia masculiatio est introducta ob plures causas, & primò ratione honestatis, ne scilicet mulier, stante lapsu temporis, peccaret in corpus suum, & consequenter, vt tollatur infortunium mulieris, voluit lex, vt, stante lapsu temporis, dicatur peccasse culpa eius, qui illam distulit maritare. l. 2. & Authen. sed si post. C. de inoff. testa. §. si Prætor. vers. si aliquis ex prædictis parentibus. Authen. vt cum de appellatione cognosc. cum alijs cumulatis quæ-
6 stio. præced. & consequenter voluit, † vt semper cùm fieri potest, tollatur delinquendi occasio, iuxta tex. in l. æquissimum. vbi notata. ff. de vsufruct. glos. in c. 1. in verb. adimetur, de vsur. in 6. Sed nunc culpa fratris non præsumitur adesse, igitur potius per infortunium mulieris præsumitur euenire, ne frater illi virum inueniat.

7 Secunda ratio est publica vtilitas, quia interest Reipub. ciuitatem repleri liberis hominibus, iuxta tex. in l. 1. vbi notata. ff. solut. matrim. Neapod. in consuet. si qua mulier habens. nu. 4. ad quem se remittit Gaspar de Leo in d. consuet. si moriatur. nu. 42. in addit. incip. Quænam sit ratio. fol. 91. & de his duabus rationibus, ob quas masculiatio fuit introducta meminit Præs. de Franch. in decis. 412. vers. rationes autem, & ideò dum fratres tractant maritare sorores, non dicitur stare per ipsos, vt hæc causa adimpleatur, & consequenter sine eius culpa nequit fieri masculiatio. Tertia denique ratio addi
8 potest, † nempe quòd tam masculi, quàm fœminæ vocantur ad successionem parentum, masculi tamen vocantur cum conditione exclusiua fœminarum, dummodo illas dotent de paragio, vt sæpe replicatum est, & tunc paragium transfunditur in Ius successionis, vt dixi infra quæst. 18. nu. 10. quo fit, vt differentibus masculis hoc adimplere, in eorum pœnã introducta sit masculiatio, & hanc rationem tradidit Afflict. in decis. 370. nu. 9. & seqq. & proinde sine culpa masculorum nulla ex his rationibus in hoc casu locũ habere potest, vt fiat masculiatio.

SVMMARIVM.



Frater secundum ius Regni, etiam facta masculiatione, potest soluere paragium sorori. nu. 1. Non habet locum, si declarauit, se nolle paragium soluere. nu. 9. Quid de iure consuetudinario, an si semel sit secuta masculiatio, admittatur frater ad soluendum paragium? num. 2.

Pœnam semel incursam non potest aliquis euadere. nu. 3. Est introducta ad hominum emendationem, & vnius pœna debet esse metus multorum. nu. 6.

Pœnitentia patrati sceleris delet peccatum quoad Deum, non autem in foro exte-

exteriori. num. 4.
Pace facta, etiam reconciliatione secuta, debetur pœna promissa. nu. 5.
Masculiatio secuta, qua ratione sorores auocent earum portiones à fratribus. nu. 7. & 8.
Beneficium prælationis masculorum in successione non datur eis inuitis. numero 10.

QVÆSTIO VII.

1 Septimò quæro; si frater fuisset in mora maritandi sorores, an possit purgare morã. & soluendo paragium sororibus, excludere illas à successione, non obstante masculiatione secuta? Hæc quæstio potest agitari secundum constitutionem Regni in aliquibus, & secundum has consuetudines, Primo casu opinionem affirmatiuam in beneficium fratris, vt semper possit moram purgare, tenuit Afflict. decis. 159. & decis. 330. cum quo ibid. transeunt omnes eius addentes, & sic potest procedere opinio relata supra q. 4. nu. 1. in princ. vt de iure Regni non habeat locum masculiatio, nempe quia semper frater potest purgare moram, & soluere paragiũ sororibus, vt etiam docet Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in titu. de suc-
2 cess. mulier. num. 14. † In secundo casu secundum ius consuetudinarium, & tunc non datur purgatio moræ, adeò vt semel secuta interpellatione, admittatur fœmina ad suam portionem tanquam si masculus esset. Reg. de Ponte loco cit. & ratio diuersitatis inter vnum, & alterum casum esse potest, quia masculiatio secundum terminos dictæ constitutionis non est expressè ab eadem introducta, sed venit ex prudentum interpretatione, eo modo, & forma, vt dicam nu. 9. Sed per hoc ius consuetudinarium est expressè introducta masculiatio in pœnam masculorum, differentium dotare fœminas de paragio, vt habetur in d. consuet. si moriatur, in verb. differentibus, vbi omnes & multoties hoc replicatum est supe-
3 rius, † Sed pœnam incursam semel non potest quis euadere ex post facto, quia ex parte sua consumatum est delictum, & sic incurrit in pœnam, & non est in
4 eius potestate facere contrarium; † nam, licet detur pœnitentia post delictum commissum, illa pœnitentia nõ excusat à pęna in foro exteriori. vt post alios ꝓbat nouissimè Facchin. lib. 9. cõtrouer. iur. c. 87. vers. nam malefici, & præcipuè procedit, quando est pœna pecuniaria, quæ applicatur parti offensæ in satisfactionẽ suæ iniuriæ, vt latissimè scripsit Thesau. decis. 266. vt alios omittam. Prodest igitur solùm pœnitentia in foro interiori quoàd Deum, nempè quoàd remissionẽ culpæ, & sic ad pœnam æternam euitandam, vt in l. qui sanctam, vbi glo. in verb. errantibus. C. de apostat. Sed in casu nostro est pœna pecuniaria, vt sumus in foro exteriori, & consequenter masculiatione semel secuta, non datur amplius purgatio moræ, & vltra relatos num. 1. hoc iddem probat Regens de Ponte consi. 50.
5 Hinc etiam dicunt DD. † quòd si esset facta pax inter duos, pacto adiecto, vt si pax frangatur, nomine pœnæ soluatur certa pecuniarum quantitas alicui Ecclesiæ, si illa pax rumperetur, licet deinde sequatur reconciliatio inter partes, tamen quia pœna commissa est, & acquisitum est ius tertio, nempe Ecclesiæ, debetur illi pœna commissa, sic scripsit Felin. in cap. vergentis. nume. 1. in fin. extra de hæretic. post eum Cagno. Angel. Imol. & alios iddem scripsit Surd. in decis. 194. nu. 33. quod euenit præcipuè in emendatione hominum, vt discant simi-
6 lia facinora non committere, † & ideò pœnæ introductæ sunt ad hominum emendationem, & correctionem, vt in l. si pęna. ff. de pœn. Facchin. d. lib. 9. cap. 38. circa fin. & vt hominum emendatio sequatur, voluit lex, vt pęna vnius sit metus multorum vulg. tex. in l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.

Illud notandum est, quòd dum mortuò patre, portiones sororum accrescũt fratribus per ius accrescendi, vt habetur in d. consuet. si moriatur, in verb. accrescunt: vbi Neapod nu. 7. & dixi infra q.
7 18. nu. 8. & seqq. † dum postea sorores masculiantur, reuocant à fratribus dictas portiones per petitionem hæreditatis, vt habetur in l. regulariter. ff. de pe-
8 tit. hæred. Neapod. loco cit. vbi alij. † Et ratio est, quia portiones prædictæ non fuerunt irreuocabiliter acquisitæ fratribus, sed potius manent in suspenso, si sequatur dotatio, prout dicimus, quan-

do

do masculi moriuntur, tunc succedit fœ-
mina ab intestato tanquam hæres ano-
mala, vt post Bal. & Angel. scripsit Gabr.
in consi. 7. num. 11. vol. 2. vbi plus dicit,
quòd licèt portiones essent acquisitæ
fratribus, tunc statutum, & consuetudi-
nes auferunt à masculis, & eorum hære-
dibus illam hæreditatem, & fœminis tri-
buunt in pœnam masculorum.
9 Postremò aduertendum est, † vt tunc
detur purgatio moræ secundum termi-
nos constitutionis Regni, quoties frater
solùm differret maritare sorores, nec
alium actum positiuum faceret in con-
trarium; sed si expresè dixerit; se nolle
sororem maritare; & iam interpellatus
esset ad dotandum, & soror declarasset,
se velle succedere, tunc frater non pote-
rit amplius purgare moram, sed est in fa-
cultate sororis, vt succedat tanquam ma
10 sculus, & ratio est manifesta; † quia dum
etiam constitutio illa est introducta in
beneficium masculorum, vt habeant hoc
beneficium prælationis, si velint dotare
fœminas de paragio, hoc beneficium est
ad instar aliorum, vt non conferatur in-
uito, vt ex multis declarat Andr. in d.
constit. in aliquibus, in verb. est enim fa-
cta hæc lex. vers. si ergo. fol. mihi in no-
uis. 255. col. 1. nu. 60. & hoc modo intel-
liguntur decisio Sacri Consilij, & autho-
ritates relatæ supra q. 4. nu. 1. vt etiam
secundum Ius Regni fiat masculiatio, &
successiuè hoc modo concordari pos-
sunt opiniones illæ, quæ inter se viden-
tur dissentire.

SVMMARIVM.



Inor transmittit ad maiores beneficiũ restitutionis in integrum. nu. 1. Succedens maiori an iuuetur restitutione in integrũ num. 2.

Restitutio in integrũ competẽs minori, an iuuet maioribus? nu. 4. Quid in masculiatione. nu. 3.

Appellatio obtenta ab vno prodest omnibus litis consortibus, etiam inuito appellante. nu. 5.

Paragium debetur in pecunia. nu. 7.

Causa si est diuidua, vnus non iuuatur beneficio alterius. nu. 6.

Soror masculiata admittitur ad portionem. num. 8.

Vna res an possit diuerso iure censeri. num. 9.

Dotis causa an sit diuidua, vel indiuidua? nu. 10. An dos ipsa possit exigi ab vno ex pluribus hæredibus? nu. 11.

QVÆSTIO VIII.



Ctauò quæro, quia supr.
quæst. 4. dictum est, ma-
sculiationem non pro-
cedere contra minorẽ,
& quòd minor hoc be-
neficium etiam ad hæ-
redes transmittit, quod est commune di-
1 ctum, † vt minor transmittat etiam ad
maiores beneficium restitutionis in in-
tegrum sibi competens, siue sit successor
vniuersalis, siue sit particularis, ille, qui
minori succedit, vt habetur in l. non so-
lùm, vbi glo. Barto. & omnes. ff. de in in-
tegr. restit. l. 1. C. si aduersus dotem. post
Bart. Alberic. & alios iddem scripsit no-
uissimè Sfort. Odd. in tract. de restit. in
integr. q. 50. tota, & aliqua etiam ponit
Surd. in decis. 138. num. 10. quamuis hoc
2 non procedat è contra; † nam minor
succedens maiori, non vtitur priuilegio
ipsi minori competenti, nisi cum eodem
minore aliquis actus gestus esset, vt ha-
betur in l. cum filius. §. in hac stipulatio-
ne. ff. de verb. oblig. vbi Barto. & Angel.
nu. 1. Afflict. decis 212. Thesaur. decisio.
103. tota. Bursat. consi. 417. nu. 16. cum
3 seqq. vol. 4. An, inquam, † fratres maio-
res iuuentur hoc beneficio purgandi mo
ram, quod ipsi minori competit contra
masculiationem, & licèt Afflict. decisio.
370. sub nu. 10. teneat opinionem nega-
tiuam, & sic contra fratres maiores, ni-
hilominus contraria sententia mihi pro-
batur, quam expresè defendit Bucin. in
d. consuet. si moriatur, sub num. 42. fol.
91. in addit. incip. Ad hanc consuetudi-
nem. vers. sed quid si sunt plures fratres
maiores, & minores, & ad hoc probãdũ
allegat tex. in l. si communem. ff. quem-
admodum seruitus amittatur, qui tex.
hoc expresè videtur probare.

Sed expressiùs hoc probatur ex regu-
la communi, qua sancitur, vt beneficiũ
restitutionis in integrum, competens mi
nori, prosit etiam maioribus, vt est tex.
expressus in l. si iudex circunuento. ff.
de minorib. Vrsill. in addit. ad Afflict. de-

cif 89. Iaſ. in §. fuerat.nu. 83. inſtit.de actіon.& faciunt dicta ſupra nu.1.dum hoc priuilegium etiam ad hæredes maiores tranſmittit, igitur eò magis eo iuuantur beneficio,qui ſimul cum ipſo minore ex maſculiatione læſi ſunt.

4 Confirmatur à fortiori,† quia, ſi lata eſſet ſnia contra plures litis conſortes, & vnus ex eis ab illa ſententia appellaſſet, vtique appellatio omnibus prodeſt, adeò vt ille talis non poſſit renunciare appellationi, in præiuditium litis conſortium, quibus eſt ius quæſitum per illā appellationem, ſic ſcripſit Crauet.conſi. 80.Nobilis Aloyſia.nu.10.poſt ipſum,& Tiraquell.ſic ſcripſit Vrſill. deciſio. 173. nu.4.& eſt tex.in l.1.C.ſi vnus ex plurib. appellauer.& in cap. 1. de appellat.in 6. hoc iddem probant Carauit.in pragmat. 1.in §.14.nu.15.cum ſeqq.de Senat. Conſult. Macedon. Reg. de Ponte conſi. 6. nu.7. cum ſeqq. Surd. qui alios cumulat in deciſ.143.nu.4. & in tracta.de alimen. tit.9.q.14.nu.2.cum ſeqq.vnde à maioritate rationis procedere debet in caſu noſtro,quia appellatio eſt actus iudiciarius, & in actibus iudiciarijs fit arctiſſima interpretatio, ſed reſtitutio eſt beneficiū, in quibus fit latiſſima interpretatio, vt ſunt communia axiomata;& quando termini eſſent pares, ſicut procedit in appellatione, ita etiam procedere debet in reſtitutione in integrum.

6 Nec obſtat,† vt multi teneant,vt hoc locum habeat,quando cauſa eſſet indiuidua,vt tunc maior iuuetur beneficio minoris,vt ſcripſit glo.in l. 1.in verb.patrocinari.C.ſi in commun. eadem q. cauſ. in integr.reſtit.poſtul.vbi etiam Salycet.& Bald. & ita dicunt procedere tex. in d.l. ſi communem.ff.quemadm.ſeruit.amitt. & poſt Afflict.& alios Surd. d.q. 14.de

7 alimen.nu.1.& ſeqq.† Sed nunc præſtatio paragij eſt diuidua,quia debetur in pecunia, vt ſcripſit Neapodan. in conſuet.ſi quis,vel ſi qua.nu.23. & ſeqq. quæ præſtatio in pecunia diuidua eſt, vt ex doctrina Bart.in l.4.§.Cato.ff. de verbo. oblig. notat Salycet. in l. pro hæreditarijs.nu.3. C.de hæreditar.action. cum alijs cumulatis per Menoch.lib. 2. de arbitr. Iudic. caſ. 223. & ſucceſſiuè, ſi omnes ſunt patris hæredes, & omnes ad paragium ſororis tenentur, vnuſquiſque tenetur pro portione hæreditaria, & ideò vnus non iuuatur beneficio alterius,tan-

8 tò magis,† quia ad conſequendum paragium datur ſorori conditio ex conſuetudine,quę conditio perſonalis eſt,vt eſt omnis conditio ex lege, iuxta tex. in l.actionem.ff.de action.& obligat. Alexan. conſi.92.vol.1.Afflict.deciſ.139. & 162. & conſequenter contra quemlibet ex fratribus datur conditio ad petendum paragium iuxta portiones hæreditarias. Siquidem reſpondetur, quòd, licèt prædicta vera ſint,quando dos exigitur in pecunia,non poſſunt tamen procedere in caſu noſtro, quia ſi ſoror habilitatur ad ſucceſſionem virtute maſculiationis, non eſt habilitata ad pecuniam, ſed ad portionem, vt in l.maximum vitium. C. de liber.præter.& l. cùm inter. C. famil.

9 hercif. † & conſequenter non debet vna cauſa,& res diuerſo iure cenſeri, vt debeatur partim in pecunia, & partim in corpore: Quamuis non ignoro diuerſis reſpectibus poſſe diuerſo iure cenſeri. l. miles.§.pro parte.ff de legat.2.Surd.deciſ.266.num. 8. tum quia hæc eſt vnica præſtatio,& ſufficit ipſi fœminæ dari dotem de paragio, & culpa forſitan eſſet minoris,ideo beneficio prędicto debent etiam maiores adiuuari; poteſt etiam

10 addi alia ratio, quia materia dotis dici poteſt indiuidua, & habetur, ac ſi cauſa indiuidua eſſet,nam licèt hæredes ad debita defuncti teneantur pro portionibus hæreditariis,vt in argumento de ductum eſt; hoc tamen non procedit fauore do-

11 tis,† nam dos poteſt etiam ab vno ex hæredibus in ſolidum exigi,vt in l.cùm ab vno.ff.de legat.ſecundo. Afflict. deciſ. 332.nu.2. & habetur etiam in l. ſi poſſeſſor. ff. de rei vendica. & poſt alios Cornazan. deciſ.35.num.6. & conſequenter hac ratione iudicatur cauſa indiuidua: quo caſu in omni opinione, maior iuuatur beneficio reſtitutionis in integrum, quod minori competit, & ita iuris eſſe mihi videtur.

SVMMARIVM.



Oror maſculiata ſuccedit etiā in bonis trāſuerſalium.nu.1. & 7. ſecundum ius commune ſuccedit tranſuerſalibus,ſub nu.2. poſſidens bona paterna, an præſumatur intruſa,vel maſculiatai nu.8.

Tex.

Tex. in confuet. quod autem, in verb. prędicta. declaratur. nu. 3.
Titulum ſuæ poſſeſſionis ſemper quis cogitur oſtendere, ſi ius reſiſtit in poſſidědo. nu. 9.
Maſculiatio quibus noceat perſonis. nu. 10. Quid ſit. nu. 2.
Conſuetudo ex paritate rationis extenditur de caſu ad caſum, & ad perſonas in ſimili ratione verſantes. nu. 4. Recipit interpretationem fauorabilem. num. 5.
Filij nati ex ſorore maſculiata an ſuccedant tanquam filij nati ex maſculis? num. 7.
Conditio vnius non debet fieri deterior per conditionem alterius. nu. 11.

QVÆSTIO IX.

1 Nono quæro, † an ſoror maſculiata non ſolùm in bonis paternis, ſed etiam in bonis collateralium, ad inſtar maſculi ſuccedat? Et reſpondeo affirmatiuè, & ita determinauit Sacrum Conſilium dum caſus accidit, ſic refert Afflict. d. deciſ. 370. nu. 10. in verbo, Sed hic incidit quæſtio, & dicit fuiſſe ſic determinatum ex doctrina Neapod. in conſuet. ſi moriatur, in verb filij, & melius in conſuet. quod autem, in verb. parentum. nu. 302. fol. 159. vbi Afflict. Ant. de Alex. Frecc. & alij, & tenent etiam addentes ad ipſum Afflict. in deciſio. 159. vt alios
2 omittam. Et ratio eſt, † quia maſculiatio aliud non eſt, quàm habilitatio fœminarum ad ſuccedendum ſecundum Ius cōmune, ac ſi conſuetudo non adeſſet in contrarium, ſed ſecundum ius commune fœmina non ſolum parentibus, ſed etiam tranſuerſalibus ſuccedit vnà cum maſculis, vt in l. maximum vitium. C. de liber. præter. vbi omnes, Authen. poſt fratres. C. de legit. hæredib. §. 1. Authen. de hæredib. ab inteſt. venien. & hoc omnes ſciunt. Cum igitur per maſculiationem ſublatum ſit impedimentum Iuris conſuetudinarij, remanet diſpoſitio iuris communis, & ſecundum hoc ius etiā in bonis tranſuerſalium ſuccedit.
3 Nec obſtat, † quòd in d. conſuet. quod autem, in verb. prędicta dicatur, vt ſoror maſculiata ſit eiuſdem cōditionis quòad prædicta, ac ſi eſſet maſculus, ſed prius locuta eſt conſuetudo de bonis parentum; cum ergo conſuetudo habilitat fœminam quòad prædicta intelligi debeat quòad prædicta bona parentum, non autem quòad bona tranſuerſalium: Nam reſpondetur dupliciter, & Primò ex verbis ſequentibus eiuſdem conſuetudinis, dum ſubdit, vt filij, deſcendentes ex maſculiata, habeantur tanquam nati ex maſculis, ſed iſti ſuccedunt in omnibus bonis etiam tranſuerſalium, igitur & eorū mater. Secundò, quia in conſuet. ſi moriatur. §. eas autem. dicitur, vt de bonis paternis, & maternis portionem petant tanquam alij deſcendentes, & ſic non ponit differentiam ſexus, & quando perſiſteremus in cortice verborum, cum illa dictio, prædicta, referatur ad omnia præcedentia (ſic enim dictio illa declaratur, & interpretatur) ſine dubio refertur ad omnes conſuetudines præcedentes; ſed conſuet. ſi quis, vel ſi qua. Expreſsè loquitur de ſucceſſione tranſuerſalium, igitur maſculiata ad prædicta etiam ad bona tranſuerſaliū maſculiata eſt, & attenta hac interpretatione tollitur omne dubium.
4 Non omittimus dicere, † quod, licèt conſuetudo ſit ſtricti iuris, nihilominus ex paritate rationis extenditur de caſu ad caſum, & ad perſonas in ſimili ratione verſantes, vt ex pluribus probauit Natt. in conſi. 98. num. 13. & 23. & poſt alios Surd. in deciſ. 139. nu. 8. & quamuis multoties replicatum ſit, vt conſuetudo debeat habere locum in caſu ſuo tãtum, & ad alios non extendatur etiam ex maioritate rationis, nihilominus etiam
5 diximus, † vt conſuetudo recipiat interpretationes, ẽt à iure communi, vel ſaltem à ſe ipſa, ſi receſſit à iure communi, vt præcipuè dictum eſt par. 1. cap. 5. nu. 27. & ſeqq, & licèt non recipiat omnem interpretationem, tamen recipit interpretationem fauorabilem, vt poſt alios probat Præſ. de Franch. deciſ. 489. nu. 8. & præcipuè ſit, quando ſequeretur aliquod abſurdum, vel ne mererentur ſtatuentes à ſapientibus reprehendi, iuxta tex. in l. Saluius Ariſto ff. de legat. præſtan. cum alijs traditis per Crauet. conſi. 3. num. 23. & alibi, & poſt alios Sur d. de.
6 ciſ. 43. nu. 11. † At nunc interpretatio fauorabilis eſt circa ſucceſſionem, iumus in perſonis in eadem ratione verſantibus, quia omnes iudicantur maſculi, &

fecundum ius commune, vt mafculi fuccedant, & etiã fœminæ, ftatuentes mererentur reprehendi, ne mafculiatio effet refpectu certorum bonorum, & non quoad omnia, & confequenter fœminæ ipfæ quoad omnia bona fuccedunt; & controuerfia fubfiftens adeffe nequit, dum prædicta confuet. quod autem, fe refert ad d. confuet. fi quis, vel fi qua, quę loquitur de fucceffione tranfuerfalium, vt dictum eft nu. 3.

7 Quòd autem diximus, † vt filij ex forore mafculiata habeantur tanquam nati ex mafculis, procedit, fi nafcantur ex vera mafculiata, vt eft illa, quæ admiffa eft ad portionem ante dotationem; fed fi primò effet dotata, & poftea per fratrem admiffa effet ad fucceffionem, fecùs effet; nam foror eo ipfo, quòd dotata eft, efficitur extranea, & filij ex ea nati, non poffunt dici nati ex mafculis, ita fcripfit Anton. de Alexan. in d. confuet. quod autem, in verb. habuiffet. nu. 301. fol. 158. in Apoftill. incip. Hic loquitur de forore inclufa, vbi Pifanell. in addit. incip. Tu aduerte, ita dicit effe iudicatũ in caufa nonnullorum nobilium de familia de Anna; & quia illa caufa pendebat de facto in Sacro Confil. idcirco Ant. de Alex. in d. apoftilla. hoc cogitandum reliquit, & de prædicta apoftilla Antonij de Alex. meminit ad hoc propofitum Præf. de Franch. in decif. 402. col. fin. verf. hinc fumpta occafione, & videtur ratio manifefta, quia femel fuit in poteftate fratris vel dotare, vel admittere fororem ad portionem; cùm dotauit, fublata eft electio admittendi ad fucceffionem, & per dotationem foror effecta eft extranea, vt dictum eft, & acquifitum eft ius alijs mafculis.

Plus dicit Præf. de Franch. in allega. decif. 412. in fin. fuiffe decifum in Sacro
8 Confil. † quòd fi mulier reperiatur in poffeffione bonorum patris, nec appareat de mafculiatione, nec de admiffione ad partem, quòd in dubio potius præfumitur intrufa, quàm vt dicta bona legitimè poffideant, quia dum per confuetudinem folùm ad paragium admittitur; & à fucceffione excluditur, tenetur oftendere titulum, qualiter in poffeffione illo-
9 rum bonorum reperiatur; † fęper enim, vt alicui obftat Iuris difpofitio in poffeffione bonorum, tenetur oftendere titulum fuæ poffeffionis, quod exprefsè tradiderunt in feudis. Andr. in c. imperialẽ. §. illud, de prohib. feud. alien. per Federic. Bart. in l. 1. C. de conductorib. lib. 10. Hoftienf. Ioan. Andr. & alij in c. nimis, de iur. iuran. tradunt etiam Ciuiliftæ in l. placet. C. de facrof. ecclef. & poft alios Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 52. nu. 136. cum feqq. Reg. de Pont. in tract. de poteft. Proreg tit. de regalib. impofit. §. 6. nu. 37. & 38. vbi hoc dicunt effe femper, vt ius refiftit alicui in poffeffione bonorum, quæ poffidet, quod fecus eft regulariter in burgenfaticis, ex tex. in l. cogi. ff de peti. hæred.

10 Illud autem, quod diximus, † vt mafculiata fuccedat etiam tranfuerfalibus, non procedit refpectu omnium, fed folùm in præiudicium illius, cuius culpa facta eft mafculiatio; vt legi poteft penes citatos Authores, & hoc fumma ratione, quia dum mafculiatio fuccedit in pęnam nolentium maritare fœminas, vt fæpe replicatum eft, pœna non tranfgreditur fuos authores. l. fancimus. C. de pœn. Quod axioma eft commune, & in omni
11 pœna procedit, † tum etiam, quia conditio vnius non debet fieri deterior per conditionem alterius. vulg. tex. in l. non debet. ff. de regul. iur. & proinde in præiuditium fratris tantum, cuius culpa facta eft mafculiatio, non autem in aliorum damnum illa procedit.

SVMMARIVM.



Oror maritata, cui dos promiffa non fuit, præfumitur admiffa ad portionem nu. 1. Quid fi dos illi promiffa non foluatur in tem pore? nu. 3. 7. & feqq. & nu. 14. Ei fufficit habere paragium quocunque titulo, etiam fine titulo dotis. nu. 9.

Qui tenetur facere actum qualificatum, non dicitur illum facere fi non adimpleat qualitatem actus. nu. 2.

Faciens actum nullum cenfetur nugari. num. 4.

Actio ex ftipulatu datur mulieri pro con fequenda dote fibi promiffa. fub num. 7. eam habens, dicitur habere dotem. numero 10.

Actuum incompoffibilium natura eft, vt, vno pofito, tollatur alter. nu. 8.

Nemo præfumitur renunciare iuri fuo. num. 5.

Renun-

Renunciatio cenſetur facta, re in eodem ſtatu permanente. nu. 6.
Dos promiſſa habet tacitam hypothecam, ac ſi ſoluta eſſet. nu. 11.
Fructus dotis habent idem priuilegium cum dote. nu. 12. Augēt dotem, ſub nu. 14. Qua actione præſtantur, an actione de dote, vel alia. nu. 14. & 15.
Ius, conſiderando dotem, etiam eius intereſſe conſideraſſe dicitur. nu. 13.
Maritus qua ratione petat dotem ſibi promiſſam, & eius fructus. nu. 15.
Mora irregularis quando nam committatur. ſub nu. 15.
Maritus poteſt petere fructus dotis, quāuis per multos annos illos non petierit num. 16.
Fructus debiti ex cauſa lucratiua, cenſentur renunciati ex curſu temporis. numero 17.

QVÆSTIO X.

1 DEcimò quæro, † ſi frater maritauit ſororem infra decimumſextum annum, vel vltra, non tamen illi promiſit dotem, an ſoror poſſit petere dotem de paragio tātùm, vel cenſeatur admiſſa ad portionē? Rñdeo eſſe admiſsā ad portionem, ita eſt particularis deciſio Naucler. in ſuis addition. fol. 8 à ter. in apoſtill. incip. In eadem glo. ibi Sed quid ſi frater, & hoc probat ex dictis per Neapol. in d. conſuet. ſi moriatur, in verb. ſuccedunt. verſ. item quòd talis; ſub nu. 85 fol. 102. vbi duo requirit Neapod. vt ſoror excludatur à ſucceſſione. Primò vt maritetur tempore congruo. Et Secundò vt paragium illi aſſignetur: nam hnc volunt verba illa conſuetudinis, vt teneantur maſculi maritare, & dotare fœminas de paragio ſecundum facultates, & idem tenet Andr. in c. 1. in 2. addit. col. 1. de natura ſucceſ. feud. ad quem ſe remittit Naucler. d. fol. 8. in Apoſtill. incip. Sed quid ſi elapſo tempore. Et in ſimili ſtatuto idem probat poſt Georgium Natt. Brun. & alios Surd. in conſi. 45. nu. 31. & ſeqq. vol. 1.

2 Confirmatur ratione, † nam qui tenetur facere aliquem actum qualificatū, nunquam dicitur actum illum adimpleſe, ſi qualitatem, illi adiunctam, nō adimpleuit; quia tenetur omnes eius qualitates agnoſcere ad tex. in l. contra. §. filiuſfam. iuncta l. ſeq ff. de pact. vbi Butricar. Bald. & alij, & poſt ipſos, Tiraq. & alios idipſum ſectatur Surd. in deciſ. 95. nu. 25. Sed nunc frater tenetur facere actum qualificatum, nempè dotare ſororem cū dote de paragio. Igitur paragio non aſſignato ſorori, non dicitur actum maritationis adimplere, imò dici poſſunt duo actus diſtincti, prout pro duobus accipiuntur per Doctores relatos num. præcedenti, & ſic vno adimpleto, alius eſt omiſſus, & remanet ſub diſpoſitione iuris, vt tacitè præſumatur frater admittere ſororem ad ſuam portionem.

3 Sed quæſtionis eſſe poteſt, † ſi frater maritauit ſororem, & illi promiſit dotem de paragio ſub certo præfinito tempore ſoluendam, quam tamen in tempore promiſſo non ſoluit, an ſoror in hoc caſu cēſeatur admiſſa ad portionem, ac ſi tacitè frater renunciaſſet dotationem, vel habeat ſolam actionem ad petendum paragium ſibi promiſſum? Hæc quæſtio mouetur per Neapod. in d. conſuetud. ſi moriatur. num. 59. verſ. item pone, quòd frater promiſit dotem ſorori. fol. 98. & per Naucler. d. fol. 8. in dict. add. dit. incip. Sed quid ſi elapſo tempore, & vterque ſe remittit ad tradita per Andr. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & videbatur dicēdum, vt ſoror præſumatur maſculata ex dictis num. 1. & 2. quia licèt frater promiſiſſet illi dotem, habetur tanquam, ſi non eſſet promiſſa, dum illam in tempore determinato non ſoluit, & conſequenter ſuccedit: regula, † vt faciens actum nullum, non ſolum non dicatur actum facere, ſed præſumatur nugari, vt ſcripſit Salycet. & cum eo Fulgoſ. in l. non codicillorum. C. de teſtamen. & poſt alios Surd. deciſ. 7. num. 28 itaque dotatio habetur pro non facta, cùm non ſit adimpleta promiſſio.

4

Nec poteſt dici, vt ſoror, recipiendo promiſſionem paragij, ſibi promiſſi per fratrem, præſumatur renunciaſſe maſculationi; nam in dubio hoc præſumi non

5 poteſt, ex illa Iuris regula, † vt nemo in dubio præſumatur renunciare iuri ſuo, ſed potius illud conſeruare præſumatur, adeò vt ſemper, quod capi poteſt alia coniectura, quàm renunciatio, illa capiēda eſt ad excludēdam renunciationem. l. ſi cùm vnum. ff. de ſolution. l. Campanus. ff. de operib. libertor. Aquilin. in l. na-

naturaliter. §. nihil commune. par. 1. ſub nu. 179. ff. de acquir. poſſ. & vltra relatos per eum Maſcard. in tract. de probatio. concluſ. 1262. nu. 4 cum ſeqq. cum alijs cumulandis ſuo loco in tit. de renunciat.

6 † & quando poſſet præſumi aliqua renunciatio, ſic facta præſumitur. ad tex. in l. ſi actionẽ. C. de pact. & poſt alios Surd. deciſ. 163. nu. 13. Sed nunc res non permanet in eodem ſtatu, quia paragium promiſſum fuit, & non ſolutum, & conſequenter nullo modo renunciatio præſumi poteſt.

7 Verum contrariam ſententiam puto veriorem, vt nullo modo maſculatio intelligatur facta, & omiſſa diſcuſſione, vt per acceptationem paragij, cenſeatur renunciaſſe maſculationem, vt argumenta facta innuunt, tamen cùm ſoror habet promiſſionem paragij, conquæri nequit, quia per actionem ex ſtipulatu poteſt cogere fratrem ad ſoluẽdum ſibi dotem promiſſam iuxta terminos tex. in l. vnica. C. de rei vxor. actõ. & in §. fuerat. inſtit. de action. & vtrobique omnes Scribentes. & hoc probat Andr. loco cit. nu. 22. Et eò magis, quia hic videntur adeſſe duo actus incompoſſibiles, nempe vt ſoror habeat electionem conſequendi dotem promiſſam, vel vt maſculetur, quæ electio ſecundùm hoc ius conſuetudinarium ſolùm permanet apud maſculos, vt ſæpe ſæpius replica-

8 tum eſt. † Igitur ſi ſunt actus incompoſſibiles, vnus excludit alterum; nam hæc eſt natura incompoſſibilium actuum, vt, poſito vno, deſtruatur alter, & per ſecundum cenſeatur receſſum à primo; vt ſcripſit Barto. in l. adeo. in princ. col. 1. ff. de pact. Alexan. conſi. 193. vol. 1. Gabr. conſi. 170. num. 5. volum. 2. & poſt alios Surd. deciſ. 51. nu. 9. Et ideò dum ſoror ſtipulata eſt dotem de paragio, quod paragium ceſſare facit maſculationem, quæ ſolum fit, dum non adeſt paragium, vtique receſſit per neceſſariam conſequentiam ab ipſa maſculatione.

9 Confirmatur, † quia ſi ſoror habeat paragium, quamuis illud non habeat titulo dotis, ſed alio quouis titulo, videlicet, ducendæ vitæ honorabilis domi, vel alio modo, ſatis eſt, vt excludatur à ſucceſſione, quod expreſſè docet Neapod in d. conſuet. ſi moriatur, in verb. paragium. nu. 62. fol. 99. vbi Ant. de Alex. in addit. incip. Capitulum Regis Caroli Tertij. Sic dicit determinatum per cap Regni incipien. emergentium rerum, & ibid. Salern. notat eſſe determinatum per dictum Capit. Regni, vt per quamcunq; promiſſionem paragij, factam per contractum, excludatur ſoror à petitione ſuæ portionis, ac ſi dotata eſſet, quòd eo magis procedere debet in caſu noſtro, dum expreſſè promiſſum eſt paragium ex cauſa dotis, & per contractum, & ad ipſam dotem de paragio conſequendam ſoror habet actionem ex ſtipulatu, vt di-

10 ctum eſt, & clarum eſt, † vt qui habet actionem ad dotem, dotem ipſam habere intelligatur, iuxta illud axioma commune, qui actionem habet, rem ipſam habere dicitur, cùm ſit in eius poteſtate illam dotem habere, & ſic ſeruatur de facto, nam ſorores maritatæ, & quibus non eſt dos ſoluta, non agunt ad maſculationem; ſed ad ſolutionem dotis, put etiam expreſsè videtur hoc determinare Andr. loco cit. nu. 3.

11 Additur etiam, † quia dos promiſſa, vera dos eſſe dicitur, vt in l. 1. verſ. & ſi ſecundum promiſſa ff. ſolu. matr. & poſt alios communiter teſtatur nouiſſimè Farinat. in deciſionib Rot. Roman. deciſ. 248. num. 6. & eatenus hoc eſt verum, vt ex iuris diſpoſitione dos promiſſa habeat tacitam hypothecam iuxta tex. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. habe. l. 1. §. ſed & vt plenius. C. de rei vxor. actio Surd. deciſ. 287. nu. 2. Guttier. in tracta. de iuramen. par. 1. cap. 46. & nouiſsimè Rebell. in tract. de obligat. iuſtit. par. 2. lib. 6. q. 10. tota: & ſucceſſiuè ſoror, vel vir eius per actionẽ ex ſtipulatu agit ad conſequendam dotem vna cum fructibus, agit, inquam, con

12 tra promiſſorem fratrem, † imò fructus dotis dicuntur habere iidem priuilegiũ cum ipſa dote, quia fructus ipſius non ſunt acceſſorij, vt ſunt fructus alterius rei, ſed ſunt ipſamet dos, quia dotem augent, vt in l. ſi marito. §. fin. ff ſolu. matrim. Alexan. in l. diuortio. §. ob donationes. nu. 2. vbi Iaſ. nu. 3. ff. ſolu. matrim. & de communi teſtatur Campeg. in tracta. de dot. par. 3. q. 25; & par. vlt. quæſt. 19.

13 † nam ius cogitando dotem, ſiue de dote, etiam eius interelle cogitauit, vt poſt Andr. probat Camerar. in cap. imperialem. fol. 51. col. 4. lit. V. & fol. 52. col. 1. lit. A. de prohib. feud. alien. per Federic. quã opinionẽ nouiſſimè defendit Surd.

in

in tract. de alimen. tit. 9. q. 31. num. 36. & 47. & consequenter eum dotem de paragio, & eius fructus habeat, non potest agi de masculiatione, sed solum aget ad consequendam dotem vnà cum fructibus, & ex dictis patent soluta esse contraria, quia non procedunt in actibus incompossibilibus, vt est in proposito, cùm per necessariam consequentiam soror, habens dotem, vel actionem ad dotem, recessit ab ipsa masculiatione.

14 Fundatur denique, † quia, vel ista dos promittitur sorori, vel promittitur viro: si sorori, ipsi competit actio ad consequendam dotem sibi promissam vnà cum fructibus, & multi tenent, vt fructus petere possit actione de dote, quia dotem ipsam augent, sic scripsit Castren. in l. si meritò. §. si fundi. ff. solut. matrim. Rip. ibid. in rubr. nu. 96. vbi Ruin. num. 72. & 77. Bald. Nouell. & alij, de quibus meminit Farinat. decis. 259. num. 4. & quamuis ipse dicat, vt Rota inclinauerit in contrariam sententiam, vt alia actione petantur, semper tamen petuntur, & debentur, quod in proposito satis est.

15 Si viro dos sit promissa, & tunc ipsi actio cōpetit ad cōsequēdā dotē vnà cū fructibus, vt in l. pro onerib. C. de iur. dot. nā elapso die adiecto solutionis dotis, statim commissa est mora irregularis, vt fructus ipsius dotis debeantur propter supportata onera matrimonij. cap. salubriter, extra de vsur. glos. in l. ad diem. vbi Cuman. ff. de verb. oblig. post Barto. Alex. Paris. & alios idem Farinat. decis. 252. & 243. imò in d. decis. 252. nu. 11. &

16 12. dicit hoc procedere, † quamuis per multos annos maritus non petijsset illos fructus, quia in dubio non præsumitur illis renunciasse, cùm matrimonij onera

17 sustinuit, † renunciatio enim fructuum præsumitur ex lapsu temporis, si ex causa lucratiua deberentur, & consequenter in proposito, dum maritus, & etiam vxor habeant actionem tam ad consequendam dotem, quàm etiam ad consequendos fructus ipsius dotis, nullo modo succedere potest masculiatio, quæ solùm introducta est in pœnam masculorū differentium maritare, & dotare fœminas de paragio, & in casu nostro vtrunq; adimpletum est, dū sufficere debet vxori, & viro habere actionem ad consequēdam dotem vnà cum fructibus.

SVMMARIVM.

Soror si post masculiationem recepit paragium, an sibi præiudicasse dicatur, num. 1. & 3.

Consuetudo, excludens fœminas, quæ requirat. nu. 2.

Solutio sequens in quam causam facta præsumatur. sub nu. 3. Si plures causæ adsint, in quam causam præsumatur facta. num. 4. An in dubio præsumatur facta, si de solutione ipsa non constet. nu. 5.

QVÆSTIO XI.

1 Vndecimò quæro, † si soror esset masculiata, & post masculiationē receptat paragiū à fratre, an præsumatur sibi præiudicasse, vt non admittatur amplius ad portionem? Hæc quæstio mouetur per Naucler. in suis addit. fol. 8. à ter. in addit. incip. in eadem glos. ibi Sed quid si frater maritauit, & reliquit hoc cogitandum, postea fol. 9. in apost. incip. In eadē consuetudine, & glosa ibi, vt fratres, in fin. videtur concludere, vt quantitas recepta exeomputāda sit in portionem, debitam ipsi sorori: mihi tamen sic videtur esse distinguendum, quòd aut quantitas illa soluitur simpliciter, & tunc procedat vltima opinio Naucler. vt in partem virilis censeatur recepta, & in hoc vigent rationes cumulatæ quæstio. præced. nu. 4. & 5. eo magis, vt ibid. dictum

2 est, † quia consuetudo duo poscit ad exclusionem fœminarum. Primò, vt mulier illa sit maritata per masculos infra decimumsextum annum, & Secundò, vt dos de paragio illi soluatur; vel ad minus medio contractu promittatur, vt probatum est quæst. præced. Sed hic, licèt mulier maritata fuisset, tamen nulla adest promissio dotis, & consequenter eo ipso, quòd maritatur præsumitur admissa ad virilem, vt num. 1. & 2. dictum est in d. q. præcedenti: quo fit, vt in locum virilis præsumatur soluta illa quantitas.

3 Aut verò expressè soror post masculiationem recepit paragium, siue illius promissionem, & tunc sine dubio sibi præ-

procedit non solùm quando aliæ fœminæ essent in capillo, sed etiam si essent dotatę de paragio, quia adhuc succedunt cum masculiata, collata tamen dote recepta, vt latius prosequitur Præs. de Franch. d. decis. 412. & patet etiam ex dictis, cùm enim illæ fœminę non habeant culpam in masculiatione, contra eas non potest procedere masculiatio, vt sæpius replicatum est, sed non debent esse in aliquo lucro, & consequenter conferunt dotes, & æqualiter cum masculiata succedunt. † An autem hoc procedat, si illæ recepta dote, renunciassent, hoc inspiciendum, & colligendum est ex forma renunciationis, de qua dicam suo loco, præcipuè infra q. 21. & in materia renunciationis, & ex his patet, † vt masculiata non sit re vera masculus, sic enim omnes alias fœminas excluderet, sed habetur ad instar masculi in præiudicium illius tantum, cuius culpa facta est masculiatio.

4

5

6 Verum notandum est, † vt si frater ab initio voluisset admittere sororem ad successionem, hoc facere potest etiam in præiudicium suorum creditorum, nã hoc est in eius electione, si velit acquirere portionem sororis, dando illi paragium, sic scripsit Bald. in l. maximum vitium. col. 8. vers. sed pone, quòd frater. C. de liber. præter. quem sequuntur Ias. & Marsil. ad quos se remittit Grammat. in d. consuetudine si moriatur, in princ. fol. 70. in Apost. incip. Sed an stante sta-

7 tuto, † & hoc procedit in omni debitore, qui in acquirendis potest præiudicare creditoribus, vt ex pluribus pbat Præs. de Franch. in decision. 101. vt alios pro nũc omittã. nã supra suo loco dictũ est.

SVMMARIVM.



Oemina de iure communi feudorum est inhabilis ad successionem feudorum. num. 1. De iure regni qualiter habilis sit. num. 4. Ad quæ feuda succedat de iure communi. num. 2. Remissiuè, succedens ad feuda de iure regni an requirat assensum Domini? nu. 9. Quando excluditur à successione feudorum, nec in petitorio, nec in possessorio audienda est. nu. 3.

Frater distulens maritare sororem, num illa masculietur ad feuda? num. 5. An expresiè possit illam admittere ad feudum sine consensu Domini? nu. 8. Nũ possit illi dare aliquod feudum in dot. num. 10. & seqq.

Soror masculiata qualiter feudum possidere valeat? nu. 5. & 6.

Fructus, percepti ex feudo, possesso sine assensu Domini, an sortem principalē extenuent? nu. 7.

Pater nec de iure communi, nec de iure Regni potest hodie dare feudum in dotem filiæ, nec frater sorori. nu. 11.

Matrimonia etiam in feudatarijs debent esse libera, sed quæ sit vtilitas, si feudatarius de licentia Regis matrimoniũ contrahat. nu. 12.

Assensus præstitus mulieribus Neapolitanis pro dotibus, & iuribus dotalibus super feuda etiam dignitatum, procedit quò ad obligationem, non autem quò ad translationem dominij. & ratio assignatur. nu. 13.

QVÆSTIO XIII.



Ecimotertiò quæro, an masculiatio procedat etiam quò ad bona feudalia, veluti, frater habet solùm bona feudalia, num ad illa succedat soror mascu-

1 liata? † Et licèt de iure communi feudorum fœmina sit inhabilis ad successionem feudorum, & solùm masculi agnoscantur, vt in cap. 1. §. quin etiam, in tit. Episcopum, vel Abbatem. c. 1. de feudo fœmin. cum vulgat. alijs; quæ ferè in vnum collegit Thesaur. decis. 146. & Facchin. lib. 6. controuers. iur. cap. 37. cum plurib. seqq. quo etiam in loco tradit plures limitationes, & ad plures infert quæstio-

2 nes, † nempè si fœmina succedat ad feudum fœmineum, quod à fœmina emptum est, si succedat ad feudum emptitiu in, hoc est feudum nouum per pecuniam acquisitum, quid ad feudum franchum, vel ad feudum, de quo non præstatur seruitium personale, sed annuus redditus tantùm soluitur, & sic de alijs; quæ cum non sit materia nostra, etiam quia an feuda veniant in materiã istarum consuetudinum. dixi supra par. 1. in tit. de bonis. q. 7. & alibi, videri possunt penes præcitatos Authores, & etiã penes Regentē de Ponte in suo opere feudali. lect. 1. nu. 119.

119. lect. 9. nu. 27. & seqq. & lect. 10. nu.
2. cum seqq. Illud solùm aduertendum
3 est, † quòd dum fœminæ exclusæ sunt à
feudorum successione ex tenore inuesti-
turæ, quod passim fit, tunc nullum eis
competit remediũ nec in petitorio, nec
in possessorio, sed deuoluitur feudorum
successio ad alios masculos, vt scripsit
Andr. in c. 1. §. inter filiam, si de feud. de-
funct. milit. fuer. controuer. Camerar. in
cap. 1. quæst. 6. nu. 90. in titu. an agnatus.
Gozadin. consi. 50. num. 26. Alex. Rau-
densconsi. 18. num. 155. vol. 1. Roland.
consi. 1. num. 23. volum. 1. & consi. 48. nu.
51. vol. 4. Menoch. in tract. de adipiscen.
possess. remed. 4. num. 381. Cacheran. de-
cis. 26. num. 3. & alij, quia sic est voluntas
Domini concedentis, & pactum primi
acquirentis, & consequenter tunc cessat
omnis discussio, vt eis nullum remedium
competat.
4 Licet igitur hæc vera sint, † tamen de
Iure Regni fœmina non est penitus ex-
clusa à feudorum successione, sed solùm
per existentiam masculorum, & conse-
quenter non existentibus masculis, ipsa
admittitur ad feudum, vt habetur in con
stit. Regn. in aliquibus, in pragmatica 8.
sub tit. de feud. & alibi passim; est enim
axioma vulg. in hoc Regno: quo fit, vt
dum frater ob eius culpam, vel ob eius
voluntatem admisit fœminam ad succes-
5 sionem, & sic illa masculiata est, † tunc
fœmina illa in subsidium bonorum bur-
gensaticorum consequitur bona feuda-
lia, & illa loco pignoris retinet, vt de fru-
ctibus illius alatur, sed dominium illorũ
bonorum nunquam consequitur sine as-
sensu Domini, vt habetur in constit. Re-
gni si quis post litem, & in Constit. Con-
stitutionem Diuæ memoriæ, & vtrobi-
que omnes Scribentes, de qua materia
latius tractat Loffred. in consi. 1. præci-
puè num. 183. ad quem in hac materia
se remittit Consiliarius Vitellius in dict.
consuet. si moriatur, in princ. fol. 71. in
Apostill. incip. Qualiter intelligatur.
6 vers. An si primogenitus. † Si tamen
mulier instaret, vt secundum interpona-
tur decretum, nempè, vt illud feudum
habeat in solutum pro dote iuxta termi-
nos tex. in l. à Diuo Pio. §. si pignora.
7 ff. de re iudic. † tunc necessarius est
assensus Domini, quo non impetrato,
eius impetratione pendente, & mulier
recipiat fructus, tunc illi fructus exte-

nuant sortem principalem dotis, sic no-
tabiliter scripsit Andr. in d. constit. in
aliquibus, in verb. & haberet rem illam
8 feudalem fol. mihi 255. sub num. 70. † &
solùm fructus prædictos habebit soror,
dum frater interim soluerit illi dotem,
quia non potest illam admittere ad feu-
dum, prout potest illam admittere ad
burgensatica, & sic cogitur omnino illã
dotare, vel adhibere prædictum reme-
dium iuxta notata in cap. 1. §. Sed nec fi-
liam. vbi Andr. de alien. feud. patern. &
probant etiam Petr. de Monfort in dict.
constit. in aliquibus, vbi Grammat. num.
19. quamuis contrarium sit in alio pigno-
re, quod traditur mulieri pro dote; non
enim fructus illius extenuant sortem, vt
post alios scripsit Afflict. in decis. 368. in
1. dub.
9 Nec obstat, quòd videatur adesse con
sensus Domini in hoc casu; cùm enim
istæ consuetudines sint approbatæ per
retro Reges huius Regni; vt multoties
notatum est, & consuetudines admittãt
fœminas ad successiones tanquam ma-
sculos, vtique etiam ad feuda debent esse
admissæ sine alio assensu Domini; vt di-
citur, quando, deficientibus masculis,
fœminæ succedant in feudis; quo casu
nullus assensus Domini requiritur, vt no
tum est; Siquidem est admodum diuersa
ratio, idcircò enim deficientibus mascu-
lis, succedunt fœminæ ad feuda, sine alio
consensu Domini, quia per hoc ius regni
peculiare prouisum est expressè, vt, defi-
cientibus masculis, fœminæ succedant,
& sic adest expressus consensus Domini;
sed in masculiatione secus est, quia mascu
liatio sequitur respectu illorum bonorũ,
quæ in consuetudine comprehendun-
tur; sed, vt dictum est d. quæst. 7. in tit. de
bonis feuda nõ comprehenduntur, ideò
ad ea non masculiantur.
10 Verùm, † si frater haberet plura feu-
da, nec haberet bona burgensatica, pos-
set ad instar patris dare vnum ex illis so-
rori pro dote. De hac quæstione plura
tractat quædam additio in consuet. in
bonis. nu. 18. fol. 308. incip. De quarta fit
mentio, vbi etiam constitutiones, & ca-
pitula Regni ad hoc propositum cumu-
lat, sed magis enucleatè, & doctissimè pa
riter illam examinat Reg. de Ponte in
tract. de potest. Proreg. in tit. de assensu
Reg. super dot. in princ. à nu. 1. vsque in
11 fin. † vbi tam in patre, quàm in fratre,
quàm

quàm etiam in ipsa muliere quæstionem disputat. Et licèt in patre Andr. & aliqui alij tenuerunt partem affirmatiuam etiã de iure communi, alij tamen magis communiter tenent oppositum. In fratre ta-
12 men secus est de Iure communi, † Sed secundum constitutionem Regn. fratribus, & constit. honorem nostri diadematis, poterat (si de licentia Regis contrahebatur matrimonium, quæ quidem constitutio fuit reuocata per capitulum Regni incip. In planitie Sancti Martini. Et fuit ordinatum, vt matrimonia sint libera, & contrahantur sine licentia Regis; feuda tamen non possint dari in dotem sine assensu Regis, & si aliter fiat, amittuntur feuda: & licèt per capitula Papę Honorij directi Domini huius Regni, fuerit sanctitum contrarium, vt etiã feuda darentur in dotem sine Regis assensu, tamen quòad hoc non sunt in vsu illa capitula, & clarum est, vt lex per non vsum tollatur. Itaque seruatur Capitulũ
13 prædictum in Planitie S. Martini. † Nec obstat, quod in fauorem Neapolitanorũ adest assensus Regis circa feuda respectu dotium, adeò vt etiam si sint feuda titulata sunt obligata pro ipsis dotibus, vt doctissimè fundat Reg. de Ponte loco cit. & dixi aliqua infra consf. 3. Nã ipse ibid. à nu. 39. vsque in fin. respondet, id procedere respectu obligationis bonorum feudalium, vt sint obligata pro dotibus, & pro antefato, non autem procedit quòad translationem dominij, vt sit in potestate feudatarij alienare feuda, & illorum dominia transferre in alterum sine assensu Domini. Et quia ibi omnes Authores cumulat, de hac quæst. loquentes, & contraria soluit, ad eius dicta me remitto: nam sufficit hæc pauca attigisse pro resolutione huius quæstionis.

SVMMARIVM.



Oror quo iure reuocat bona alienata per fratrem, si fuit ei legata dos à patre. nu. 1. Qualiter reuocet, vt petat paragium. nu. 3.

Legatarius habet hypothecam super omnibus bonis testatoris pro consequendo legato. nu. 2.

Filius habet rei vendicationem ad reuocandum bona alienata in fraudem legitimæ. nu. 4.

Hypotheca tacita quando detur contra tertios possessores, nu. 5.

QVÆSTIO XIV.

1 Ecimoquartò quæro, † si frater alienasset omnia bona sua, vel maiorem partẽ ipsorum, nulla constituta dote sorori, an soror possit reuocare bona alienata per fratrem, vt suam dotem consequatur. In hoc casu si quærimus de dote, illi relicta in testamento per patrem, & tunc per actionem hypothecariam, vel actionem ex legato reuocat bona vsque ad quantitatem dotis, sic scripsit Afflict. decis. 162. & ratio
2 est, † quia virtute dicti legati omnia bona burgensatica paterna sunt illi hypothecata, vt est in omni legato, vulg. tex. in l. 1. C. commun. de legat. vbi omnes, & tunc tertij possessores condemnantur ad dandam vacuam possessionem dictorum bonorum tacitè hypothecatorum pro dote ipsa de paragio virtute legati prædicti, vt omnes docent.
3 At si non adesset legatum, † tunc cessat tacita hypoteca, & habet solùm conditionem ex lege, quæ conditio personalis est, vt supra diximus q. 7. num. 7. & alibi, & tunc non potest principaliter agere contra tertios possessores, sed primò tenetur agere contra fratres, & eius hæredes, quibus non existentibus soluẽdo, potest in subsidium agere contra di-
4 ctos tertios possessores; † quod procedit dummodo mulier ipsa non petijsset legitimam, quia tunc ipsa haberet rei vendicationem ad reuocandum bona alienata per fratrem, in quibus statim post mortem patris acquisiuit ius ad legitimam, & ideò si frater non possideret tot bona, quæ sufficerent sorori pro sua legitima, tunc reuocat alienata bona vsque ad integram legitimam, & ita fuit decisum in Sacro Consil. vt refert Afflic. d. decisio. 162. vbi eius addentes plures alios cumulant, inter quos est Dec. consf. 187. & Alex. consi. 128. vol. 1. tenet etiã hoc idem Salern. in consuet. si qua mulier habens, sub nu. 18. fol. 208. in addit. incip. quoniam tractat hic Neapo danus. vbi Consiliarius de Bottis citat etiam Grammat. decis. 90. & Salern. ibid. refert etiam ita decisum in Sacro Consil. de an-
5 no 1574. die 8. Aprilis, † & faciunt dicta

per Neapodan. in consuet. si qua mulier habens. nu. 18. & 19. & semper, vt adest aliqua tacita hypotheca, nunquam principaliter agitur contra tertios possessores, sed in subsidium, si debitor principalis non esset soluendo, vel eius hæredes; qua discussione facta, & constito, illa bona fuisse in bonis debitoris tempore con tractæ obligationis, & quòd illorum bonorum verum dominium habebat, tunc datur reuocatoria contra dictos tertios possessores, vt post Alexandrum scripsit Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 383. n. 1.

Quæ omnia sunt valdè notãda, præcipuè in assignatione dotiũ, solẽt. n. aliquæ sorores habere suas dotes à fratribus, & si atres postea alienant alia bona; paucis retentis, non pñt sorores, quæ remanent auocare dotes aliarũ sororũ, nisi facta discussione super alijs bonis suorũ fratrũ; & nunc lis est de facto in Sacro Consil.

SVMMARIVM.



Mulier nupta transmittit paragium ad filios, & ad alios eius hæredes. nu. 1 Quid si nupta non sitt nu. 6. 9. & 10. vbi aperitur. Quod transmittit, Sic etiam secundum ius commune. num. 7. 14. præcipuè, stante mora. nu. 12.

Paragium debetur sub conditione, si mulier nubat. nu. 2. Est proprium patrimonium mulieris. nu. 8. An succedat loco legitimæ? nu. 4. 8. 10. & 13.

Conditione pendente, nihil potest transmitti. nu. 3.

Dos non dicitur, ubi non est matrimoniũ. nu. 5. & 16.

In generali renunciatione nec legitima, nec dos venit. num. 11. & infra quæst. 24. nu. 4. & 5.

Portio fœminarum accrescit masculis sub conditione, si eis soluatur paragiũ. num. 14.

Ius succedendi fœminarum transfunditur in paragium. nu. 15.

Frater, & soror non debent ad imparia iudicari quoad transmissionem. numero 17.

Legatum dotis an sit purum, vel conditionale? nu. 20.

Paragium, quod prius erat paternum, effectum est sororium, & vt tale transmittitur ad hæredes. nu. 19.

QVÆSTIO XV.



Decimoquintò quæro, an sorore ; masculiatę transmittant paragium ad hęredes? Hæc quæstio visa est Nostratibus admodum difficilis, adeò vt in diuersas iuerint sententias, vt cerni potest penes Barto. Castren & alios in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstr. penes Loffred. consi. 26. Anton. Gabr. in communibus opin. in titu. de legitima. concl. 1. Simon. de Petr. lib. 3. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dubit. 5. solut. 4. nu. 9. & seqq & nouissimè penes Surd. in decis. 138. Peregrin. de fideicom. art. 38. nu. 20. & seqq. & penes alios infra cumulandos. Et perstringendo aliorum dicta, & omissis diuersis argumentis, quia vt præfatus sum, volui tantum secundum veritatem quæstiones attingere, Hæc quæstio ad duo capita reducitur, nempè in maritata, & in nuptura.

Primò casu quæstio est sine discussione, † clarum est enim, vt mulier nupta
1 sit Domina eius portionis, & paragij, & illud non solùm ad suos liberos transmittit, sed etiam ad omnes alios eius hæredes, adeò vt de illo disponat ad libitum, seruata forma consuetudinis, vt pluribus in locis notatum est par. 3. & in hoc primo casu omnes DD. conueniunt, vt penes eosdem legi potest.

In secundo casu, in quo est tota controuersia, multi tenuerunt, mulierem non transmittere paragium ad hæredes,
2 † quia paragium est illi debitum sub conditione, nempe si nubat, & quando nubit; sed nunc non est factus casus, quia matrimonium non est contractum, & mulier mortua est, pendente conditione
3 matrimonij; † Sed conditione pendente. nihil transmitti potest, vt in l. 1. C. de his, quæ sub mod & l. cedere diem. ff. de verb. & rer. signif. cum alijs ad hoc propositum cumulatis per Loffred. d. consi. 26. in princ. faciunt dicta n. seq. 17. sub nu 17. & nu. 18 ex ponderatione verborum statuti, & consuetudinis.
4 Secundò, quia hoc paragium succedit loco legitimæ, vt scripsit Cyn. in l. sancimus. C. de secun. nupt. & est particularis decisio Alexandri in consi. 179. num. 10. vol. 5. quem in hac materia probat Præs.

de

de Franch. in conſuetud. ſi motiatur, ſub nu. 30. fol. 80. in apoſtill. incip. Nota illud ius ſuccedendi. Igitur non poteſt conſiderari debitum, ſed tunc ſolum, dum matrimonium contrahitur, vt tunc debeatur, nam paragium eſt dos mulieris,
5 & ſic vocatur dos de paragio, † ſed dos non dicitur, vbi non eſt matrimonium, ad tex. in l. 3. ff. de iur. dot. l. incœſtæ ff. de ritu nupt. cum alijs: nam hæc eſt regula communis, & conſequenter, ſi debetur ſub conditione nuptiarum, & pendente conditione, nihil poteſt tranſmitti, ſine dubio paragium non poteſt ſoror ad hæredes traſmittere, & hanc opinionem poſt alios probauit Peregrin. loco cit. num. 21. Menoch de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 146. nu. 40. Borgnin. deciſ. 8. num. 10. cum ſeqq. par. 3. qui omnes dicũt, vt ſolùm tranſmittatur, quando mulier dotata eſt.

6 Verùm contrariam ſententiam amplector, quæ ſecundum terminos harum conſuetudinum veriſſima eſt, quam probat Neapod. in conſuet. ſi qua mulier habens. nu. 22. verſ. licèt ergo portio ſororum. fol. 210. & hoc habetur apertis verbis in cap. Regni incip. Emergentium. fol. mihi 390. & ibi omnes Scribentes, poſt Alex. conſi. 150. nu. 7. vol 2. & alios, iddem tenet Anton. de Alex. in conſuet. ſi aliquis moriens, in princ. fol. 161. in addit. incip. circa iſtam conſuetudinem. verſus fin. tenet etiam Capycin cõſuet. ſi moriatur, in verb. paragium. fol. 94. in apoſtil. incip. an mulier excludatur. verſ. paragium autem. tenet etiã Soccin. cõſ. 92. col. 3. in verb. circa ſecundam dubitationem. vol. 1. ad quem ſe remittit Naucler. in ſuis addition. fol. 7. à ter. in addit. incip. in ead. conſuet. in tex. ibi & tenentur ipſi ſucceſſores. faciunt dicta per Præſid. de Franch. deciſ. 89. 280. 310. & ita fuit deciſum in Sacro Conſil. in anno 1597. die 9. Iulij, vt refert idem de Frãch. deciſ. 618. in 4. par. Itaque ſecundum hoc ius conſuetudinarium, & etiam ſecundum ius Regni, ſtante capitulo prædicto, hæc opinio veriſſima eſt.

7 Quodque de iure communi etiam veriſſima ſit, probant plures, quos cumulat, & ſequitur Simon de Petr. d. ſolut. 4. num. 9. & ſeqq. & vltra per eum cumulatos, iddem probat Mantica lib. 11. de cõiect. vltim. volunt. titu. 23. nu. 34. & ſeqq. probant etiam alij, quos refert Peregr. d. art. 38. num. 20. vbi Cyn. Bald. Salycc. Alberic. Alexan. Dec. Couarr. Molin. & alios ad hoc cumulat. Sic etiam Theſau. deciſ. 159. nu. 3. & nouiſſimè Morot. in conſ. 23. per totum, vbi ex pluribus hanc ſententiam comprobat, itaque cerni poteſt hanc opinionem eſſe magis commu-
8 nem, † nam ſemper, vt ſtatutum, vel cõſuetudo excludit fœminas à ſucceſſione bonorum, iubet illis dari paragiũ, quod loco portionis ſuccedit, & eſt proprium patrimonium ipſarum mulierum iuxta text. in l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minor. & poſt alios Mantica d. num. 34. cùm igitur ſit proprium illarum patrimonium, ſine dubio ad hæredes illud tranſmittunt:
9 † quæ quidem opinio de iure Regni veriſſima eſt, & vltra capitulum num. 6. citatum hoc probat in pluribus locis Andr. in conſtit. Regni in aliquibus, vbi Afflict. num. 43. Grammat. num. 18. Minad. in 7. notab. num. 15. Loffred. d. conſ. 26. num. 14. Capyc. deciſ. 158. num. 3. & 9. Grammat. deciſ. 57. nu. 19. probat etiam in terminis eiuſdem conſtitutionis Cannet. in extrauag. volentes in cap. incip. Non eſſet otioſum, & Petr. de Gregor. in tract. de dot. de parag. q. 2. vbi eius addentes ad hoc iddem comprobandum. citant Præſid. de Franch. deciſ. 44. & 61.
10 & Reg. de Ponte conſ. 65. & alios; † Et in terminis harum conſuetudinum vltra relatos d. nu. 6. iddem probat Neapod. in d. conſuet. ſi moriatur, in verb. & tenentur, fol. 80. & in verb. paragium, fol. 93. vbi Mariconna in addit. incip. Quod tale paragium. Præſ. de Franch in apoſt. incip. Circa paragium. Saler. in add. incip. Paragium. Qui omnes dicunt, paragium ſuccedere loco legitimæ, & ita plures fuiſſe deciſum in Sacro Conſ & quãuis identicè non ſit iddem cum legitima & ab ea differat multis modis, vt notat Neapod. loco vltimo cit. Nihilominus ex interpretatione prudentũ eſt, quaſi debitum iure naturæ, & loco legitimæ habetur, vt not. Neapod. ibid. & etiam Præſ. de Franch. deciſ. 559. nu. 15. Quo fit, vt ad hæredes trãſmittatur, & ſaltem quoad tranſmiſſionem ſuccedat loco legitimæ, quamuis reſpectu aliarum conditionũm diuerſum ſit ab ipſa legitima.

Confirmatur ex alia æquiparatione,
11 † quia ſicut in generali renuntiatione non venit legitima, niſi de illa fieret expreſſa mentio, vt in l. ſi quando, §. generaliter.

liter. C.de inoffic. teftam ita etiam non venit dos, in cuius locum paragium fuccedit, vt probat text.in authen.res,quę C.de commun.de legat. cum alijs cumulatis fupra par.3.q.25.nu.6.& vltra, probat etiam Vrfill.ad Afflict.decif.111.nu. 1.Surd.decif. 160.num.4. & 164. num.2. Salern. d. confuet. fi moriatur. fub num. 59. in addit. incip. adde quod filius, verf. generalis enim renuntiatio,fol.98.& cōfequenter vt legitima tranfmittitur, ita etiam & paragium.

12 Vnum tamen notandum eft, † quòd in omni fententia, femper paragium trāfmittitur ad hæredes, ftante mora mafculorum,tunc enim non defuit diligentia mulierum , vt illis paragium daretur, & nuberent, & fic fola culpa mafculorū interuenit,ob quam rationem fit tranfmiffio, fic fcripfit Angel. in confil. 349. confultatio,probant etiam Andr.in confuet. Comitibus col. 4. in nouis num. 40. verf.fed fi non fuit dotata. Albert. Brun. in tract de ftatut. quòd ftantibus mafculis, artic. 11.q.3. nume. 32. & q.9.nu. 82. in fin. & faciunt dicta fupra hac eadem par.q.3. num.6. & hoc effet magis expediens fœminis, nempe interpellare mafculos ad dotādum,vt ceffet omnis quęftio; fed fi interpellatio non profuerit, adhuc veriffima eft fententia vt paragium tranfmittant.

13 Ex his patet, † vt loco tranfmiffionis, paragium habeatur loco legitimæ,fecundò quòad renunciationem, vt nunquam illi in dubio præfumatur renunciatum, tertiò ratione oneris; quia, ficut in legitima non poteft apponi onus , & fine onere debetur, ita etiam & in dote, vt poft alios probat Mantic. loco cit.Surd. etiam decif. 21. & faciunt illa, quæ dixi fupra par. 2. in tit.de bonis q. 19. quartò quòad taxationē, fi loquamur in nupta; femper paragium in ifta debetur ad inftar legitimæ ; fed hæc illatio explicabitur in quæft.feq. Itaque maximis fundatur rationibus hæc fententia magis communis , vt paragium ad hæredes trāfmittatur.

Poteft denique confirmari hæc fententia , quia foror non excluditur omnino,exiftentibus mafculis , fed fub conditione,fi dotetur de paragio , vt fæpe re-
14 plicatum eft , † & habita dote de paragio,portio filiarum accrefcit mafculis irreuocabiliter,fed fi paragium non foluatur, minimè accrefcit, fed ftat in fufpenfo,vt probat Neapod.in confuet.fi qua mulier habens.nu.4.Afflict.in d. conftit. in aliquibus.nu. 25.vbi alij , & hoc etiam fæpe replicatum eft : itaque acquifitio perfonis fororis refpectu mafculorum, eft in fufpenfo , fic etiam an foror debeat habere portionem,vel paragium; fed eft certè acquifitum ius forori ad vnum ex duobus,vel ad paragium , vel ad portionem,& in electione fratris eft, quod ve-
15 lit adimplere;† quando igitur frater foluit paragium , tunc illud ius fuccedendi, competens forori,transfunditur in paragium ; fic fcripfit Neapod. in confuet. fi moriatur.nu.87. verf.& ipfum ius fuccedendi fol.101 & Præf.de Franch. in ead. confuet.fub num. 29. vbi idem Neapod. fol.80. & additio Præfidis incip. Nota illud ius fuccedendi transfufum in paragium , & confequenter quamuis paragium omnia non fit loco legitimæ, tamen quò ad tranfmiffionem eius loco habetur , quia purum eft, & non conditionale ; & ex hoc patet folutum primum argumentum.Si enim effet conditio propriè fumpta,tunc verum effet argumentum, vt non poffit tranfmitti ; quia, pendente conditione,nullum ius haberet, fed conditio,vt diximus,non eft in acquifitione, fed eft ad paragium ; vel ad portionem, itaque hoc ius certum tranfmittit ad hæredes , & fi frater, refpectu cuius eft conditio, nolit foluere paragium , tunc tenetur illis dare portionem competentem forori.

16 Nec obftat fecundò, † quòd vbi non eft matrimonium , non poteft effe dos; hoc enim procedit quòad formalitatem dotis,vt fit vera dos,& dotis priuilegia habeat quòad omnia , fed quòad trāfmiffionem, & quando dos fuccedit loco legitimæ,vel faltim loco portionis,à qua mulier per mafculos excluditur,tunc poteft effe dos , vbi non eft matrimonium; quia hæc dos eft potius patrimonium mulieris,fic refpondent Loffred.& Mantic.locis citatis,vt alios omittam, prout reliqua argumenta omitto cum eorum folutionibus , quæ penes eofdem videri
17 poffunt,etiam † quia frater , & foror nō debent ad imparia iudicari , quoad trāfmiffionem;fed frater hoc ius excludendi forores tranfmittit ad filios,vt not. Neapod.in d.confuet.fi moriatur,in verb.fo-
18 lum. fol.78.vbi omnes addentes , † imo alt-

aliqui volunt, vt etiam ad alios agnatos hoc ius transmittat, vt post alios probat Surd. decis. 138. quamuis respectu agnatorum hoc non puto verum in materia istarum consuetudinum, nisi fœminæ renunciassent, & frater disponeret per testamentum, non autem ab intestato, vt dicetur infra in materia de renunciatione, præcipuè quæst. 17. & consequenter etiam soror hoc ius paragij ad hæredes transmittit, & hoc argumento æqualitatis vtitur Præs. de Franch. d. decis. 618. & aliquà etiam decis. 619. vbi num. 11. affir-
19 mat, † vt hoc paragium, quod per prius erat paternum, quia ex bonis patris debebatur filiæ, effectum sit sororium, & tanquam sororium transmittatur ad hæ-
20 redes, Posset etiam addi alia ratio, † quia legatum dotis respectu filiarum est purum, non autem conditionale; quia debita est dos filiabus, solum igitur est conditionale respectu mulierum extranearũ, de qua materia dixi aliqua supra d. q. 3. num. 6. & seqq. & plura tradit Mantic. d. lib. 11. de coniect. vltim. volunt. tit. 22. & 23. vbi latissimè materiam istam de legato dotis pertractat. Quid igitur mirum, si purum est, vt transmittatur ad hæredes, etiam secundum ius commune; quia de iure Regni, & secundum has consuetudines nulla est dubitatio, vt transmittatur, prout ex dictis cerni potest.

SVMMARIVM.



Aragium in nupta non potest esse minus legitima. nu. 1. In nuptura verò potest ascendere vsque ad virilem. nu. 7. & 15. In eius taxatione habetur ratio bonorum dotantis. nu. 3. Dignitatis familiæ. nu. 4. Qualitatis dotandæ. nu. 6. Qualitatis mariti. num. 7. Et etiam attenditur numerus filiorũ, & regionis consuetudo. nu. 10.

Bona subiecta fideicommisso an possint alienari pro soluendo paragio? num. 5. Quid de bonis feudalibus? nu. 8. & an tunc soluatur paragium in corpore, vel in pecunia? nu. 9.

Vita militia an debeatur in pecunia, vel ex corpore feudi, sub nu. 9. remissiuè.

Consuetudo potest introducere, vt dos sit minus legitima. nu. 19.

Paragium monialium quantum esse dicatur. num. 11. 12. & 13.

Frater an teneatur de proprio dotare sororem, si portio illius non sit eius sufficiens, sub nu. 7. & nu. 16. Quid in sorore vterina? nu. 17. Si soror amisit dotem, an teneatur iterum eam dotare? nu. 18. 22. & seqq.

Dispositio legis intelligitur de prima vice. num. 19. Quid si adsit dictio toties, quoties opus fuerit. num. 20. 26. & 27.

Pater an teneatur iterum dotare filiam, quæ amisit dotem. nu. 21. & 25.

Promittens præsentare aliquem, toties, quoties opus erit, an semel præsentando liberetur? nu. 28.

Dos, quæ soluitur moniali, est penitus deperdita quoad dotantes, non autem dos, quæ soluitur mulieri, quæ nubit in sæculo, & rationes traduntur. nu. 14. & etiam nu. 13.

Fideiussio non extenditur de casu ad casum. nu. 29.

Fideiussor de soluendo iudicatum in vno tribunali, non tenetur de iudicato in alio. nu. 30.

QVÆSTIO XVI.

DEcimosextò quæro, paragium vsque ad quam summam ascendere posset, Et omissis doctorum argumentis distinctione respondeo; nam, aut quærimus in muliere nupta, aut
1 verò in nubenda, siue nuptura. † Primo casu paragium non potest esse minus legitima, sic est omnium recepta sententia, vt probat Afflict. decis. 160. & in constit. in aliquibus nu 5. & ibid. Andr. plures alios cumulat Hartman. Pistor. libr. 2. quæstion. iur. par. poster. q. 37. nu. 10. & seqq. Thesaur. decis. 192. Surd. decis. 61. Petr. de Gregor. in tracta. de dot. de parag. quæst. 28. cum seqq. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cas. 149. Hierony. Gabr. consi. 4. vol. 2. Præs. de Franch. decisio. 44. Camill. Salern. in d. consuet. si moriatur, sub nu. 50. fol. 95. in apostill. incip. Paragium, & nouissimè Farinat. in decisio.
2 Rot. Rom 131. num. 11. & seqq. † & si quæratur de quantitate legitimæ, nam est text. in Authen. nouissima. C. de inoffic. testam. vbi glo. hæc carmina ponit, nempè

Quatuor aut infra dant natis iura trientem;
Semissem verò dant natis quinque, vel vltra.

Et

Et omnes DD.in taxatione legitimæ, & paragij fimul confiderant infrafcriptas
3 qualitates, † Primò confiderandæ funt facultates dotãtis, fic enim requirit tex. in l.cùm poft. §.gener. ff. de iur. dot. ibi [Dotis, & quantitas pro modo facultatum] fic etiam in l.quæro.eod.tit.ibi[ex facultatibus] iddem habetur in l. fi filiæ. ff.de legat.3.
4 Secundò requiritur, † vt attendatur dignitas familiæ dotantis, & dotatæ, vt habetur in d.l.fi filiæ,ibi [non eft difficile ex dignitate, & facultatibus] & hoc eft adeò potens, quòd, fi pater, vel auus filiæ, vel nepti reliquiffent dotem, vt dos illa in dubio præfumatur congrua ex dictis fupra par.3.q.7.Nihilominus,fi attẽta dignitate perfonarum, & familiæ, illa dos re vera non fit competens, poffunt illis affignari alia bona, vt latius fcripfit Reg.de Pont.in tract.de poteft.Proreg. in tit.de fucceff.mulier.in princ. num.3. de quo etiam mentionem fecimus d.q.7.
5 † & hoc eatenus eft verum, vt procedat etiam,fi illa bona effent fubiecta fideicõmiffo auito,vel paterno, vt eft tex. apertus in Auth.res quæ. C. commun. de legat.& magis apertè hoc traditur in corpore, vnde fumitur in §. quamobrem. Auth.de reftit.poft alios Thefaur. decif. 192.nu.3.latius Peregrin. in tracta. de fideicom.art.42.toto,vbi nu.58. explicat, an hoc fit verum, quando bona reftituenda effent ex fubftitutione facta in contractu,& aliqua etiam ponit art.51.num. 23. cum feqq.
6 Tertiò attenditur qualitas ipfius mulieris dotandæ,vt habetur in d.l. quæro: ibi; [Dignitate mulieris] & habetur etiã in l. fi curatoris. C. de admin. tutor. ibi [quod moderatum eft honeftæ perfonæ præftari] & iddem habetur in l. tam dementis.C.de epifco.audien.
7 Quartò confideranda eft qualitas ipfius mariti, vt habetur in d. l. quæro. ibi [ex dignitate mariti] & in d. l.cùm poft. §.gener ibi [dignitatem mariti] & hoc adeo verum eft ; quòd fi quantitas legitimæ non effet mulieri dos fufficiens ad inueniendum virum æqualem fecundum eius dignitatem, dos illa poffet trafcendere quantitatem legitimæ,imò totam portionem fibi debitam abforbere, vt not. Pifanel.in d.confuet.fi moriatur, fol.94.in addit.incip.circa paragium, & fol. 97. in addit. incip. Paragium, & ex pluribus fundat Grammat. in decif. 101. nu. 43. & feqq. & etiam in conftit. in aliquibus,vbi nu. 13.poft Anto.de Alex.affirmat, vt frater in hoc cafu etiam de proprio teneatur fupplere paragium forori. fed hoc concernit fecundum caput diftinctionis,de quo dicam nu. 15. & feqq.
8 Quintò attenditur etiam numerus liberorum, vt dixi nu.2. nam iddem eft in legitima,& paragio, quæ quidem conditiones latiùs explicantur per DD. relatos nu. 1. Illud autem obferuandum eft,
9 † quòd fi adeffent bona feudalia, & mulier non poffet habere conueniens paragium de bonis allodialibus; licèt feudalia de iure fpectarent ad primogenitum, vt quia viueretur iure francorum, tunc paragium fupplendum effet de bonis feudalibus,quia non debent primogeniti tantùm fuccedere, alij verò filij mendicare,& filiæ indotatæ remanere,vt latiùs probat Piftor.d.q.37.nu.18. & feqq. & q.38.Thefaur.d.decif. 192. num. 4. & latiffimè Pacchin.lib. 7. controuerf. iur. cap. 46. & 47. quod dicunt procedere, quando feudum effet nouum, vel antiquum,fed hæreditarium; femper tamen, vt paragium fupplendum eft, fupplementum folui debet in pecunia,non autem ex corpore feudi,nè feudi diuifio, & difmembratio fequeretur, & hoc etiam procedit in præftatione vitæ militiæ, vt latius probat Neapod. qui femper dicit ita interpretatum in hac Ciuitate, in con fuet.fi qua mulier habens.nu.23.fol.210. & de materia vitæ militiæ ad hoc propofitum latius fcripfit Anna in confi.6.vol. 1.& dixi aliqua infra confi.9.
10 Sextò,& vltimò attendi debet confuetudo regionis,& patriæ, vt habetur in l. quod fi nolit §.quia affidua. ff. de ædilit. edict.& hoc præcipuè in taxatione legitimæ attenditur, vt poft Bald. Nouell. probat Afflict.in conftit.in aliquibus.nu. 53.in fin. poft eum,Ruin. & alios Piftor. d.q.37.nu.17.& 18.qui omnes dicunt,vt per cõfuetudinem patriæ dos effe poffit minus legitima; & hoc non habet contradictionem, vt patet ex dictis fupra par.2.in tit.de bonis q.19.
11 Hinc etiam introductum eft, † vt etiã dos monialium poffit effe minus legitima, & minus paragio, quod illi mulieri deberetur, fi nuberet fponfo terreno, quæ confuetudo optima eft, vt latius probatum eft fupra par.2.in tit.de perio-

nis.

nis.q.7.nu.6.& 50. nam cuilibet moniali
sufficere debet illud paragium, quod ta-
xatum est per monasterium, quod voca-
tur paragium ingressarum, & hæc con-
suetudo seruatur; vt loco citato dictum
est, præcipuè ex decisio.44. Præsid. de
Franch. ex Vrsill. decis. 348. num. 2. &
12 alijs, † quamuis de iure communi etiam
monialis deberet habere illud paragiũ,
ac si nuberet, quod probauit Neapod. in
pluribus locis, quæ congerit Præs. de
Franch. loco cit. tenent etiam Andr. in
d. constit. in aliquibus. fol. mihi 257. col.
1. nu. 70. vers. secus si clerici, vbi Afflict.
num. 44. Capyc. decis. 204. Petr. de Gre-
gor. in tracta. de dot. de parag. q. 13. vbi
Addentes alios cumulãt, præcipuè Alex.
consi. 121. vol. 6. & iddem tenet Decian.
consi. 5. vol. 3. & sic etiam fuit aliquando
decisum in Sacro Consil. in moniali non
professa, nempè de anno 1506. die 17.
Septembris, vt refert Capyc. in d. con-
suet. si moriatur, sub num. 67. fol. 100.
in Apostill. incip. An autem hæc consue-
tudo excludat moniales.

13 Sed vt dixi, hodie contrarium serua-
tur de consuetudine, quæ rationabilis
est, quia moniales tanta dote non indi-
gent, ac si nuberent in sæculo, quia in
sæculo, & se ipsam, virum, filios, & fami-
liam alere debet ex fructibus dotis, ideò
enim dos datur, vt maritus onera matri-
monij sustinere valeat, sed in monaste-
rio solùm agitur de alimentis ipsius mu-
lieris, & de aliquibus alijs expensis, quæ
fieri debent pro necessitatibus monaste-
rij, & habita cõsideratione istorum om-
nium taxatum est paragium ingressarum,
vt ex eius fructibus hæc omnia præsten-
14 tur. † Secundò, quia dos quæ traditur
monasterio tendit ad manus mortuas, vt
est monasterium, nam semel incorporata
monasterio, inde amplius euelli non
potest, & sic nulla est spes reuertendi, vt
benè considerauit Stephan. de Caiet. in
d. consuet. si moriatur, sub nu. 67. fol. 99.
in addit. incip. De hac quæstione. versic.
nec obstat. Sed dos, quæ traditur nuptis
in sęculo, nõ est penitus deperdita, adest
enim spes illam habendi, si mulier non
procreasset liberos, tunc enim dos reuer
titur ad dotantem. l. dos à patre. C. solut.
matrim. vbi omnes. Thesaur. decis. 138.
imò illi filij mori possunt ab intestato. &
tunc etiam illis succedunt cognati secun
dum has consuetudines, vel si faciant te-
stamentum, non possunt disponere, nisi
de medietate, vt patet ex dictis in 3. par
quæ omnia cessant in moniali, vt di
ctum est.

Ex omnibus prædictis colligi potest
resolutio secũdi capitis: dictum est enim
nu. 1. vt in muliere nupta paragium non
possit esse minus legitima, in discursu po
15 stea, & præcipuè nu. 7. dictum est, † vt
in nuptura possit paragium ascendere
vsque ad virilem, & sic non potest esse
minus legitima, sed potest esse plus, si cũ
illo paragio non possit nubere pari: Imo
16 quod plus est, † si hæc portio virilis illi
non sufficiat, vt viro condigno nubere
valeat, & eius frater sit diues, tunc sup-
plementum paragij, vt viro condigno
nubat, frater præstare tenetur, est enim
receptissima sententia, vt frater diues
teneatur de proprio dotare sorores pau-
peres, vt scripsit glo. in l. non omni. C. de
admin. tutor. vbi Cyn. Bald. Salycet. &
alij. Guid. Pap. decis. 439. num. 7. & post
eos, Bart. Alexan. Ias. Rip. Natt. & alios,
Thesaur. d. decisio. 192. num. 7. Præs. de
Franch. decisio. 26. Reg. de Pont. consil.
39. nu. 26. & seqq. consi. 40. nu. 12. consi.
50. num. 3. & in tracta. de potest. Proreg.
in tit. de success. mulier. in princ. nu. 1. &
17 seqq. & etiam in consi. 54. num. 65. † vbi
hoc intelligit ex cõi sñia in sorore vtrin-
que cõiuncta, non aũt in sorore vterina;
quia non tenetur illã dotare de proprijs
bonis, sed solùm de bonis paternis tan-
tum, vel de maternis, vel ad summum de
bonis illius, de cuius successione agitur,
& si paragium illi non sufficiat, ad sum-
mum tenetur illam ad portionem, & par
tem admittere, tanquam si esset mascu-
lus. Et hoc iddẽ probat Præs. de Franch.
decis. 63. & decis. 87 nu. 12. Quæ omnia
magis procedunt in paragio debito mo-
niali, nam maior ratio ibi viget, nempè,
vt soror Deo seruiat, & minor quantitas
illi sufficit, an autem plura paragia sint
præstanda mulieri, dicetur infra q. 29.

Fuit tamen inter Nostrates maxima
18 controuersia, † si frater semel dotasset
sororem de paragio, & illa postea dotem
amiserit, num frater denuò teneatur do-
tare sororem? & negatiuam sententiam
recepit Bald. in l. fi. nu. 8. C. de dot. pro-
miss. quem sequuntur Roman. in Authẽ.
quod locum. nu. 10. C. de appellat. Cott.
in suis memorab. in verb. executores te-
stamenti. Boer. decisio. 131. num. 7. tenet

etiam Nuncius Pelliccia ad consuetud. Auersan. in prælud. nu. 267. & in hanc opinionem videntur inclinare Afflict. in constit. Regn. fratribus. nu. 3. Frecc. lib. 2. sub feudor. in addit. ad quæstionem 17. in 6. quæst. nu. 2. & Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 36. nu. 144. Et mouentur ex pluribus, præcipue tamen ex
19 illo communi axiomate, † quòd dispositio legis intelligitur de prima vice tantum, nec tendit in infinitum, vulg. tex. in l. boues. §. hoc sermone. vbi latissimè Tiraquell. ff. de verb. & rer. signif. & iddem habetur in l. fideicommissa. §. si quis decem. vbi glos. in verb. quam semel. ff. de legat. 3. vt alios omittam: est enim hoc commune dictum.

Confirmatur quia eatenus hoc axio-
20 ma verum est, † vt secundum aliquos habeat locum etiam si adesset dictio toties, quoties opus fuerit, adhuc intelligatur de prima vice tantum, quia adhuc nō debet tendere in infinitum; citari ad hoc propositum solet glos. in c. cùm in multis de rescript. in 6. Postremò hoc probant à maioritate rationis, quia maiori vinculo tenetur pater dotare filiā, quam frater sororem, iuxta tex. in l. fin. C. de dot. promiss. & suo loco supra notatum
21 est: † Sed si pater semel dotasset filiam, quæ postea sua culpa dotem amiserit, pater non tenetur denuò illam dotare, vt post alios scripsit Cacher. decis. 124. nu. 5. Ergò multò minus frater tenetur dotare sororem argumento tex. in authen. multò magis. C. de Sacros. Eccles.

22 † Attamen prædictis non obstantibus, contrariam opinionem amplector, tanquam veriorem, & iuri magis consonam, quam sequūtur infrascripti DD. maximę authoritatis, nempè Cyn. quem refert, & probat Alex. in l. si cùm dotem. §. 1. num. 7. & 8. ff solut. matrim. Ias. in l. duobus. §. si ei, qui. nu. 15. ff. de iur. iuran. in l. diuortio. §. qui in anno. nu. 13. ff. sol. matrim. & in § fuerat. num. 136. instit. de action. Tiraquell. in d. l. boues. §. hoc sermone. nu. 12. quos etiam probat Molin. lib. 2. de Hyspan. primogen. cap. 16. nu. 26. vers. sed contrariam opinionem sequitur etiam Bald. sibi contrarius in l. scimus col. fin. vers. sextò quæro. C. de inoffic. testam. Cacher. d. decis. 124. nu. 10. Minad. in repet. constit. in aliquibus. nu. 7. notab. & alij, quos numerat. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 42. n. 88. & faciunt etiam tradita per Viui. in suis communibus opinionibus in 45. opin.
23 num. 8. † Qui omnes opinionem istam dicunt præcedere, non quando frater ex dispositione hominis dotauit sororem, vt quando illam dotauit de bonis paternis; nam in hoc casu non tenetur illam denuò dotare, quia vel culpæ mulieris, vel fortunæ tribuendum est, si dotem amisit, & ad summum frater, si est diues, tenetur dare alimenta sorori, prout tenetur illa dare fratri pauperi, vt post alios probat Præs. de Franch. in decis. 178. nu. 3. vt alios omittam, quia omnes in hoc conueniunt.

24 † Si verò dotasset sororem ex dispositione legis, vt quia tanquam diues dotauit sororem pauperem, iuxta tradita supra nu. 7. & 16. & tunc, si soror culpa sua amisit dotem, nō tenetur frater illam amplius dotare, sed culpa mulieris illi imputanda est: si verò casu inopinato dotem amiserit, & tunc tenetur illam
25 dotare, † nam hæc eadem distinctio adhibetur in patre, & quia vterque dotauit ex iuris dispositione iux. tex. in l. cùm plures. §. fin. vbi glos. in verb. alio patre. ff. de administr. tutor. Præs. de Franch. decis. 73. nu. 4. Molin. d. nu. 26. Menoch. de præsumption. lib. 1. pręsumpt. 46. nu. 29. & alij supra citati, qui in patre hoc admittunt indistinctè, quia ex dispositione legis tenetur dotare filiam, ergo eadem ratio procedit in fratre, qui etiam ex dispositione legis dotauit sororem.

26 Nec obstant contraria, † nam text. in d. l. boues. §. hoc sermone, & alij similes, vt dispositio intelligatur de prima vice, procedit quando tenetur ex facto hominis, non autem si ex facto legis, vt ex pluribus probat Molin. loco cit. Nec prima confirmatio vrget, nam est falsa illatio;
27 † Si enim aliquis obligatus esset ad aliquid faciendum toties, quoties opus fuerit, si semel id faciat, non liberatur, sed ad minus duas, vel tres vices debet illud adimplere, & hæc est receptior sententia, nam benè verum est, ne debeat extendi in infinitum, sed per duas ad minus, vel tres vices tenetur adimplere, vt in cap. omnes, vbi glos. 2. q. 6. Bart. in l. eum, qui certarum. §. fi. nu. 5. vbi Angel. & alij. ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 46. nu. 2. vbi addentes alios cumulant. Decian. cons. 87. nu. 1. vol. 2. Brunor. a Sol. compend. propofit. iur. in verb. dictio

totties,

28 toties, & alij; & hinc est, † vt promittẽs præsentare aliquem ad omnem requisitionem Curiæ, toties, quoties opus fuerit, quamuis multi teneant, vt pluries teneatur illum præsentare, & ad summum per duas vices, vt notauit Angel. in l. si finita, nu. 4. ff. de damn. infect. cum alijs cumulatis per Decian. d. cons. 87. nu. 2. Nihilominus plures tenẽt oppositum, quia hic agitur de facto hominis, & sufficit esse adimpletum pro prima vice, & consequenter si semel illum præsentauerit, liberatur, ex traditis per Afflict. d. nu. 2. & hoc expressè post Soccin. Roma. Rimin. & alios affirmat Decian. d. nu. 2. & etiam Iul. Clar. in §. fin. q. 46. nu. 29. quæ opinio mihi etiam placet, quia agitur de facto
29 hominis, & tanto magis, † quia intentio fideiussoris non censetur esse; vt in infinitum teneatur suum principalem præsentare, sed semel tantum; nam potest esse, vt Curia, & eius officiales ad extorquendam aliquam pecuniarum quantitatem ab ipso fideiussore, excarcerent principalem, fideiussore inscio, & post excarcerationem citent fideiussorem ad illum præsentandum, & sic esset manifestum furtum, & euidentissima fraus, etiam quia, quando fiunt similes præsentationes, & adest fideiussoris exculpatio, & adest etiam in liberatione nouum factum iudicis, & ex illo nouo facto, non debet fideiussor sine voluntate sua obligari, & consequenter communiter dicitur, vt ad factum præsens sit tantum ob-
30 ligatus fideiussor; quo fit, † vt fideiussor datus in vno Tribunali de soluendo iudicatum, non teneatur ad soluendum iudicatum per aliud Tribunal eiusdẽ Regis, quia non extẽditur fideiussio ad hũc casum, sic probat tex. in l. 3. ff. iudic. solut. Roman. cons. 220. & post alios Præs. de Franch. decis. 605. vbi sic refert decisum, & etiam doctissimè probat, quæ non habent locum in casu nostro, quia non ex facto hominis agitur, sed ex facto legis.

S V M M A R I V M.



Fœmina dotata exclusa per statutum, an faciat partem in taxanda legitima masculorum, DD. de hac materia loquentes recẽsẽtur. nu. 1. In terminis iuris cõis verior est opinio, vt faciat partem. nu. 19. Sic etiam in terminis constitut. in aliquibus. num. 20. sic pluries refertur determinatum per Sac. Consilium. nu. 2. & 3. vbi fundatur hoc idem esse in materia istarum consuetudinum ex Neapol. num. possit colligi hæc quæstio. nu. 28. Probatur hæc opinio ex varijs rationibus a nu. 21. vsq. ad num. 28. Decisio Præsid. de Franch. 549. ad hoc probandum ponderatur. num. 29. & 30. contraria soluuntur à nu. 28. vsque ad fin. An hoc procedat si esset tantum dotata de bonis maternis. num. 4.

Fœmina, quæ non faciat partem in beneficium masculorum varijs medijs fundatur à num. 6. vsque ad 21. referuntur duæ decisiones Sacri Consilij pro hac opinione. nu. 5.

Portiones sororum accrescunt fratribus cum onere dotandi illas de paragio. nu. 6. & 10. & ita pluries indicatum refertur. nu. 12. Non portionibus, & sic hereditati, sed personis fratrum accrescunt. nu. 7. & 8. nec vno momento penes sorores existunt. num. 9. De illis non potest pater disponere, quia filiorum sunt. nu. 14.

Quæstio an fœmina exclusa à successione faciat partem? versatur præcipuè in taxanda legitima filiorum. nu. 15. & 29. & ratio affertur. nu. 16. Licèt multi dicant esse arbitrariam, in terminis, tamen harum consuetudinum communiorem, & receptiorem fundatur esse sententiam. vt faciat partem. nu. 37.

Fœmina excluditur a successione propter masculos. num. 10. & 13. existentibus masculis, nunquam succedit, nisi masculinetur. nu. 11. non est exclusa simpliciter, sed sub conditione si dotetur. nu. 21. vtilitas ponderatur, vt per hoc faciat partem, licet non admittatur ad partem. nu. 26.

Statutum excludens fœminas à successione post dotationem, admittit fœminas, vt faciant partem in taxanda legitima masculorum, secus si eas primò excludat, & postea dotari iubeat. nu. 17. Procedat tamen, si ab intestato eas excludat. nu. 22.

Consuetudo, si moriatur ponderatur, vt primò excludat fœminas, postea iubeat illas de paragio dotari. nu. 18.

Constit. Regn. In aliquibus primò vocat omnes, & etiam fœminas ad successiones, deinde masculos præfert, & iu-

 bet

bet fœminas de paragio dotari, & vtilitas inde proueniens ponderatur, numero 20.

Dos succedit loco legitimæ secundum terminos consuetudinum, & non augetur auctis facultatibus, num. 23. Quando succedit loco legitimæ fœmina facit partem, licèt non admittatur ad partem, nu. 24.

Decisio Thesauri 159. ponderatur pro nostra sententia, nu. 25.

Exclusio fœminarum secundum terminos consuetudinum nascitur ex eadem radice, ex qua nasc tur inclusio masculorum, & ratio affertur. nu. 28.

Mulieri habenti filios ex diuersis matrimonijs, succedunt æqualiter filij, & filiæ vtriusque matrimonij. nu. 32.

Fœminæ in taxanda portione debita fratribus, faciunt partem, & numerum, nu. 33. & 36.

Portiones debitæ fœminis non vterinis, vt malè sensit Naucler. sed vtrinque coniunctis, & consanguineis fratribus accrescunt. nu. 33. 35. & 36. Procedit etiam si mater æqualiter in testamento filios, & filias vtriusque matrimonij sibi fecisset hæredes, num. 34.

QVÆSTIO XVII.

1 DEcimoseptimò quæro, num soror dotata exclusa per fratres à successione bonorum parentum faciat partem in legitima in beneficium fratrum? Hæc quæstio, licèt de iure communi sit admodum controuersa, adeò vt Ant. Gabr. lib. 6. commun. opin. in titu. de legitima, q. 2. quinque opiniones inter se diuersas referat, & Thesaur. decis. 159. Octo opiniones inter se contrarias cumulet; quæ opinionum diuersitas etiam est penes Boer. decisio. 104. Surd. decis. 252. Simon de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 6. & 12. Peregr. in tract. de fideicom. art. 38. nu. 17. & seqq. Ludouic. Morot. consi. 23. Misinger. cent. 4. obseruat. 22. Borgnin. decis. 8. par. 3. qui Authores tanquam eodem tempore Scribentes non se citant, idcircò eos cumulaui, sed innumeros Doctores cumulant, prout etiam facit Anna consi. 25. nu. 42. licèt ipse nihil de hac quæstione affirmet, dicens, suo tempore facere allegationes, quas non vidi, fiam fecerit.

2 Verùm dum ego hanc quæstionem primo loco examinaui, reliqui disputationem istam, nec Doctorum cathalogũ contexere volui, quia in materia istarum consuetudinum putabam esse sine difficultate, quia Sacrum Consilium pro parte affirmatiua pluries iudicauit, vt faciãt partem, licèt non admittantur ad partẽ ipsæ sorores, vt est videre penes Capyc. decis. 158. & eò magis in hac opinione confirmabar, quia Præs. de Franch. in decis. 549. dicit, hanc opinionem non habere contradictionem, & Sacrum Consi. secundum illã semper iudicasse, & dum vna vice iudicauit contrarium, ex errore id euenisse affirmat; adeò vt in causa reclamationis sententia illa, iunctis aulis reuocata fuerit, quod euenit in anno 1570. die 11. mensis Octobris, & iterum de anno 1595. die 18. Februarij in causa Aureliæ de Iacutio cum Diana Roccho fuit iddem pronunciatum, & solùm additum fuit, vt etiam habebatur in dicta decisione Capyc. vt in taxatione legitimæ masculorum habendam esse rationẽ dotium receptarum per fœminas, vt per ipsas dotes augeatur hæreditas, vt est vi-
3 dere in prædicta decis. 549. † Et dum annis elapsis hæc quæstio accidisset in eodem Sacro Consil. in causa Lucij Ricca contra Gasparem Ricca in materia harum consuetudinum, & in beneficium Lucij, vt fœminæ non admitterentur ad partem, Doctissimi viri consuluissent, nunc ob eorum euidentem scientiam Senatores meritissimi, vt ex aliquorum allegationibus vidi, tamen iddem Sacr. Consil. de anno 1608. die 17. Martij, referente Consiliario Riccardo; in hunc modum protulit sententiam, videlicet, (In liquidatione legitimæ debitæ Lutio Ricchæ super bonis paternis etiam antiquis intra districtum contentis, & consuetudini subiectis esse connumerandas omnes filias fœminas dicti quondam Fabij Ricchæ, computatis tamen dotibus ipsarum filiarum) Hæc enim sunt substãtialia verba dictæ sententiæ. Quæ quidem sententia alias præcedentes sententias confirmat, & magis facit opinionem
4 istam indubitatam. † Est bene verum, quod idem Præs. de Franch. decis. 639. num. 10. affirmat, vt hoc non habeat locum, quando filia esset dotata de bonis maternis tãtum, quia tunc non facit partem

tem in beneficium fratrum vtrinque cõiunctorum contra fratres vterinos, quãuis in hac limitatione non legi factam decisionem aliquam, & an sit vera illatio, pendet ex dicendis infra hac eadem par. q. 29. an fœminæ vnicum tantum paragium sufficiat: facit etiam aliquo modo decisio referenda nu. 12. & discutienda nu. 28. & seqq.

Attamen dum hæc commentaria videbantur, admonitus fui, vt quæstionem istam non ita sicco pede pertransirem,
5 † quia multi tenent contrarium, prout etiam Sacrum Consil. consultò, & veritate cognita, & non ex errore aliquo his iudicauit contrarium; videlicet, fœminas nullo modo facere partem, dum non admittuntur ad partem, & Reg. de Ponte consi. suo 61. nu. 56. & seqq. post collecta diuersa loca Neapodani affirmat, hoc esse indubitatum, vt sorores non faciant partem; & nu. 43. & 44. refert prædictas duas decisiones in Collaterali Cõsilio factas; vnam in causa Ducis Montisalti cum Isabella de Aragonia eius sorore, referente Consiliario Fœlice de Rubeis; & alteram in causa Marchionis Vallis Siculæ, referente Præside Sacri Consilij Ioanne Andrea de Curte: itaque necesse est ponere rationes dictorum Authorum, & ad minus, illis balbutiendo respondere, sic enim fieri debet circa dicta præstantissimorum virorum.

Mouentur igitur ex tribus; vt ex eorundem allegationibus videre potui. Primò ex Neapodani doctrina. Secundò ex dictis duabus decisionibus, quæ quidem, vt pluries replicauimus, inducunt consuetudinem sic iudicandi, & Tertio ex regulis iuris communis, quæ omnia oportet sigillatim expendere.

6 Ex Neapodano quidem, nam ille in consuet. si moriatur, in verb. succedunt, fol. 102. assignat rationem, cur masculi teneantur dotare fœminas de paragio, videlicet, quia portio fœminarum accrescit masculis cum hoc onere dotandi;
7 † quæ quidem portio non portioni, & sic hæreditati; sed personis, & sic ipsis fratribus accrescit, vt etiam probauit idem Neapod. in consuet. si qua mulier habens, in verb. fratribus, vers. & aduertendum. fol. 207. quem ad hoc propositum ponderat Præs. de Franch. decis. 149. num. 4. & decis. 566. §. & dicit glo. Neapodani. Qui quidem Neapod. ibid. in verb. accrescunt. in princ. fol. 206. dicit hoc euenire per remotionem fœminarum à successione, non autem simpliciter ex iure accrescendi, quod etiam docent Bald. in l. Papinianus. §. vnde si parens. ff. de inoffic. testam. Alber. Brun. in tract. de stat. exclud. fœm. art. 13. q. 3.
8 nu. 13. † Imò ipsemet Neapod. in d. consuet. si qua mulier, in verb. de bonis; sub nu. 22. fol. 210. vers. licet ergo portio sororum, conceptis verbis ait, vt sororum portio accrescat fratribus ipso iure, non
9 autem paragium † & ibid. in verb. accrescunt fol. 206. ait, vt nec vno momento hæc sororum portio existet cum effectu penes sorores, ex tex. in l. placet. ff. de acquir. hæred.

10 Et vt breuiter concludam, † semper quòd Neapodanus loquitur de filiabus, dicit illas esse exclusas à successione, & filios tantum succedere cum onere dotandi sorores de paragio, quia ius succedendi sororum transfusum est in paragium, quòd est subrogatum loco iuris succedendi earum, quod paragium tollit omninò ab eisdem sororibus ius succedendi, vt etiam docet in d. consuet. si moriatur. §. eas autem. vers. in contrarium, & ibid. in verb. & tenentur. fol. 80.
11 num. 30. subdit hæc verba [† item quia fratre differente maritare sororem secundum paragium vsque ad annos 16. ipsa succedit, ergo ante nõ succedit, nam cum lex in præteritũ quid indulget, in futurum vetat. ff. de legibus. l. cum lex] & hoc idem habet in pluribus alijs locis, quæ ferè in vnum congerit Præsid. de
12 Franch. decis. 87. † ob quæ Sac. Consilium iudicauit, sorores non succedere, sed habere tantùm paragium, quod eatenus Sac. Consilium habuit pro indubitato, vt id iudicauerit, non obstante renunciatione facta per sorores in beneficium fratrum, qui adhuc nõ possent succedere ex persona sororum, circunscripta renunciatione ex beneficio consuetudinum portiones sororum accrescunt fratribus cum onere soluendi paragium ipsis sororibus, & hoc etiam affirmat in decis. 92. num. 9. in fin.

Imò idem Præs. d. decis. 149. tota, & præcipuè paulò ante num. quartum vsq.
13 in fin. disputat articulum ad partes, † & tandem refert Sac. Consilium iudicasse, fœminas vigore consuetudinum nullo modo admitti ad successionem parentum

tum, & earum portiones accreſcere fratribus, non autem hæreditati: ſi igitur non ſuccedunt, clara ſequitur cõſequentia, vt in ſucceſſione conſuetudinaria non habeatur in conſideratione, & conſequenter nec numerum, nec partem faciunt in beneficium, vel in damnum maſculorum, & hoc argumentum eſt Achilles aduerſariorum.

14 Confirmant hoc ex traditis per Capyc. in d. conſuet. ſi moriatur in princ. in Apoſtill. incip. An iſta portio renunciata. fol. 83. vbi in ſpecie quærit, ſi portio renunciata per ſororem maritatam accreſcat fratri, vt ſic debeat computari in legitimam in perſona maſculorum, perindè ac, ſi ſoror illa non ſupereſſet, & ex doctrina Bald. in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. & Aretin. in l. planè. §. ſi duobus. ff. de legat. 1. concludit, quòd ſic, & inde infert, vt non poſſit pater iſtã portionem renunciatam relinquere cui voluerit, ſed remanebit in hæreditate, ac ſi ſoror illa nunquam nata fuiſſet, hæc quidem Capyc. concludit, qui abſque dubio videtur determinare in indiuiduo quæſtionem iſtam.

Secundum aſſumptum eſt ex deciſionibus aliàs in ſimili materia factis cum maxima conſideratione, & per viros peritiſſimos, vt nu. 5. relatum eſt.

Tertium deniq. aſſumptũ, quod magis videtur vrgere ſi mea me nõ fallit opinio fundatur in regulis iuris communis, & in

15 primis pro regula notandum eſt, † quòd tunc cadit hæc quæſtio diſputanda, an fœminæ excluſæ faciant partem, licèt non admittantur ad partem, quãdo agitur de taxanda, & liquidanda legitima alicui ex filijs, vt patere poteſt penes Doctores relatos. nu. 1. & præcipuè ex Gabr. & multò magis ex traditis per Theſaur. d. deciſ. 159. & patet etiam ex deciſionibus relatis. nu. 2. & 3. & ratio

16 eſt manifeſta, † quia pro taxanda, & liquidanda legitima filiorum neceſſariò recurrendum eſt ad ſucceſſionem delatam ab inteſtato de iure communi, per quod ſuccedunt æqualiter tam maſculi, quàm fœminæ, vt in l. maximum vitium. C. de liber. præter. prout in ſpecie hanc rationem conſiderauit Soc. Sen. in conſ. 150. nu. 27. lib. 1. Sed in terminis conſuetudinum non agitur de liquidanda legitima, ſed de taxanda portione tantum ſtatuta, & determinata per ipſam conſuetudinem, & pro hac liquidatione non eſt opus exire terminos conſuetudinis, & recurrere ad ſucceſſionem de iure cõmuni, ſed taxanda eſt ſecundum terminos conſuetudinis tantum, quæ dum tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento maſculos tantum, & non fœminas cõgnouit, conſequenter in hac liquidatione fœmina nullo modo conſideranda eſt, dum non conſideratur in ſucceſſione. Et ideò, vt dixi num. 13. in fin. hoc eſt præcipuum argumentum aduerſariorum.

Additur prædictis, quòd ſi eſſemus in illis terminis, in quibus quæſtio hæc cadere poſſet, tunc recurrendum eſſet ad formam verborum, quibus concepta eſt

17 ſucceſſio ſtatutaria; † ſi enim ſtatutum mandet, vt filia dotata non ſuccedat, & ſic poſt dotationis onus ſubſequetur excluſio à ſucceſſione, & tunc dos ſuccederet loco legitimæ, & fœmina faciet partem, & numerum, licèt ad partem non admittatur. Aut verò ſtatutum dicit, vt, exiſtentibus maſculis, fœmina nõ ſuccedat, ſed ſolùm dotetur, & conſequenter excluſio à ſucceſſione bonorũ præcedat, & poſt excluſionem ſubſequatur onus dotandi, & in hoc caſu dos non ſuccedit loco legitimæ; quò fit, vt duo ſequantur; Primò vt mulier legitimè dotem ipſam non tranſmittat ad hæredes, de qua materia dictum eſt ſupra par. 3. q. 7. & ſupra hac ead. par. q. 15. Et Secundo, vt nec faciat partem, vel numerum in damnum, aut beneficium aliorum, ita magiſtraliter diſtinguit Paul. de Caſtr. in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 7. & iterum nu. 8. circa fin. verſ. ego pluries conſultus. ff. de condit. & demonſtr. vbi teſtatur, ſe pluries ſub hac diſtinctione conſuluiſſe, prout verè conſuluit conſ. 303. lib. 1. & conſ. 6. lib. 2. & eodem modo diſtinxit Cuman. in eod. §. Titio genero, quam diſtinctionem in indiui duo ſecuti ſunt Alex. conſ. 13. nu. 12. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 75. num. 8. verſ. præterea aliud eſt, & num. 11. verſ. ex quibus iterum. lib. 3. Pariſ. conſ. 85. nu. 51. vol. 2. & conſ. 53. num. 76. vol. 3. Pancirol. conſ. 172. num. 13. verſ. Socinus verò, Michael Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. legitima. q. 7. verſ. quid dicendum. vbi ex Ruino in pluribus conſilijs dicit, hanc diſtinctionem eſſe communem, prout etiam affirmat Borgnin. d. deciſ. 8. nu. 10. par. 3.

Caſus

Caſus noſter proculdubio eſt in ſecun
18 da parte diſtinctiones, † nam conſuet.ſi moriatur, vocat ſimpliciter filios maſculos excludendo fœminas, & poſt fœminarum excluſionem, iubet illas dotari de paragio.vt habetur in eadem conſuetudine in verb. filij, iuncta expoſitione Neapodani ibid.fol.78.ergo,ſeruata forma diſtinctionis relatæ num. præcedenti,fœminæ in caſu conſuetudinis non faciunt partem;& hoc eſt, quod voluit inferre Ant. de Alex. in d. conſuet. ſi moriatur,in princ.fol.68.in Apoſt.incip. In textu,circa fin. vbi ait, quod ponderanda ſunt verba conſuetudinum, quia non dicunt, quòd filia dotata non ſuccedat, ſed dicunt,vt filia,ſtantibus maſculis,nõ ſuccedat, ſed dotari debeat, inquiens, quòd circa verba prædicta eſt magna differentia,quam exclamat Caſtren.in d.§. Titio genero, & hæc ſunt præcipua motiua dictorum præſtantiſſimorum virorum,vt nu.5.in fin.notatum eſt.

Verùm quæſtio hæc poteſt tripliciter diſputari.Primò,ſecundùm terminos Iuris communis. Secundò, attenta diſpoſitione Conſtitutionum Regni; & Tertiò ſecundum terminos harum conſuetudinum.In duobus primis capitibus nõ eſt diſctio, vt mox dicã,tota igitur eſt in tertio caſu. Dixi non eſſe diſſentionem, nam ipſimet affirmant, & veritas ita eſt, vt,attenta diſpoſitione iuris communis,
19 † ſi fœmina per renunciationem, vel alio modo à ſucceſſione bonorum paternorum ſe excluſiſſet, & conſequenter non admittatur ad partem; nihilominus in taxanda,& liquidanda filiorum legitima faciet partem, & numerum; & in hoc viget ratio.nu. 15. & 16.relata, vt in taxatione legitimæ numerentur omnes illi, qui ab inteſtato ſuccedunt, & vt ibidem dictum eſt, tam maſculi, quàm fœminæ ſuccedunt ſecundum iuris communis diſpoſitionem,& hæc eſt verior,& receptior ſententia, ſi benè ponderentur DD.num.1.relati, quos etiam probauit Theſaur.d.deciſ.159.nu.6.Surd. d.deciſ. 152.Morot.d.conſ.23.vt alios omittam, quia in hoc conuenimus cum aduerſarijs.

20 Nec in ſecundo caſu eſt diſſentio, quia ſecundum terminos Conſtit. in aliquibus, quæ ſimiliter excludit fœminas à ſucceſſione, ſtantibus maſculis, communiter iudicatur,vt, licèt fœminæ non admittantur ad partem,faciant tamen partem, & numerum in taxanda legitima maſculorum. Sic ex pluribus probauit ibid.Afflict.nu.54.& ſeqq. vbi ita affirmat eſſe iudicatum in Sacro Conſilio, de qua deciſione meminit etiam Viui.in communibus opinion. vt habetur nouiſſimè in 1.tom.commun.opin.in rubr. de magiſtratu tit.8.de ſtatut. cap.6. §. limitatur decimoquartò. Vbi pro hac opinione citat etiam Curt. ſen. conſi. 5. nu. 1.& ſeqq. vbi magnam Doctorum cateruam pro hac ſententia cumulat,probant etiam Grammat.deciſ.57.nu.19.Reg.de Pont.conſ.65.& vt alios omittam, Petr. de Gregor.idem docet in tract.de dot. de parag.q. 2. vbi Addentes alios cumulant, quos omitto, quia ratio diſtinctionis factæ.nu 17. cum authoribus ibidem cumulatis hanc ſententiam probat; nam illa conſtitutio ab initio includit, & fœminas, & maſculos, fœminis tamen maſculos præfert cum onere dotandi illas de paragio ibi. [Sãcimus,patre mortuo, tam filios,quàm filias puberes,aut maiores, minoreſue ad parentum ſucceſſionẽ abſque ſexus diſcretione vocari] ſubdit poſtea hæc alia verba [Præterri volumus maſculos fœminis, dum tamen ſorores,aut amitas, fratres, aut nepotes,pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero ſecundum paragiũ debeant maritare.] Itaque eſt primus caſus diſtinctionis traditæ nu.17. & conſequenter etiam ſecundum DD.ex aduerſo ponderatos, fœminæ faciunt partem, & numerum in terminis dictæ Conſtitutionis, licèt non admittantur ad partem.

In tertio igitur caſu eſt tota diſſentio, (& ſalua pace aduerſariorum) contraria ſententia mihi verior videtur tam ſecundum regulas Iuris communis, quàm etiam,attenta diſpoſitione iſtarum conſuetudinum, & omiſſis varijs rationibus, & fundamentis, quæ, attenta diſpoſitione iuris communis, ponderauit Morot. d.conſ.23. & ponderarunt alij relati nu. 1. paucis contentus ero, & tota uis erit ponderare rationes ex aduerſo,vt non inficient hanc noſtram ſententiam.

21 Primò igitur moueor, † quia fœminæ non ſunt omnino,& ſimpliciter excluſæ ſecundum has conſuetudines à ſucceſſione ab inteſtato, ſed ſub conditione, ſi à maſculis tempore congruo dotentur de

para-

paragio, vt patet ex consuetudine prædicta si moriatur, & etiam ex quæstionibus supra discussis de masculiatione cernitur. Nec etiam sunt penitus exclusæ ex testamento, quia in patris electione versatur, num etiam filias sibi hæredes facere velit, dummodo masculorum portionem non minuat, vt latius probatum est supra par. 3. q. 7. tota, & dicentur
22 aliqua infra q. 25. † Quo casu succedit communis regula, etiam secundum Doctores, qui tenent, fœminam, exclusam per statutum, non facere partem, vt tantùm sibi locum vendicet, quando est penitus exclusa tam ab intestato, quàm ex testamento, vt ex communi sententia affirmat Crau. consi. 966. num. 1. 2. & 3. vol. 5. & consequenter non loquuntur in terminis nostræ consuetudinis DD. illi, qui pro contraria parte citantur.
23 Secundò probatur, † quia secundum terminos harum cõsuetudinum dos succedit loco legitimæ. vt latius probatum est supra hac ead. par. quæst. 15. pręcipuè nu. 6. & seqq. & etiam vidi ex allegationibus vnius ex illis doctissimis viris, qui pro dicto Lutio Riccha tenuerunt, vbi optimè fundat, dotem de paragio receptam à filia, viuente patre, non augeri, auctis postea facultatibus paternis; & hoc ea præcipuè ratione, quia, cùm dos tam secundum terminos constit. Regni in aliquibus, quàm etiam secundum has consuetudines succedat loco legitimæ, nõ potest augeri, de qua materia dictum
24 est supra d. par. 3. q. 7. citata: † quò fit, vt in hoc casu omnes concludant, vt filia exclusa à successione per statutum, etiã si non admittatur ad partem, faciat tamẽ partem in taxãda legitima masculorum, sic probauit Curt. Sen. & Viui. locis citatis nu. 20. Sic etiam post Bald. Roman. Angel. Castren. Decian. & alios plures
25 probat Thesaur. d. decis. 159. nu. 6. † vbi num. 7. concludit Doctores, qui tenent oppositum, esse intelligendos, quando dos non succedit loco legitimæ: itaque etiam DD. qui contra nos citantur, hanc sententiam in casu nostro fundant: Verùm, quia per statutum loci, cuius tunc erat quæstio in illo Senatu Pedemontano, nõ apparebat, si dos succederet loco legitimæ, nec statutum mãdabat, vt dos solueretur de bonis patris, à quorum successione filia excludebatur, vt mandant illæ consuetudines, vt habetur in d. consuet. si moriatur. Sed satis erat, vt dotata esset à quocunque, ideò Senatus ille, congregatis classibus, iudicauit, fœminam, exclusam per tale statutum, non facere partem, nec numerum, quia omnino excludebatur à successione, vt legi potest d. decis. 159. nu. 18. & consequenter decisio illa confirmat hanc nostram sententiam, dum dos de paragio succedit loco legitimæ, & soluenda sit de bonis parentum, vt dictum est, & vltra authores relatos per Thesaurum in hoc casu, hoc iddem tenuerunt Alex. conf. 131. nu. 2. in fin. vol. 1. Iaf. in l. si emancipati. nu. 34. C. de collation. Ruin. & alij; quos probat Tiraquel. in l. si vnquam, in verb. susceperit liberos. nu. 123. C. de reuocan. donat. & post alios Morot. d. consi. 23.
26 Nec dicatur, vt nihil deseruiat ad hãc quæstionem, num fœmina excludatur simpliciter, soluta tantùm illi dote; vel sub conditione, nempe, si non dotetur, succedat; est enim maxima differentia per omnem modum, nam primo casu, dum simpliciter excluditur, secundum aliquos habetur, ac si non esset in rerum natura; quid ergo mirũ, si non faciat partem. At dum excluditur sub conditione, & exclusio, & inclusio est in suspenso, quia potest esse, vt excludatur, si ei dos soluta sit, & etiam vt succedat, si dos illi non soluatur; & consequenter non est penitus exclusa, & proinde, licèt non admittatur ad partem, facit tamen partem. ita post Castrens. qui est caput distinctionis relatæ n. 17. post Alex. Corn. Paris. Bero. Gabr. Curt. Iun. & alios probat Morot. d. consi. 23. num. 2.
27 Postremò confirmatur, quia etiam si simpliciter filia excluderetur à statuto, stantibus masculis, adhuc secundum magis receptam sententiam, filia faceret partem in taxãda legitima masculorum, & hanc opinionem dicit esse magis communem. Guid. Pap. decis. 295. vocat veram, communem, & indubitatam. Morot. consi. 23. num. 2. dicit etiam magis æquam, & rationabilem Perrgrin. d. art. 38. nu. 24. quem refert, & probat Præs. de Franch. d. decis. 549. in fin. Ego nunc addo esse verissimam in terminis ipsarum consuetudinum, non solùm ex decisionibus relatis nu. 2. & 3. & ex ponderationibus desuper factis, sed etiam ex dicendis num. 32. & seqq. post soluta contraria.

His

28 His stantibus, respondeo contrarijs, & primò ad loca Neapodani, quia, vt optimè aduertit Præs. de Franch. decis. 149. num. 11. ille tractabat articulum, si portio fœminarum accresceret hæreditati, vel fratribus, & benè illum resoluit, vt non hæreditati, sed fratribus accrescat; quia ex eodem fonte, ex quo nascitur fœminarum exclusio, nascitur etiam inclusio masculorum cum onere dotandi sorores de paragio, & ideò ratione dicti oneris portiones fœminarum transeunt ipso iure in fratres tantum vtrinque coniunctos, vel consenguineos, vt infra dicetur, in quorum etiam electione positum est, si velint admittere sorores ad successionem, & consequenter ex dictis Neapodani non potest inferri, vt voluerit determinare hanc quæstionem, vt fœminæ non facerent partem in legitima masculorum, imò potius Neapodanus admittit fœminas ad partem, & numerum in masculorum beneficium, vt infra dicetur; etiam quia in omni opinione, quando fœminæ succedunt, si non dotentur, & quando dos succedit loco legitimæ, semper fœminæ faciunt partē, & numerum, vt superius dictum est, & Neapod. vtrunque docuit, nempe sorores succedere, si non dotentur de paragio; & quando de paragio dotantur, vt paragium succedat loco legitimæ, & eodem modo respondetur ad decisiones Præsid. de Franch quas nu. 12. retuli.

29 Quòdq; solutio ista germana sit, & verissima simul, luce clarius cernitur; nam, cùm Sacr. Consilium pluries hanc quæstionem discusserit, idem de Franch. d. decis. 549. dicit, fuisse habitum pro indubitato, vt licèt fœminę exclusæ sint propter masculos à successione bonorum parentum, nihilominus faciant partem, & numerum in taxanda legitima masculorum: & iddem tradit decis. 619. nu. 11. §. & vltimo dicebatur. vers. quia in eius liquidatione; igitur dum idem Præses in decisionib. relatis d. nu. 12. egit de portionibus sororum, aliam discussit quæstionem, nempe circa ius accrescendi; quibusdam portiones sororum accrescerent, vt etiam dicam infra nu. 32. & seqq. non autem disputauit quęstionem istam, quam nunc tractamus; & per hoc etiam patet ad regulam relatam nu. 15. Concedo enim, veram esse in eo sensu, in quo Sacr. Consilium illam declarauit, nempè in taxatione legitimæ, & ad hunc finem admittuntur fœminæ ad partem, & numerum, vt patet ex decisionibus relatis nu. 2. & 3. Et sic agitur non de taxanda portione (quæ etiam secundum aliquos habetur loco legitimæ in materia istarū consuetudinum, dum parentes non possunt priuare liberos illa portione, prout non possunt illos priuare legitima eisdē debita secundum Ius cōmune) sed agitur de taxanda legitima ipsorum filiorū, & ideo regula illa locum habet in casu nostro.

30 Nec dicatur, decisiones dicti Præsidis non loqui in materia istarum consuetudinum, sed constitut. Regn. in aliquibus. Sic enim videtur loqui in principio dictæ decis. 549. Nam ex processis, quos ibid. citat, & super quos factæ sunt decisiones potest veritas apparere, etiam quia ipse Præses citat Capyc. in decisio. 158. qui loquitur secundum terminos istarum cōsuetudinum, clarum est enim; vt doctor intelligi debeat secundum legem, & doctrinam, quam allegat, vt sępe dictum est; & ille oculatissimus vir non poterat de hoc dubitare, dum secundum terminos dictæ constitutionis indubitatum sit, fœminas facere partem, & numerum, vt dixi supra nu. 20. & dixisset, vt illi non essent Neapolitani, & sic non esse discutiendam materiam consuetudinum, vt iam dixit in simili de iure accrescendi in decisio. 566. in fin. Sed, vt dixi. ex processis potest veritas apparere.

31 Postremò ex Apostilla Capyc. nu. 14. relata, aliud sequi non potest, nisi portiones sororum cedere in beneficium fratrum, & hac ratione non posse patrem de illis disponere, quia ex beneficio consuetudinum pertinent ad fratres; sed inde inferre, vt per hoc sorores non facerent partem, vel numerum in taxanda legitima masculornm, non video firmitatem consequentiæ, cùm istæ sint diuersæ quæstiones, vt nu. 29. relatum est, & vulgatum est axioma, vt ex diuersis non fiat illatio, etiam quia ipse Capyc. in d. decis. 158. docuit contrarium, nempe vt partem, & numerum faciant, quamuis non admittantur ad partem, & ideò locus ambiguus interpretari debet ex magis claro, nempe Apostilla prædicta dubia ex d. decisio. clara.

Ad confirmationem omnium prædictorum

32 ctorum adducitur, † quia, si mulier ex
diuersis matrimonijs habeat filios, clarũ
est, vt ad illius bona succedant æqualiter
filij primi, & secundi matrimonij, tam
masculi, quàm fœminæ pro æquali por-
tione, sed portiones fœminarum accre-
scunt fratribus vtrinque coniunctis cum
onere dotandi sorores de paragio; sic di-
sponitur ad literam in consuetu. si qua
33 mulier habens, vbi omnes, † itaque dum
casus acciderit, vt quædam mater mor-
tua esset, habens vnum filium ex primo
viro, & quatuor, vel tres ex secundo, in-
ter quos vnus erat masculus, & reliquæ
fœminæ, tot portiones factæ fuerunt ex
bonis maternis, & vnusquisque fuit ad-
missus ad suam portionem, & masculus
ex primo vnam habuit portionem, ma-
sculus verò ex secundo quatuor portio-
nes, nempe suam, & tres sororum, quia
sorores fecerunt partem; & numerum
in beneficium ipsius masculi vtrinque
coniuncti, & procederet etiam in fratre
consanguineo, & ita pluries determina-
uit Sacr. Consilium, de vna vice testatur
Præs. de Franch. in decis. 26. & fuit iun-
ctis duabus aulis in causa Michaelis Cos-
sæ cum Ioanne Iacobo Cossa, de qua de-
cisione, quæ fuit, referente eod. Præs. de
Franch. meminit Consiliarius de Bottis
in d. consuet. si qua mulier habens, in
princ. fol. 205. in addit. incip. Adde, quòd
die 26. Septembris. Vbi duas alias deci-
siones ad hoc propositum refert; vnam
in causa quorundam de Rispino, & alte-
ram in causa Ioannis Baptistæ Gagliardi
cum Pompeo Brancacio, & dicit, vt, nõ
obstante renunciatione sororum, adhuc
illæ fuerint admissæ ad numerum & par
tem in beneficium fratris vtrinque con-
iuncti; de alia vice meminit idem de
34 Franch. decision. 566. † Imò in deci-
sion. 639. nume. 8. & sequentib. disputat
articulum, an hoc etiam locum habeat, si
mater fecisset testamentum, & instituis-
set æqualiter filios primi, & secundi ma-
trimonij; & licèt quæstio non fuit deci-
sa, nihilominus affirmat iddem esse dicen
dum, ac si ab intestato succederetur, vt
adhuc fœminæ faciant partem, & nume-
rum in beneficium masculorum, & vt
fratribus vtrinque coniunctis portiones
sororum accrescant; quæ quidem deci-
siones quoad ius accrescendi non habẽt
locum in bonis paternis, sed in maternis
tantum, vt ex decisionibus prædictis cer
nitur, quia de maternis tantum consue-
tudo prædicta loquitur, vt etiam suo lo-
co notatum fuit.

35 Nec dicatur, vt decisiones prædictæ
vendicent sibi locum in taxanda portio-
ne consuetudinis, non autem in taxanda
legitima, & sic vigeat regula relata num.
15. Nam respondetur Sacr. Consilium
vtrunque caput habuisse pro indubita-
to, & in taxanda legitima; vt dixi nu. 2. &
etiam in taxanda portione; sed sola quę-
stio fuit in prædictis vltimis decisionib.
circa ius accrescendi, quibusnam debe-
rent accrescere portiones sororum?, nã
multi tenebant, vt etiam fratribus vteri-
nis deberent accrescere, inter quos fuit
Naucler. vt habetur in suo consi. 68. quẽ
refert Præs. de Franch. d. decis. 566. ea ra
tione, quia hic agitur de bonis maternis;
sed in bonis maternis, & ex materna li-
nea peruentis, frater vterinus succedit
etiam cum parentibus maternis, vt dicã
infra q. 41. & iddem videbatur hic dicen-
36 dum, † Nihilominus Sacr. Consilium de-
terminauit contrarium, vt portiones il-
læ accrescerent fratribus vtrinque con-
iunctis, vel consanguineis, quia portio-
nes accrescunt fratribus cum onere do-
tandi sorores, vt determinat consuetu-
do prædicta. sed onus dotandi non spe-
ctat ad fratres vterinos, nec etiã ad ami-
tinos, vel ad alios remotiores, sed solùm
ad fratres vtrinque coniunctos, & con-
sanguineos; ideò ad hos tantum pertinẽt
portiones sororum, & ipsis tantum ac-
crescunt cum onere eas dotandi, non
autem vterinis, & alijs remotioribus, &
in hoc fundantur decisiones prædictæ,
vt optimè aduertit Præs. de Franch. d.
decis. 26. sub nu. 4. §. quibus non obstan-
tibus, vsque in fin. decisionis, & iterum
in decis. 149. nu. 11. in fi. & nu. 12. sic etiã
decis. 375. nu. 3. decis. 566. decis. 639. nu.
8. & seqq. & alibi.

37 Ex quibus omnibus cerni potest, † q
licet Morot. d. consi. 23. in fi. dicat in suo
statuto penitus excludente fœminas, vt
ponderauimus nu. 25. quæstionem istam
esse arbitrariam, mihi certè in terminis
istarum consuetudinum nequaquam vi-
deatur esse, sed fœminas prædictas, & ad
taxandam portionem in beneficium ma
sculorum, & ad taxandam eorum legiti-
mam facere numerum, & partem, cùm
nõ sint penitus exclusæ, sed ex testamen
to, & ab intestato succedere possunt, &
proin-

proinde & verior, & cõmunior, æquior, rationabilior, & etiam indubitata mihi videtur, salua tamen aduersariorum pace hoc dixerim, paratus sum enim mutare sententiam, si prædictis omnibus respondeāt, prout iam antequàm hæc scriberem, hæc vni ex illis corrigenda proposui, qui tamen ob suam modestiam noluit hæc corrigere, sed dixit vt tenerem, quod vellem: libenter enim eorum tenuissem sententiam, sed testor Deum, mihi vera non videtur, nec æqua, tantò magis ob tot decisiones Sacri Consilij ad confirmandam sententiam istam, quā sequor. Redeam igitur ad quæstiones discutiendas sine argumentorum discussione, vt præfatus sum.

SVMMARIVM.

Filia secundum has consuetudines inueniens se præteritam non potest parentum testamentum querelare, si filij masculi sint hæredes instituti. nu. 1. & 3. Secus si sint instituti extranei. num. 5. & ita decisum refertur. nu. 3. in fin.

Sexus differentia non datur in successione secundum ius commune. nu. 2.

Filia præsumitur instituta in paragio, etiam si de ea non fiat mentio in testamento. nu. 4.

Si vna filia sit à patre instituta, & alia sit præterita, filia præterita potest querelare testamentum patris. nu. 6. & 8. & ita decisum refertur. nu. 9.

Mater tenetur seruare dispositionem cõsuetudinis, etiam si filias tantum habeat, & iddem procedit in patre. num. 7. & 9.

QVÆSTIO XVIII.

1 Decimooctauò quæro, † si filia inueniat se præteritam in testamento parẽtum. nũ possit testamentum illud querelare iuxta terminos tex. in Authen. ex causa. C. de fil. præter. Quæ quidem locum habeat tã in masculis, quàm in fęminis, vt post alios affirmat Iul. Clar. in §. testamentum. q. 42. §. iddem quæro.
2 vbi de communi testatur, † quia hodie sublata est differentia sexus in successione, vt habetur in l. maximum vitium. C. de liber. præter. Verùm loquuntur, attẽta dispositione iuris communis; quo casu nulli dubium est, fœminas debere institui, vel cum causa exhæredari, aliàs testamentum esset nullum, vt loquitur tex. in d. Auth. ex causa. & plura tradit Vrsil. in addit. ad Afflict. in decis. 158. & 161. & de hoc non est dubitandum. Nec ver-
3 satur in hoc quæstio nostra, † & proinde tam in terminis harum consuetudinum, quàm etiam in terminis constitutionum Regni contrariam sententiam amplector, quam in indiuiduo decidit Neapod. in d. consuet. si moriatur, in verb. succedunt, vers. in contrarium. nu. 86. fol. 102. vbi omnes Addentes, præcipuè Frecc. & Capyc. qui Romanum, Angel. Bald. Afflict. & alios cumulant; & iddem probant Minad. in d. constit. in aliquibus. in 2. notab. nume. 63. Præs. de Franch. decis. 149. nu. 7. & in simili statuto iddem probant Clar. lòco cit. Francis. Mar. decis. 546. nu. 10. Anton. Gabr. lib. 6. communium opin. in tit. de statut. con clus. 4. vbi ad saturitatem, tenet etiam Farinat. in decisionib. Rot. Rom. decis. 428. vbi plures cumulat, & sic refert decisum in illa Rota. Probat etiam Hieronym. Gabr. in consi. 7. num. 13. & seqq. vol. 2. vbi hoc dicit esse verum, semper quòd non constat contrarium de voluntate testatoris.
4 Probatur hoc ratione, † quia pater, instituendo filium hæredem, tacitè censetur illum grauare, vt seruata forma cõsuetudinis, & statuti, soluat paragium sorori, in quo censetur illam instituere hæredem: & si filius tempore congruo non soluerit sorori paragium, pater, seruata forma eiusdem consuetudinis, censetur illam vocare ad successionem vnà cum masculis; quia, vt sæpe dictum est, cùm testator disponit, censetur se conformare cum dispositione statuti, & con suetudinis loci: quò fit, vt filia non censeatur præterita, & consequenter vel paragium, vel portionem habebit, seruata forma consuetudinis etiam ex interpretata voluntate testatoris, vt notant omnes Authores nu. præcedenti relati.
5 Hoc tamen intelligitur habere locum, quoties pater filios masculos fecisset sibi hæredes, sic enim loquũtur DD. prædicti; & sic loquuntur consuetudines, nempe vt filij masculi præferantur fœminis:

minis: Sed ſi pater extraneos ſibi feciſſet hæredes, tunc, quia diſpoſuit contra formam conſuetudinis,& filiæ, quæ debebant inſtitui, inueniuntur præteritæ, per quærelam rumpunt teſtamentum prædictum, vt in ſpecie ſcripſerũt Alex. vterque Socin. Aretin. Crot. & alij in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber. & poſthum. plures alios cumulat,& probat Gabr.d.concl.4.nu. 12. & alter Gabr. d. conſi.7. toto, & in ſpecie nu. 13. & ſeqq. vbi etiam reſpondet contrarijs, qui plus dicit, vt etiam ſit verum, ſi tempore teſtamenti adeſſent maſculi, qui poſtea mortui eſſent,& fœminæ præteritæ fuiſſent, adhuc fœminæ, mortuis maſculis, annullant teſtamentum, non iam habito reſpectu ad tempus, quo factum eſt, nempe viuentibus maſculis, ſed poſt mortem ipſorum, & nu.20. dicit, hanc eſſe magis communem ſententiam, & vltra prædictos hoc iddem probat Vrſill. d. deciſio. 158.nu.2.& 3.

6 Eſt tamen aduertendum, † vt appellatione extraneorum etiam fœminæ veniant, adeò vt, ſi pater non habebat filios maſculos, ſed tantum duas, vel plures fœminas, quarum vnam fecit ſibi hæredem, & alias præterijſſet, adhuc teſtamentum nullum eſt, & ita conſultus reſpondi de anno præterito 1611. Clarum eſt enim,

7 † vt parentes etiam reſpectu filiarum debeant ſeruare diſpoſitionem conſuetudinum, & iam reſpectu matris hoc plures determinauit Sacrum Conſilium, & vnam deciſionem retuli ſupra in 3. par.quæſt.22. circa fi. prout etiam tenet Præſ.de Franch.deciſio.639.ſub nu. 10. verſ.& dicit apoſtilla, & faciunt diſcuſſa in præced. quæſtio. præcipuè num. 32. & ſeqq. Quæ quidem rationes etiam reſpectu patrum procedunt, nam filiæ ſolum ſunt excluſæ, ſtantibus maſculis, & dum pater non habebat maſculos, & omnes fœminas non inſtituit; diſpoſuit contra conſuetudinem; quæ in hoc caſu iubet ſeruari ius commune, quo ſancitum eſt, vt omnes fœminæ debeant inſtitui, vel cum cauſa exhæredari, vt nu.1.

8 & 2.dictum eſt. † & in ſimili ſtatuto, vt tunc ſolum valeat teſtamentum, in quo præteritæ ſunt filiæ, quando parentes maſculos ſibi fecerunt hæredes, qui ex forma ſtatuti ſuccederent, quia illos inſtituit, qui ab inteſtato ipſas fœminas excluderent, & ſic ſtatuti formam ſeruauit: Si verò inſtituat eos, qui ex forma ſtatuti illas nõ excludũt, vt ſunt extranei, inter quos connumeratur fœmina, tunc teſtamentum eſt nullum ex fœminarum præteritione, ſic conſuluerunt Dec. conſi. 29.nu.2.Crauett.conſi.100.nu.9. & poſt ipſos, Socin. Corn. Pariſ. & alios iddem

9 affirmat Farinat. d. deciſ. 428. † & ita dicit deciſum in illa Rota, vt fœmina habeatur pro extranea ex forma ſtatuti, quod ſolum vocat maſculos ad fœminarum excluſionem, & dum pater vnam filiam inſtituit, & aliam præterijt, & contra iuris communis, & ſtatutarij diſpoſitionem egit, & ſic teſtamentum fuit declaratum nullum, quod maximè facit ad confirmationem opinionis, pro qua ego conſului, & pro veritate huius quæſtionis, & gauiſus ſum valdè, hoc tribunal ſupremum ita determinaſſe pro conſilio dato, non enim tunc videram hanc deciſionem, nec audieram.

SVMMARIVM.



Oror nupta ante duodecimũ annum, deinde non ſequatur matrimonium, & culpa fratris lapſum ſit tempus, maſculiatur. n.1. & 3.

Matrimonium contractum ante duodecimum annum dicitur immaturum, & non tenet. nu. 2. Procedit etiam, ſecuta copula. nu.5.

Matrimonium vt dicatur immaturè cõtractum arbitrio Iudicis relinquitur. nu.4. Quando iudex ex dictis mulieris id valeat cognoſcere, traditur num. 7. & 8.

Copula ſit ſecuta, vel ne inter coniuges, cuius coniugis dicto ſtetur viri, vel vxoris? num. 6. Subſequens ſolùm validat matrimonium inter eos, qui ſunt habiles ad contrahendum, ſub nu.5 & ſub nu.7.

Puellæ minori duodecim annis, an credatur matrimonium eſſe contractum inter ſe, & alium. nu.8.

QVÆSTIO XIX.

1 Decimonono quæro, vt compleatur materia maſculiationis, † ſi frater maritauit ſororem ante duodecimũ annum, nempe quia contracta fuerunt ſponſalia, & dos promiſſa fuit,

fuit, deinde vel voluntate amborum sponsorum, vel per aliquam aliam causã sponsalia soluta fuerunt etiam per mortem sponsi, & deinde elapsum sit tempus sexdecim annorum, & frater non procurauit maritare sororem, an illa masculiata sit? Respondeo affirmatiuè, sic decidit Neapod. in consuet. quartam autem, in verb. à quondam viro suo. nu. 36. vers. sed quid si hæc mulier minor. fo. 257. Afflict. in constit. si quis rapere. q. 7. Naucler. in suis addition fol. 8. versus fi. in Apostill. incip. In eadem glosa, sed quid si elapso tempore. vers. & quid si illam maritauit ante duodecimum annum: &
2 ratio omnium est, † quia illo tempore non potest dici maritata, quia primum matrimonium fuit immaturè contractũ, & habetur, ac si contractum non esset; vocatur etiam acerbum, ratione minoris ætatis, vt notant prædicti DD. & alij cu
3 mulandi nu. 4. & seqq. † Quò fit, vt frater fuerit in culpa, dum permisit labi tempus, per consuetudines sibi assignatum, nempè decimisexti anni, & dum non fecit, quòd in tempore facere debebat, fuit in culpa, & in pœnam ipsius culpæ succedit masculiatio, vt multoties replicatum est.

4 Vt autem matrimonium dicatur immaturè contractum in fœmina est ante duodecimum annum, in masculo veró ante quartumdecimum: hæc enim est communis regula, sed quia multoties malitia supplet ætatem, ideò hoc Iudicis arbitrio relinquitur: Et multoties fuit per Rot. Roman. decisum, vt fœmina, quæ matrimonium contraxit in ætate decimi anni cum dimidio, quia aderant aliæ coniecturæ ad habilitatem matrimonij, fuit declarata habilis ad contrahendum, & matrimonium validum declaratum fuit, vt testatur Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 87. & alias decisiones refert Farinat. in decisionib. nouis dictæ Rotæ, & præcipuè decis. 246. vbi ad faturitatem, & de hac materia minoris ætatis, & de habilitate ad contrahendum matrimonium, plura tradit nouissimè Sanchez in tract. de matrim. lib. 7. disput. 104. præcipuè nu. 37. & seqq. Quam materiam, quia pertinet ad iudicium Ecclesiasticum ad illum relinquo examinandam.

5 Illud autem aduertendum est, † quòd dum ætas est immatura, etiam si copula sequeretur, illa non validaret matrimonium; imò vt aduertit Neapod. d. nu. 36. Vir, qui talem mulierem minorem duodecim annis cognosceret, de stupro tenetur, vt probat Neapodan. loco cit. ex tex. in §. 1. in princ. instit. de nupt. Sed quicquid sit de stupro, matrimonium tamen non tenet, quia in hac ætate & cõsensus, & potentia ad coeundum, & generandum deficit, vt in c. à nobis, & c. fi. de desponsat. impuber. cum alijs traditis per Farinat. decisio. 246. præcipuè nu. 2. copula enim subsequens solùm validat matrimonium quoad eos, qui à natura habiles sunt ad coeundum, & generandum, hoc est, vt adsit vsus rationis in mẽte, & ex parte corporis, vt sit aptum generationi, vt in c. puberes. de desponsat. impuber. & post Turrecre. Abb. Præpos. & alios notat Farinat. loco cit. nu. 11. & seqq. & vtrunque deficit in hoc proposito, cum ætas sit immatura.

6 Quò verò ad consumationem matrimonij, licèt regulariter magis viro, quam mulieri credatur. iuxta tex. in c. 1. de frigid. & meleficiat cum alijs cumulatis per Farinat. decis. 284. Nihilominus hoc etiam puto esse in arbitrio Iudicis, vt inspecta qualitate viri, & attentis alijs circunstantijs iudicare valeat cuinam credendum sit. Nam possunt esse aliquæ circunstantiæ, vt viro non credatur, vt colligitur ex traditis per eundem Farinat. tam d. decis. 284. quàm etiam decis. 277.

Insuper potest esse, vt magis credat
7 assertioni mulieris, quàm viri, † vt si mulier confiteatur consumationem matrimonij, & dicat tam in primo actu consumationis, quàm etiã in alijs actibus subsequentibus se dolorẽ sentijsse, tunc signum est, non esse viri potentem, & consequenter illa copula non potuit esse ad validitatem matrimonij, quamuis vir conetur deponere contrarium, nam in hoc casu mulieri creditur, si adsint aliæ circunstantiæ minoris ætatis, vt scripsit gl. in c. vidua, in verb. licet, extra de regularib. Lopez, & alij, quos probat Farinat. loco cit.

8 Plus dicunt, quod † dum puella est minor duodecim annis, & confiteretur matrimonium esse contractu, nec appareat alia requisita desuper cumulata, tunc illi non adhibetur fides, vt probat Put. in decis. 65. lib. 2. quem probat Farinat. lo-

co

co cita. & confequenter redeundo ad quæftionem, fi iudex Ecclefiafticus declarauerit, matrimonium fuiffe inualidũ, & nullum, tanquam immaturè contractum, & poft talem declarationem frater fuiffet in mora denuò maritandi, & dotare fororem, tunc effet in mora, & fuccederet mafculiatio, fed, vt dixi, tota hæc queftio pendet ex Iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.



Oror fi timet diffipationem bonorum, an poffit cogere fratrem, vt det ei fecuritatem de paragio? num. 1. Quid in alijs bonis. nu. 2. Quid fi magis illi expediat habere paragium? fub nu. 5.

Cautio non eft præftanda illi, cuius non intereft. nu. 3.

Opponere de iure tertij nemini licet, nifi opponenti profit. nu. 4. Quid fi opponat de iure fifci? nu. 5.

Fragilitati cautionis nemo cogitur ftare, nec fe committere. nu. 6.

QVÆSTIO XX.

1 

Igefimò quæro, † fi timeretur diffipatio bonorũ facienda per fratrem, an foror poffit illum cogere, vt præftet ei cautionem de conferuando bona vfque ad quantitatem paragij? Refpondeo affirmatiuè, quia foror ad paragium ad minus habet ius formatum, & confequenter, fi diffipatio fit vera, præftanda eft illi cautio, vt, adueniente tempore, foluatur illi paragium, & interim habeat alimenta congrua, vt ex multis probauit Francif. Marc. decif. 546. nu. 9. præcipuè, &
2 faciunt dicenda infra. † Imò, fi foror poffet fuccedere in bonis fratris, vel ex fideicommiffo, vel aliunde, adhuc talem cautionem petere poffet de non diffipãdo bona prædicta, ad quæ ipfa vocatur. Sic poft Bald. & alios probauit Afflict. in conftit. in aliquibus. nu. 19. q. 8. ad quem fe remittit Naucler. in fuis addit. ad Neapodan. fol. 7. à ter. in addit. incip. In eadem confuetud. in tex. ibi, & tenentur ibi fucceffores, & hoc procedit in omni fideicommiffario, & in omni alio, qui habet ius formatum in illis bonis, quorum diffipatio timetur, vt eft vulgat. Dixi, fi habet ius ad illa bona, quia fi nullum
3 ius haberet, fecus eft, † quia cautio, fiue fideiuffio non præftatur illi, cuius non intereft etiam fi petatur, nam repellitur per exceptionem, quia illius non intereft, vt ex pluribus probat Thefaur. decif. 4. Decian. confi. 73. n. 44. vol. 2. Surd. decif. 144. nu. 20. decif. 260. & decif. 301. qui nu. 15. plus dicit, vt hoc procedat etiam fi cautio illa alijs non prodeffet, quia fi fua non intereft, adhuc non poteft illam petere, quia nemini licet opponere de iure tertij, nifi ad id habeat procurationis mandatum, quod nunc præfup-
4 ponimus non effe in forore, † & ideò, dum ceffat procurationis mandatum, nec fua intereft, non poteft de iure tertij opponere, vt ex doctrina Bart. in l. 2. ff. de except. rei iudic. Caftren. Anchar. & aliorum probat Surd. in locis citatis, & notat etiam nouiffimè Reg. de Ponte
5 decif. 39. nu. 26. † Et hoc eatenus eft verum, vt procedat, etiam fi quis vellet opponere de iure fifci, quia fi fua non intereft, vt quia haberet caufam à fifco, non admittitur talis oppofitio, nifi poft fententiam, vt fcripfit glo. communiter recepta in l. his confequenter §. 1. ff. famil. ercifc. Alex. confi. 136. nu. 5 vol. 6. Boer. decif. 25. nu. 19. Surd. decif. 280. num. 4. & feqq. Quæ omnia magis confirmant determinationem factam, vt cautio non præftetur, quando non intereft, fi tamen magis effet cautum mulieri per affignationem paragij, quia cautio non effet fufficiens, affignandum effet ei paragium,
6 † quia fragilitati cautionis nemo ftare cogitur, nec fe cõmittere tenetur. l. qui ita. verf. fciendum. ff. ad Trebell. Præf. de Franch. decif. 127. nu. 3.

SVMMARIVM.



Oror in capillo an excludat fororem dotatam à fucceffione parentum. num. 1. 3. Quid in feudis? numero 6.

Pater fi a filiabus dotatis habuit renunciationem poteft etiam extraneos fibi heredes facere. nu. 2.

Aeus, & filius, vix ad victum mulieris fufficiunt. nu. 4.

Soror an debeat habere paragium etiam in

in bonis fraternis. num. 5. Quid si recepto paragio à patre renunciauit aliis bonis? nu. 7. Quid si soror poterat congruè dotari de bonis patris, & frater voluntariè dotauit de suo? nu. 8.

QVAESTIO XXI.



Igesimoprimò quæro, prosequendo materiam successionis ab intestato, 1 † an soror in capillo excludat sororem dotatam à successione parentum, & aliorum; veluti haberet aliquis filias tantum, vel sorores, quarum omnes sunt maritatæ, præter vnam, nã innupta dicitur soror in capillo, an ista excludat fœminas maritatas? Hęc quæstio determinatur per Neapod. in d. consuet. si moriatur, in verb. ipsi successores. nu. 3. fol. 81. & seq. vbi Ant. de Alex. in addit. incip. Aduerte, quia constitutio, & Præs. de Franch. in Apostill. incip. quid autem si pater, & etiam Salern. in addit. incip. licet Afflict. in d. decis. 161. qui distinguunt hoc modo, quod, si viuatur iure Romano, siue iure Longobardorum, tunc sine dubio omnes sorores succedunt æqualiter, collatis tamen dotibus, ex tex. in l. 1. §. 1. & 2. ff. de collat. nisi tamen illæ dotatæ renunciassent, quia renunciatio illas excluderet, & succederet solùm ipsa soror in capillo, vt notãt omnes præcitati Authores, & dicetur etiã infra in tit. de renunciat. præcipuè q. 5.

2 † vel secundo, si vltimus masculus fecisset testamentum, in quo omnia bona sua reliquisset dictæ filiæ, vel sorori in capillo; nam hoc est in eius arbitrio, etiam si extraneo voluisset illa bona relinquere, vt not. Ant. de Alex. loco cit. & faciunt etiam dicta per Pisanell. ibid. sub nu. 39. fol. 85. in Apostill. incip. Barto. in d. l. qui superstitis, & docet etiam ipsemet Pręs. decis. 328.

3 Nec obstat, † quòd Salern. loco cit. teneat contra Afflict. vt dotata excludatur ab hæreditate dotantis ex doctrina Andr. in constit. vt de successionibus. vers. coniugatæ. Baldi, Alex. & aliorum, quia in materia istarum consuetudinum non est recedendum a sententia Neapodani, cuius auctoritas seruatur pro lege, etiam quia hæc opinio est conformior dispositioni istarum consuetudinum, quæ solum excludunt sorores, existentibus masculis, quibus non existentibus, æqualiter admittit omnes fœminas ad successionem, vt sæpe dictum est, & licèt excludat dotatas, & maritatas ab hæreditate dotantis, procedit in eisdem terminis, semper existentibus masculis, qui per consuetudinem vocantur, nunquam enim præfert fœminam alteri fœminæ, eò magis, quia, stante collatione dotium, ipsa soror in capillo non est in damno, non enim dici potest bona paterna au4 cta fuisse ex ipsius industria, † quia acus, & filus mulieris vix ei sufficiunt ad illius victum, vt post alios probat Thesaur. decis. 191. nu. 4 in fin. & secundum opinionem Afflicti d. decisio. 161. fuit decisum per Sacr. Consi. vt ibid. Carauit. affirmat, & hoc iddem defendunt Surd. consil. 100. nu. 9. & seqq. vol. 1. post Becc. & alios Morot. consil. 7. toto, quamuis cum opinione Salerni teneat Pisanell. in addit. ad Afflict. in alleg. decisio. 161. de quibus non est curandum, quia, cessante fauore masculorum, cessat etiam exclusio ipsarum sororum de paragio dotatarum, vt etiam probaui infra in tit. de renunc. q. 2. & 17.

5 Quæ quidem opinio eatenus vera est, † vt etiam procedat in successione fratrum, vt adhuc omnes sorores admittantur etiam dotatæ, quę adhuc succedunt fratri cum sorore in capillo, collatis tamen dotibus, nisi renunciassent, nam soror debet habere paragium etiam de bonis fraternis, si illis non renunciasset, vt scripsit Bald. in l. neque mater. C. de iur. dot. Lucas de Penn. in l. fin. in verb. præmissorum gratia subiicio. C. quand. & quib. quart. pars debea. Campeg. in tract. de dot. par. 5. q. 35. Quæ quidem opinio an vera sit in materia harum consuetudinum, dicetur infra q. 29. Vide quæ dicentur infra in tit. de renunciatione. q. 3. nu. 12. & seqq. vsq; in fin.

6 Hoc iddem procedit etiam in bonis feudalibus, † nam soror in capillo tunc tantum excludit sororem dotatã, & maritatam à successione bonorum feudalium iuxta Constit. Regn. vt de successionibus, quando illa dotata fuisset à patre, & tractaretur de succedendo patri, vel dotata esset à fratre, & tractaretur de succedendo fratri in feudis, sed si dotata fuisset a patre, & tractaretur de succedendo fratri in feudis, etiam si illa feuda per prius erant paterna, nam, mor

tuo

tuo patre, sunt effecta fraterna, & tunc sine dubio soror primogenita etiam dotata excludit sororem secundogenitam in capillo, quia ad hunc casum nō se extendit constitutio prædicta, & ita post Andr. & alios fundat Præf. de Franch. decis. 328. vbi cum suo interuentu sic refert decisum in Regia Camera, quam quæstionem latius examinat Consiliar. de Anna consil. 8. toto, & ita in primo casu procedit opinio Neapodani d. nu. 31. & aliorum, qui tenent, vt soror in capillo excludat sororem maritatam à successione feudorum.

7 Quinimò plus dico, † quòd, si soror maritata renunciasset in amplissima forma, & non habuisset dotem, nisi de bonis paternis, adhuc succedit fratri; quia renunciatio illi non præiudicat, tanquam facta sine causa, vt scripsit Deci. consi. 379. Francisc. de Aret. consi. 161. col. 3. vers. & pro euidentia promissorum. Cassan. in consuetud. Burgun. rubr. 9. §. 12. nu. 2. Guid. Pap. decis. 231. Afflict. in c. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiss. Sed qualiter hoc assumptum procedat, dicetur in materia de renunciatione.

8 Plus dicunt DD. † quòd si soror habebat paragium congruum de bonis paternis, & frater voluisset de suo dotare sororem de paragio ad hoc, vt illam excluderet a successione bonorum suorum, adhuc soror succedere deberet in bonis fraternis, quia debet esse congruenter dotata de bonis illius, de cuius successione agitur, vt post Curt. sen. consi. 27. nu. 37. & Minad. tenet Reg. de Pont. in tracta. de potest. Proreg. in titu. de success. mulier. nu. 5. & seqq. Quæ omnia magis confirmant principalem quæstionē contra Salernum, & Pisanellum.

SVMMARIVM.



Onialis, quæ habuit paragium ingressarū, succedit, collata dote, si successioni non renunciauit. nu. 1. 3. & 9.

Dos monialium, licet regulariter debeat esse vniformis, potest tamen aliquando esse maior in vna, quam in altera moniali. nu. 2. & 7. Potest ex consuetudine introduci, vt sit minor legitima, quamuis per hanc taxationem non excludatur, quin succedat, collata dote. nu. 8. & 9.

In gratia excitante, & sufficiente datur latitudo, & quanam sit recensetur. num. 5.

Sponsus cœlestis dicitur esse æqualis cum omnibus, quia voluntate æquali antecedente, vult omnes homines saluos fieri. num. 3. 4. Voluntate tamen consequenti, etiam efficaci electos tantum saluat, nec per hoc alijs iniuriam facit. nu. 5. & 6. Tanquam absolutus Dominus potest bona sua ad libitum elargiri cui vult, sub num. 6.

Gratia sufficiens datur omnibus in ea mensura, qua singuli saluari possunt, licet detur maior vni, quàm alteri. sub num. 5.

Perditio hominis causatur ex sua propria malitia, & qualiter hoc eueniat, explicatur. sub num. 6.

QVÆSTIO XXII.



1 Igesimosecundò quæro, an etiam monialis, quæ suum paragium conueniēs habuit, succedat cum alijs sororibus, collata dote, vt dictum est de sororibus maritatis in sęculo. Respondeo affirmatiuè, si renunciatio non adsit, sic scripsit Bal. in cons. 183. nu. 1. 2. & 3. & consi. 55. nu. 3. lib. 5. & alibi, ad quem se remittit Salern. in d. consuet. si moriatur, sub nu. 60. fol. 100. in addit. incip. monialis non transmittit, vbi Frecc. in addit. incip. de ingrediente monasterium, allegat Castr. Alex. & alios, qui tenent, vt statutum excludens filiam dotatam à successione parentum, non excludat monialem.

Verum contrarium teneo, quòad exclusionem, quia sufficit moniali habere paragium ingressarum, vt alibi dictum est, etiam quia vnusquisque nascitur laicus, & fœmina nata est, vnde ex vi consuetudinis solùm paragium illi debetur, & de hoc non est disputandum iterum, sed quòad successionem, collata dote, eadem ratio, quæ viget quòad alias sorores maritatas, militat etiam in moniali, & sic succedit collata dote, & quatenus dicitur † vt dos monialium semper

2 esse debeat vniformis, intelligitur quòad

con-

constitutionem ipsius paragij, vt in omnibus sit æquale, & hac ratione vocatur paragium in greffarum, quia illi, qui monasterium erexerunt, peregerunt scrutinium, quænam quantitas paragij esset sufficiens pro qualibet moniali, & pro alijs necessitatibus eiusdem Monasterij, & ideò debet esse vniformis quoàd omnes, non tamen procedit, vt, dum agitur de successione, ipsa monialis non succedat, collata dote.

3 Nec etiam obstat, † quòd sponsus cœlestis cum omnibus est vniformis, & æqualis, quia omnium hominum æqualiter vult salutẽ, & consequenter omnium monialium, quæ sponsæ Christi sunt, æquale esse debet, & vniforme paragium, vt post Andr. not. Neapod. in d. consuet. si moriatur. sub nu. 66. fol. 101. vers. quod notat Dominus Andræas. Nam respondetur ipsos loqui de constitutione ipsius paragij, non tamen negant, nec negare possunt, quin Moniales ad instar sororũ nuptarũ in seculo succedat, collata dote nam illud plus non est loco paragij, sed loco successionis, quo iure illud plus habuit monasterium ex persona monialis.

4 † Imò sponsus cœlestis licet voluntate antecedenti sit æqualis cum omnibus, quia velit omnes homines saluos fieri, iuxta illud Apostoli, & omnibus det gratiam sufficientem, qua saluari possint, nihilominus voluntate consequenti, & efficaci iustos tãtum, & electos vult saluari, † & in eadem gratia sufficiente, & ex-

5 citante datur latitudo, quia Deus plus vni, quàm alteri dat, quamuis omnes habeant sufficientem gratiam excitantem, & adiuuantem, qua possint à peccatis resurgere, benè operari, & in gratia perse-

6 uerare, vt salui sint: † nam, si aliquibus dat maiorem, nemini facit iniuriam, quia Dominus est, & potest bona sua cui velit elargiri: nam hoc etiam terrenis Dominus competit iuxta tex. in l. in re mandata. C. mand. & sufficit cuilibet tribuere illam gratiã, qua saluari possit, & dum non saluantur, ex eorum malitia non saluantur, quia nolunt benè operari, nec intelligere, vt benè agãt iuxta illud Prophetæ. Perditio tua ex te est, prout latius docet Diuus Thom. 1. par. q. 85. art. 1. & 2. & 3. par. q. 86. art. 1. & alibi, & post alios Suarez lib. 4. de prædestinatione. cap. 3. vbi omnes ferè Patres ad hoc pro-

7 positum cumulat. † Si igitur in gratia, & sic in dote, quæ datur animæ, adest latitudo, quid mirum, si è contra in dotibus, quæ moniales dant monasterio, adsit latitudo, vt maiora bona habeat Monasterium ex vna, quàm ex altera moniali. Hoc enim euenit ex prospera fortuna.

8 Vltimò nec vrget, † vt consuetudine introduci possit, dotem monialium esse minorem legitima; quæ consuetudo validissima est, vt pluribus est replicatum vicibus, procedit enim, vt dixi quoàd taxationem paragij, non autem, vt, collato paragio, simul cum alijs filiabus non suc-

9 cedat. † Et hoc eò magis procedit, quando tractaretur de succedendo in linea transuersali; ex quorum bonis non habuisset paragium, prout dicetur infra quæst. 29.

SVMMARIVM.



Consuetudines locum habent etiam in illo, qui intestabilis decessit. num. 1.

Intestabilis habetur pro intestato ex Iuris dispositione. nu. 2.

Statutum, vel consuetudo, non repugnãs Iuri communi, recipit ab eo interpretationem. nu. 3.

Ratio conseruationis bonorum in familia tam in intestabili, quàm in intestato viget. nu. 4.

Verba statuti quando sint propriè intelligenda. num. 5. taliter interpretanda sunt, ne à sapientibus mereantur reprehendi statuentes. num. 6. Quonam interpretanda sunt, vt minus lædant ius commune. nu. 7.

Decedens ab intestato censetur vocasse ad eius bona eos, qui ex iuris dispositione succedunt. nu. 8.

Statutum respiciens conseruationem bonorum in familia est tutum, licet videatur durum. nu. 9.

Familia conseruatur per masculos, & per fœminas amittitur. nu. 10.

Fœmina admittitur ad ius protbomiseos bonorum parentum tanquam existens in familia, & ita decisum refertur, etiam in bonis feudalibus. nu. 11.

QVÆSTIO XXIII.

1 Vigesimotertiò quæro, † an exclusio fœminarū habeat locum etiam in illo, qui intestabilis decedit, hoc est, vt non solùm vendicent sibi locum in illo, qui est sanæ mentis, est sui iuris, & decessit post decimumquartum annum, sed etiam in eo, qui decessit ante decimumquartum annum, vel post, sed erat furiosus, vel aliter impeditus ad faciendum testamentum. Respondeo, quòd, licèt in hac quęstione sint quatuor contrariæ sententiæ, quas cumulat Ant. Gabr. lib. 6. communium opin. in titu. de statut. conclus. 8. & notant etiam aliqua Addentes ad Alexan. consi. 115. vol. 2. & in ea determinanda ipsemet Alex. contra suum morem variauerit, vt inter alias notant Frecc. & Salern. in consuet. si moriatur, sub nu. 12. fol. 77. nihilominus affirmatiuam recipio sententiam, vt in vtroque locum habeant consuetudines, & hanc opinionem tenent triginta DD. connumerato Menochio in consi. 569. vol. 6. quos etiam sectatur Facchin. lib. 4. controu. iur. cap. 74. & vltra prędictos hoc iddem affirmant in materia istarum consuetudinum Neapo. d. num. 12. vbi Capyc. Frecc. Salern. & Præs. de Frāch. vt legitur d. fol. 70. Et mirer admodum, cur DD. in hac quæstione tam clara in
2 tam varias iuerint sententias; † nam ius commune intestabilem habet pro intestato, sic probat tex. in l. 1. ff. de suis, & legit. ibi [planè qui testari non potuit, &c. Sed hos quoque pro intestatis accipere debemus,] Sic etiam in l. in testamento. C. de testam milit. ibi [& mater quidem intestatæ filię, &c.] Sic etiam in l. 2. C. de impuber. & alijs substit. ibi [hæreditatē quidē defuncti intestati filij] Et sunt alia plura iura, quæ ad hoc propositum cumulat Facchin. d. cap. 74. Si igitur ex dispositione iuris intestabilis, & intestatus æquiparantur quoàd successionem iddē dicendum est in materia statutorum,
3 & consuetudinum; † nam clarum est axioma, vt statuta, & consuetudines recipiant interpretationem à iure communi in omnibus, in quibus expressè non discrepant ab ipso iure communi, vt latius dictum est supra in 1. par. cap. 5. nu. 27. & seqq.

Ad confirmationem prædictorum accedit, quia hæ consuetudines, & similia statuta introducta sunt, vt bona conseruentur in familia, vt dictum est d.
4 cap. 5. in 3. notab. † Sed ratio conseruationis bonorum in familia non solum habet locum in illo qui intestatus decedit, sed etiam in eo, qui decessit intestabilis, vt not. præcitati Doctores num. 1. relati, & colligitur etiam ex iuribus relatis nu. 2. & patet etiam ad sensum, & consequenter, si viget eadem ratio, viget etiam eadem dispositio earundem consuetudinum.

Nec obstant, quæ in contrarium ad-
5 duci solent, & primò † quòd verba statuti sint propriè intelligenda vulgato tex. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. & præcipuè circa materiam successionis, vt dictum est supra par. 2. in tit. de bonis. q. 5. nu. 2. & seqq. Sed propriè intestabilis non est intestatus; nam intestatus propriè est ille, qui potuit testamentum facere, & non fecit, vt in principio notatum est, & consequenter ad hunc casum non se extendant: nam respondetur,
6 † quòd etiam in statuto attenditur ratio, & intentio statuentium, vt d. quæst. 5. notatum est. imò potius finis, & intentio loquentis quàm verba attenduntur. l. fin. §. fin. ff. mand. & in l cùm seruus. ff. de verb. oblig post alios Reg. de Ponte consi. 36. nu. 2. & præcipuè in statutis, vt sæpe ita interpretentur, nè mereantur statuentes à sapientibus reprehendi, vt post alios scripsit Surd. decis. 43. nu. 11. Sed in proposito sapientes reprehenderent illos doctissimos viros, qui consuetudines istas in scriptis reduxerunt, imò ipsummet Regem, qui illas approbauit, si aliter diceremus, dum in vtroque est vniformis ratio conseruationis bonorū in familia.

7 Nec obstat secundò, † quòd statuta semper interpretari debent, vt minus lędant ius commune, vt est vulgatum dictum, sed nunc læderetur excludendo fœminas ab illorū successione, ad quam de iure communi admittuntur. Nam re-
8 spondetur, † vt sicut intestatus decedēs censetur vocasse ad eius successionem venientes ab intestato virtute harum consuetudinum, & alterius similis statuti, vt scripserunt Socin. in consi. 36. nu. 3. vol. 1. Grau. consi. 70. nu. 13. & consi. 176. nu. 8. Salern. d. fol. 77. in addit. incip. vl-

tra

tra dictum consil. Alexandri vers. intestatus decedens, qui prædictos Authores cumulat eadem tamen ratio procedit in casu nostro, quia ex iuris interpretatione hoc iddem præsumitur, nempè, quòd si intestabiles testamenti factionē haberent, & non possent testari, vocarent succedentes ab intestato, itaque ex iuris interpretatione succedunt.

9 Additur etiam alia ratio, † quia hæ consuetudines, & similia statuta licèt videantur habere aliquam duritiem, dum excludunt fœminas à successione bonorum, si earum ratio inspiciatur, non est ita, imò potius sunt fauorabiles ob conseruationem bonorum in familia, vt sæpius repetitum est; Quæ quidem ratio cessat, dum bona peruenirent ad fœmi-
10 nas, † quia per illas amittitur familia, nam fœmina est caput, & finis suæ familiæ, vt ex pluribus probant dicti Addentes ad Alexandrum d. consi. 115. versic. non obstat ratio. & Reg. de Pont. decis. 11. nu. 16. & est tex. communis in l. pronunciatio. in fin. iuncta l. seq. ff. de verb.
11 & rer. signif. & eatenus est verum, † vt, licet familia admittatur ad ius retractus, siue ad ius prothomiseos, ad bona maiorum, & eiusdem familiæ, nec ad hoc ius admittātur descendentes ex fœminis, tamen ipsæ fœminæ admittuntur, quia, earum vita durante, sunt de familia, sic enim sunt caput, & finis lineæ paternæ, & hoc etiam in bonis feudalibus longissimo, & doctissimo apparatu probauit Consiliarius Rouitus in quibusdam allegationibus factis pro Iulia Muscettula, quas ad verbum infert Reg. de Ponte post dictam decisionem vndecimam, & secundum dictas allegationes iudicatum fuit in Collaterali Consilio per Doctissimos viros, vt habetur d. decisione 11. Alia argumenta, quæ opponi possent contra principalem quæstionem de intestato, & intestabili videri possunt in dicto consilio 115. volum. 2. & eorum solutiones tradunt Ruin. consil. 50. vol. 3. Parif. consi. 22. volum. 2. Deci. consil. 456. & alibi: quæ omnia omitto, cùm determinatio facta sit receptissima.

SVMMARIVM.



Donatio facta à marito sene, vxori iuueni, vel à viro ignobili vxori nobili, cur valeat? nu. 1.

Mulier, dotata à viro, vel ab alio extraneo, num debeat habere paragium, seruata forma consuetudinis? nu. 2. & 6.

Consuetudines excludentes fœminas intelliguntur de fœminis dotatis, sed nū ab hæreditate dotantis? nu. 3.

In generali renunciatione, nec legitima, nec paragium venit. nu. 4. & 5. & supra q. 15. num. 11.

Vita militia an debita sit secundogenitis, si possint aliundè commodè viuere, & an augeatur auctis paternis facultatibus. nu. 7. & 8.

Paragium debitum fœminis sufficit esse relictum quocunque titulo. nu. 9.

Fœminæ, volenti domi honestè viuere, quodnam paragium debeatur. numero 11.

Dos non dicitur, vbi non est matrimonium. num. 12.

Dos de paragio non dicitur, quia titulum dotis exposcit, sed quia vt plurimum soluitur portio fœminis ex causa dotis. num. 10.

QVÆSTIO XXIV.



Vigesimoquartò quærō, si fœmina non esset dotata à parentibus, nec ab eius fratribus, sed ab alio extraneo, vel, vt fieri solet à suo viro,
1 † quia vt dictum est supra par. 3. q. 21. nu. 8. Solet maritus senex dotare vxorem iuuenem, vel vir ignobilis vxorem nobilem, & valet donatio tanquam facta in recompensationem amissæ iuuentutis, & nobilitatis, vt ibidem dictum est, & probant etiam Crau. consi. 443. num. 12. Decian. consi. 74. nu. 14. vol. 4. Surd. decis. 166. tota, & in specie nu. 12. Borgnin. decis. 29. nu. 80. & seqq. in 3. par. quamuis contrarium teneat Facchin. lib. 3. cōtrouers. iur. cap. 80. Sed receptissima est opinio valere donationem, præcipuè in
2 hoc Regno, vt loc. cit. dictum est: † Num igitur in hoc casu mulier illa excludatur per fratres à successione bonorum parentum?

rentum? Respondeo negatiuè; quia, si paragium non habeat, admittitur vnà cum fratribus ad successionem; sic scripsit Andr. in constit. Regn. vt de successionibus, in verb. coniugatæ, & dotatæ, & in constit. in aliquibus, quem ad hoc propositum allegat, & probat Neapod. in consi. si qua mulier habens, in verb. de bonis, sub num. 23. vers. iddem si modicam, vel nullam dotem habuit, & post eundem Andr. in c. 1. de nat. success. feu. vbi Afflict. num. 61. & seqq. sic probat Præs. de Franch. decis. 119. num. 1. & 2. probat etiam Anto Gabr. lib. 6. communium opin. in titu. de statut. conclus. 5. & Thesaur. decis 62. & 63.

Ratio autem huius decisionis illa est,
3 † quia hę consuetudines, & similia statuta, excludentia fęminas dotatas à successione, intelligitur de fęminis dotatis ex hæreditate dotantis, vt latius probat Thesaur. d. decis. 62. num. 1. & seqq. & in materia istarum consuetudinum hoc sæpe replicauimus; sed nunc ab extraneo dotata inuenitur, ideò non excluditur, quod tamen intelligitur, si statutum nō mandaret contrarium, nempe vt sufficiat mulieri habere paragium vndecunque illud proueniat, prout dicitur esse statutum Vrbis Romę, & consequenter etiam si mulier tunc ab extraneo dotaretur, exclusa esset à successione bonorum parentum, & ita pluries fuit determinatum in Rota Romana in statuto prædictæ Vrbis, vt in eius decisionibus refert Farinat. decis. 411. Hoc tamen non procedit in materia harum consuetudinum, cum ex communi peritorum nostrorum sententia, & interpretatione sit introductum, vt dotari debeat de bonis eius, de cuius successione tractatur.

Confirmatur, quia paragium, vt dictū
4 est, in allegata quæst. 15. † Succedit loco legitimæ, cui in dubio non censetur renunciatum, vt ibidem dictum est ex tex. in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. testam. & eatenus est verum, quod etiam
5 si mulier renunciasset successioni, † nunquam in dubio præsumitur renunciasse paragio, & eius supplemento, vt scripsit Curt. in l. pactum. nu. 23. C. de collation. Dec. consi. 26. Præs. de Franch. decis. 20. nu. 6. & in materia istarum consuetudinum iddem affirmat Salern in d. cōsuet. si moriatur, sub nu. 3. in addit. incip. Et si in hac materia. fol. 84. & propriè in vers. renunciatio autem generalis. fol. 85. & proindè recipiendo dotem ab extraneo, dicitur eam recipere tanquam bona aduentitia; et si à viro illam recipiat ex causis traditis nu. 1. dicitur illam recipere titulo oneroso, prout dictum
6 est supra par. 3. q. 21. † quæ regula limitatur non habere locum, quando dotata esset contemplatione patris, vel fratris, quia tunc iddem est, ac si ex bonis ipsorum paragium illud habuisset, vt in specie decidit Neapod. in d. consuet. si moriatur, in verb. paragium, sub nu. 58. fol. 98. vbi Frecc. & alij, Vrsill. ad Affl. decis. 178. nu. 14. tunc enim solum petere posset paragij supplemētum, vt notant præcitati Authores, & in dubio patris contemplatione dotata præsumitur, etiam si ab auo dotetur, si contrarium non constaret de mēte dotātis, vt scripsit Cyn in l. scimus. q. 5. C. de inoff. testam. cum alija traditis per Farinat. decis. 262. vbi sic refert decisum in illa Rota, & hoc iddem probauimus supra d. par. 3. q. 18. nu. 4.

7 Sic etiam limitatur regula in vita militia, quia, licèt debita sit secundogenitis, vt habetur in Cōstit. Comitibus, vbi omnes, & debita sit ex bonis, adeò vt augeatur, auctis bonis feudalibus, vt ex multis firmauit Præs. de Franch. decis. 61. quamuis contrarium teneat Reg. de Ponte
8 consi. 79. nu. 20. & seqq. † Nihilominus illa nō debetur, si secundogeniti habuissent ab alio aliquem redditum, ex quo possent commodè viuere, vt scripsit Bal. in l. 1. §. sed scimus. C. de latin. liber. tollen. qui Bald. ex illo textu dicit, vt hoc procedat, si primogenitus redditum illum siue præstimoniam secundogenitis procurasset, & hoc iddem sequitur Alex. in l. alimenta. C. de negot. gest. & Carauit. in addit. ad Afflict. decis. 138. vbi textum illum dicit mirabilem ad hoc propositum; sed si primogenitus non procurasset, secus est, nam vita militia, etsi loco alimentorum succedat, debetur etiā secundogenitis diuitibus, vt in Constit. Regn. Comitibus, vbi omnes.

9 Vnum tamen omittendum nō est, † vt sufficiat fœminæ habere paragium quocunq; titulo, quamuis ei non relinquatur titulo dotis, quia consuetudines istæ, nō postulant aliud, nisi vt fœmina habeat conueniens paragium; vnde quilibet titulus est sufficiens, vt scripsit Andr. in d. constit. in aliquibus, circa fi. vers. & cùm

dos

dos datur, siue relinquatur, vbi Afflict. nu.41. Neapod. in constit. si moriatur, in d. verb. paragium. nu. 62. & seqq. fol. 99. vbi omnes Addentes; & est tex. in cap. Regni emergentium.

10 Nec obstat, quòd mulier, vt sit exclusa, debeat esse dotata de paragio, sic enim consuetudines mandant, ergo titulus dotis est necessarius; Quia neganda est consequentia; Dicitur enim dos de paragio, non quia titulus dotis est necessarius, sed circa taxationem, & quia vt

11 plurimum fœminæ nubere solent; † at si vellent domi honestam ducere vitam, tunc etiam habent dotem de paragio, qua habita, excluduntur à successione, vt testatur Neapod. an. loco cit. & præcipuè in d. consuet. si qua mulier habens, sub num. 22. in fin. vers. hoc tamen euidentius. fol. 210. & tradunt omnes in d. consuet. si moriatur, vbi idem Neapod.

12 etiam nu.63. fol.99. quod est clarum, † & tamen ibi non est vera dos, quia non adest matrimonium, sine quo non dicitur dos, vt in l.3. ff. de iur. dot. cum vulgat. alijs, & proinde sufficit recipere paragium quocunque titulo.

SVMMARIVM.



Consuetudines, quæ excludūt fœminas dotatas à successione, non habent locum ex testamento. num. 1. & per tutam quæstionem, habet locum etiam stante renunciatione non succedendi ex testamento. num. 3. num procedat hoc in bonis maternis? num. 14.

Renunciatio non extenditur de casu ad casum, nec ad futura. nu. 2.

Fœminæ dotatæ, & hæredes instituta tenentur conferre dotes, vt succedant cū masculis. nu. 4. & 13. Non debent esse melioris conditionis, quàm masculi. num. 12.

Dos an conferri debeat, tanquam datio ob causam. nu. 5. 11. & seqq.

Donatio, facta filio contemplatione matrimonij, an sit conferenda? num. 6. & 7. Qua ratione sit irreuocabilis? d. numero 7.

Donatio propter nuptias debet conferri. num. 9.

Matrimonium an sit causa finalis, vel impulsiua donationis? nu. 8.

Collatio quando locum habeat ex testamento. nu. 11. & infra q. 31. nu. 7.

Donatio facta contemplatione matrimonij non subiacet. l. si vnquam. C. de reuocan. donat. Nec ob vitium ingratitudinis reuocatur. sub nu. 7. Est causa finalis, & sine qua non matrimonij. num. 8. & infra q. seq. An dicatur fieri liberè à patre filijs, sub nu. 9.

QVÆSTIO XXV.



1 Igesimoquintò quæro, † an hæ consuetudines procedāt ex testamento, hoc est, si parentes instituissent etiam filias hæredes, si portiones filiarum accrescant masculis? Respondeo negatiuè, si portiones masculorum non minuantur per institutionem fœminarum, vt patet ex dictis supra par. 3. q. 7. & licèt ibid. quæstio hæc examinari debebat, hic tamen commodius cadit, dum materia exclusionis fœminarum tractatur, & hanc quæstionem sic decidit Bart. communiter receptus in l. stipulatio hoc modo concepta. num. 4. ff. de verbo. obligat. vbi Ias. nu. 7. & 9. Qui plus dicunt, vt etiam procedat, quamuis fœmina renunciasset, non succedere; & eandem opinionem sequuntur Deci. in l. pactum, nu. 6. vbi Curt. nu. 16. & 21. C. de collat. Socin. in l. cùm auus. nu. 96. ff. de condit. & demonstr. Salern. in dict. consuet. si moriatur. sub nu. 32. fol. 85. in addit. incip. & si in hac materia, & ex pluribus confirmat Surd. decis. 140. nu. 4. & ita pluries fuit decisum in Rota Roman. teste Farinat. decis. 449. præcipuè nu. 1. Et licèt Afflict. decisio. 350. nu. 12. dicat, hoc non habere locum, quando renunciatio facta esset per contractum, eius tamen opinio rectè improbatur per Surd. d. nu. 4. & seqq. quia siue per contractum, siue alio quouis modo facta fuisset, semper succedit ex testamento, quia intelligitur renunciasse nō succedere ex facto

2 suo, nempe ab intestato, non autem ex facto alterius, nempe ex testamento, † & consequenter renunciatio non extenditur de casu ad casum, neque ad futura, & incogitata, iuxta tex. in l. qui cum tutoribus. ff. de transact. vbi omnes. Capyc. decis. 159. nu. 19. Grammat. decis. 56. nu. 8. Mascard. in tract. de probation. concl. 1264. idem Surd. decis. 317. num. 11. & seqq.

feqq. quod pluries replicauimus infra in tit. de renunciat. præcipuè q. 1. nu. 33. & feqq. Quamuis hodie ad tollendam omnem difputationem fieri foleant renunciationes non fuccedendi ab inteftato tantùm; fecus tamen ex teftamento.

2 Plus dicunt DD. † quòd etiam, fi fœminæ renunciaffent, non fuccedere ex teftamento, & renunciatio vallata effet iuramento, adhuc fuccederent, fi hæredes inftituantur, & ratio omnium eft, quia hæc renunciatio interpretatur non fuccedere ex facto fuo, fi ipfæ procuraffent ex teftamento fuccedere, & etiam quia renunciatio ifta refpicit commodũ, & fauorem eius, cui facta fuit, & fauori fuo quilibet renunciare poteft, fiue expreffè, fiue tacitè iuxta notata in l. quod fauore. C. de legib. & l. fi quis in confcribendo. C. de pact. cum vulgat. alijs, & proinde eo ipfo, quòd renunciantem hæredem fibi fecit, vel eidem aliquod legatum reliquit, præfumitur retrocedere à renunciatione, & ipfi renuncianti relaxare iuramentum, quæ omnia erant in fua poteftate, dum eius tantùm beneficium refpiciebant, ita ex communi fententia in vtroque foro probauit Couarr. in cap. quamuis. par. 3. in initio num. 8. de pact. in 6. vbi etiam nouiffimè Guttier. in verb. omnino feruari. nu. 12. probarunt etiam Molin. lib. 2. de primogen. Hifpa. cap. 3. nu. 6. & poft Gomez. idem tenet Molin. Iefuita in trac. de maiorat. difput. 579. nu. 23. §. filius, qui cum iuramento, & hoc non poteft habere fubfiftentem contradictionem, & dixi aliqua infra in tit. de renunciat. q. 12.

Quæftio folum effe poteft in hoc cafu,
4 † fi fœminæ teneantur conferre dotes de paragio, quas habuerunt, vt, collatis dotibus, fimul cum mafculis fuccedant. Et Refpondeo affirmatiuè, vt fcripferunt Iaf. in l. fi emancipati, vbi etiam Curt. Iun. nu. 37. C. qui admitt. & hanc fententiam dicit veriorem Anto. Gomez. ad ll. Thaur. l. 29. nu. 7. & videtur tex. expreffus in Authen. ex teftamento. C. de collation. & in §. illud. Authen. de trient. & femiff. & latiffimè probat Facchin. lib. 5. controuerf. Iuris. cap. 78. concl. 11. & videtur hoc expreffè determinare Neapod. in d. confuet. fi moriatur. nu. 64. fol. 99. ibi [præterea nonne fi admitteretur ad fuccedendum, deberet conferre paragium, cùm fiue donatio fit ob caufam dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob caufam militiæ, fiue fit donatio fimplex, conferri debet, nifi fimplex donatio fiat emancipato, vt not. C. de collation. Authen ex teftamento, & quod ibi not.] Itaq; Neapod. expreffè loquitur, vt quouis modo fœminæ admittantur ad fuccedendum, teneantur conferre dotes, patet etiam ex dictis fup. par. 3. q. 11. vbi dictum eft, vt femper, & ex Iuris difpofitione, & ex coniecturata mente teftatoris feruanda fit æqualitas inter filios, vt magis expreffè nu. 12. dicetur.

5 Confirmatur, † quia, cùm dos fit datio ob caufam, omnis datio ob caufam conferri debet, vt fcripfit Bart. communiter receptus in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & quòd dos fit conferenda, eft tex. expreffus in l. vt liberis, & in d. Authen. ex teftamento. C. de collatio. Neapod. loco cit. Rolan confi. 44. vol. 4. Facchin. d. lib. 5. cap. 77. Reg. de Pont. confi.
6 25. † Quinimò hoc eatenus eft verum, vt multi hoc affirmarunt etiam in donatione facta filijs contemplatione matrimonij, non enim inficiari poteft, quin facta fit ob caufam matrimonij contrahendi, vt filius pulchriorem, ditiorem, & nobiliorem vxorem inueniat, & confequenter ad fimilitudinem dotis conferri debeat, vt ex pluribus firmauit Francif. Beci. in confi. 20. & hoc idem probauit Rolan. d. confi. 44. nu. 70. vol. 4. & plures alios cumulat, & probat Peregrin. in tract. de fideicom. art. 36. nu. 134. quamuis multi contrarium teneant, nempe Crau. confi. 85. Reg. de Ponte confi. 25. nu. 7. & feqq. & decif. 39. nu. 29. & vltra per ipfum cumulatos, idem probarunt Burfat. confi. 188. nu. 11. vol. 2. Surd. cõf. 147. vol. 1. Quos fectatur Facchin. d. lib. 5. cap. 82. ea ratione, quia nulla lege cautum eft, vt hæc donatio conferenda fit, & tantò magis, quia eft fimplex, nam pater liberè donationem iftam fecit filio, & tanquam fimplex conferenda non eft, & dixi etiam infra q. 31. nu. 5.

Verùm etiam in hoc cafu veriorem puto primam fententiam, vt debeat con
7 ferri, † fiquidem donatio hæc eft irreuocabilis, tanquam facta ob caufam matrimonij, imò eft pars ipfius matrimonij, & caufa intrinfeca, vt ita dicam, fiue ad minus caufa, fine qua matrimonium non fuiffet contractum, & eft taliter irreuocabilis, vt eft irreuocabile matrimoniũ,

vt

vt ex pluribus fundauit Natt. confi. 609. nu. 23. poft Guid. Pap. & alios Præf. de Franch. decif. 205. & latius probaui infra conf. 2. & melius confi. 11. & ex pluribus affirmat etiam iddem Reg. de Ponte in tract. de poteft. Proreg. in titu. de affenf. fuper dotib. §. 2. nu. 21. vbi doctiffimè fundat, vt nec pater, nec filij poffint aliquo modo præiudicare vxori, & alijs, quibus acquifitum eft ius ex tali donatione. Imò ipfemet Regens d. decif. 39. nu. 28. probat, vt talis donatio non fubiaceat reuocationi ob fuperuenientiam filiorum, & in ea non procedat tex. in l. fi vnquam. C. de reuocan. donatio. & alij plus dicũt, vt nec etiam ob vitium ingratitudinis reuocari poffit, & hoc duplici ratione. Primò, quia facta eft ob caufam onerofam; & Secundò, quia eft quidam contractus, qui magis participat de permuta-
8 tione, quàm de donatione, † imò eft ob caufam finalem, non autem impulfiuam ipfius matrimonij, cùm fine illa matrimonium non effet contractum, vt dictum eft, in ea eft cautum mulieri de dote fua, & ideò eft ob caufam, & non fimplex, quæ latiffimo apparatu firmauit Menoch. in confi. 723. nu. 22. vol. 8. & iterũ inter confilia Fabij de Anna confi. 139. nu. 18. & feqq. vol. 2. Si igitur eft donatio ob caufam, quamuis in fpecie leges non loquantur de ifta donatione, tamen tradunt regulam generalem, vt omnis donatio ob caufam fit conferenda, eò magis cum fit ad inftar donationis propter
9 nuptias, † quæ quidem donatio conferenda eft, ad tex. in l. vlt. C. de dot. promiff. cum alijs fupra traditis, etiam quia non omninò liberè pater donat, imò, fuppofita conditione, vt velit filium matrimonium contrahere cum illa muliere, coactè donat, quia mulier illa aliter non contraheret matrimonium, & fine hac donatione nec filius bonam dotem acciperet, nec vxorem ita nobilem, & pulchram inueniret, vt poft Beci. Tornell. Picum, & alios notat Peregrin. d. nu. 134. & patres multoties donãt libenter propter albarana, quæ fieri folent in detrimentum talium donationum, quæ albarania inualida funt, vt latius dictum eft in allegato confi. 11. Etiam quia omnis æquitas hoc fuadet, & omnis iuftitia pofcit, vt alij filij quantominus poffit, grauentur, & confequenter in portione ipfius donatarij excomputari debeat donatio ipfa contemplatione matrimonij eidem facta.

In quæftione autem principali fic dif-
10 cuffa, † nempe vt filia hæres inftituta non teneatur conferre dotem, tenent Alex. Deci. fibi contrarius. Bolognett. & alij in dict. l. fi emancipati. C. qui admitt. quam fententiam vti magis communem fectatur Alber. Brun. in tracta. de ftatut. exclud. fœmin. art. 9. q. 9. ea ratione prin-
11 cipaliter, † quia in teftamento collatio habet locum inter eas perfonas, ex quarum præteritione teftamentum annullatur, vel ipfo iure, vel ex quærela inofficiofi teftamenti, vel per bonorum poffeffionem contra tabulas, fed ex præteritione fœminarum non annullatur teftamentum, vt dictum eft fupra q. 18. ergò non debet habere locum collatio.

Attamen argumentum hoc, falua eorum pace, nihil concludit; ius enim mandat, vt dos conferri debeat, quoties filia fuccedit cum mafculis, vt nu. 4. & 5. dictum eft, quod tantò magis procedit in materia ftatuti, excludentis fœminas, quas femper vult effe inferioris condi-tionis mafculis, & ita femper facienda
12 eft interpretatio, † nempe vt fœminæ non fint melioris conditionis, quàm funt mafculi; fed in propofito melioris effent conditionis, quia æqualiter fuccederent cum mafculis, & dotes haberent præcipuas. Eò magis, quia femper pater cenfetur fe conformare cum difpofitione Iuris, vt fæpe replicatum eft, & dum ius mandat, vt dos conferenda fit, etiam teftator hoc præfumitur voluiffe, dum contrarium non expreffit,
13 † etiam quia, licèt iftæ confuetudines recefferunt à iure communi, quo mafculi, & fœminæ admittuntur ad fucceffionem, & fi etiam fœminæ non inftituantur, fed prætereantur, teftamentum fit nullum, vt funt iura vulgata, tamen quia in collatione non introduxerunt contrarium, ideòcum dicto iure communi præfumuntur fe conformare, & ab eodẽ interpretationem recipiunt, dum expreffè non determinant contrarium, vt fæpe replicatum eft, & confequenter hoc modo etiam pater præfumitur habilitaffe filias ad fuccedendum cum mafculis.

14 Limitatur tamen principalis conclufio in bonis maternis, fi enim mater æqualiter fibi feciffet hæredes filios, & filias

stias, tunc portiones fœminarum accrescerent masculis cum onere dotandi illas de paragio, prout latius fundatum est supra q. 17. nu. 34.

SVMMARIVM.


Os data filiæ an reuocetur per superuenientiam filiorum vsque ad eorum legitimam, recensentur DD. nu. 1. Vt fiat reuocatio fundatur. nu. 7. & seqq. & hoc tam ex mente recipientis, quam ex mente dotantis. nu. 11. & 12. Procedit siue sint bona stabilia, siue sit pecunia, quicquid Vrsill. contrarium teneat. nu. 14. & seqq. Dummodo pecunia extet. num. 21. Vt fiat statim post mortem patris, non expectata morte v ri. num. 8. Contrarium fundatur, ne fiat reuocatio. nu. 4. & 5. Sed soluitur. nu. 10. & seqq. An reuocatio hæc fiat ex l. si vnquam. C. de reuocand. donat. vel ex titulo de inoffic. dotib. nu. 2. 10. & seqq.

Donatio facta vni ex filijs per superuenientiam aliorum filiorum vsque ad eorum legitimam reuocatur, & ita pluries decisum refertur. num. 2. Non procedit in donatione facta ex causa onerosa. num. 3.

Dos dicitur causa lucratiua respectu mulieris, onerosa verò quoad virum. nu. 5. Sed an hoc semper sit verum, declaratur num. 11. Semel constituta, non potest minui, nu. 6. Sed qualiter hoc procedat, aperitur nu. 13.

Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis. nu. 15.

Filius an statim, vt nascitur habeat ius reuocandi bona donata per patrem ante illius natiuitatem? nu. 9.

Creditores posteriores, ob diligentiam exigentes pecuniam à debitore, non tenentur pecuniam illam, bona fide consumptam restituere creditoribus anterioribus, & rationes afferuntur. num. 16. Fundatur procedere in vtroque foro, & sic decisum refertur. num. 17. Referuntur contrarium tenentes. nu. 18. Soluuntur eorum argumenta. nu. 19. & seqq.

Qui facit, quod ius permittit, & quod fieri solet, non dicitur alicui iniuriam facere, nec esse præsumitur in mala fide. num. 20.

Omnis reuocatoria datur in subsidium aliorum bonorum non existentium. num. 22.

Minor per restitutionem in integrum an possit reuocare dotem inofficiosam, eius sorori datam cum authoritate tutoris? num. 23.

Honor præfertur diuitijs, licet diuitiæ conseruent honorem. nu. 24.

QVÆSTIO XXVI.


Igesimosextò quæro, si pater maritasset filiam tempore non existentiæ masculorum, deinde susceperit filios,
1 † an per superuenientiam filiorum dos illa reuocetur tanquam inofficiosa? Hæc quæstio est admodum controuersa inter Scribentes, vt est videre ex traditis per Afflict. decisio. 86. vbi Addentes, & Alexan. Cassan. Alciat. Dec. Lup. Gram. & alios cumulant, & patet etiam ex traditis per Grammat. decis. 90. citata per dictos Addentes, & per Rip. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. & per Frãc. Marc. decis. 545. tota, per Reg. de Ponte decis. 39. nu. 28. & seqq. & ex alijs infra cumulandis, itaque altiori consideratione explicanda est; & pro parte negatiua, vt non debeat reuocari prædicta dos, argui potest tripliciter.

2 Primò quia tex. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. qua sancitur, vt donatio, facta per patrem alicui tempore, quo nõ habebat filios, reuocatur vsque ad legitimam filiorum ob illorum superuenientiam, vt etiam habetur in l. si totas. C. de reuoc. donat. Iul. Clar. in §. donatio. q. 22. Gabr. in tit de donat. concl. 2. nu. 61. & nouissimè Morot. consi. 43. toto, & fuit pluries decisum in Sacro Consilio, etiam si fieret vni filio, quem tunc donãs habebat, vt refert Præs. de Franch. in consuet. si moriatur, sub nu. 60. fol. 99. in addit. incip. Sed an possit dicl. versic. &
3 quid si pater donauit filiæ natæ, † non habet locum in donatione facta in causa onerosa, & post Ias. & Ruin. affirmat Præs. de Franch. loco cit. & etiam Francis. Marc. d. decisio. 545. num. 40. vt alios
4 omittam, qui firmat, † vt cum dos sit causa onerosa, non debet reuocari per super-

superuenientiam liberorum, & hoc procedit in omni donatione ex causa, vt post alios affirmat Iul.Clar.in d. §. donatio.q.23.præcipuè nu.3.

5 Secundò, quia, licet respectu mulieris posset dici causa lucratiua, dum illa habet omnia bona paterna, & si adessent filij à principio, non habuisset, nisi dotē de paragio tantùm, vt sæpe replicatum est; nihilominus respectu mariti dicitur causa onerosa, nam ipse aliter non duxisset vxorem illam, si tam magnam dotem non habuisset, vt in simili dictum est supra quæst. præced. de donatione facta cōtemplatione matrimonij, & post alios Præs.de Franch.decis.558. nu.11.& hoc argumento vtitur Marcus loco cit. nu. 39. vt dos sit irreuocabilis etiam per superuenientiam filiorum.

6 Tertiò, quia dos, semel constituta, nō potest minui, vt probat tex.in Auth. sed quamuis. C. de rei vxor. action. quem tex. ad hoc propositum citat Neapod. d. num. 60. & consequenter cùm in hac quæstione ad illum tex. se remittit, videtur concludere, vt non habeat locum reuocatoria, & hæc sunt potiora argumenta pro hac opinione, quàmuis adsint etiam alia, quæ legi possunt penes Authores relatos in princ.

7 Contrariam tamen sententiam puto veriorem, vt saltem reuocanda sit dos vsque ad legitimam aliorum filiorum, & hoc vel ex dispositione tex.in dict. l.si vnquam, vt ibid. post alios affirmauit Rip.& scripserunt Alex. consi. 71. lib.4. Corne consi.4.lib. 3. vterque Socin. Ias. & Bertrand. quos cumulat, & probat nouissimus Author commun. opin. in rubr. de contract. titu. 11. de donation. cap.13.§.donatio aliqua facta in contractu sui matrimonij; & de Bertrando meminit Reg.de Ponte d.decis.39.num.29. vbi etiam videtur hanc sententiam confirmare, quam etiam probant Afflict. d. decis. 86. vbi sic refert iudicasse Sacrum Consilium, probat etiam Grammat.dict. decis. 90. vbi sic etiam dicit iudicasse Sacrum Consilium, quamuis de Afflicto nō meminit, vt notant Puluerin. & Vrsill.d. decis.86. Qui etiam eandem sententiam probant, quam probat Neapod. d.num. 60.& Præs.de Franch.ibid. in addit. cit. Quæ sententia verior est, vt semper reuocatio fiat vsque ad legitimam.

8 Imò plus dico, vt licèt Sacrum Consilium per duas vices iudicauerit, vt fiat reuocatoria vsq; ad legitimam; sed reuocatio fieret post mortem viri, teste Afflicto d.decis.86. & Grammat. d. decis.90. Nihilominus contrariam sententiam amplector, vt, statim, secuta morte patris, filij legitimam habeant, & non sit expectanda mors mariti, prout firmauit Paul.de Castr.in Rubr. C. de inoffic. dotib.quem plures sequuntur, quorum aliqui mirantur, cur Sacrum Consilium iudicauerit contrarium, vt refert Præs.de Franch.in addit.cit.& Ioan. Lup.in cap. per vestras.fol.81.col.3.& 4 §.21. de donat. int. vir. & vxor. quem referunt Vrsill.& Carauit.in d.decis.86.dicit, vt in illa Cancellaria fuerit iudicatum, vt fieret reuocatio statim secundum opinionem Pauli de Castr.& nullo modo expectetur mors mariti, & maxima cum ra-
9 tione, † nam filius statim, vt natus est, habet ius reuocandi bona donata per patrem ante eius natiuitatem, quia lex dat illi hoc priuilegiū, & statim, secuta morte patris; ex eodem priuilegio Iuris habet etiam legitimam vti creditor patris, vt præcipuè in 2. par. in titu. de bonis q. 19. dictum est, & consequenter si creditor est, & habet beneficium legis, nullo modo expectanda sit mors viri, sed statim. secuta morte eorum patris, habeant reuocatoriam vsque ad legitimam.

10 Nec obstant contraria, † nam ad Primum respondetur, esse magis communē sententiam, vt etiam in hac reuocatoria habeat locum dispositio tex.dict.l. si vnquàm.vt patet ex dictis nu. 7. & quando locum non haberet quòad reuocationē, tunc fieret reuocatio ex titul. de inoffic. dotib.vt notant Castrens. & Afflict.in locis citatis, & sic tex.in d.l.si vnquam procederet respectu quantitatis reuocationis, nempe vsque ad legitimam masculorum, sed vt dixi est magis recepta sententia, vt reuocatoria etiam fiat ex beneficio dictæ legis.

11 Ad secundum respondetur, quòd etiā vir in hoc casu agit de lucro. nam recipiendo dotem, censetur illam recipere, seruata forma Iuris, vt sæpe dictum est de contrahentibus, qui semper præsumuntur contrahere secundum formam iuris, imo etiam secundum communem opinionem Doctorum: cùm igitur in hoc casu tam ex iuris dispositione, quàm secundum communem Doctorum opi-

nionem, dos reuocanda sit vsque ad legitimam filiorum, vtique in omni eo, quod filiorum legitimam concernit, dicitur maritus esse in lucro, cùm illud detineat contra iuris dispositionem, & consequē-
12 ter in hoc casu non est in damno, † etiā quia sic præsumitur esse mens patris dotantis, vt non præsumatur priuare filios in legitima, si casu ipsos suscipiat post dotationem filiæ, vt post Dec. consi. 56. & Tiraquell. notat ad hoc propositum Vrsill. d. decis. 86. num. 6. Sic etiam si mater dederit dotem inofficiosam, filij possunt illam reuocare, & reuocatur proprietas vnà cum fructibus, & ita determinauit Sacr. Consilium, teste Pręsid. de Franch. d. decis. 558. Itaque ratio oneris viri non habet locum in dote inofficiosa.
13 Ad tertium patet responsio ex eadē Auth. sed quamuis. nam ibid. dicitur, vt dos data filiæ in primo matrimonio debeat etiam illi dari in secundo matrimonio, nisi casu fortuito patrimonium patris diminutum esset; Sed in proposito sic est, quia casu est diminutum patrimonium patris, hoc est per superuenientiā liberorum facta est diminutio, cum illis debita sit legitima ex iuris dispositione, quæ non erat debita tempore dotationis, & consequenter ille tex. potius hanc sententiam confirmat: omitto quædam alia ad confirmandam istam opinionem, vt statim competat filijs reuocatoria pro legitima, non expectata morte viri, sed videri possunt penes Vrsill. d. decisio. 86. nume. 1. in fin. vers. tamen mihi homuncioni.
14 Non omittam dicere, quòd Vrsill. ibidem nu. 6. vers. sed dicet aliquis. conatur per distinctionem opiniones istas concordare, quòd si dos consisteret in bonis stabilibus, quæ existunt tempore natiuitatis filiorum, & in hoc casu procedat secunda opinio, vt etiam in vita viri competat filijs reuocatio vsque ad legitimā: Si verò dos data fuerit in pecunia, quæ fuerit consumpta, tunc procederet prima sententia, vt non fiat reuocatio, dum pecunia consumpta est, quod confirmat ex his, quæ tradidit in decis. 190. Nihilominus hæc distinctio potius facit, vt competat, vel non competat reuocatoria sim-
15 pliciter, quàm vt differatur † Si enim data esset in pecunia, & pecunia extaret, vt quia ex illa empti essent annui introitus, vel alia bona stabilia, quæ sine dubio succedunt loco dotis, vt dixi supra par. 2. in titu. de bonis. quæst. 3. vel quia dos assicurata esset super bonis mariti, & tunc distinctio Vrsilli nullo modo procedit, quia vel semper competit reuocatoria filijs post mortem mariti iuxta decisiones Sacri Consilij, vel statim, mortuo patre, etiam in vita mariti; & hoc verius credimus esse, vt fundatum est, itaque, si pecunia esset consumpta, tunc succederet alia quæstio; si filijs tanquam creditoribus patris in legitima, competeret reuocatoria, vel aliqua hypotheca pro pecunia consumpta. In hac quæstione teneo, filios nullum habere remedium ad reuocandum pecuniam consumptam, & moueor solidissimo (ni fallor) fundamento.
16 Siquidem quando sunt plures creditores, quorum aliqui sunt anteriores, & aliqui posteriores, & creditores posteriores ex eorum industria, & vigilantia exegissent pecuniam à debitore in satisfactionem crediti, quam pecuniā bona fide consumpsissent, tunc nullo modo creditores anteriores possunt auocare illam pecuniam consumptam à creditoribus posterioribus, quia ipsi iure suo vsi sunt, nempe iure creditoris, & nemini dicuntur fecisse iniuriam, ex regu. tex. in l. non videtur. ff. de regul. iur. & in l. si non expedierit, vbi glo. & omnes. ff. de bon. author. iudic. possid. & post Angel. de Aret. Alex. & alios. Afflict. decis. 190. vbi sic refert esse praxim, ne totus mundus inuolueretur litibus, & diligentia sua cuilibet esset nociua, quod ius abhorret, & eandem sententiam probant Capyc. decis. 78. Gram. quæstio. 1. post eius decisiones. Couarr. pract. quæst. cap. 29. Domini de Rot. in decis. diuersor. tom. 3. decis. 548. & est tex. in l. qui autem. §. apud Labeonem. & §. sciendum. ff. quæ in fraud. credit. & tradit etiam Reg. de
17 Ponte decis. 34. nu. 20. † quod procedit in vtroque foro, dum fraus cessat, vt post alios firmauit Rebell. in 1. par. de obliga. iustit. lib. 2. q. 19. nu. 16. vt alios omittam, quia dum in hoc Regno lex ob bonum publicum, vt euitentur lites, (quę multoties vinci solent, & nec bona, quæ recuperantur, nec patrimonium sufficit ad expensas factas in lite) denegat actionē, & praxis iustissima est, & ita vidi seruari in praxi, & fuisse determinatum per doctissimos viros, & per Sacros Theologos

gos in Curia Archiepisc. Neapolitana in cã cuiusdã Principis annis elapsis sine dubio opinio hæc procedit in vtroque foro, & Vrsill. d. decis. 190. nu. 5. iam in foro exteriori sic refert decisum.

18 Et quãuis Beneuenut. Stracch. de quo meminit Vrsill. loco cit. teneat contrarium, quòd etiam voluit Castren. consi. 169. vol. 2. tenet etiã Negusant. in tract. de pignorib. in 2. membr. par. 3. q. 8. nu. 10. Matth. Brun. in tracta. de cession. bonor. q. 25. nempe vt creditores anteriores reuocent illam pecuniam vsque ad

19 medietatem, † nihilominus de ipsorum sententia non est curandum in hoc Regno, dum receptissima est opinio contraria, vt nullo modo detur actio, nec aliquod remedium ad reuocandam pecuniam consumptam bona fide, quæ bona fides semper præsumitur: cum. n. pmissæ sint diligentiæ, & vigilantiæ ad recuperandum bona sua, & ad exigendum eius

20 creditum, † qui facit quod fieri solet, nec in dolo est, nec in culpa, nec fraudẽ aliquam facere dicitur, quia iure creditoris vtitur, vt in d. l. non videtur. ff. de regu. iur. post Alex. & alios Lancellott. Gallianl. in tract. de stat. quæst. 6. nu. 8. & faciunt notata per Crau. consi. 44. nu. 5. & per Mascar. conclus. 224. nu. 18. & conclus. 815. nu. 41.

21 Quo fit, redeundo ad quæstionẽ, † vt si hæc procedant respectu creditorum anteriorum, et cum hypotheca, & nihilominus non habet locum reuocatoria, eò magis procedit in casu nostro, quia maritus est creditor anterior, est cum hypotheca, pecuniam consumpsit bona fide, & filij sunt posteriores, nullam habent hypothecam, imo pater in vita potest alienare bona sua, & priuare filios legitima, vt alibi dictum est, quid ergo mirum si nullam habeant reuocatoriam ad pecuniam consumptam.

22 Illud postremò notandum est, † quòd dum omnis reuocatoria competat in subsidium aliorum bonorum, nempe nõ existentibus alijs bonis, vt scripsit glo. in l. 2. C. de hæredit. action. Guid. Pap. decis. 105. & decis. 460. Francis. Marc. decis. 322. nu. 13. par. 1. & in reuocatoria rei hypothecatæ hoc iddem tenent Cyn. Bart. Castr. & alij in l. fin. §. & si præfatã. C. de iur. deliber. Rolan. in tract. de confect. inuentarij, in verb. creditoribus. nu. 1. tom. 8. tract. par. 2. fo. 184. vt alios omittam. Eò magis hoc procedere debet in casu nostro, vt tunc solùm filij habeant reuocatoriam, quando alia bona, quæ possidet pater, illis non sufficerent pro eorum legitima, quod etiam videtur de mente omnium prædictorum Doctorũ, dum reuocatio fit in supplementum legitimæ.

23 Postremò notandum est ex doctrina Neapod. in d. consuet. si moriatur. num. 57. vers. sed quid si frater minor. fol. 98. quòd si frater minor cum tutoris authoritate dotauit sororem vltra vires sui patrimonij, quòd minor restituitur in integrum ad reuocandum illud plus, quod excedit nobilitatem viri, Verùm si dos excederet quantitatem patrimonij ipsius minoris, esset tamen secundum qualitatem viri, non competit minori restitutio, quia non dicitur deceptus, nec aliquo modo læsus ex tex. in l. 1. vbi Barto. & alij. C. si aduersus dotem, & faciunt dicta supra q. 16. vbi probatum est, vt paragium sororis, vt nubat viro æquali posse ascendere vsque ad virilem, imò si virilis non sufficiat, & frater sit diues, teneatur supplere de proprio, & successiuè, quãuis in hoc casu frater sit læsus in bonis, tamen in honore maximum lucrum fe-

24 cit, † qui honor præfertur diuitijs. §. cũ autem. instit. de adopt. Ias. in l. reprehendenda. C. de instit. & substit. quàmuis nõ ignorem, vt ex diuitijs conseruetur honor, & eis diminutis, etiam honor diminuatur, vt suo loco notatum est, ex tex. in §. hoc quoque. instit. per quas person. nob. acquir.

SVMMARIVM.



Neptis an succedat auiæ vnà cum patruo, vel nepote, distinguitur, & neptis ex filia non succedit. n. 4. Ex filio verò succedit. nume. 2. Si sit neptis, & nepos ex eadem persona etiã succedit, & ita decisum refertur. numero 1.

Neptis ex masculo succedit simul cum patruis, & ita decisum refertur. nu. 13.

Consuetudo, & statutum, excludens fœminas a successione propter masculos, non extenditur vltra personas nominatas. nu. 4.

Sororem non excludi à successione præde-

functi fratris ab intestato per nepotes alterius fratris multi tenent. nu. 5. Contrarium sequitur Anchar. nu. 8. & seqq.

Fœmina, existens in gradu proximiori, excluditur per masculos existentes in gradu remotiori. nu. 6. & 12. Contrarium fundatur. nu. 9.

Filius subingreditur in locum patris, dũ tractatur de succedendo patruo, & patris iure, & priuilegio vtitur. num. 7. Qualiter hoc procedat, aperitur. num. 11. & seqq.

Statuto, qui vult vti, vt obtineat, debet probare se habere qualitatem à statuto requisitam, alias non obtinet. numero 10.

Filius subingreditur in locum patris, vt illius portionem habeat, non autem, vt alios excludat. nu. 11. An hoc sit verum aperitur infra q. 32. & 35.

QVÆSTIO XXVII.



1 Igesimoseptimò quæro, † an neptis excludatur à successione auiæ, vel simul cum patruo, & sic eum fratre defuncti admittatur ad successionem? Hæc quæstio fuit de facto annis elapsis in causa D. Isabellæ de Aragonia, cum Duce Mõtisalti eius fratre super successione hæreditatis Comitissæ Golisani auiæ maternæ, & tamen die 12. Augusti 1563. facto verbo in Collaterali Consilio neptis fuit admissa solum ad paragium tam in bonis intra, quàm extra districtũ huius Ciuitatis, vt refert Camill. Salern. in d. consuet. si moriatur, in princ. in addit. incip. ad hanc consuetudinem. vers. vnde alias fuit dubitatum in Sacro Regio Consilio fo. 75. de qua decisione meminit etiam Consiliarius de Rubeis, relator dictæ causæ in suis addition. fol. 1. à ter. in apost. incip. Quod neptis, & ad id probandum citat Iaf. consi. 80. vol. 4.

2 Verùm hæc quæstio dupliciter agitari potest, † vel in nepte prouenıente ex masculis, vel in prouenıente ex fœminis. Primo casu, quia neptis ex masculo habetur prò masculo, vt dicetur quæstione sequenti, idcircò subingreditur in locum patris, & in locum eius succedit, vt ibid. dicetur, imo hæc neptis si esset ex primogenito etiam patruum à successione bonorum feudalium excluderet, vt dicetur infra quæst. 35. & consequenter in his terminis non procedit quæstio, sicut nec etiam procedit decisio prædicta. Nam illa facta fuit in fratre, & sorore circa successionem auiæ, & ratio dubita-

3 tionis fuit, † quia consuetudo non extẽditur vltra personas nominatas, vt in simili scripsit Dec. consi. 446. nu. 6. de quo meminit Salern. loco cit. & faciunt etiã tradita per Farinat. decis. 392. de quo infra dicetur; & dum consuetudines non loquuntur expressè de successione auiæ, ideò fuit neptis admissa ad paragium, nõ autem ad successionem, quia ab ea excludebatur per masculum, & successiuè, licèt ex verbis consuetudinis non excludebatur, tamen ex ratione consuetudinis erat exclusa, & ad summum admissa fuit ad paragium.

4 In secundo casu † si esset neptis prouenıens ex fœmina, & tunc sine dubio excluderetur; si enim mater esset exclusa, eò magis excluditur ipsa neptis, quæ est in gradu vlteriori, & etiam in se est in eodem sexu cum matre, qui quidem secundus casus melius examinabitur infra q. 30. & proinde patere potest. qualiter hæc quæstio tractanda veniat.

5 Potest denique per contrarium agitari quæstio, † si soror excludatur à successione bonorum fratris ab intestato per defuncti à nepotibus alterius fratris; & in hoc casu multi tenent, vt soror excludatur, quia, vt multoties repetitum est, similia statuta habent rationem conseruationis bonorum in familia, quæ per masculos solùm conseruatur, & per fœ-

6 minam amittitur: † quò fit, vt, licèt fœmina sit in gradu proximiori, excludatur per masculos existentes in gradu remotiori, sic ex multis probauit Molin. lib. 3. de primogen. Hispan. cap. 4. nu. 5. & cap. 8. num. 8. Lanar. consi. 1. nu. 35. de quibus meminit ad hoc propositum Reg. de Põte in tracta. de potest. Proreg. in tit. de success. mulier. in princ. nu. 31. & expressè sequitur nu. 42. & seqq. vt nu. 13. dicetur, & in suo opere feud. lect. 12. nu. 16.

7 Fundari etiam potest istorum opinio ex regula iuris, † vt dum tractatur de succedendo patruo, vt est in hoc casu, tunc filius subingrediatur in locum patris, & eius vtatur iure, & priuilegio, vt in §. reliquum. vers. vnde cõsequens. vbi

Angel.

Angel. Authen. de hæredib. ab intest. venien. Aretin. Alex. & Aegid. quos citat Farinat. d. decis. 392. nu. 3. vbi in fine sic refert aliquando decisum in illa Rota, nempe vt isti nepotes per subingressionem in locum eorum patris exclusissent sororem, & sic eorum amitam à successione bonorum præ defuncti fratris.

8 Nihilominus contrariam sententiam puto veriorem, quàm pluries in simili statuto recepit eadem Rota, vt loco cit. refert Farinat. nu. 1. §. vnde cum in hoc casu Et in terminis istarum consuetudinũ, & etiam constitution. in aliquibus. post Afflict. ibid. in 3. notab. & post Minad. tenet Reg. de Pont. loco cit. & num. 39. &

9 seqq. † quia consuetudines, & constitutio prædicta solum excludunt fœminas propter masculos in eodem gradu existentes, & sic habent considerationem, & respectum non solum ad lineam, sed etiam ad gradum, vt dicetur infra, & præcipue quæst. 56. & hoc non negant Authores in contrarium citati, et etiam fun

10 dat Farinat. loco cit. † Nam, cum statutum, aliquid disponendo, certam exposcit qualitatem; & in hoc casu est gradus proximitas, & linea, vnde proueniunt bona, illa qualitas in primis verificanda est, nam aliter non haberet locum statuti dispositio, vt ex tex. in l. Prætor ait. ff. de vi bonor. raptor. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Baldo, Paris. & Dec. probat Farinat. loco cit.

11 Nec vrget argumentum de subingressione, nam respondetur filium subintrare in locũ patris, non iam ad effectum excludendi sororem; sed vt simul cum ea admittatur ad successionem patrui, à qua excluderetur per proximiorem in gradu; hæc enim est materia subingressionis, nisi essemus in feudalibus, vt dicetur infra quæst. 35. cum duabus seqq.

12 † & hoc modo post Alexandrum respondet Farinat. loco cit. sub num. 3. vbi etiam dicit, decisionem illam, in contrarium adductam, fundatam fuisse in verbis statuti, qui excludebat fœminas per masculum etiã in remotiori gradu, quod non est in hoc casu, & successiuè nemo ex prædictis est contra decisionem hu-

13 ius quæstionis, † licèt Reg. de Ponte loco cit. à num. 42. vsque in fin. conetur hoc probare, vt etiam locum habeat in bonis burgensaticis, vt neptis ex masculo succedat in totum, exclusis alijs fœminis, & ita dicit fuisse practicatum, & vt succedat cum patruis. nu. 48. refert decisum in causa quorundam de Mangiaruua de anno 1593. Sed in burgensaticis an hoc sit verum, dicetur infra q. 32.

SVMMARIVM.



Consuetudo an excludat fœminas prouenientes ex masculis. nu. 1.

Fœmina ex masculo descendens dicitur esse sexus virilis. num. 2.

Fœmina licet subingrediatur in locum patris, non tamen alias fœminas excludit, & ratio affertur. nu. 3.

QVÆSTIO XXVIII.



1 Igesimooctauò quæro, † an istæ consuetudines locum habeant contra fœminas, prouenientes ex masculis? Respondeo negatiuè ex tex. in d. consuet. si moriatur, in §. & omnia, iuncta expositione Neapod. ibid. nu. 102. fo. 105. vbi etiam Capyc. & alij probat etiam Salern. in ead. consuet sub nu. 31. in addit. incip. Si pater decessit. fo. 82. vers. quod si filia fœmina descendens ex masculo, vbi etiam citat Grammat. decisio. 63. nu. 1. & iddem nouissimè defendit Reg. de Ponte in d. tract. de potesta. Proreg. in tit. de success. mulier. in princ. nu. 32. & seqq. & in simili statuto iddem post alios probat Guttieres consilio. 13. num. 15.

2 Probatur facilè hæc conclusio à præfatis Authoribus, † quia fœmina, ex masculo descendens, dicitur esse virilis sexus, & eius appellatione venit, vt in l. 1. §. non tantum. ff. de carbon. edict. l. legẽ duodecim tabularum. vers. huiusmodi itaque legis. C. de legit. hæredib. glos. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. vbi Bal. Alex. Socin. & alij. ff. de liber. & posthu. post alios de Ponte loco cit. num. 34. & consequenter in locum patris, & in sexum subingrediuntur, ac eius personam repræsentant, & in eius locum succedunt.

3 Verùm hæc subingressio secundum aliquos, non est, vt excludant alias fœminas à successione; sed solùm, vt admittantur ad illam portionem, ad quam earum

rum pater admitteretur, si viueret, & ratio est manifesta; quia dum omnes sunt fœminæ, in neutra ipsarum adest ratio conseruationis bonorum in familia; nam vt sæpè dictum est, fœmina est caput, & finis suæ familiæ, & ipsa mortua, familia extinguitur, & consequenter istæ fœminæ succedunt simul cum alijs, vt post Cyn. scripsit Bart. in l. liberorum. ff. de verb. & rer. signif. Capyc. decisio. 21. Et quia hæc opinio est vsu recepta in hoc Regno, & præcipuè in hac Ciuitate, vt per Reg. de Ponte loco cit. nu. 38. §. ex omnibus istis: ideò in ea discutienda nolo amplius moram facere, præcipuè cum pateat ex dictis quæst. præced. & in quæstionibus alijs ibid. cit. Sed an hoc sit verum, vide infra q. 32. vbi hoc explicatur qualiter intelligatur.

SVMMARIVM.



Oemina exclusa per masculos à successione an debeat habere tot paragia, quot sunt personæ, de quarum successione agitur, referuntur Authores. num. 1. Arguitur pro parte affirmatiua. nu. 2. & sequ. & sic pluries refertur decisum, sub nu. 2. & num. 11. Tandem concluditur, vt si in Regno viuatur iure Francorum, vera sit pars affirmatiua: Si iure Longobardorum, sufficiat fœminæ vnicum paragium. nu. 12. De iure consuetudinario si habet paragium ex bonis paternis, & maternis, excluditur semper à successione collateralium. nu. 16.

Statutum, excludens fœminam dotatam propter masculos, si non mandat dotari de bonis omnium, vnicum paragium censetur dare fœminis. nu. 13.

Soror debet habere paragium in bonis fraternis ex fratre ad fratrem peruenientis, licet ex eis soror fuisset dotata. nu. 3. & 5. Contrarium fundatur esse verius & ita semper in Regno practicatum. nu. 16. Respondetur contrarijs. nu. 23. & seqq. Si potuit habere paragium de bonis paternis, & frater voluntariè illam dotauit de suis, adhuc paragium habet in bonis fratris. num. 6. Si pater certam portionem dotis illi reliquit, & frater illam maritando, minorem quantitatem promisit, petit supplementum. nu. 7. Vt ei non debeatur paragium in bonis transuersalium, & ex prudentum interpretatione fundatur. nu. 17. & ex verbis consuetudinũ à Sapientissimo Marchione de Ponte ponderatis deducitur num. 18. Quid si succedatur non lineæ transuersali superiori, sed inferiori, num determinatio relata procedat. num. 19. 20. & 22.

Dotata à fratre de bonis receptis per sororem in excambium bonorum paternorum, excluditur à paragio in bonis fratris. nu. 16. in fin.

Mutatione personæ mutatur conditio rei. nu. 4. Sed declaratur sub num. 16. & alibi.

Neptis dotata ab auo habet paragium in bonis patris. nu. 8.

Monialis quæ habuit paragium in bonis patris debet etiam habere legitimam in bonis matris. nu. 9.

Mulier dotata à patruo habet paragium in bonis aui. nu. 10.

In Regno licet aliqui dicant, vt præsumatur quis viuere Iure Longobardorum, contrarium fundat Author, vt potius iure Francorum viuere præsumatur, & ratione aperitur. nu. 14.

Filia debet habere paragium de bonis paternis, & maternis, etiam attenta dispositione constitutionum Regni. numero 15.

Statutum, excludens filiam dotatam à patre, non habet locum, si dotata esset à fratre. nu. 20. Excludens filiam dotatam per existentiam masculorum, intelligitur, si dotata sit ab hæreditate eius, de cuius successione agitur. nu. 21. Sed qualiter procedat. nu. 13.

Dos de paragio in linea transuersali succedit loco portionis, à qua fœmina per masculos excluditur. num. 21. & sub num. 22.

Legitima, licèt in linea trãsuersali nõ debeatur, debetur tamen successio. nu. 22.

Mulier debet esse contenta portione, quam accepit in die votorum, sub numero 22.

In bonis sitis extra districtum, non consuetudines, sed constitutiones Regni seruandæ sunt. nu. 25.

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.

1 VIgesimonono quæro, † vt fœminæ excludantur à successione, an debeant habere paragium de bonis omnium personarum, de quarum successione tractatur, vel vnicum paragium illis sufficiat? Quæstio hæc est admodum controuersa inter Regnicolas, adeò vt etiam altiori consideratione examinari debeat, de qua tractant Andr. in constit. in aliquibus, vbi etiam Afflict. & Minad. in princ. in verb. textus constitutionis. nu. 68. & seqq. idem Afflict. decis. 178. in 3. dub. vbi etiam Vrsill. nu. 3. Anna pater in alleg. 81. & 117. Anna filius in consi. 45. nu. 72. & seqq. vbi alias allegationes patris cumulat, Capyc. decis. 21. Addentes ad Neapol. in d. consuet. si moriatur, præcipuè sub num. 50. & alibi. Præs. de Franch. decis. 87. & decis. 328. ad quem se remittit in hac materia Consiliarius Rouit. in pragmatica 1. de feud. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in titu. de success. mulier. in princ. præcipuè nu. 4. & seqq. Quiquidem Authores plures alios cumulant, & in simili statuto vltra prædictos allego Farinat. decis. 411. Est etiam decisio Thesaur. 62.

2 Pro parte mulierum, vt illis debeantur tot paragia, quot sunt personæ, de quarum successione agitur, Ponderatur primò, quia fœminæ exclusæ per statutum, & dotatæ, intelligi debent, vt sint dotatæ ex hæreditate dotantis, nempe illius, de cuius successione agitur, vt dictum est supra q. 21. num. 3. & seqq. adeò vt, si fuisset dotata de bonis patris, & tractaretur de successione bonorum fratris, adhuc deberet paragium habere de bonis fratris, vt ibid. dictum est nu. 5. & sic etiam fuit decisum in Sacro Consil. teste Capyc. decis. 21. de qua decisione, quæ fuit inter Lisam Seuerinam, & Iacobam amitam, meminit Colluc. Coppul. in consuet. si quis, vel si qua, in verb. neptes. sub num. 272. fol. 153. in Apostill. incip. Scias, quòd die 27. Octobris 1509. vbi etiam Pisanell. & hoc iddem tenet Deci. consi. 484. col. 1. & in consi. 589. col. 1. & fin. Andr. in cap. 1. col. 5. de nat. success. feud. idem Capyc. in consuetu. si moriatur. §. iddem Iuris. fo. 104. in addit. incip. iddē tenet. Sic etiam tenent Thesaur. d. decis. 62. Bolognett. Anna pater, & alij, quos cumulat Anna filius d. consi. 45. nu. 72. & Præs. de Franch. d. decisio. 328. circa fin.

3 Et hoc eatenus est verum, † vt multi tenuerint, quòd etiam si fœmina paragiū habuisset de bonis patris, qui pater postea mortuus esset, & bona peruenissent ad filium; qui quidem filius decesserit ab intestato, adhuc soror deberet habere paragium in illis bonis, quia illa bona pa-

4 terna, effecta sunt fraterna; † quoniam mutatione personæ, mutatur conditio rei. l. 1. §. veteres, vbi Aretin. & alij, quos ibid. cumulat Ias. nu. 4. ff. de acquir. poss. & plures alij citantur per Vrsill. d. decis. 178. nu. 3. & à Præs. de Franch. d. decisio.

5 328. nu. 2. † quia ad summum soror succedit bonis paternis mediatè, nēpe medio fratre, & sic nouo iure, vt scripsit Roman. in d. §. veteres, & in consi. 40. & hoc iddem probant Deci. in l. hæreditas. ff. de regu. iur. Guttier. in repet. tex. in cap. quamuis, in princ. nu. 17. & seqq. de pact. in 6. Ioan. Campeg. in tract. de statut. q. 1. nu. 199. Anton. Gamba decis. 206. nu. 24. Paris. in tract. de resignat. beneficior. lib. 3. q. 80. nu. 5. Molin. Iesuita in tracta. de maioratib. disput. 579. nu. 20. vt alios

6 omittam. † Siquidem vt dixi supra d. q. 21. nu. 8. si soror poterat habere paragiū de bonis paternis, & frater voluntariè dotasset sororem de bonis proprijs, adhuc deberet habere paragium de bonis

7 fraternis: † Imò si pater reliquisset certā summam dotis filiæ, & filius post mortem patris, & sic frater, maritando sororem, dedisset illi minorem quantitatem dotis, soror illa haberet etiam supplementum dictæ dotis vsque ad quantitatem ei relictam per patrem, vt in l. cùm pater certam. ff. de legat. 2. Ias. in l. huiusmodi. §. si pater. circa fin. ff. de legat. 1. Vrsill. d. decis. 78. nu. 15.

8 Secundò confirmatur, quia, † si filia non esset dotata à patre, sed ab auo, non tamen contemplatione patris, tunc, mortuo auo, debet habere paragium in bonis patris, quod si ei non soluitur, admittitur ad successionem, vt scripsit Socin. in consi. 32. vol. 1. ad quem se remittit Salern. in d. consuet. si moriatur, sub nu. 51. fol. 82. in addit. incip. si pater decessit. vers. sed quid si filia, & faciunt dicta su-

9 pra q. 24. nu. 6. † & hoc etiam procedit in filia moniali, quæ, si habuisset paragiū de

de bonis patris, adhuc deberet habere legitimam in bonis matris, quam legitimã monasterium petit ex persona illius monialis, vt scripserunt Andr. & Afflict. in constit. in aliquibus, quos etiam sequitur Naucler. in suis addition. fol. 8. a ter. in Appostill. incip. In eadem consuetu. & glos. ibi, Sed videtur, idem Afflict. in decis. 348. vbi eius addentes.

Postremò confirmatur, omissis alijs;
10 † quia, si mulier dotata fuisset ab eius patruo, non excluderetur postea à successione bonorum aui, quia non fuit munus patrui, nec eius officium dotare neptẽ, vt habetur per Neapod. in d. consuet. si moriatur, in verb. ex masculis. vers. patet ergo. nu. 113. & seqq. fol. 109. Capyc. in ead. consuet. sub nu. 50. fo. 94. in apostill. incip. An mulier excludatur a successione aui, & post Pisanell. Consiliarius de Anna d. consi. 45. nu. 77. Quæ omnia con firmant fœminarum iura, vt tot illis debeantur paragia, quot sunt personæ, de
11 quarum successione tractatur. † & vltra decisiones desuper relatas, iam Vrsill. d. decis. 178. nu. 3. dicit, se in anno 1555. ita obtinuisse in Magna Cur. Vic. in causa Ioannis Antonij Maioranæ cum Bernardino Turbulo, dicit tamen fuisse quæstionem de bonis sitis extra districtum. itaque quæstio ista admodùm dubia videtur pro masculis, & clara in beneficiũ fœminarum.

12 Nihilominus omissis argumentis in beneficium masculorum, hæc quæstio dupliciter agitari potest. Primò attenta dispositione Constit. Regn. in aliquibus. Et Secundò, considerata dispositione istarum consuetudinum. In Primo casu quæstio est sine difficultate quòad paragium; sed solùm inspici debet, quo iure viuatur: si enim viuatur iure Franchorũ, siue iure Romano, & tunc fœminæ tot debent habere paragia, quot sunt personæ, de quarum successione agitur: si verò viuatur iure Lõgobardorum, & tunc fœminæ excluduntur ab omnium successione si habent vnum paragium à quocunque, & ita est particularis lex in hoc Regno facta, magna habita discussione; & cum consilio peritissimorum virorum, vt habetur in pragmatica 1. sub tit. de feud. quæ vulgò dicitur, la Filingeria, de qua meminerunt omnes Re-
13 gnicolæ, quos in principio citaui. † Et in simili statuto, vt sufficiat vnicum paragium à quocunque proueniet ad exclusionem fœminarum, probauit Bald. in l. 1. C. de legit. hæredib. quem sequuntur Alex. consi. 29. lib. 1. de magis communi testatur Roland. consi. 24. num. 13. lib. 3. qui omnes dicunt, hoc habere locum, si statutum non procederet vlterius, mandans fœminas dotari de bonis illius, de cuius successione agitur, & ita pluries in simili statuto fuit decisum in Rota Romana, vt affirmat Farinat. d. decis. 411. & vltra per eum cumulatos sic probant Menoch. consi. 335. num. 35. vol. 4. Surd. consi. 100. toto, & in specie nu. 9. vol. 1.

14 Si quæratur, † quo iure viuatur in hoc Regno, est quæstio, quæ ad partes examinatur per Marant. disput. 2. qui conatur ostendere, vt, non probato contrario, viuatur iure Longobardorum; quia hoc magis fauet masculis ad fœminarum exclusionem, & ad conseruationem bonorum in familia, Alij tamẽ oppositum tenent, vt potius quis præsumatur viuere iure Franchorum, siue iure Romano, quia in paucis locis ius Lõgobardorum seruatur; & ideò probandum est ab eo, qui illud allegat. quod in eo loco sit vsu receptum, vt testatur Luc. de Penn. in l. 1. C. de conductor. & procurdum Augus. lib. 11. quem sequitur Nuncius Pellicia in consuet. Auersan. c. ro. nu. 217. & vltra prædictos hoc iddem post Cauens. & alios notat Carauit. in
15 rit. 202. nu. 4. & seqq. † Quomodocunq; tamen sit, etiam secundum Constitutio. in aliquibus, filia debet habere paragiũ, etiam de bonis maternis, quia illa constitutio etiam de bonis maternis loquitur, prout expresse tenet ibid. Afflict. in 3. notab. & Andr. ita dicit esse de generali consuetudine, & quòd hoc iure vtimur in hoc Regno, tenet post ipsum Reg. de Pont. in suo opere feud. post decisiones in lect. 10. num. 27. In alijs verò bonis aliarum personarum seruanda est dispositio dictæ pragmat. 1. de feud.

16 In secundo casu, † & tunc si loquamur in bonis fraternis, quæstio est absoluta, vt soror omninò excludatur à bonis illius, & hoc non solùm si essent bona paterna, quę ad fratrem peruenerunt, nam hoc est indubitatum in hac Ciuitate, vt in illis soror nullum habeat paragium, ne duplici onere paragij eadem bona grauentur, & ita semper fuit decisum, & interpretatum in hoc Regno, teste Prę-

fide

fide de Franch. d. deciſ. 87. nu. 7. verſ. & dictum fuit, & nu. 17. verſ. hac cauſa plenè diſcuſſa. ſed etiam in alijs bonis nouiter per fratrem acquiſitis; & ita pluries fuit deciſum in Sacro Conſilio, tam in anno 1561. die 6. Aprilis, iunctis aulis, in cauſa Marchionis Siculæ ad relationem illius doctiſſimi, & oculatiſſimi Viri Ioãnis Andreæ de Curte, vt refert Conſil. de Rubeis, ſiue Præſ. de Franch. inter additiones eiuſdem de Rubeis fol. 3. in apoſtil. incip. Afflict. in conſtit. in aliquibus, in qua cauſa conſuluit Anna pater, vt habetur in alleg. 81. de quo meminit Reg. de Pont. in d. tit. de ſucceſſ. mulier. ſub nu. 6. & Præſ. de Franch. in d. apoſtil. in fin. ſic etiam refert deciſum in cauſa Anibalis Macedonij; ſic etiam fuit alia vice deciſum in cauſa illorum de Venatis, vt refert idem de Franch. d. deciſ. 87. ſub nu. 17. vbi alias deciſiones refert, ſic etiã Capyc. in d. conſuet. ſed ſi moriatur, & ẽt Conſil. de Bottis in conſuet. ſi morienti, quos citat Reg. de Pont. ſub d. n. 6. & ſic ſæpe aliàs, vt audiui à Conſiliario Ioanne Baptiſta Meliori eruditiſſimo Viro; & præcipuè in quadam cauſa, ſe patrocinante; de alia deciſione in cauſa Seuerij Mocciæ cum filio de Anna meminit Conſiliarius de Bottis in conſuet. ſed ſi morienti, in princ. fol. 152. in apoſt. incip. iſta conſuetudo. verſ. ſi maritata, & dicit fuiſſe deciſum articulum, dum ſoror dotata erat à fratre de alijs bonis, quæ ſoror accepit in excambium paternorum bonorum, itaque eſt caſus magis dubitabilis, nam in primo caſu refert aliã deciſionem ſine nomine partium. tenet etiam Anna filius d. conſi. 45. num. 72. &

17 ſeqq. vt alios omittam; † vbi nu. 74. dicit, hoc eſſe inductum, non iam ex verbis conſuetudinis, ſed per interpretationẽ prudentum, qui interpretati ſunt, vt ſufficiat fœminis vnicum paragium, & eius pater in d. alleg. 81. refert ſic deciſum ex deciſ. Neapol. in conſuet. quod autem. in verb. parentum. nu. 303. verſ. ſed po-

18 ne. fol. 159. † quamuis Reg. de Ponte ſub d. nu. 6. dicat hoc etiam fundari ex verbis conſuetudinum, quia conſuetudo ſi moriatur. Dicit, vt, decedente aliquo cum deſcendentibus, ſuccedant maſculi tantum cum onere dotandi fœminas de paragio, vt etiam dictum eſt ſupra in 1. par. cap. 1. nu. 4. Subſequitur poſtea conſuet. ſed ſi morienti, dans formam in ſucceſſione tranſuerſalium, & dicit, vt defuncto fratri ab inteſtato ſuccedant alij fratres, nepotes, & neptes ex fratribus exclusis tamen fœminis, cùm illæ dotandæ ſint de paragio per maſculos, & conſuetudo habet hæc verba, videlicet [Ipſę mulieres a præmiſſa ſucceſſione excluduntur, cùm fratres ipſas habeant maritare, vt ſuperius dictum eſt] Vt legitur ibid. fol. 150. ſubſumit hæc vltima verba doctiſſimus Regens, ſi fratres debent maritare ſorores, vt ſuperius dictum eſt, iam ſuperius dictum erat, vt filij dotarent ſorores de bonis paternis, & maternis, nẽpe in d. conſuet. ſi moriatur, & conſequẽter, dum agitur de ſucceſſione lineæ tranſuerſalis, à cuius ſucceſſione excluduntur fœminæ, nec ſtatuitur ſoluẽdum eſſe paragium ex bonis eiuſdem lineæ, ſed vt ſint maritandæ, & iam ex bonis paternis, & maternis dotandæ veniunt, vt ſupra dictum erat, clariſſima ſequitur concluſio, vt tam ex interpretatione prudentum, quàm ex verbis conſuetudinum excludantur ſorores à ſucceſſione, & etiam à paragio in bonis tranſuerſalium.

19 Non omitto dicere, † quòd Fab. de Anna d. conſ. 45. nu. 74. dicit, vt hoc procedat, quando tractaretur de ſuccedendo patri, vel alteri ex linea collaterali ſuperiori, tunc procedat interpretatio prudentum, vt ſufficiat vnicum paragiũ, & vt ſoror dotata ſit de bonis paternis, non tamen procedat, ſi tractaretur de ſuccedendo collateralibus in linea inferiori, hoc eſt, non de ſuccedendo fratri, ſed de ſuccedendo filijs, vel nepotibus fratris; tunc enim nec conſuetudines loquuntur, nec prudentes hoc interpretati ſunt: cuius opinio fundari poteſt ex alijs duobus. Et primò ex dictis quæſt. 27. vbi determinatum eſt, neptem debere paragium habere in bonis auiæ, quia de ſucceſſione auiæ non loquuntur conſuetudines, ſed de ſucceſſione patris, & matris. Secundò quia caſus conſuetudinis probari debet in indiuiduo, in quo loquitur, & vltra non extenditur, vt dixi ſupra in 1. par. cap. 5. in 2. notab. nu. 9. & ſeqq. Et licèt non fuerit deciſum, vt Anna conſuluit, nihilominus propter difficultatem articuli partes deuenerunt ad tranſactionem, vt ipſemet affirmat in quodam diſcurſu defenſiuo, à ſe facto pro defenſione Conſiliorum primi volumi-

 nis;

nis; in quo quidem discursu, qui positus est post argumenta Consiliorum secundi vol. ostendit, in quibus casibus fuerit decisum secundum eius consilia, & dictam causam, pro qua scripsit in d. consil. 45. dicit, non fuisse decisam, sed partes propter dubia ad transactionem deuenerũt, quàmuis ibi non solùm hic articulus fuit discussus, sed etiam articulus renunciationis factæ per religiosum, si reuocetur, cùm ille religiosus factus fuerit Episcopus; & quàmuis ipse doctissimus Anna partem negatiuam defenderit, ego tamen contrarium, & sic partem affirmatiuam defendo, vt habetur infra in cons. 1.

Vtcunque sit circa renunciationem,
20 † distinctio eius mihi non displicet, cùm similia statuta in strictissima significatione, & in casu suo intelligantur, & consequenter, si statutum excluderet filiam dotatam à patre, non haberet locum, si dotata esset à fratre, vt scripsit Castrens. consi. 7. vol. 2. probant etiam Corne. cõs. 57. vol. 2. & post alios Surd. consi. 45. nu. 36. vol. 1. quia regulariter dotata non dicitur, nisi dotetur ab eo, de cuius successione agitur, vt etiã patet ex dictis nu. 2.
21 & seqq. † & etiam quia dos de paragio succedit in locum illius portionis, à qua fœmina excluditur, & consequenter à bonis dotantis tantùm debet excludi, quia, dum statutum non procedit vlterius, excludendo fœminas dotatas generaliter à successione cuiuscunque, nunquam simpliciter loquens, excludit fœminas dotatas, nisi dotatæ sint de bonis eius, de cuius successione agitur, vt dixi supra nu. 13. & vltra ibid. cumulatos, hoc iddem probat Campeg. in tracta. de dot. q. 15. & q. 26. num. 128. innumeros alios cumulat, & probat Surd. d. consi. 45. & etiam in consi. 402. num. 35. & seqq. vol. 3. Et in hoc casu procedunt omnes ponderationes factæ in principio in beneficium fœminarum, & etiam quia ius commune quantò minus potest, corrigi debet.

22 Nec obstat, † quòd in linea transuersali non debetur legitima, & consequenter non debetur paragium, quod loco legitimæ succedit, vt suo loco notatum est; & etiam quia fœmina contenta esse debet portione, quam accepit in die votorum, & sic tempore contracti matrimonij, & in his rationibus præcipuè fundantur decisiones Sacri Consilij ad exclusionem fœminarum, vt inter alios testatur Præs. de Franch. d. decis. 87. nu. 8. & seqq. Nam, si legitima non debetur, debetur portio secundum ius commune, vt dictum est num. 3. & seqq. vbi fundatum est, in linea transuersali, paragium succedere loco portionis, à qua fœmina excluditur, & decisiones debent habere locum in casu suo, nempe in linea collaterali superiori, quia de successione fratrum loquuntur, vt dictum est.

Nec vrgent contraria contra princi-
23 palem determinationem; † quia, vt soror excludatur à successione fratris secundùm has consuetudines, & ex earum verbis, & ex prudentum interpretatione introductum est, quod secùs erat in alijs statutis, & proinde iudicatum fuit, vt paragium deberetur sorori, & ita procedunt decisiones Rotæ, quas Farinat. citat in d. decis. 411.

24 Aliæ verò decisiones relatæ num. 8. & sequentib. vt si dotata sit à patruo, vel ab auo, & non contemplatione patris, iam fundantur in verbis consuetudinis, quæ mandat, vt filia dotanda sit de bonis patris, & matris, & consequenter non sunt contra istam determinationem, onus enim dotandi non competit patruo.

25 Decisio verò relata per Vrsill. iam est de bonis extra districtum, & tunc sine dubio seruantur constitutiones Regni, vt dictum est supra par. 2. in tit. de bonis. q. 1. & inter alios hoc probat Reg. de Ponte loco cit. nu. 7. Quo iure plura debita sunt paragia, si non viuatur iure Lõgobardorum, vt nu. 14. dictum est, & ex his patet determinatio istius quæstionis.

SVMMARIVM.

Nati ex fœminis veniunt appellatione liberorum secundum duplicem intellectũ, naturalem nempe, & ciuilem, sed non veniunt secundum intellectum prætorium, nisi in casibus expressis. nu. 1. *Non gaudet priuilegio immunitatis concessæ familiæ, posteritati, vel illis de sanguine, & ita iudicatum refertur in Collaterali Consilio.* nu. 2. & 3. *Gauderent tamen, si esset concessum pro se, & filijs, vel pro illis, qui sunt in qualibet sanguinis linea.* nu. 8. *Non sunt pro-*

priè

priè de sanguine familiæ.nu.5.& sub nu.6. Prosunt auo paterno, non autem materno, & ratio traditur. num. 11.
Sunt educandi penes auum paternum. num.12. An succedant secundum has consuetudines.nu.13.
Posteritas refertur ad familiam, & in illis tantùm consistit, qui per sexum masculinum descendunt.nu.4.
Concessio immunitatis debet restringi, & ratio affertur. nu.6.
Filij gaudent immunitate concessa patri ob numerum duodecim liberorum etiã post mortem patris nu.9. In Regno tamen tunc illa gaudent, si, mortuo patre, simul cum matre, vel cum nouerca simul habitent. & aliàs non gaudent, nisi pro debitis contractis tempore immunitatis, quæ praxis in iure fundatur.nu.10.
Neptis ex filio an faciat deficere conditionem fideicommissi, si sine filijs decesserit.nu.14. remissiuè.

QVÆSTIO XXX.



1 Trigesimò quæro, † an in materia istarum consuetudinum, veniãt nati ex fœminis appellatione liberorum? Hæc quæstio mouetur per Neapod. in d. consuet. si moriatur in §. iddem iuris. fol. 104. vbi Neapod. tres casus considerat. Primus est secundùm intellectum naturalem, & tunc appellatione liberorum etiam nati ex fœminis veniunt, ex tex. in l. liberorũ. ff. de verb. & rerum significatione, & in l. si quis. §. virum. & l. non quemadmodũ. ff. de liber. agnoscen. Secundus est secundùm intellectum ciuilẽ, & tunc continentur omnes, qui sui iuris sunt, siue masculi sint, siue fœminæ, siue sint nati ex masculis, siue ex fœminis, & procedit etiam si essent in potestate, quia omnes ex eodem genere orti appellatione liberorum continentur, si contrarium non inueniatur expressum, vt in l. cognoscere. §. fin. & l. liberorum. ff. de verb. & rer. signif. Tertius casus est secundum intellectum Prætorium, & tunc regulariter nati ex fœminis non veniunt appellatione liberorum, nisi in illis casibus, in quibus ex Prætoria æquitate inueniatur expressum contrarium. ita Neapod. loco cit. & de hac materia latius tractant nouissimè Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 25. & 26. & Alex. Raudens. decis. 49. nu. 33. & 40.

Verùm circa tria versari potest quæstio, quæ etiam innuit Neapod. loco cit. Primò quòad immunitatem. Secundò, si prosint auo ab excusatione munerum. & Tertiò quoad successionem etiam ex fideicommisso.

Primò casu consideranda sunt verba
2 priuilegij immunitatis: † Si enim concessio immunitatis facta sit pro se, & generi, siue posteris, vel pro familia, vel pro se, & descendentibus ex suo sanguine, & tunc sine dubio nati ex fœminis non gaudent tali immunitate, nec veniunt appellatione liberorum. Sic probat tex. in l. 1. ff. de iur. immunit. in l. solidorum. C. de excusat. munerum. Neapoda. loco cit. Alex. consi. 160. vol. 2. Andr. in cap. filij. nu. 3. in fin. de success. feud & alibi, & post ipsum, Dec. & Tiraquell. Reg. de Ponte in suo opere feud. lect. 15. nu. 3. 9. 10. & 13. & etiam in decis. 5. tota, vbi doctissimè fundat ob hanc rationem fuisse denegatam immunitatem Serenissimo Duci Parmæ in materia sigilli circa solutionem dirictuum; nam licet Pandetta mandet, vt descendentes ex sanguine Regio gaudeant immunitate sigilli, tamen quia ipse Dux descendebat ex fœ-
3 mina fuit exclusus ab immunitate, † put etiam dicit de alijs, qui etiam ex linea fœminina descendunt, non gaudent tali immunitate, sed solùm descendentes ex masculo, prout etiam iddem tenet Castellian. Cott. in suis memorabilib. in verbo, immunitas, & Arius Pinell. in l. si viua matre. C. de bon. matern. & faciunt discussa per Peregrin. & Alex. Raudens. locis citatis.

Et omissis alijs rationibus, quas tradit Alex. d. consi. 160. duas tantum afferam.
4 † Prima est, quia posteritas, & genus referuntur ad nomen familiæ, quæ in illis tantùm consistit, qui per sexum masculinum descendunt, vt in l. vacatio. ff. de muner. & honor. & in l. famil. ff. de verb. &
5 rer. signif. † & iddem est, dum loquitur concessio in beneficium eorum, qui sunt de sanguine, quia nati ex fœminis non
6 sunt propriè de sanguine. † Secundò, quia concessio immunitatis dicitur contra publicam vtilitatem, & consequenter debet vndique restringi, & in pro-

prio casu intelligi, vt scripsit Paul. de Castro in l. maritum. ff. solu. matrim. ex glo. in l. si ita sit scriptum filiabus, vbi Imol. ff. de lega. 2. & post Dec. Alex. & Amod. de Ponte hoc iddem firmatur à Marchione de Ponte d. decis. 5. nu. 10. & seq. & consequenter, dum nati ex fœminis non sunt de genere, nec de familia, nec etiam de sanguine in sua propria significatione, nullo modo gaudere debent illa immunitate.

7 Si verò concessio facta esset simpliciter pro se, & liberis, siue pro se, & filijs, & tunc quia secundum intellectum naturalem, & ciuilem nati ex fœminis veniunt appellatione liberorum, vt in principio dictum est, sine dubio gauderent tali immunitate, quia tunc concessio interpretatur secundum formam iuris, qd

8 non negant præfati DD. † & præcipuè si adesset clausula, vt tali immunitate gauderent omnes ex qualibet sanguinis linea, vt considerauit Ioan. de Plat. in l. vacantia. C. de bon. vacantib. lib. 10. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. de quibus meminit Reg. de Pont. d. decis. 5. nu. 7. & seqq. & de hoc non potest esse subsistens dubitatio.

9 Vnum tamen notandum est circa immunitatem, qua gaudet pater duodecim liberorum, & filij simul cum eo siue masculi sint, siue fœminæ, vt filij ex iuris dispositione etiā post mortem patris gaudeant tali immunitate, quia adhuc durat causa priuilegij, nempè fauor Reipub. cui pater tot filios procreauit, vt testatur Socin. consi. 84. nu. 9. vol. 3. alios cumulat, & probat Menoch. consi. 486. toto, & in specie num. 17. & ita fuit decisū in Senatu Mātuano, vt testatur Surd.

10 decis. 123. num. 5. † Sed in praxi in hoc Regno aliter seruatur; nam si pater tantùm esset mortuus, & omnes filij viuerent vna simul cum matre, vel cum Nouerca in eadem domo, tunc tantum immunitate gaudent, sed si etiam mater esset mortua, & filij non viuerent simul, & tunc nullo modo immunitate gaudent in futurum. sed solum sunt immunes pro debitis contractis ab vniuersitate loci tempore immunitatis Patris, vel etiam quo simul cum matre, vel nouerca vixerint, & ita est communis praxis, & sunt instructiones Regiæ Cameræ, quæ quidem praxis fundatur ex iuris dispositione, & ex Doctorum decisionibus, aiunt enim nonnulli, vt mortuo patre, filij non gaudeant tali immunitate, vt probauit Boss. in tit. de Principe num. 155. & tenent etiā Alcia. Bero. Natt. Guid. Pap. Ioan. Andr. & alij, quos refert Surd. dict. decis. 123. nu. 1. & 10. & faciunt dicta per Præs. de Franch. decis. 259. & satis est, vt tempus immunitatis non sit nociuum filijs quòad debita contracta, pro quibus sunt immunes, vt dictum est.

11 In secundo casu principali, † si nati ex fœminis prosint auo materno, quòad excusationē onerū personaliū, vt ab onere tutelæ, vel curæ, vel onerū realiū, & personaliū, vt est priuilegiū relatū ex beneficio duodecim filiorum, iuxta tex. in l. si quis decurio. C. de decurion. lib. 10. cum alijs relatis per Præsid. de Franch. loco cit. & per Thesaur. decis. 267. præcipuè sub nu. 2. Et respondeo negatiuè, quia isti prosunt auo paterno tantùm, quia in locum patris eorum subingrediuntur, & dum pater auo proderat, sic & ipsi nepo-

12 tes, † cùm penes auum paternum remaneat onus educationis, & gubernationis, ideò illi tantum, & non alteri prosunt, vt etiam tenent omnes in §. 1. instit. de excusat. tutor. & de hoc non potest dubitari.

13 In tertio verò casu quòad successionē, & tunc Neapod. loco cit. nu. 101. tenet, vt nati ex fœminis comprehendantur in istis consuetudinib. vbi Capyc. in addit. incip. Nota ista verba, hoc iddem probat, & est tex. quem ipsi citant in §. 1. Authen. de hæred. ab intest. venientib. quod debet intelligi, quando mater ipsorum esset in gradu successibili, vt quia succederet cum alijs; nam si mater eorū non succederet, multo minus succederēt ipsi filij ex fœmina nati, vt patet ex dictis q. 27. nu. 4. & dicetur etiam infra q. 32. quod non negant Neapod. & Capyc. locis cit. imò expressè hoc docent.

Sumpta occasione prædictorum dubitari potest in materia fideicommissi,

14 † nempè an neptis ex filio faciat deficere conditionem fideicommissi, veluti, Pater instituit hæredes omnes filios masculos, fœminas verò dotauit de paragio, sed respectu masculorum fecit fideicommissum in forma casu, quo omnes sine filijs decesserint. Moritur aliquis ex filijs, relicta nepte, an hæc faciat deficere fideicommissum, & sic excludat substitutum, sed quæstio hæc com-

commodius explicanda venit infra quæstione 32.

SVMMARIVM.

Soror secundum vsum Procerum, & Magnatum succedit simul cum fratre, collata dote nu. 1. & 3.

Mos Magnatũ reducit successionem ad ius commune. nu. 2.

Filius, succedens cum alijs fratribus, an teneatur conferre donationem acceptam contemplatione matrimonij numero 4.

Collatio de quibus bonis fieri debeat, numero 5.

QVÆSTIO XXXI.

Trigesimoprimò quæro, an soror semper excludatur per fratrem à successione parentum,
1 † & num hoc procedat secundum nouum vsum nobilium, siue secundum morem magnatum? Respondeo negatiuè, & ita est particularis decisio facta per Sacrum Consilium in causa Ducis Grauinæ, referente Consiliario Altomare in anno 1563. die 16. Nouembris, vt refert Consiliar. de Rubeis in suis addit. fol. 2. à ter. incip. limita, nisi contractum sit matrimonium more magnatum, & licèt nihil alleget,
2 tamen ratio est clara, † quia mos Magnatum reduxit successionem ad ius commune, vt dictum est supra par. 1. cap. 3 & 4. & secundum ius commune, soror succedit simul cum fratre, imò etiam nati ex sorore, vt quæst. præced. dictum est, & ad summum, vt æqualitas inter filios
3 seruetur, † succedit soror, collata dote, sic enim mandat ius cõmune, vt dictum est supra quæst. 25. & 26. & tradit etiam Surd in consi. 219. præcipuè nu. 2. vol. 2. Qui hoc dicit procedere etiam in dote promissa, non solum in dote soluta.

4 Nec vrget, † vt etiam mos iste magnatum consideret conseruationem bonorum in familia, vt de omni consuetudine dictum est supra par. 1. c. 5. nu. 12. & alibi, nã respondetur in hoc vsu non esse illa ratio ita præcisè, vt est in consuetudine in scriptis redacta, & in nouo vsu Capuanæ, & Nidi, de quibus tantum locuti sumus in d. nu. 12. sed solùm considerat familiam, & conseruationem bonorum in ea, prout ius commune intelligit, & in proposito est vt fœminæ, collata dote, succedant, vt fundatum est.

5 Notandum est tamen, † quòd licèt dos sit conferenda, in donatione tamen facta filio contemplatione matrimonij, multi tenent oppositum quos citaui supra quæstione 25. num. 6. quibus addo Suar. in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni. q. 5. num. 5. & Surdum cõs. 143. toto. & in specie. nu. 17. & seqq. & præcipuè, ne vxor fratris remaneat decepta circa assecurationem dotis, &
6 ob alias rationes, † & etiam quia collatio non fit de illis bonis, de quibus intentio donãtis præsumeretur in contrariũ, vt esset in proposito, quia donans mereretur reprehendi à sapientibus: sed hæ rationes parum vrgent, nam hæc donatio potius est ob causam, vt dict. quæst. 25. nu. 7. & seqq. dictum est, & vt talis de-
7 bet conferri, † nam vxor conqueri non potest, non enim debet esse melioris cõditionis, quam maritus in collatione, sed dos confertur in præiudicium viri, vt ibid. dictum est, & paulò ante etiam ex Surdo fundatum extat; imò potest reuocari ob superuenientiam liberorum post dotationem natorum, quia maritus censetur recepisse dotem, secundum quod ius intelligit, vt quæst. 26. fundatum est, eodem modo est in proposito, vt donatio contemplatione matrimonij facta sit vt ius intelligit, nẽpè, vt ad instar donationis propter nuptias, & donationis ob causam matrimonij conferatur, eò magis vt seruetur æqualitas inter filios, quę semper seruanda est tam ex iuris dispositione, quam etiam ex præsumpta voluntate testatoris, vt sæpe sæpius replicatum est, & sic est in proposito: filius enim haberet donationem præcipuam, & succederet æqualiter cum alijs, & totum patrimonium paternum suum esset, itaque opinio hæc maximam ęquitatem continet.

Illud autem aduertendum est in col-
8 latione, † vt ea tantum bona sint conferenda, quæ tempore mortis eius, de cuius successione agitur, essent penes succedentes, vt dos penes filiã, vel neptem, quia collatio fit, vt inter succedẽtes seruetur æqualitas ad tex. in l. vt liberis. C. de collat. & l. pen. §. fin. ff. eod. quod pluribus argumentis comprobat Surd. in cõs. 219. vol. 2. ad cuius dicta me refero.

SVM-

SVMMARIVM.



Neptis ex fœmina simul cum amita ad successionem admittitur, collata dote. num. 1.

Neptis ex masculo num amitam excludat, tam secundum ius commune, quàm secundum ius consuetudinarium difficilis est quæstio. nu. 2. & 3. Vbi decisiones hinc inde referũt, magna tamẽ est æquitas, vt æqualiter succedant. num. 5. & in æquitate fundatur decisio Sacri Consilij in beneficium amitæ interposita. nu. 27. De iure sola succedit, exclusa amita, & sic decisum refertur etiam in bonis matris. nu. 6. traditur hoc esse absolutum in hoc Regno. nu. 8. Procedit tam ex iure subingressionis, vt habeatur tanquam masculus, quàm ex iure in eam translato per masculum. nu. 9. & seqq. Soluuntur contraria. num. 12. & seqq. Ex iusta interpretatione legis, & ex præsumpta voluntate testatoris venit filiorum appellatione. nu. 20. & 21.

Statutum excludens filias à successione propter masculos, etiam neptem ex filio excludit, & ratio traditur. num. 4. Contrarium fundatur in materia istarum consuetudinum. nume. 6. & seqq.

Masculus tam ius acquisitum in actu, quàm etiam acquisitum in potentia transmittit ad suos hæredes, etiam ad fœminas, & etiam ad extraneos. num. 11.

Ratio cõseruationis bonorum in familia, considerata in vno casu, non extenditur ad alios. nu. 23. & 24.

Neptis, proueniens ex masculo, habetur pro masculo secundum has consuetudines. nu. 9. 12. & 21. Vocatur ad successionem in locum masculi, & eius sexum, prærogatiuam, & portionem consequitur. nu. 10. & 13. Est melioris conditionis, quàm filia testatoris, & hoc tam in successione vigore statuti, & in successione feudali, quàm etiam in successione fideicommissi. vt substitutum excludat. num. 14. 15. 16. & 18. vbi innumeræ decisiones referuntur in toto ferè terrarum orbe factæ, procedit etiam si testator conseruationem bonorum in familia considerasset, nam illam non in filio, sed in substituto considerasse præsumitur. num. 22. Vendicat sibi locum, etiam si testator dixerit, vt perpetuò in familia conseruentur. nu. 24. Tenentes contrarium dicuntur pessimè loqui. num. 17. Et quinam sint, recensentur. numero 19.

Fideicommissum factum alicui, si sine filijs decedat, extinguitur, si moritur cum filio, licèt ille superstes decesserit sine filijs. nu. 25. Procedit, etiam si cum filia decesserit, quæ postea sine filijs moriatur, à nu. 16. vsque ad nu. 25. Habet locum, quamuis testator habuisset respectum ad conseruationem agnationis, & familiæ. nu. 26.

QVÆSTIO XXXII.

1 

Rigesimosecundò quæro, an neptis excludat amitam à successione? Hæc quæstio dupliciter tractari potest, vt supra quæstio. 27. & 28. dictum est. nempe in nepte proueniẽte ex fœmina, & in nepte proueniente ex masculo: si enim proueniret ex fœmina, sine dubio simul cum amita concurreret ad successionem, si mater ipsius succederet, vt sæpe sæpius replicatum

2 est † itaque sola controuersia est in nepte proueniente ex masculo, quæ quæstio aliquibus taliter difficilis visa fuit, vt noluerint illam determinare, inter quos fuit Iason in l. si arrogator. ff. de adoption. & in l. si emancipata. C. qui admitt & alij de quibus meminit Anton. Gabr. lib. 6. commun. opin. in tit. de verb. signif. conclus. 1.

3 Nec dicatur hoc solùm procedere secundum ius commune, vel in alijs statutis, & non in materia istarum consuetudinum. nam etiam in hac materia quæstio hęc difficilis est, & hinc inde sunt decisiones; nam in fauorem Amitæ, vt simul cum nepte succedat, collata tamen dote, aliquando determinauit Sacrum Consilium, vt testatur Capyc. decis. 21. in fin. Grammat. decis. 63. in fi. Vrsill. in additio. ad Afflict. decisio. 161. num. 2. & Colut. Coppul. in consuet. sed si morienti, sub num. 271. fol. 153. in apostill. incip. Scias quod die. Et hæc fuit opinio Iacobi de Aren. in l. fin. C. de repud. hæred. quem sequuntur Salycet. in l. 1. C. de adul-

ter. Albert. Brun. & alij, quos refert Gramat. loco cit. & faciunt etiam illa, quæ congerit Sim. de Petr. lib. 3. de interpr. vltim. volunt. interpret. 1. dubit. 5. solut. 4. tota, & quæ tradit Surd. decis. 138. nu. 1. Hieronym. Gabr. consi. 15. toto. consi. 18. nu. 2. 4. & seqq. & consi. 19. num. 15. & seqq. vol. 2. vt alios sileam, quos ipsi ci-
4 tant, † qui quidem Gabr. post alios affirmat, vt statutum excludens filias à successione propter masculos, etiam neptē ex filio excludat, & in hoc casu nō viget ratio conseruationis bonorum in familia, nam vtraque est fœmina, & consequenter ambæ cessare faciunt familiam, & faciunt etiam dicta superius q. 21. quò loci conclusum est, vt sorores æqualiter succedant tàm nuptæ, quàm in capillo existens, collatis tamen dotibus, & idē
5 fieri potest in proposito: † quæ quidem opinio magnam habet æquitatem, & potest etiam defendi, prout defendunt plures alij, quos citaui supra q. 27. in fin. vbi sic retuli decisum in Rota Romana in simili quæstione, quam etiam sententiā fundat Præs. de Franch. decis. 157. nu. 6. vers. nam si cum nepotibus. Vbi hoc fundat ex verbis consuetudinis, quia hic nō consideratur dotatio, quæ consideratur in fratre, & proinde cessat ratio exclusionis: & facit etiam decisio referenda infra in tit. de renunciatione. q. 5. nu. 8.
6 Pro contraria verò parte, vt neptis sola ex masculo, succedat, determinauit etiam Sacrum Consilium, teste Præs. de Franci. decis. 32. nu. 9. §. vnde ex istis, ex doct. Cyn. & Alberici in d. l. 1. C. de adulter. etiam in hæreditate ex matre, quam sententiam defendunt etiam Ioan. A. dr. in additio. ad Specul. in rubr. de success. ab intest. vers. similem quęstionē. Alex. consi. 20. nu. 1. illamque tanquam magis communem sequitur Deci. consi. 500. Anto. Gabr. d. lib. 6. commun. opin. in tit. de statut. concl. 4. nu. 28. Surd. dict.
7 decis. 138. Morot. consi. 51. nu. 2. † Qui duo plus dicunt, vt hoc ius excludendi fœminas transmittant masculi non solùm ad suos hæredes, nam hoc omnes paulo ante citati tenent, sed etiam ad aliosagnatos extraneos: potest etiam confirmari ex traditis per Præsid. de Franch. decis. 586. vt neptis ex filio excludit substitutum, vt dicetur infra nu. 16. & 19. & successiuè patet controuersia quæstionis etiam in hac materia.

8 † Imò Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. loco infra citādo habet hoc pro absoluto ex iure subingressionis. Itaque hæc vltima opinio videtur magis recepta, quæ etiam in puncto Iuris verior videtur, vt ex infra dicendis patebit.
9 Fundatur ergò. † Primò, quia neptis proueniens ex masculo, etiam secundum has consuetudines, habetur ad instar masculi, & eius locum, & sexum repræsentat, vt dictum est supra q. 28. & magis patebit infra q. 35. & seqq. In tātùm, vt Neapod. in consuet. sed si morietī. nu. 273. & in consuet. si moriatur. n. 111. in verb. ex
10 masculis. & alibi affirmat, † quòd dum consuetudines vocant ad successionem solùm masculos, vel fœminas ex masculis descendentes, dicit fœminam subintrare in sexum patris ex l. Velleia. hoc est ex regul. tex. in l. gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & posthum. vt subingrediens in sexum alterius etiam illius gradum repræsentet, & consequenter sicut masculus, quem fœmina repræsentat, excluderet amitas à successione, ita etiam & ipsa fœmina, eò magis, quia fœmina prædicta per ius repræsentationis etiam patruos à successione feudorum excludit, vt in quæstionibus citatis dicetur. Et hanc Neapodani ponderationem longo, sed doctissimo apparatu, prosequitur Reg. de Ponte in d. titu. de success. mulier. in princip. à num. 42. vsque in fi.
11 Secundò confirmatur, † quia, dum acquisitum est ius in persona masculi, siue acquisitum sit in actu, quia, ipso viuente, factus esset casus succedendi, & antequam adeatur hæreditas, mortuus sit, siue sit ius in posterum acquirendum, ex potentia iuitatis illud trāsmittit ad suos hæredes, hoc enim est priuilegium iuris, vt paterna hæreditas, etiam non adita, cum omnibus iuribus suis transmittatur per filios non solùm ad suos, sed etiam ad quoscunq; hæredes etiam extraneos, vt in l. 3. C. de iur. deliber. l. vnica. C. de his, qui ant. aper. tabul. & vtrobique omnes; Præs. de Franch. d. decis. 32. qui plures alios cumulat, Surd. d. decis. 138. tota, & in specie num. 9. Morot. d. consil. 51. Hieronym. Gabr. consi. 1. nu. 16. vol. 2. vt alios omittam, vt etiam alias considerationes sileam, quæ penes prædictos videri possunt.
12 Nec obstant, quæ in contrarium adducun-

ducuntur, & primò respectu neptis, vt obstet ei qualitas masculiationis, vt dixi supra q. 27. nu. 10. & consequenter dum omnes sunt fœminæ, omnes succedere debent; Nam ad hoc motiuum respōdet post alios Surd. loco cit. nu. 18. vt non concludat, quia neptis ex masculo ex beneficio iuris communis habetur pro masculo, & particulariter per has consuetudines, vt dictum est, & ideò Ius, quod non habet ex persona propria, ratione sui sexus; habet ex beneficio iuris etiam consuetudinarij, vt sexum patris assumat ad excludendas amitas, & sic non deficit ei qualitas masculiationis, quæ tamen deficit amitis.

13 Secundò nec obstat, † vt consuetudines excludant fœminas per masculos, existentes in eodem gradu, non autem in remotiori, vt dixi supra q. 27. num. 9. Nam respondetur gradum istum habere neptem ex dicto iure repræsentationis, dum repræsentat ei sexum, & gradum patris, vt dictum est, & per hoc est in eodem gradu cum amitis, est insuper in sexu masculino, idcircò amitas excludit, si enim argumentum procederet, vtique nec nepotes ex masculo amitas excluderent, nam essent in gradu remotiori, & tamen omnes concludunt, & veritas est, istos nepotes amitas excludere, quia masculi sunt, & subingrediuntur in gradum patris, & per hoc ius repræsentationis etiam neptis in gradu patris est.

14 Tertiò nec obstat, † vt neptis non debeat esse melioris conditionis, quàm sunt propriæ filiæ ipsius defuncti; nam ratio naturalis hoc etiam suadet, licèt iura hoc non disponerent, sed sic esset in proposito, si neptis filias excluderet. Nam respondetur ex iuris beneficio introduci potuisse, prout introduxit in hoc casu, vt neptis ex masculo melioris sit conditionis, quàm sunt propriæ filiæ defuncti, vt concedunt omnes Authores pro hac sententia citati, imò Ius ipsum commune hoc disponit, vt prædicti

15 Authores fundāt, † & non solùm in hoc, est magis priuilegiata neptis, sed etiam in feudis, vt q. 35. & seqq. dicam.

16 Insuper est priuilegiata in fideicommisso; nam fœmina proueniens ex masculis excludit substitutum, Veluti pater in suo testamento instituit sibi hæredes vniuersales filios masculos, quos inuicē grauauit de restituendo, si sine filijs decesserint, & filias proprias exclusit, & solùm eas instituit in paragio, & filijs aliū substituit, tūnc si omnes filij decesserint sine filijs, & vltimus decedat cum filia, hæc excludit substitutum; & in hoc est melioris conditionis neptis ex filio, quā propriæ filiæ, & hanc sententiam fundauit Bolognin. inter consilia Alexandri consi. 53. lib. 4. Sequuntur Corne. consi.

17 202. lib. 3. Curt. Sen. consi. 44. † addentes ad Alexan. consi. 38. nu. 4. lib. 6. dicentes, quòd cæteri, qui contrarium dicunt

18 pessimè locuti sunt, † eandem sententiā sequuntur Cephal. consi. 145. & 146. lib. 1. Rimin. Sen. consi. 223. lib. 2. & consilio seq. Decian. consil. 1. volum. 2. Bursat. consi. 300. vol. 3. & consi. 86. nu. 7. cum seqq. vol. 1. Sfort. Odd. consi. 46. à nu. 63. vsque in fi. Cepoll. consi. 17. vol. 2. Achill. Pedrocch. consi. 5. Petr. Anguiss. consil. 64. lib. 6. Paul. de Montepic. consi. 69. Crot. consi. 17. vol. 1. Peregrin. consi. 70. vol. 3. Simon de Petr. consi. 31. & consi. 90. cent. 1. & lib. 3. de interpret. vltim. volunt. solut. 2. q. 8. nu. 24. cum seqq. latissimè Peregrin. in tracta. de fideicommiss. art. 24. per totum. Pinell. in l. 3. nu. 77. C. de bon. matern. Zas. in tracta. de substit. cap. fi. vers. ex prædictis. Molin. lib. 3. de Hispan. primogen. cap. 5. nu. 52. Froster. de success. lib. 3. cap. 23. axion. 4. nu. 8. & hanc opinionem secutum fuit Collegiū Auinionens. decidēdo, teste Curtio sen. d. consi. 44. post nu. 19. vers. 4. sic detur. Fuit secutus Senatus Pedemont. decis. 188. in 3. casu ex collectis per Thesaur. Ambrosyn. decis. Perusin. 10. Rot. Romana teste Farinat. decisio. 485. & ibi probant etiam Aquilin. in l. Gallus. § & quid si tantùm, in 1. par. post præfatio. ē nu. 199. & seqq. ff. de liber. & posthum. & post alios Facchin. lib. 4. controuers. iur. cap. 57. & eandem sententiam secutum fuit Sacrum Consilium per tres vices; de duabus testatur Præs. de Franch. in decisio. 486. par. 4. vbi subdit, non esse amplius dubitandum de hac sententia, & de alia vice testatum vidi per Consiliar. Rouit. se patrocināte pro Cornelia Manna contra Laurentium Sabynum, referente Consiliario Salamanca cum interuentu Præsid. de Franch. penes Cioffum

19 actuarium, † itaque licet Menoch. consi. 150. nu. 54. vol. 2. contrarium teneat, & pro sua opinione quinquaginta tres, & plures Doctores cumulet, non est curandum

dum de eius sententia in hoc Regno, dũ per tot decisiones fuit opinio contraria confirmata, etiam quia, si numerentur DD. maiores numero sunt pro sententia quam defendimus, & Facchin. loco cit. respondet argumentis ipsius Menochij.

Et omissis alijs rationibus, probatur
20 dupliciter, † Primò, quia ex iusta interpretatione legis filia venit appellatione filiorum, adeò vt decedens cum filia, non dicitur sine filijs decedere, l. iusta. ff. de verb. & rer. signif. vbi omnes, & dum testator contrarium non expressit per aliũ gradum, nempe dicendo, si decesserit sine filijs masculis, iam præsumitur se conformare dispositioni iuris, vt etiam neptes ex filijs vocasse præsumatur iuxta tex. in l. cùm auus. ff. de condit & demonstrat. & l. cùm acutissimi. C. de fideicom. vbi omnes.

21 Secundò, quia, † neptis ex filio, vt mul toties replicatum est, habetur pro mascu lo, & consequenter si filius decederet cum nepote masculo, excluderet ille nepos substitutum, vt etiam illa neptis illũ excludit, cùm hoc sit ex iuris dispositione, cum qua præsumitur se conformare testator.

Nec obstat principale motiuum ad-
22 uersariorum, nempe, † quòd dum testator proprias filias à fideicommisso exclu serit, præsumatur habuisse rationem conseruandi bona in familia, & consequenter dum per neptem conseruari nequit, præsumitur exclusa à fideicommisso: Nam respondetur conseruationem bonorum in familia tunc consideratam fuisse à testatore, quando omnes filij decessissent sine filijs, & in hoc casu præsumitur mens testatoris fundata in dispositione iuris, vt semper bona sua conseruarentur in familia, & omnes fœminæ essent exclusæ, sed hoc non extenditur ad omnem casum, & præcipuè dum simpliciter dixit, si sine filijs decedant, quia tunc in nepte ratio illa conseruationis bonorum in familia non consideratur, & sic facit deficere fideicommissum tanquã nata ex masculo, & est communis regu-
23 la, † vt ratio conseruandæ agnationis, siue familiæ expressa in certis casibus, ad alios casus non porrigatur, nec ad alias personas non nominatas ex regula tex. in l. quæ conditio. ff. de conditio. & demonstr. Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. nu. 18. Alex. consi. 139. nu. 5. vol. 6. Auendan. in l. 40. Thauri. glos. 8. nu. 51. Raudens. in tracta. de analog. cap. 15. nu. 335. Menoch. in tract. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 76. num. 89. Anchar. consi. 137. idem Alex. consi. 185. nu. 22. lib. 2. & alibi Socin. consi. 62. num. 10. vers. nec obstat etiam quarta, & versic. præterea, & consi. 116. vol. 3. Cephal. consi. 17. nu. 29. Zang. in l. hæredes mei. §. cum ita. par. 7. num. 23. ff. ad Trebellia. Borgnin. qui appositissimè hoc fundat decis. 5. nu. 43. & num. 59. & 60. par. 3. & alij desuper cumulati, & præcipuè Præs. de Franch. d. decis. 586. vbi in fi. non dicit esse amplius de hoc dubitandum, dum Sacrum Consilium bis hoc determinauit, citat etiam Peregr. Anto. Gabr. & Burgos. vt per eum.

24 Imo plus dicunt, † quòd si testator expressisset, vt bona perpetuò conseruarentur in familia, adhuc ipsa neptis ex filio admitteretur, & faceret deficere fideicommissum, quia perpetuatio intelligeretur in casu expresso tantùm, nempe si omnes filij decessissent sine filijs, & bona prouenissent ad substitutum proximiorem agnatum, tunc enim debebant semper perpetuari in agnatis proximioribus, ita in proprijs terminis resoluerũt Alex. d. consi. 139. num. 3. vol 6. Cephal. d. consi. 17. num. 31. & consi. 269. nu. 46. Ruin. consi. 153. nu. 14. lib. 2. Bolognett. consi. 15. num. 53. Odd. consi. 66. præcipuè num. 116. & consi. 67. vbi etiam respondet contrarijs, Borgnin. d. decis. 5. sub num. 41. à vers. 3. non obstat, vsque ad num. 46. Rot. Roma. in decisionib. diuersorum, in nouissimis par. 1. decis. 698. num. 16. Præs. de Franch. loco cit. & omnes alij citati num. præced. itaquè verissima est conclusio ista, nec subsistenter potest de illa in hoc Regno dubitari.

25 Insuper aduertendum est in forma fideicommissi explicati, quòd si vltimus filius decedat cum filio, & hic nepos postea, vel neptis decedat sine filijs extinctum est fideicommissum. & consequenter substitutus exclusus est ratione iam dicta, quia substitutio intelligitur facta, si omnes filij sine filijs decessissent, non autem si vnus decedat cum filio, qui postea sine filijs decesserit, sic probant iura expressa in l. cum vsufructus. C. quand. dies legat. ced. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. l. 1. C. de condit. insert. est

Hh vulga-

vulgatissimum Oldrad. consil. 21. communiter receptum, tam in consulendo, quàm in decidendo, vt testantur Menoch. d. lib. 4. præsumpt. in 69. præsumptio. Thesaur. decis. 96. nu. 32. & seqq. & decis. 248. & decis. 270. num. 24. & seqq. vbi inserit consilium Goueani; probant etiam Rimin. sen. consi. 29. num. 8. Paul. Leon. consi. 27. vol. 2. Odd. d. consi. 66. & seq. Decian. consi. 56. vol. 5. Port. Imol. consi. 46. & 137. Raudens. d. cap. 15. num. 34. Cuiat. consult. 52. in append. vers. & malè vtuntur. Honded. consil. 60. Menoch. consi. 760. Peregrin. in tracta de fideicommiss. art. 29. num. 22. cum seqq. Andr. Gail. obseruat. 136. lib. 2. Farinat. decis. 490. & 491. vbi de nepte ex filio loquitur. Præs. de Franch. d. decisio 586. & decis. 92. sub num. 1. §. de tribus, vers. & fuit decisum. Reg. de Ponte decis. 39. vt alios omittam, nam in hoc casu quasi omnes hoc concedunt.

26 Plus dico, † quod si testator habuisset respectum ad agnationem, & familiam, adhuc fideicommissum extinctum esset, quia conseruatio in familia censetur esse inducta in casu fideicommissi, si nempè omnes filij sine filijs decessissent, & ita in particulari considerauerunt Oldrad. d. consi. 21. Alex. d. consi. 139. vol. 6. Deci. consi. 290. alias 291. innumeros alios cumulat Odd. d. consi. 67. vbi nu. 30. testatur de comm uni, iddem probant Honded consi. 78. nu. 36. vol. 1. iddem Alexã. consi. 59. vol. 3. Socin. sen. d. consi. 116. nu. 4. vol. 2. Rubeus consi. 120. nu. 9. Gozadin. consi. 30. nu. 17. Purpurat. consil. 217. nu. 18. Corne. consi. 9. col. 6. vers. obstat, quòd ratio. vol. 3. Menoch. consi. 85. nu. 102. & consi. 86. nu. 37. Decian. consi. 1. nu. 178. lib. 2. & alibi. Roland. consi. 59. nu. 47. lib. 3. Alba consi. 13. nu. 5. Cephal. consi. 17. nu. 28. & consi. 477. num. 13. & alibi Tobias Nonius consi. 10. num. 21. Crauet. consi. 328. nu. 3. Socin. Iun. consi. 157. nu. 10. vol. 1. & alibi Pedroech. consi. 5. nu. 168. & alibi Ias. consi. 66. lib. 3. Rui. consi. 115. & 134. lib. 3. Ruger. consi. 37. Hieronym. Gabr. consi. 111. num. 16. & consi. 132. nu. 12. vol. 1. Bursat. consi. 51. Bertazol. consi. ciuili 69. Landerch. cõsi. 5. Ioan. Bott. consi. 50 toto. Port. Imol. d. consi. 137. Probant etiam in docendo Petra in tract. de fideicom. q. 5. nu. 105. Raudens. d. cap. 15. nu. 334. & seqq. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 7. Peregrin. d. art. 29. nu. 77. cum seqq. & etiam nu. 37. cum duob. seqq. Simon de Petr. lib. 3. de interpret. vlti. volunt. interpret. 3. dubit. 1. solut. 11. nu. 71. probarunt etiam in decidẽdo Borgnin. d. decis. 5. tota, qui nu. 24. & seqq respondet etiam contrarijs, sic etiam Thesaur. d. decisio. 248. qui loquitur de nepte, & Rot. Rom. d. decis. 698. & faciunt etiam allegati superius pro nepte ad exclusionem substituti: Qui quidem Doctores ferè innumeros alios cumulant, & hos tantùm retuli, quia ferè nemo ex eis aliũ citat, & retuli tam magnam cateruam, nam quæstio grauis est, & volui referre tot Authores tam in consulendo, & in scribendo, quàm etiam in decidendo, vt appareat, opinionem istam verissimam esse, etiam secundum rerum iudicatarum authoritatem in diuersis Tribunalibus; quæ omnia magis confirmat quæ principaliter discussa sunt in hac quæstione in beneficium neptis ad exclusionem amitarum.

27 Nec obstat decisio Sacri Consilij relata per Capyc. d. decis. 21. in fi. nam ipsemet fatetur, illam fuisse fundatam in æquitate Sacri Consilij, prout hoc iddẽ dicit Scipio Bucin. in consuet. sed si morienti, sub nu. 268. fol. 151. in addit. incip. subingressio, quam etiam decisionem etiam impugnat Hierony. Gabr. d. consi. 1. nu. 26. vol. 2. Sed, vt dixi nu. 5. potest secundum æquitatem opinio ista defendi, quamuis in puncto iuris verior sit opinio in contrarium, quam his paucis rationibus, & Doctorum dictis cofirmauimus, quia longiores apparatus vnusquisque videre potest tam penes Capyc. d. decisio. 21. Surd. d. decisio. 138. quàm penes Facchin. & alios citatos, sat prata biberunt.

SVMMARIVM.



Frater patruelis excludit sororem patruelem. nu. 1. & 6.

Ratio conseruationis bonorum in familia etiam in fratre patruele viget. nume. 2.

Filij subingrediuntur in locum patris. num. 3.

Priuilegium in præiudicium tertij an debeat restringi. nu. 4.

Con-

Contrahentes censentur se conformare cum statuto, & consuetudine loci, loquente de exclusione fœminarum. numero 5.

Fœmina de iure communi succedit in emphyteusim pro se, & descendentibus concessam, secus stante statuto exclusiuo fœminarum. nu. 6.

Concessio facta alicui pro se, & descendentibus qualiter præsumatur, an extendatur etiam ad fœminas. nu. 7.

QVÆSTIO XXXIII.



1 Trigesimotertiò quæro, † an frater patruelis excludat sororem patruelē, hoc est, an filius fratris excludat filiam alterius fratris, vel filiam sororis? Respondeo de sorore patruele nata ex fratre non esse contiouersiam, vt simul cum fratre patruele succedat; cùm enim sit neptis ex masculo, & in locum masculi subingrediatur, sine dubio succedit, vt constat ex dictis quæst. præced. & etiam ex dictis supra q. 27. num. 13. vbi relatum est, neptem istam etiam cum patruo succedere in bonis aui, & ita decisum relatum est, Sola igitur quęstio est in sorore patruele nata ex filia, hoc est in nepte ex filia, in qua quæstione licet. Barto. in l. liberorum. nume. 12. ff. de verborum, & rer. signif. & alij teneāt in beneficium sororis, mihi tamen contraria sententia verior videtur, & vltra discussa in præcedenti quæstione, dum etiam neptis ex filio excludit amitas, & à maioritate rationis eas excludet nepos ex filio, tantò magis nepos ex filio excludit neptes ex sorore. vt ad sensum patet, probāt Alex. consi. 204. num. 10. vol. 2. Ruin. in consi. 15. nu. 26. vol. 3. Brun. qui alios cumulat in tract. de stat. exclud. fœmin. art. 12. q. 16. Dec. consi. 1. Paris. Areti. & alij, quos probat Hieronym. Gabr. in consi. 1. nu. 9. 15. & alibi. vol. 2. & mouentur duplici
2 ratione; prima est; † quia etiam in fratre patruele viget ratio conseruationis bonorum in familia, quia de eadem familia est, quod inficiari non potest, & secunda
3 † quia filij subingrediuntur in locum, & gradum patris, & dum pater eorum, si viueret, non solùm ipsas neptes, sed etiam matrem eorum excluderet, eodem modo nepos ex fratre illas excludit, & vt dixi in materia istarum consuetudinum, non potest esse subsistens dubitatio, vt patet ex dictis supra pluribus in locis, & præcipuè quæst. præced.

Nec obstat, quòd ius repræsentationis est priuilegium, ergo non debet ex-
4 tendi in præiudicium tertij: † hæc enim est regula communis, vt priuilegia, quæ concernunt præiuditium tertij, restringantur iuxta text. in l. nec auus. C. de emancip. liber. Iacob. de Beluis. in §. reliquum. Authen. de hæredib. ab intest. venien. Siquidem regula prædicta locum habet in priuilegio hominis, non autem in priuilegio Iuris, nam hoc priuilegium habetur pro lege, & ad instar legis debet interpretari, & ampliari, quòad omnes illos casus, & personas, quas lex prędicta comprehenderet, sic probauit glo. in Auth. si qua in Prouincia, in verb. illic. C. vbi de crim. ag. oport. vbi DD. communiter, post Felin. in c. 1. nu. 12. de rescript. & alios Gabr. d. consil. 1. num. 12. vbi etiam alia contraria soluit, quæ omitto, quia, vt dixi, resoluta apparent in præced. quæst.

Vnum tamen omittere nolo, quòd nō solùm decedens ab intestato censetur vocasse ad successionem bonorum suorum, quos ius commune, vel municipale admittit ad succedendum, sed etiam in
5 contractibus, † vt si per contractum aliqua bona acquisisset, Puta emphytheusim pro se, & descendentibus, quamuis de iure communi etiam fœmina admitteretur ad succedendum, vt comprehensa in tali concessione, iuxta tex. in §. licētiam. Auth. de alien. & emphyth. Andr. in c. 1. de success. feud. vbi Reg. de Ponte lect. 6. aliàs 15. in ordine, vbi illationem istam latissimè examinant, an intelligatur etiam de emphytheusi Ecclesiastica, quod non oportet examinare. nam nu. 34. concludit fœminas, & descendentes ex illa admitti, & vltra per eum cumulatos, hoc tradunt Alex. consi. 162. vol. 5. Socin. consil. 63. volum. 1. & post alios
6 Bero. q. 18. † tamen secùs esset, stante statuto exclusiuo fœminarum, quia secūdùm dispositionem huiusmodi statuti, & consuetudinis censetur facta acquisitio, sic scripserunt Barto. in l. hæredes mei. §. cùm ita. vbi Alex. & alij. ff. ad Trebellia. idem Alex. consi. 15. num. 1. 2. & 6. vol. 4. Brun. loco cit. art. 8. q. 22. & post ipsos,

Couarruuiam, Iul. Clar. & alios, Cornazan. in decis. Rot. Lucens. decis. 121. nu.
7 2. & seqq. † & sucessiuè, semper acquisitio, ac concessio facta præsumitur secundum subiectam materiam, & secundum quod ius intelligit, & in illis casibus comprehenduntur etiam fœminæ, in quibus ius non repugnat, vt de concessione immunitatis facta familiæ dictum est supra q. 30. num. 7. & de priuilegijs, & honoribus, ac alijs post Andr. in cap. 1. §: hoc quoque, de success. feud. Præposit. Anto. de Butr. Curt. & alios tradit Reg. de Pōte d. lect. 15. nu. 35.

SVMMARIVM.



Egitimatus an excludat sorores legitimè natas à successione parentū. num. 1. remissiuè patre tantùm succedit. numero 2.

Legitimatio facta per rescriptum Principis an reuocetur per superuenientiam filiorum. nu. 3.

Legitimatus per subsequens matrimonium succedit æqualiter cum legitimè natis postea ex eodem matrimonio. numero 4.

Pater quanam bona relinquere possit filio legitimato? nu. 5.

QVÆSTIO XXXIV.



1 Rigesimoquartò quæro, † an istæ consuetudines locum habeant in beneficium filij legitimati, nempe si filius legitimatus excludat sorores legitimè natas à successione bonorum parentum? De hac quæstione plura tradunt Dec. consi. 275. Gabr. consi. 86. vol. 2. Ann. consi. 106. vol. 2. Farinat. decisio. 486. & alij: sed quæstio hæc faciliter determinari potest ex dictis supra par. 2. in tit. de personis. q. 10. vbi facta est distinctio de legitimatione facta per subsequēs matrimonium, per quam sine dubio, cùm hic talis sit verè legitimatus, excluderet filias, quamuis matrimonium esset contractum in articulo mortis, nisi tamen fraus adesset, vt ibidem dictum est, vel si facta fuit per rescriptum Principis, vel per oblationem Curiæ, & quando facta est per rescriptum Principis sit inspicienda forma legitimationis, & in summa omnia ibi tradita hic accommo-
2 dari possunt, † & vt legitimatus præferatur cæteris proximioribus in bonis progenitoris, expressè decidit Neapod. in cōsuet. si qs, vel si qua. nu. 161. vers. sed quid si intestatus. fol. 120. & nu. 170. fol. 122. & ratio est, quia portio delata agnatis per has consuetudines defertur non à defuncto, sed ex prouidentia istarum consuetudinum. & propterea Princeps legitimando ad petitionem patris, qui non poterat de dicta medietate disponere, non censetur in hoc voluisse agnatis præiudicare, vt ex multis firmauit Aquilin. in l. si is qui pro emptore. num. 160. ff. de vsucap. sed qualiter hoc procedat, dixi in alleg. q. 10. & vt excludat substitutum iam d. q. 10. dictum fuit, & adest etiam decisio Rotæ Rom. teste Farinat. decis. 484. in fi. vbi etiam plures DD. ad hoc probandum cumulat.

3 Notandum tamen est, † quòd si tempore legitimationis factæ per rescriptū Principis non adessent filij ex illo matrimonio, in quo erat. & expresserit Principi qualiter erat vxoratus, & obtinuit legitimationem, illa legitimatio postea non reuocatur per superuenientiam liberorum ex illo matrimonio susceptorum, vt scripserunt Barto. Angel. & alij in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. Alex. consi. 138. lib. 1. & consi. 187. nu. 18. vol. 5. & post alios Roland. à Vall. consi. 96.
4 nu. 42. & seqq. vol. 3. † & hoc eò magis procederet in legitimatione facta per subsequens matrimonium, quia minus reuocaretur per superuenientiam filiorum legitimè natorum; sed æqualiter succederēt, vt probat tex. in l. cùm quis, iuncta l. seq. C. de natural. liber. probat etiam Petr. Duen. regul. 350. limit. 12. & sequitur hoc iddem Salern. in consuet. si moriatur. sub num. 174. fol. 123. in addit. incip. si quis liberis.

5 Postremò notandum, † quòd stante legitimatione, etiam per rescriptum Principis facta, potest pater filijs legitimatis omnia bona sua relinquere, deducta legitima filiorum legitimorum, & naturalium, quod procedit de iure communi, vt post Dec. consi. 393. & alios probat Gabr. in communibus opinio. in tit. de legitimat. concl. 8. num. 4. Roland. à Vall. consi. 69. num. 20. & seqq. lib. 3. Dixi secundum ius commune, quia secun-

dum

dum hoc ius conſuetudinarium; ſolùm poſſet illis relinquere illam portionem, de qua poſſet ad libitum diſponere, nempè medietatem bonorum antiquorum, & omnia bona nouiter quæſita, deducta legitima aliorum filiorum ex dictis bonis nouiter quæſitis; vt in conſuet. ſi aliquis moriens, & in conſuet. & ſi teſtator, & ſuo loco dictum eſt ſupra par. tertia, præcipuè.

S V M M A R I V M.



Epos ex primogenito ſi patruum excludat, quàm grauis ſit quæſtio. nu. 1.

Subingreſſio quoties locum habet nepos, & neptis excludunt patruum à ſucceſſione, ſub num. 1.

Nepos ſemper excludit patruum à ſucceſſione bonorum patris. nu. 2. An nepos, & neptis ex primogenito excludãt patruum à ſucceſſione bonorum feudalium. num. 3. Sic etiam in maioratib. etiam in linea tranſuerſali. num. 9.

In feudis habet locum ius repræſentationis. nu. 7. & 8.

Priuilegia perſonalia, conceſſa ex certis cauſis, an tranſeant ad hæredes. numero 6.

Primogenitus tranſmittit ius primogenituræ ad eius filios. nu. 5.

Primogenitura habet locum etiam in linea tranſuerſali. nu. 10.

Nepos, & neptis ex primogenito ſuccedit ſimul cum patruo in bonis burgenſaticis. nu. 12. Hoc procedit etiam ſi neptis dotata eſſet à patruo. nu. 13.

Onus dotandi non competit patruis, & ideò offerendo dotem nepti, eam non excludunt à ſucceſſione. nu. 14.

Statutum excludens fœminas à ſucceſſione potius reſtringi debet, quàm ampliari. num. 15.

Q V Æ S T I O XXXV.

1 
Rigeſimoquintò quæro, an nepos, ſiue neptis ex primogenito excludat patruũ à ſucceſſione bonorum? Hęc quæſtio eſt adeò difficilis, vt iudicata fuerit vna ex difficilioribus in tota noſtra ſcientia, adeò vt multi indeciſam reliquerunt, vt teſtatur poſt alios Salern. in conſuet. ſi moriatur, ſub nu. 112. fol. 108. in apoſtill. incip. iſte articulus. vbi alij addentes, adeò vt etiam iudicio gladiatorio multoties deciſa fuerit, & pro vtraque parte ſint deciſiones, & victoriæ; & proinde decreueram quęſtionem iſtam ad partes examinare; ſed quia nouiſſimè inueni Conſiliar. de Anna in conſi. 125. vol. 2. qui ſuccintè, ſolertèr, diſtinctè, & doctiſſimè pariter quæſtionem iſtam examinat, de quo etiam meminit ad hoc propoſitum Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. de refutat. feudor. in princ. num. 32. adſunt etiam duo conſilia, etiam doctiſſima, vnũ Surdi conſi. 403. vol. 3. alterum Menochij conſi. 452. vol. 5. & idem de Ponte ſuo opere feudali lect. 12. & præcipuè à num. 35. vſque in fi. quod quidem opus in lucem editum eſt, dum commentaria hæc excudebantur; Et licèt diſcuſſa per eos principaliter ſint circa ſucceſſionẽ feudorum, poſſunt etiam accommodari ad hanc quæſtionem; quia, vbicunque locum habet ſubingreſſio, nepos, & neptis ſubingrediuntur in locum patris in eius gradum, & locum, vt multoties replicatum eſt, & præcipuè q. 27. 29. & alibi, & habetur etiam in §. ſi quis igitur. Auth. de hæredib. ab inteſt. venient. cum alijs cumulatis d. lect. 12. nu. 11. & ſeqq. per Reg. de Ponte & in d. conſi. 125. nu. 49. per Conſiliar. de Anna, ex cuius dictis tres caſus conſiderandi ſunt. Primus eſt, quando tractatur de ſucceſſione patris. Secundus, dum agitur de ſucceſſione aui. & Tertius de ſucceſſione tranſuerſalium.

2 Primus caſus caret diſcuſſione; † clarum eſt enim, vt neptis excludat patruũ, nam ipſa, & filia eſt, & deſcendens, & eius eſt prima cauſa ſucceſſionis; ſed patruus eſt in linea tranſuerſali, cuius eſt tertia cauſa ſuccedendi, non exiſtẽtibus deſcendentibus, nec aſcendentibus, vt habetur in §. 1. Authen. de hæredib. ab inteſt. venient. & in Authen. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. hæredib. cum alijs traditis per Surd. conſi. 164. nu. 1. vol. 2. & hoc non habet contradictionem, quia ſolùm ex beneficio Iuris introductum fuit, vt fratres ſuccedant fratri cum patre, & matre, vt dicetur infra q. 46.

In ſecundo caſu ſola controuerſia eſt, vt cerni poteſt penes Authores num. 1. relatos, & omiſſa diſcuſſione, dicimus ne-

3 † nepotem, & neptem ex primogenito excludere patruum à ſucceſsione bonorum feudalium aui, quàmuis nepos, vel neptis ſit minor natu, & in gradu remotiori; quæ quidem opinio eſt magis communis, recepta authoritate rerum iudicatarum, Regum reſcriptis, victorijs in bello habitis munita, & in hoc Regno communi conſuetudine recepta, quæ ꝓ lege ſeruatur, adeò vt contrarium tenentes ſint penitus repellendi, vt aſſeuerat Conſiliarius de Anna d. conſi. 125. num. 42. verſ. ex dictis apparet. Qui etiam à nu. 35. vſque ad d. nu. 42. innumeros cumulat Scribentes pro hac ſententia, quibus addimus Piſanell. Salern. & alios addentes ad Neapod. in d. conſuet. ſi moriatur. Surdum, Menoch. & Marchion. de Ponte in locis citatis; qui quidem Marchio d. lect. 12. num. 53. dicit etiam extra Regnum non eſſe aliter practicandum,
4 † & Surd. dict. conſi. 403. dicit hoc etiam procedere in maioratibus, prout iddem affirmat Menoch. d. conſ. 442. qui in eadem cauſa conſuluit, & omnes illa
5 præcipua mouentur ratione, † quoniam ſemel radicatum eſt ius primogenituræ, ac ſuccedendi in feudis in perſona primogeniti, quod ius, vt in ſua perſona radicatum ex potentia ſuitatis, & ex priuilegio iuris trãſmittit ad eius filios; qui, vt in primo caſu dictum eſt, ſuccedunt patri tanquam in primo ordine ſuccedendi, excluſis patruis. Nec nouũ eſt,
6 † vt priuilegia perſonalia, data ex certis cauſis, tranſeant in ſuos hæredes, nec tranſeant ad extraneos, vt in l. maritum, vbi glo. ff. ſol. matr. Reg. de Ponte d. lect. 13. num. 52. Iddem tenet Valaſ. conſult. 122. nu. 20 & 21.

Nec vrget, vt Nepotes ſint in gradu
7 remotiori, † nam ſæpe replicatum eſt, vt per ius ſubingreſſionis, & repręſentationis filius ſubingrediatur in locum, & gradum patris, & priuilegio patris vtatur, & ex dicto priuilegio, quod à lege, vel conſuetudine habet, excludit patruos ex perſona patris, vt poſt Pau. de Caſt. Abb. & alios fundat Regens de Pont. d. lect. 12. nu. 44. & ſeqq. & fundant etiã Conſil. de Anna, Menoch. & Surd. in locis citatis, penes quos, & aliæ ponderationes pro hac parte videri poſſunt, ſic etiam ſolutiones contrariorum in beneficium patrui: quæ omnia libenter omitto, ne falcẽ in alienã meſſem videar immittere.

8 Cùm igitur, vt de iure feudali, & de iure communi Romanorum, & de iure conſtitutionum Regni, & per has conſuetudines nepotes, & neptes ſubingrediãtur in locum filij, & ſic paternum gradum ingrediantur cum prærogatiua prælationis, & ſucceſſionis in iure competenti eorum patri, vt multoties inculcatum eſt, & præcipuè, ſi vocentur ad ſucceſſionem aui habeant portionem illam, quam haberet eorum pater, minimè inficiari poteſt, vt ſimul cum patruis ſuccedant auo, vt probant prænarrati DD. præcipuè Reg. de Ponte d. lect. 12. nu. 16. & 17. & ita deciſum retulimus ſupra q. 27. nu. 13. in nepte, ex filio, vbi erat maior difficultas, & tamen patrui auditi nõ fuerunt, dum volebant offerre nepti dotem de paragio, nam fuit admiſſa ad totam portionem, vt ſubingreſſa in locum, & gradum ſui patris, & dixi aliqua infra q. 37. nu. 6. Itaque non poteſt ſubſiſtenter contrarium defendi.

9 In tertio caſu, quando agitur de ſucceſſione tranſuerſalium, & tunc ſubdiſtinguitur, nam aut quærimus in bonis feudalibus, vt quia ageretur de ſucceſſione bonorum feudalium fratris, & tũc verior eſt opinio, vt nepos & neptis ex primogenito excludat patruum à ſucceſſione prædicta, ſi iure Franchorum viuatur. & eò magis hoc procedet in hoc Regno ex tex. in c. Regni incip. conſiderantes. Vbi Neapod. nu. 6. & alij præcipuè Niger nu. 15. & 24. cum alijs cumulatis per Fab. de Ann. d. conſi. 125. num. 43. & ita fuit deciſum, vt ibi refert, de quo meminit Reg. de Pont. d. lect. 12. in fi. vbi particularia conſilia Aretini, Socin. & Corn. cumulat, ac alios Authores enumerat, & hoc duabus rationibus ꝓ-
10 bant. † Primò, quia etiam in linea tranſuerſali conſideratur primogenitura; quæ dum radicata erat in perſona primogeniti, illam tranſmiſit ad filios, vt de primogenitura reſpectu feudorum aui di-
11 ctum eſt. † Secundò, quia etiam in feudis habet locum ius repræſentationis, nempè vt filius per ſubingreſſionem repræſentet locum, & gradum patris, ita vt ſi iure Longobardorum viuatur, ſuccedat nepos patruo feudatario ſimul cũ alijs patruis: Si verò Iure Franchorum excludat patruos, ſi pater ipſius illos excludebat iuxta notata in c. 1. de gradib. ſucced. in feud. cum alijs cumulatis dict. conſi.

consi. 125. nu. 47. & d. lect. 12. num. 18. & sub nu. 54. vers. & in regno nostro, & cõsequenter de hoc dubitari nequit.

12 Si verò loquamur in bonis burgensaticis, & tunc licet Gabr. consi. 19. vol. 2. affirmet; patruum excludere neptem ex filio, nempe, vt patruus tanquam masculus, excludet neptem vti fœminam, eius tamen opinio non subsistit præcipuè in materia istarum consuetudinum, quæ neptem ex filio iudicant vt masculum, prout q. 27. & alibi dictum est, imò etiam ex iure communi venit, vt tanquam masculus habeatur, & consequenter siue neptis sit, siue nepos, semper concurrit simul cum patruis ad successionem tam in linea ascendente, quàm etiam in linea transuersali ad illam tamen portionem, quam eorum pater haberet, si viueret, vt sæpe sæpius replicatum est, & faciunt dicta infra q. 37.

Confirmatur ex dictis supra quæst. 29.
13 nu. 10. † vbi si neptis fuisset dotata à patruo, antequam fieret casus successionis, adhuc neptis ipsa succederet in boois
14 aui, vel alterius transuersalis, † quia nõ erat onus patrui dotandi neptem, & tũc dotatio excludit fœminas, quando fit ab eo, qui dotare tenetur, & sic patrui do-
15 tatio censetur gratuita; † etiam quia illæ consuetudines, & similia statuta, licet respiciant fauorem agnatioois, non tamen per hoc sunt ampliandi, sed in specie locum habent in casu expresso tantùm, vt sæpe replicatum est, prout hæc, & alia ad confirmationem huius veritatis cooiderat Andr. in constitut. Regn. vt de successionibus, in verb. filij autem fratrum. vers. sed quid si patrui. in fin. vbi Afflict. nu. 38. vt alios omittam, quia veritas apparere potest ex dictis tam io hac quæstione, quàm etiam in præcedentibus.

SVMMARIVM.



Subingressio in linea ascẽdẽti, & descẽdẽti procedit vsq; in infinitum. nu. 1. Procedit etiam in materia feudali. nu. 2. In linea transuersali ab aliquibus dicitur iddem; fundatur tamen oppositum, vt primum gradum non excedat. num. 1. & 4. & concordantur opiniones. nu. 9. & seqq. Ad quem gradum detur in feudis etiam secundum ius Regni, explicatur. num. 1. & 3.

Pater qua ratione succedat filio in feudum per ipsum patrem refutatum filio. nu. 5. & 6.

In fideicommissis non habet locum subingressio, si non constet de voluntate testatoris. num. 7. & 8. Quænam sint ista coniecturæ habetur nu. 16. & seqq.

Pater succedens filio in feudum refutatum, num soluat vitam militiam fratribus defuncti filij. nu. 13.

Tex. in Aut ben. defuncto. C. ad Tertull. non habet locum in feudis. nn. 14.

Iudicantes debent testatoris voluntatem considerare, an voluerit fideicommissum ad hæredes transmittere. num. 15. Testator potest facere transmissibile, quod per se transmissibile non est. sub num. 15. Non præsumitur per odium excludere filias à successione, sed ob conseruationem bonorum in familia. num. 18.

Coniecturæ, quibus testator voluerit fideicommissum transmittere ad hæredes, num ex testamento sumendæ sint, vel extra, Iudicis arbitrio relinquitur. num. 16. Si vocauit masculos, exclusis fœminis, est coniectura transmissionis. num. 17. Sic etiam si minus dilectus magis dilecto præfereretur. num. 20. Vel si testator expressisset transmissionem, si fuisset interrogatus. nu. 21.

Substitutio fideicommissaria vnita cum iure accrescendi transmittitur ad hæredes. nu. 22.

QVÆSTIO XXXVI.



Rigesimosextò quæro, vsque ad quem gradum locum habeat subingressio, siue repræsentatio, de qua sæpissimè est facta meotio? Hæc quæstio duo habet capita, alterum de iure communi, alterum verò de iure Re-
1 gni. In Primo casu, † si quærimus in linea ascendenti, & descendenti, & tunc locũ habet vsque in infinitum, semper enim in his personis fit repræsentatio, vt habetur in Authen. vt fratrum filij, vbi omnes, Andr. in cap. 1. de gradib. succed. in feud. & alibi, vt testatur Reg. de Ponte in d. suo opere feud. lect. 12. nu 17. & 33. & hoc est axioma commune, quod omnes sciunt: si tamen quærimus in linea trans-

SVMMARIVM.



Neptis ex fœmina simul cum amita ad successionem admittitur, collata dote. num. 1.

Neptis ex masculo num amitam excludat, tam secundum ius commune, quàm secundum ius consuetudinarium difficilis est quæstio. nu. 2. & 3. Vbi decisiones hinc inde referũt, magna tamẽ est æquitas, vt æqualiter succedant. num. 5. & in æquitate fundatur decisio Sacri Consilij in beneficium amitæ interposita. nu. 27. De iure sola succedit, exclusa amita, & sic decisum refertur etiam in bonis matris. nu. 6. traditur hoc esse absolutum in hoc Regno. nu. 8. Procedit tam ex iure subingressionis, vt habeatur tanquam masculus, quàm ex iure in eam translato per masculum. nu. 9. & seqq. Soluuntur contraria. num. 12. & seqq. Ex iusta interpretatione legis, & ex præsumpta voluntate testatoris venit filiorum appellatione. nu. 20. & 21.

Statutum excludens filios à successione propter masculos, etiam neptem ex filio excludit, & ratio traditur. num. 4. Contrarium fundatur in materia istarum consuetudinum. nume. 6. & seqq.

Masculus tam ius acquisitum in actu, quàm etiam acquisitum in potentia transmittit ad suos hæredes, etiam ad fœminas, & etiam ad extraneos. num. 11.

Ratio cõseruationis bonorum in familia, considerata in vno casu, non extenditur ad alios. nu. 23. & 24.

Neptis, proueniens ex masculo, habetur pro masculo secundum has consuetudines. nu. 9. 12. & 21. Vocatur ad successionem in locum masculi, & eius sexum, prærogatiuam, & portionem consequitur. nu. 10. & 13. Est melioris conditionis, quàm filia testatoris, & hoc tam in successione vigore statuti, & in successione feudali, quàm etiam in successione fideicommissi. vt substitutum excludat. num. 14. 15. 16. & 18. vbi innumeræ decisiones referuntur in toto ferè terrarum orbe factæ, procedit etiam si testator conseruationem bonorum in familia considerasset, nam illam non in filio, sed in substituto considerasse præsumitur. num. 22. Vendicat sibi locum, etiam si testator dixerit, vt perpetuò in familia conseruentur. nu. 24. Tenentes contrarium dicuntur pessimè loqui. num. 17. Et quinam sint, recensentur. numero 19.

Fideicommissum factum alicui, si sine filijs decedat, extinguitur, si moritur cum filio, licèt ille superstes decesserit sine filijs. nu. 25. Procedit, etiam si cum filia decesserit, quæ postea sine filijs moriatur, à nu. 16. vsque ad nu. 25. Habet locum, quamuis testator habuisset respectum ad conseruationem agnationis, & familiæ. nu. 26.

QVÆSTIO XXXII.

1 

Rigesimosecundò quæro, an neptis excludat amitam à successione? Hæc quæstio dupliciter tractari potest, vt supra quæstio. 27. & 28. dictum est. nempe in nepte proueniente ex fœmina, & in nepte proueniente ex masculo: si enim proueniret ex fœmina, sine dubio simul cum amita concurreret ad successionem, si mater ipsius succederet, vt sæpe sæpius replicatum

2 est † itaque sola controuersia est in nepte proueniente ex masculo, quæ quæstio aliquibus taliter difficilis visa fuit, vt noluerint illam determinare, inter quos fuit Iaf. in l. si arrogator. ff de adoption. & in l. si emancipata. C. qui admitt & alij de quibus meminit Anton. Gabr. lib. 6. commun. opin. in tit. de verb. signif. conclus. 1.

3 Nec dicatur hoc solùm procedere secundum ius commune, vel in alijs statutis, & non in materia istarum consuetudinum. nam etiam in hac materia quæstio hęc difficilis est, & hinc inde sunt decisiones; nam in fauorem Amitæ, vt simul cum nepte succedat, collata tamen dote, aliquando determinauit Sacrum Consilium, vt testatur Capyc. decis. 21. in fin. Grammat. decis. 63. in fi. Vrsill. in additio. ad Afflict. decisio. 161. num. 2. & Colut. Coppul. in consuet. sed si morienti, sub num. 271. fol. 153. in apostill. incip. Scias quod dic. Et hæc fuit opinio Iacobi de Aren. in l. fin. C. de repud. hæred. quem sequuntur Salyc. et. in l. 1. C. de adul-

ter. Albert. Brun. & alij, quos refert Gram. loco cit. & faciunt etiam illa, quæ congerit Sim. de Petr. lib. 3. de interpr. vltim. volunt. interpret. 1. dubit. 5. solut. 4. tota, & quæ tradit Surd. decis. 138. nu. 1. Hieronym. Gabr. cons. 15. toto. consi. 18. nu. 2. 4. & seqq. & consi. 19. num. 15. & seqq. vol. 2. vt alios sileam, quos ipsi citant,
4 † qui quidem Gabr. post alios affirmat, vt statutum excludens filias à successione propter masculos, etiam neptē ex filio excludat, & in hoc casu nō viget ratio conseruationis bonorum in familia, nam vtraque est fœmina, & consequenter ambæ cessare faciunt familiam, & faciunt etiam dicta superius q. 21. quò loci conclusum est, vt sorores æqualiter succedant tàm nuptæ, quàm in capillo existens, collaris tamen dotibus, & idē
5 fieri potest in proposito: † quæ quidem opinio magnam habet æquitatem, & potest etiam defendi, prout defendunt plures alij, quos citaui supra q. 27. in fin. vbi sic retuli decisum in Rota Romana in simili quæstione, quam etiam sententiā fundat Præs. de Franch. decis. 157. nu. 6. vers. nam si eum nepotibus. Vbi hoc fundat ex verbis consuetudinis, quia hic nō consideratur dotatio, quæ consideratur in fratre, & proinde cessat ratio exclusionis: & facit etiam decisio referenda infra in tit. de renunciatione. q. 5. nu. 8.
6 Pro contraria verò parte, vt neptis sola ex masculo, succedat, determinauit etiam sacrum Consilium, teste Præs. de Franch. decis. 32. nu. 9. 5. vnde ex istis, ex doctr. Cyn. & Alberici in d. l. 1. C. de adulter. etiam in hæreditate ex matre, quam sententiam defendunt etiam Ioan. A. dr. in additio. ad Specul. in rubr. de success. ab intest. vers. similem quęstionē. Alex. consi. 20. nu. 1. illamque tanquam magis communem sequitur Deci. consi. 506. Anto. Gabr. d. lib. 6. commun. opin. in tit. de statut. concl. 4. nu. 28. Surd. dict.
7 decis. 138. Morot. consi. 51. nu. 2. † Qui duo plus dicunt, vt hoc ius excludendi fœminas transmittant masculi non solum ad suos hæredes, nam hoc omnes paulò ante citati tenent, sed etiam ad aliosagnatos extraneos: potest etiam confirmari ex traditis per Præsid. de Franch. decis. 586. vt neptis ex filio excludit substitutum, vt dicetur infra nu. 16. & 19. & successiuè patet controuersia quæstionis etiam in hac materia.

8 † Imò Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. loco infra citādo habet hoc pro absoluto ex iure subingressionis. Itaque hæc vltima opinio videtur magis recepta, quæ etiam in puncto Iuris verior videtur, vt ex infra dicendis patebit.
9 Fundatur ergò. † Primò, quia neptis proueniens ex masculo, etiam secundum has consuetudines, habetur ad instar masculi, & eius locum, & sexum repræsentat, vt dictum est supra q. 28. & magis patebit infra q. 35. & seqq. In tātùm, vt Neapod. in consuet. sed si morienti. nu. 273. & in consuet. si moriatur. n. 111. in verb. ex
10 masculis. & alibi affirmat, † quòd dum consuetudines vocant ad successionem solùm masculos, vel fœminas ex masculis descendentes, dicit fœminam submirare in sexum patris ex l. Velleia. hoc est ex regul. tex. in l. gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & posthum. vt subingrediens in sexum alterius etiam illius gradum representet, & consequenter sicut masculus, quem fœmina repræsentat, excluderet amitas à successione, ita etiam & ipsa fœmina, eò magis, quia fœmina prædicta per ius repræsentationis etiam patruos à successione feudorum excludit, vt in quæstionibus citatis dicetur. Et hanc Neapodani ponderationem longo, sed doctissimo apparatu, prosequitur Reg. de Ponte in d. titu. de success. mulier. in princip. à num. 42. vsque in fi.
11 Secundò confirmatur, † quia, dùm acquisitum est ius in persona masculi, siue acquisitum sit in actu, quia, ipso viuente, factus esset casus succedendi, & antequam adeatur hæreditas, mortuus sit, siue sit ius in posterum acquirendum, ex potentia statutis illud trāsmittit ad suos hæredes, hoc enim est priuilegium iuris, vt paterna hæreditas, etiam non adita, cum omnibus iuribus suis transmittatur per filios non solùm ad suos, sed etiam ad quoscunq; hæredes etiam extraneos, vt in l. 3. C. de iur. deliber. l. vnica. C. de his, qui ant. aper. tabul. & vtrobique omnes; Præs. de Franch. d. decis. 32. qui plures alios cumulat, Surd. d. decis. 138. tota, & in specie num. 9. Morot. d. consil. 51. Hieronym. Gabr. consi. 1. nu. 16. vol. 2. vt alios omittam, vt etiam alias considerationes sileam, quæ penes prædictos videri possunt.
12 Nec obstant, quæ in contrarium adducun-

ducuntur, & primò respectu neptis, vt obstet ei qualitas masculiationis, vt dixi supra q.27.nu. 10. & consequenter dum omnes sunt fœminæ, omnes succedere debent; Nam ad hoc motiuum respōdet post alios Surd. loco cit. nu. 18. vt non concludat, quia neptis ex masculo ex beneficio iuris communis habetur pro masculo, & particulariter per has consuetudines, vt dictum est, & ideò Ius, quod non habet ex persona propria, ratione sui sexus; habet ex beneficio iuris etiam consuetudinarij, vt sexum patris assumat ad excludendas amitas, & sic non deficit ei qualitas masculiationis, quæ tamen deficit amitis.

13 Secundò nec obstat, † vt consuetudines excludant fœminas per masculos, existentes in eodem gradu, non autem in remotiori, vt dixi supra q. 27. num. 9. Nam respondetur gradum istum habere neptem ex dicto iure repræsentationis, dum repræsentat ei sexum, & gradum patris, vt dictum est, & per hoc est in eodem gradu cum amitis, est insuper in sexu masculino, idcircò amitas excludit, si enim argumentum procederet, vtique nec nepotes ex masculo amitas excluderent, nam essent in gradu remotiori, & tamen omnes concludunt, & veritas est, istos nepotes amitas excludere, quia masculi sunt, & subingrediuntur in gradum patris, & per hoc ius repræsentationis etiam neptis in gradu patris est.

14 Tertiò nec obstat, † vt neptis non debeat esse melioris conditionis, quàm sunt propriæ filiæ ipsius defuncti, nam ratio naturalis hoc etiam suadet, licèt iura hoc non disponerent, sed sic esset in proposito, si neptis filias excluderet. Nam respondetur ex iuris beneficio introduci potuisse, prout introduxit in hoc casu, vt neptis ex masculo melioris sit conditionis, quàm sunt propriæ filiæ defuncti, vt concedunt omnes Authores pro hac sententia citati, imò Ius ipsum commune hoc disponit, vt prædicti

15 Authores fundāt, † & non solùm in hoc, est magis priuilegiata neptis, sed etiam in feudis, vt q. 35. & seqq. dicam.

16 Insuper est priuilegiata in fideicommisso; nam fœmina proueniens ex masculis excludit substitutum, Veluti pater in suo testamento instituit sibi hæredes vniuersales filios masculos, quos inuicē grauauit de restituendo, si sine filijs decesserint, & filias proprias exclusit, & solùm eas instituit in paragio, & filijs aliū substituit, tūnc si omnes filij decesserint sine filijs, & vltimus decedat cum filia, hæc excludit substitutum; & in hoc est melioris conditionis neptis ex filio, quā propriæ filiæ, & hanc sententiam fundauit Bolognin. inter consilia Alexandri consi. 53. lib. 4. Sequuntur Corne. consi.

17 202. lib. 3. Curt. Sen. consi. 44. † addentes ad Alexan. consi. 38. nu. 4. lib. 6. dicentes, quòd cæteri, qui contrarium dicunt

18 pessimè locuti sunt, † eandem sententiā sequuntur Cephal. consi. 145. & 146. lib. 1. Rimin. Sen. consi. 223. lib. 2. & consilio seq. Decian. consil. 1. volum. 2. Bursat. consi. 300. vol. 3. & consi. 86. nu. 7. cum seqq. vol. 1. Sfort. Odd. consi. 46. à nu. 63. vsque in fi. Cepoll. consi. 17. vol. 2. Achill. Pedrocch. consi. 5. Petr. Anguiss. consil. 64. lib. 6. Paul. de Montepic. consi. 69. Crot. consi. 17. vol. 1. Peregrin. consi. 70. vol. 3. Simon de Petr. consi. 31. & consi. 90. cent. 1. & lib. 3. de interpret. vltim. volunt. solut. 2. q. 8. nu. 24. cum seqq. latissimè Peregrin. in tracta. de fideicommiss. art. 24. per totum. Pinell. in l. 3. nu. 77. C. de bon. matern. Zas. in tracta. de substit. cap. fi. vers. ex prædictis. Molin. lib. 3. de Hispan. primogen. cap. 5. nu. 52. Froster. de success. lib. 3. cap. 23. axiom. 4. nu. 8. & hanc opinionem secutum fuit Collegiū Auinionens. decidēdo, teste Curtio sen. d. consi. 44. post nu. 19. vers. 4. sta detur, Fuit secutus Senatus Pedemont decis. 188. in 3. casu ex collectis per Thesaur. Ambrosyn. decis. Perusin. 10. Rot. Romana teste Farinat. decisio. 485. & ibi probant etiam Aquilin. in l. Gallus. § & quid si tantùm, in 1. par. post præfationē nu. 199. & seqq. ff. de liber. & posthum. & post alios Facchin. lib. 4. controuers. iur. cap. 57. & eandem sententiam secutum fuit Sacrum Consilium per tres vices; de duabus testatur Præs. de Franch. in decisio. 486. par. 4. vbi subdit, non esse amplius dubitandum de hac sententia, & de alia vice testatum vidi per Consiliar. Rouit. se patrocināte pro Cornelia la Manna contra Laurentium Sabynum, referente Consiliario Salamanca cum interuentu Præsid. de Franch. penes Ciossum

19 actuarium, † itaque licet Menoch. consi. 150. nu. 54. vol. 2. contrarium teneat, & pro sua opinione quinquaginta tres, & plures Doctores cumulet, non est curandum

dum de eius sententia in hoc Regno, dū per tot decisiones fuit opinio contraria confirmata, etiam quia, si numerentur DD. maiores numero sunt pro sententia quam defendimus, & Facchin. loco cit. respondet argumentis ipsius Menochij.

Et omissis alijs rationibus, probatur
20 dupliciter, † Primò, quia ex iusta interpretatione legis filia venit appellatione filiorum, adeò vt decedens cum filia, non dicitur sine filijs decedere, l. iusta. ff. de verb. & rer. signif. vbi omnes, & dum testator contrarium non expressit per aliū gradum, nempe dicendo, si decesserit sine filijs masculis, iam præsumitur se conformare dispositioni iuris, vt etiam neptes ex filijs vocasse præsumatur iuxta tex. in l. cùm auus. ff. de condit & demonstrat. & l. cùm acutissimi. C. de fideicom. vbi omnes.

21 Secundò, quia, † neptis ex filio, vt multoties replicatum est, habetur pro masculo, & consequenter si filius decederet cum nepote masculo, excluderet ille nepos substitutum, vt etiam illa neptis illū excludit, cùm hoc fit ex iuris dispositione, cum qua præsumitur se conformare testator.

Nec obstat principale motiuum ad-
22 uersariorum, nempe, † quòd dum testator proprias filias à fideicommisso exclu serit, præsumatur habuisse rationem conseruandi bona in familia, & consequenter dum per neptem conseruari nequit, præsumitur exclusa à fideicommisso: Nam respondetur conseruationem bonorum in familia tunc consideratam fuisse à testatore, quando omnes filij decessissent sine filijs, & in hoc casu præsumitur mens testatoris fundata in dispositione iuris, vt semper bona sua conseruarentur in familia, & omnes fœminæ essent exclusæ, sed hoc non extenditur ad omnem casum, & præcipuè dum simpliciter dixit, si sine filijs decedant, quia tunc in nepte ratio illa conseruationis bonorum in familia non consideratur, & sic facit deficere fideicommissum tanquā nata ex masculo, & est communis regu-
23 la, † vt ratio conseruandæ agnationis, siue familiæ expressa in certis casibus, ad alios casus non porrigatur, nec ad alias personas non nominatas ex regula tex. in l. quæ conditio. ff. de conditio. & demonstr. Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. nu. 18. Alex. consi. 139. nu. 5. vol. 6. Auendan. in l. 40. Thauri. glos. 8. nu. 51. Raudens. in tracta. de analog. cap. 15. nu. 335. Menoch. in tract. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 76. num. 89. Anchar. consi. 137. idem Alex. cons. 185. nu. 22. lib. 2. & alibi Socin. consi. 62. num. 10. vers. nec obstat etiam quarta, & versic. præterea, & consi. 116. vol. 3. Cephal. consi. 17. nu. 29. Zang. in l. hæredes mei. §. cum ita. par. 7. num. 23. ff. ad Trebellia. Borgnin. qui appositissimè hoc fundat decis. 5. nu. 43. & num. 59. & 60. par. 3. & alij desuper cumulati, & præcipuè Præs. de Franch. d. decis. 586. vbi in fi. non dicit esse amplius de hoc dubitandum, dum Sacrum Consilium bis hoc determinauit, citat etiam Peregr. Anto. Gabr. & Burgos. vt per eum.

24 Imò plus dicunt, † quòd si testator expressisset, vt bona perpetuò conseruarentur in familia, adhuc ipsa neptis ex filio admitteretur, & faceret deficere fideicommissum, quia perpetuatio intelligeretur in casu expresso tantùm, nempe si omnes filij decessissent sine filijs, & bona prouenissent ad substitutum proximiorem agnatum, tunc enim debebant semper perpetuari in agnatis proximioribus, ita in proprijs terminis resoluerūt Alex. d. consi. 139. num. 3. vol 6. Cephal. d. consi. 17. num. 31. & consi. 269. nu. 46. Ruin. consi. 153. nu. 14. lib. 2. Bolognetr. consi. 15. num. 53. Odd. consi. 66. præcipuè num. 116. & consi. 67. vbi etiam respondet contrarijs, Borgnin. d. decis. 5. sub num. 41. à vers. 3. non obstat, vsque ad num. 46. Rot. Roma. in decisionib. diuersorum, in nouissimis par. 1. decis. 698. num. 16. Præs. de Franch. loco cit. & omnes alij citati num. præced. itaquè verissima est conclusio ista, nec subsistenter potest de illa in hoc Regno dubitari.

25 Insuper aduertendum est in forma fideicommissi explicati, quòd si vltimus filius decedat cum filio, & hic nepos postea, vel neptis decedat sine filijs extinctum est fideicommissum. & consequenter substitutus exclusus est ratione iam dicta, quia substitutio intelligitur facta, si omnes filij sine filijs decessissent, non autem si vnus decedat cum filio, qui postea sine filijs decesserit, sic probant iura expressa in l. cum vsufructus. C. quand. dies legat. ced. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. l. 1. C. de condit. insert. est

Hh vulga-

vulgatissimum Oldrad. consil. 21. communiter receptum, tam in consulendo, quàm in decidendo, vt testantur Menoch. d. lib. 4. præsumpt. in 69. præsumptio. Thesaur. decis. 96. nu. 32. & seqq. & decis. 248. & decis. 270. num. 24. & seqq. vbi inserit consilium Goueani; probant etiam Rimin. sen. consi. 29. num. 8. Paul. Leon. consi. 27. vol. 2. Odd. d. consi. 66. & seq. Decian. consi. 56. vol. 5. Port. Imol. consi. 46. & 137. Raudens. d. cap. 15. num. 34. Cuiat. consult. 52. in append. vers. & malè vtuntur. Honded. consil. 60. Menoch. consi. 760. Peregrin. in tracta de fideicommiss. art. 29. num. 22. cum seqq. Andr. Gail. obseruat. 136. lib. 2. Farinat. decis. 490. & 491. vbi de nepte ex filio loquitur. Præs. de Franch. d. decisio 586. & decis. 92. sub num. 1. §. de tribus, vers. & fuit decisum. Reg. de Ponte decis. 39. vt alios omittam; nam in hoc casu quasi omnes hoc concedunt.

26 Plus dico, † quod si testator habuisset respectum ad agnationem, & familiam, adhuc fideicommissum extinctum esset, quia conseruatio in familia censetur esse inducta in casu fideicommissi, si nempè omnes filij sine filijs decessissent, & ita in particulari considerauerunt Oldrad. d. consi. 21. Alex. d. consi. 139. vol. 6. Deci. consi. 290. alias 291. innumeros alios cumulat Odd. d. consi. 67. vbi nu. 30. testatur de communi, idem probant Honded. consi. 78. nu. 36. vol. 1. idem Alexã. consi. 59. vol. 3. Socin. sen. d. consi. 116. nu. 4. vol. 2. Rubeus consi. 120. nu. 9. Gozadin. consi. 30. nu. 17. Purpurat. consil. 217. nu. 18. Corne. consi. 9. col. 6. vers. obstat, quòd ratio. vol. 3. Menoch. consi. 85. nu. 102. & consi. 86. nu. 37. Decian. consi. 1. nu. 178. lib. 2. & alibi. Roland consi. 59. nu. 47. lib. 3. Alba consi. 13. nu. 5. Cephal. consi. 17. nu. 28. & consi. 477. num. 13. & alibi Tobias Nonius consi. 10. num. 21. Crauet. consi. 328. nu. 3. Socin. Iun. consi. 157. nu. 10. vol. 1. & alibi Pedrocch. consi. 5. nu. 168. & alibi Iaf. consi. 66. lib. 3. Rui. consi. 115. & 134. lib. 3. Ruger. consi. 37. Hieronym. Gabr. consi. 111. num. 16. & consi. 132. nu. 12. vol. 1. Bursat. consi. 51. Bertazol. consi. ciuili 69. Landerch. cõsi. 5. Ioan. Bott. consi. 50. toto. Port. Imol. d. consi. 137. Probant etiam in docendo Petra in tract. de fideicom. q. 5. nu. 105. Raudens. d. cap. 15. nu. 334. & seqq. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 7. Peregrin. d. art. 29. nu. 77. cum seqq. & etiam nu. 37. cum duob. seqq. Simon de Petr. lib. 3. de interpret. vlti. volunt. interpret. 3. dubit. 1. solut. 11. nu. 71. probarunt etiam in decidẽdo Borgnin. d. decis. 5. tota, qui nu. 24. & seqq. respondet etiam contrarijs, sic etiam Thesaur. d. decisio. 248. qui loquitur de nepte, & Rot. Rom. d. decis. 698. & faciunt etiam allegati superius pro nepte ad exclusionem substituti: Qui quidem Doctores ferè innumeros alios cumulant, & hos tantùm retuli, quia ferè nemo ex eis aliũ citat, & retuli tam magnam cateruam, nam quæstio grauis est, & volui referre tot Authores tam in consulendo, & in scribendo, quàm etiam in decidendo, vt appareat, opinionem istam verissimam esse, etiam secundum rerum iudicatarum authoritatem in diuersis Tribunalibus: quæ omnia magis confirmat quæ principaliter discussa sunt in hac quæstione in beneficium neptis ad exclusionem amitarum.

27 Nec obstat decisio Sacri Consilij relata per Capyc. d. decis. 21. in fi. nam ipsemet fatetur, illam fuisse fundatam in æquitate Sacri Consilij, prout hoc iddẽ dicit Scipio Bucin. in consuet. sed si morienti, sub nu. 268. fol. 151. in addit. incip. subingressio, quam etiam decisionem etiam impugnat Hierony. Gabr. d. consi. 1. nu. 26. vol. 2. Sed, vt dixi nu. 5. potest secundum æquitatem opinio ista defendi, quamuis in puncto iuris verior sit opinio in contrarium, quam his paucis rationibus, & Doctorum dictis cõfirmauimus, quia longiores apparatus vnusquisque videre potest tam penes Capyc. d. decisio. 21. Surd. d. decisio. 138. quàm penes Facchin. & alios citatos, sat prata biberunt.

SVMMARIVM.



Frater patruelis excludit sororem patruelem. nu. 1. & 6.

Ratio conseruationis bonorum in familia etiam in fratre patruele viget. nume. 2.

Filij subingrediuntur in locum patris. num. 3.

Priuilegium in præiudicium tertij an debeat restringi. nu. 4.

Con-

Contrahentes censentur se conformare cum statuto, & consuetudine loci, loquente de exclusione fœminarum. numero 5.

Fœmina de iure communi succedit in emphyteusim pro se, & descendentibus concessam, secus stante statuto exclusiuo fœminarum. nu. 6.

Concessio facta alicui pro se, & descendentibus qualiter præsumatur, an extendatur etiam ad fœminas. nu. 7.

QVÆSTIO XXXIII.



Trigesimotertiò quæro, 1 † an frater patruelis excludat sororem patruelē, hoc est, an filius fratris excludat filiam alterius fratris, vel filiam sororis? Respondeo de sorore patruele nata ex fratre non esse conti ouersiam, vt simul cum fratre patruele succedat; cum enim sit neptis ex masculo, & in locum masculi subingrediatur, sine dubio succedit, & etiam ex dictis quæst. præced. & etiam ex dictis supra q. 27. num. 13. vbi relatum est, neptem istam etiam cum patruo succedere in bonis aui, & ita decisum relatum est, Sola igitur quęstio est in sorore patruele nata ex filia, hoc est in nepte ex filia, in qua quæstione licet. Barto. in l. liberorum. nume. 12. ff. de verborum, & rer. signif. & alij teneāt in beneficium sororis, mihi tamen contraria sententia verior videtur, & vltra discussa in præcedenti quæstione, dum etiam neptis ex filio excludit amitas, & à maioritate rationis eas excludet nepos ex filio, tantò magis nepos ex filio excludit neptes ex sorore. vt ad sensum patet, probāt Alex. consi. 204. num. 10. vol. 2. Ruin. in consi. 15. nu. 26. vol. 3. Brun. qui alios cumulat in tract. de stat. exclud. fœmin. art. 12. q. 16. Dec. consi. 1. Paris. Areti. & alij, quos probat Hieronym. Gabr. in consi. 1. nu. 9. 15. & alibi. vol. 2. & mouentur duplici
2 ratione, prima est; † quia etiam in fratre patruele viget ratio conseruationis bonorum in familia, quia de eadem familia est, quod inficiari non potest, & secunda
3 † quia filij subingrediuntur in locum, & gradum patris, & dum pater eorum, si viueret, non solùm ipsas neptes, sed etiam matrem eorum excluderet, eodem modo nepos ex fratre illas excludit, & vt dixi in materia istarum consuetudinum, non potest esse subsistens dubitatio, vt patet ex dictis supra pluribus in locis, & præcipuè quæst. præced.

Nec obstat, quòd ius repræsentationis est priuilegium, ergo non debet ex-
4 tendi in præiudicium tertij: † hæc enim est regula communis, vt priuilegia, quæ concernunt præiudicium tertij, restringantur iuxta text. in l. nec auus. C. de emancip. liber. Iacob. de Beluis in §. reliquum. Authen. de hæredib. ab intest. venien. Siquidem regula prædicta locum habet in priuilegio hominis, non autem in priuilegio Iuris, nam hoc priuilegium habetur pro lege, & ad instar legis debet interpretari, & ampliari, quòad omnes illos casus, & personas, quas lex prędicta comprehenderet, sic probauit glo. in Auth. si qua in Prouincia, in verb. illic. C. vbi de crim. ag. oport. vbi DD. communiter, post Felin. in c. 1. nu. 12. de rescript. & alios Gabr. d. consil. 1. num. 12. vbi etiam alia contraria soluit, quæ omitto; quia, vt dixi, resoluta apparent in præced. quæst.

Vnum tamen omittere nolo, quòd nō solùm decedens ab intestato censetur vocasse ad successionem bonorum suorum, quos ius commune, vel municipale admittit ad succedendum, sed etiam in
5 contractibus, † vt si per contractum aliqua bona acquisiffet, Puta emphytheusim pro se, & descendentibus, quamuis de iure communi etiam fœmina admitteretur ad succedendum, vt comprehensa in tali concessione, iuxta tex. in §. licētiam. Auth. de alien. & emphyth. Andr. in c. 1. de success. feud. vbi Reg. de Ponte lect. 6. aliàs 15. in ordine, vbi illationem istam latissimè examinant, an intelligatur etiam de emphytheusi Ecclesiastica, quod non oportet examinare. nam nu. 34. concludit fœminas, & descendentes ex illa admitti, & vltra per eum cumulatos, hoc tradunt Alex. consi. 162. vol. 5. Socin. consil. 63. volum. 1. & post alios
6 Bero. q. 18. † tamen secùs esset, stante statuto exclusiuo fœminarum, quia secūdum dispositionem huiusmodi statuti, & consuetudinis censetur facta acquisitio, sic scripserunt Barto. in l. hæredes mei. §. cùm ita. vbi Alex. & alij ff. ad Trebellia. idem Alex. consi. 15. num. 1. 2. & 6. vol. 4. Brun. loco cit. art. 8. q. 22. & post ipsos,

Couarruuiam, Iul. Clar. & alios, Cornazan. in deciſ. Rot. Lucenſ. deciſ. 121. nu.
7 2. & ſeqq. † & ſucceſſiuè ſemper acquiſitio, ac conceſſio facta præſumitur ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum quod ius intelligit, & in illis caſibus comprehenduntur etiam fœminæ, in quibus ius non repugnat, vt de conceſſione immunitatis facta familiæ dictum eſt ſupra q. 30. num. 7. & de priuilegijs, & honoribus, ac alijs poſt Andr. in cap. 1. §: hoc quoque, de ſucceſſ. feud. Præpoſit. Anto. de Butr. Curt. & alios tradit Reg. de Põte d. lect. 15. nu. 35.

SVMMARIVM.



Egitimatus an excludat ſorores legitimè natas à ſucceſſione parentũ. num. 1. remiſſiuè patre tantùm ſuccedit. numero 2.

Legitimatio facta per reſcriptum Principis an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum. nu. 3.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit æqualiter cum legitimè natis poſtea ex eodem matrimonio. numero 4.

Pater quænam bona relinquere poſſit filio legitimato? nu. 5.

QVÆSTIO XXXIV.

1 

Rigeſimoquartò quæro, † an iſtæ conſuetudines locum habeant in beneficium filij legitimati, nempe ſi filius legitimatus excludat ſorores legitimè natas à ſucceſſione bonorum parentum? De hac quæſtione plura tradunt Dec. conſi. 275. Gabr. conſi. 86. vol. 2. Ann. conſi. 106. vol. 2. Farinat. deciſio. 486. & alij: ſed quæſtio hæc faciliter determinari poteſt ex dictis ſupra par. 2. in tit. de perſonis. q. 10. vbi facta eſt diſtinctio de legitimatione facta per ſubſequẽs matrimonium, per quam ſine dubio cùm hic talis ſit verè legitimatus, excluderet filias, quamuis matrimonium eſſet contractum in articulo mortis, niſi tamen fraus adeſſet, vt ibidem dictum eſt, vel ſi facta fuit per reſcriptum Principis, vel per oblationem Curiæ, & quando facta eſt per reſcriptum Principis ſit inſpicienda forma legitimationis, & in ſumma omnia ibi tradita hic accommo-
2 dari poſſunt, † & vt legitimatus præfe-ratur cæteris proximioribus in bonis progenitoris. expreſsè decidit Neapod. in cõſuet. ſi qs, vel ſi qua. nu. 161. verſ. ſed quid ſi inteſtatus. fol. 120. & nu. 170. fol. 122. & ratio eſt, quia portio delata agnatis per has conſuetudines defertur non à defuncto, ſed ex prouidentia iſtarum conſuetudinum. & propterea Princeps legitimando ad petitionem patris, qui non poterat de dicta medietate diſponere, non cenſetur in hoc voluiſſe agnatis præiudicare, vt ex multis firmauit Aquilin. in l. ſi is qui pro emptore. num. 160. ff. de vſucap. ſed qualiter hoc procedat, dixi in alleg. q. 10. & vt excludat ſubſtitutum iam d. q. 10. dictum fuit, & adeſt etiam deciſio Rotæ Rom. teſte Farinat. deciſ. 484. in fi. vbi etiam plures DD. ad hoc probandum cumulat.

3 Notandum tamen eſt, † quòd ſi tempore legitimationis factæ per reſcriptũ Principis non adeſſent filij ex illo matrimonio, in quo erat. & expreſſerit Principi qualiter erat vxoratus, & obtinuit legitimationem, illa legitimatio poſtea non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum ex illo matrimonio ſuſceptorum, vt ſcripſerunt Barto. Angel. & alij in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. Alex. conſi. 138. lib. 1. & conſi. 187. nu. 18. vol. 5. & poſt alios Roland. à Vall. conſi. 96.
4 nu. 42. & ſeqq. vol. 3. † & hoc eò magis procederet in legitimatione facta per ſubſequens matrimonium, quia minus reuocaretur per ſuperuenientiam filiorum legitimè natorum; ſed æqualiter ſuccederet, vt probat tex. in l. cùm quis, iuncta l. ſeq. C. de natural. liber. probat etiam Petr. Duen. regul. 350. limit. 12. & ſequitur hoc iddem Salern. in conſuet. ſi moriatur. ſub num. 174. fol. 123. in addit. incip. ſi quis liberis.

5 Poſtremo notandum, † quòd ſtante legitimatione, etiam per reſcriptum Principis facta, poteſt pater filijs legitimatis omnia bona ſua relinquere, deducta legitima filiorum legitimorum, & naturalium, quod procedit de iure communi, vt poſt Dec. conſi. 393. & alios probat Gabr. in communibus opinio. in tit. de legitimat. concl. 8. num. 4. Roland. à Vall. conſi. 69. num. 20. & ſeqq. lib. 3. Dixi ſecundum ius commune, quia ſecundum

dum hoc ius consuetudinarium; solùm posset illis relinquere illam portionem, de qua posset ad libitum disponere, nempè medietatem bonorum antiquorum, & omnia bona nouiter quaesita, deducta legitima aliorum filiorum ex dictis bonis nouiter quaesitis; vt in consuet. si aliquis moriens, & in consuet. & si testator, & suo loco dictum est supra par. tertia, praecipuè.

SVMMARIVM.

Nepos ex primogenito si patruum excludat, quàm grauis sit quaestio. nu. 1.

Subingressio quoties locum habet nepos, & neptis excludunt patruum à successione, sub num. 1.

Nepos semper excludit patruum à successione bonorum patris. nu. 2. An nepos, & neptis ex primogenito excludat patruum à successione bonorum feudalium. num. 3. Sic etiam in maioratib. etiam in linea transuersali? num. 9.

In feudis habet locum ius repraesentationis, nu. 7. & 8.

Priuilegia personalia, concessa ex certis causis, an transeant ad haeredes. numero 6.

Primogenitus transmittit ius primogenitura ad eius filios. nu. 5.

Primogenitura habet locum etiam in linea transuersali. nu. 10.

Nepos, & neptis ex primogenito succedit simul cum patruo in bonis burgensaticis. nu. 12. Hoc procedit etiam si neptis dotata esset à patruo. nu. 13.

Onus dotandi non competit patruis, & ideò offerendo dotem nepti, eam non excludunt à successione. nu. 14.

Statutum excludens foeminas à successione potius restringi debet, quàm ampliari. num. 15.

QVAESTIO XXXV.

1 TRigesimoquintò quaero, an nepos, siue neptis ex primogenito excludat patruũ à successione bonorum? Hęc quaestio est adeò difficilis, vt iudicata fuerit vna ex difficilioribus in tota nostra scientia, adeò vt multi indecisam reliquerunt, vt testatur post alios Salern. in consuet. si moriatur, sub nu. 112. fol. 108. in apostill. incip. iste articulus. vbi alij addentes, adeò vt etiam iudicio gladiatorio multoties decisa fuerit, & pro vtraque parte sint decisiones, & victoriae; & proinde decreueram quęstionem istam ad partes examinare; sed quia nouissimè inueni Consiliar. de Anna in consi. 125. vol. 2. qui succinctè, solertèr, distinctè, & doctissimè pariter quaestionem istam examinat, de quo etiam meminit ad hoc propositum Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. feudor. in princ. num. 32. adsunt etiam duo consilia, etiam doctissima, vnũ Surdi consi. 403. vol. 3. alterum Menochij consi. 452. vol. 5. & idem de Ponte suo opere feudali lect. 12. & praecipuè à num. 35. vsque in fi. quod quidem opus in lucem editum est, dum commentaria haec excudebantur; Et licèt discussa per eos principaliter sint circa successionẽ feudorum, possunt etiam accommodari ad hanc quaestionem; quia, vbicunque locum habet subingressio, nepos, & neptis subingrediuntur in locum patris in eius gradum, & locum, vt multoties replicatum est, & praecipuè q. 27. 29. & alibi, & habetur etiam in §. si quis igitur. Auth. de haeredib. ab intest. venient. cum alijs cumulatis d. lect. 12. nu. 11. & seqq. per Reg. de Ponte & in d. consi. 125. nu. 49. per Consiliar. de Anna, ex cuius dictis tres casus considerandi sunt. Primus est, quando tractatur de successione patris. Secundus, dum agitur de successione aui. & Tertius de successione transuersalium.

2 Primus casus caret discussione; † clarum est enim, vt neptis excludat patruũ, nam ipsa, & filia est, & descendens, & eius est prima causa successionis; sed patruus est in linea transuersali, cuius est tertia causa succedendi, non existẽtibus descendentibus, nec ascendentibus, vt habetur in §. 1. Authen. de haeredib. ab intest. venient. & in Authen. in successione. C. de suis, & legit. haeredib. cum alijs traditis per Surd. consi. 164. nu. 1. vol. 2. & hoc non habet contradictionem, quia solùm ex beneficio Iuris introductum fuit, vt fratres succedant fratri cum patre, & matre, vt dicetur infra q. 46.

In secundo casu sola controuersia est. vt cerni potest penes Authores num. 1. relatos, & omissa discussione, dicimus ne-

consi. 125. nu. 47. & d. lect. 12. num. 18. & sub nu. 54. vers. & in regno nostro, & cōsequenter de hoc dubitari nequit.

12 Si verò loquamur in bonis burgensaticis, & tunc licet Gabr. consi. 19. vol. 2. affirmet; patruum excludere neptem ex filio, nempe, vt patruus tanquam masculus, excludet neptem vti fœminam, eius tamen opinio non subsistit præcipuè in materia istarum consuetudinum, quæ neptem ex filio iudicant vt masculum, prout q. 27. & alibi dictum est, imò etiam ex iure communi venit, vt tanquam masculus habeatur, & consequenter siue neptis sit, siue nepos, semper concurrit simul cum patruis ad successionem tam in linea ascendente, quàm etiam in linea transuersali. ad illam tamen portionem, quam eorum pater haberet, si viueret, vt sæpe sæpius replicatum est, & faciunt dicta infra q. 37.

Confirmatur ex dictis supra quæst. 29.
13 nu. 10. † vbi si neptis fuisset dotata à patruo, antequam fieret casus successionis, adhuc neptis ipsa succederet in bonis
14 aui, vel alterius transuersalis, † quia nō erat onus patrui dotandi neptem, & tūc dotatio excludit fœminas, quando fit ab eo, qui dotare tenetur, & sic patrui do-
15 tatio censetur gratuita; † etiam quia istæ consuetudines, & similia statuta, licet respiciant fauorem agnationis, non tamen per hoc sunt amplianda, sed in specie locum habent in casu expresso tantùm, vt sæpe replicatum est, prout hæc, & alia ad confirmationem huius veritatis considerat Andr. in constitut. Regn. vt de successionibus, in verb. filij autem fratrum. vers. sed quid si patrui. in fin. vbi Afflict. nu. 38. vt alios omittam, quia veritas apparere potest ex dictis tam in hac quæstione, quàm etiam in præcedentibus.

SVMMARIVM.



Subingressio in linea ascēdēti, & descēdēti procedit vsq; in infinitum. nu. 1. Procedit etiam in materia feudali. nu. 2. In linea transuersali ab aliquibus dicitur iddem; fundatur tamen oppositum, vt primum gradum non excedat. num. 1. & 4. & concordantur opiniones. nu. 9. & seqq. Ad quem gradum detur in feudis etiam secundum ius Regni, explicatur. num. 1. & 3.

Pater qua ratione succedat filio in feudum per ipsum patrem refutatum filio. nu. 5. & 6.

In fideicommissis non habet locum subingressio, si non constet de voluntate testatoris. num. 7. & 8. Quænam sint istæ coniecturæ habetur nu. 16. & seqq.

Pater succedens filio in feudum refutatum, num soluat vitam militiam fratribus defuncti filij nu. 13.

Tex. in Authen. defuncto. C. ad Tertull. non habet locum in feudis. nu. 14.

Iudicantes debent testatoris voluntatem considerare, an voluerit fideicommissum ad hæredes transmittere. num. 15. Testator potest facere transmissibile, quod per se transmissibile non est. sub num. 15. Non præsumitur per odium excludere filias à successione, sed ob conseruationem bonorum in familia. num. 18.

Coniecturæ, quibus testator voluerit fideicommissum transmittere ad hæredes, num ex testamento sumendæ sint, vel extra, Iudicis arbitrio relinquitur. num. 16. Si vocauit masculos, exclusis fœminis, est coniectura transmissionis. num. 17. Sic etiam si minus dilectus magis dilecto præfereretur. num. 20. Vel si testator expressisset transmissionem, si fuisset interrogatus. nu. 21.

Substitutio fideicommissaria vnita cum iure accrescendi transmittitur ad hæredes. nu. 22.

QVÆSTIO XXXVI.



Trigesimosextò quæro, vsque ad quem gradum locum habeat subingressio, siue repræsentatio, de qua sæpissimè est facta mentio? Hæc quæstio duo habet capita, alterum de iure communi, alterum verò de iure Re-
1 gni. In Primo casu, † si quærimus in linea ascendenti, & descendenti, & tunc locū habet vsque in infinitum, semper enim in his personis fit repræsentatio, vt habetur in Authen. vt fratrum filij, vbi omnes, Andr. in cap. 1. de gradib. succed. in feud. & alibi, vt testatur Reg. de Ponte in d. suo opere feud. lect. 12. nu 17. & 33. & hoc est axioma commune, quod omnes sciunt: si tamen quærimus in linea trans-

transuersali, & tunc subingressio non excedit primum gradum, & solùm habet locum quando nepotes vocantur ad successionem defuncti patrui, vt habetur in locis paulò ante citatis, & dicetur etiam infra quæstio. seq. vbi explica-
2 bitur, qualiter fiat talis successio. † Verùm hoc non solùm procedit in burgensaticis; sed etiam in bonis feudalibus, nã eadem regula locum habet tam in linea ascendenti, & descendenti, quàm etiam in linea collaterali, loquendo de iure communi feudorum; nam, licet transuersales succedant in feudum vsque ad septimum gradum, vt in cap. 1. §. hoc autẽ sciendum. & §. quia vidimus, vbi Andr. Afflict. & alij de his, qui feud. dar. poss. tamen subingressio non extenditur vltra nepotem, vt post Andr. in cap. 1. §. his verò de gradib. succeden. in feud. explicat Reg. de Pont. d. lect. 12. nu. 19. plura tradit Consiliar. de Anna d. consi. 125. vol. 2. adeò vt reguletur subingressio secundum ius commune Romanorum.

3 In secundo casu si loquamur, † attenta dispositione constitutionum Regni datur repræsentatio in linea transuersali vsque ad tertium gradum, nempe vsq; ad nepotes, & sic ad filios fratrum, vt in Constit. Regn. vt de successionibus. Sed ex gratijs concessis huic Regno est ampliata successio in linea collaterali vsque ad quartum gradum inclusiuè, vt habetur in pragm. 20. sub tit. de feud. secundũ compilationem Cõsiliarij Rouiti, & plura alia tradit Ann. d. consi. 125. & etiam Reg. de Pont. d. lect. 12. nu. 33. & ad dicta per eos, & præcipuè per Ann. me remit-
4 to: † & licèt aliqui dixerint, vt etiam in linea transuersali detur successio vsque in infinitum. eorum opinio non est vera; non enim datur vltra septimum gradum vt dictum est, quod etiam probarũt Bal. in cap. 1. nu. 6. Afflict. nu. 14. Præpos. nu. 66. de feud. March. Deci. cons. 85. & post alios Alexan. Raudens. decis. 48. tota, & præcipuè nu. 7. & 19. vbi materiam istam luculenter examinat, quamuis decisiones illę sint potius ad instar consiliorum, non enim habent stylum decisionum ob illarum prolixitatem, quod, salua pace illius, dixerim.

Occasione prædictorum antequàm videamus, qualiter subingressio secundũ has consuetudines locum habeat, tractã-
5 dum est, † si filius haberet feudum sibi refutatum a patre, & moriatur, viuente patre, nullis relictis ex se descendentibus, sed solùm patre, & fratribus vtrinque coniunctis, quisnam illi succedant, fratresne, an pater, vel nepos ex fratre primogenito? Respondeo, patrem succedere, sic enim concludunt communiter feudistæ in c. 1. de vassall. decrep. ætat. & in c. 1. de eo, qui fin. fecit agnat. de feud. pater. Andr. in constit. vt de successionibus in verb. item si apparet feudum, in fin. & alibi, & post alios Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de refutation. feud. in princ. à nu. 15. vsque in fin. luculenter, & disertissimè quæstionem istam explicat; & hoc duplici ratione, præcipuè. Prima est præsumpta voluntas refutantis, qui censetur à se abdicasse feudum sub conditione, si nempè filius sibi præuixisset, vel descendentes ex se reliquisset, & si secùs, feudum reuerteretur ad ipsum refutantem, d. cap. 1. de vassall. decrep. ætat. cum alijs supra cumulatis; & consequenter, cessante vna ex his causis, cessat etiam refutatio.

6 Secunda est, quia feudum non potest aliquo modo dici fraternum, sed potius dicitur paternum, & consequenter non tractatur de successione filij, sed potius dicitur ad ipsum patrem reuerti, cessante causa refutationis, vt probauit Andr. in c. 1. de natur. success. feud. præcipuè ex regu. tex. in l. filio quem pater. ff. de liber. & posthum. Præs. de Franch. decis. 3. post Annam, & Frecc. Reg. de Ponte cit. nu. 27. Pern. consi. 13. & ideò alij fratres non possunt ius aliquod ad feudum ipsum prætendere, & ita determinauit Sacrum Consilium pluries præferendo refutãtem fratribus refutatorij præmortui, vt testatur Præs. de Franch. decisio. 591. & Reg. de Pont. loco cit. præcipuè sub nume. 36. §. vnde manifestè decidit Andr. Et quia in toto illo §. diuersis particularibus decisionibus Andrææ, & aliorum quæstionem istam determinat, idcircò ipsum consulat Lector.

7 Fuit etiam quæstio, † si subingressio habeat locum in fideicommissis, de qua controuersia varias opiniones referunt Anton. Gabr. lib. 4. commun. opin. in tit. de fideicommiss. concl. 3. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 21. Andr. Facchin. lib. 4. controuers. iur. cap. 84. & post alios Morot. consi. 91. mihi tamen videtur inspiciendam esse testatoris voluntatem,

quia

quia hic agitur de successione ex facto hominis, vt est testator, qui fideicommissum reliquit, & contra illius voluntatem non potest radicari aliquod ius in personam fideicommissarij, & successiuè subingressio, quod est remedium iuris, non vendicat sibi locum contra expressam voluntatem testatoris. † Si verò non constet contrarium ex voluntate testatoris etiam per coniecturas, & tunc haberet locum subingressio, prout ius commune illam introduxit, nempè in linea ascendenti, & descendenti vsque in infinitum, in transuersali verò vsque ad primum gradum, vt post Menoch. & alios Morot. d. consi. 91. toto, & præcipuè nu. 6. & in materia istarum consuetudinum probauit Bucin. in d. consuet. sed si morienti, in princ fol. 151. in apostill. incip. subingressio in linea collaterali. vers. secus in dispositione testatoris, & faciunt dicta infra q. seq. nu. 18. Quæ autem sint illæ coniecturæ tradentur infra nu. 15.

8

9 Si tamen consideremus materiam istarum consuetudinum iam in linea ascẽdenti, & descendẽti procedit subingressio vsq; in infinitum, vt habetur in d. consuet. sed si morienti, & in hoc conuenit cum iure communi: & cum iure Regni. Sola igitur quæstio est in linea transuersali, quia Neapodan. in d. consuet. sed si morienti. nu. 269. fol. 152. vers. item quod hic dicitur in infinitum. affirmat, vt etiã in linea transuersali detur subingressio vsque in infinitum. & in hoc consuetudines istas differre à iure communi, & hoc iddem probat Reg. de Pont. in d. l. 12. nu. 17. in fin. & nu. 20. Sed idem Neapod. pluribus in locis videtur tenere contrariũ, & præcipuè in eadem consuetud. num. 276. & seqq. fo. 154. in consuetud. si quis, vel si qua. sub num. 137. vers. sed tu oppones. fol. 116. & alibi, vt refert Bucin. in addit. cit. d. fol. 151. in d. consuet. sed si morienti, & faciunt dicta per Præsid. de Franch. decis. 157. & expressè notat Naucler. in suis addition. fol. 9. à ter in apost. incip. in eadem consuet. & glo. ibi. Sed tu oppones.

10 Mihi tamen placet distinctio, quam indicat Neapod. d. nu. 137. & Bucin. loco cit. quam expressis verbis ibidem tradidit Martial. fol. 152. in apostill. incip. Verum quod dicitur. Nempe subingressionem in linea transuersali habere locũ vsque in infinitum, quando adesset aliquis frater defuncti, cum quo subingressus succedere vellet, nempè descendentes ex alio fratre, & hoc modo procedit opinio Neapod. sed si non adesset frater cum quo descendentes ex alio fratre succederent, tunc procederet opinio contraria, vt subingressio non excedat primum gradũ, put ita determinauit Sacr. Consilium in anno 1555. die 13. Iulij in causa Petri Anphoræ, & Ioannę Sersalis de Surrento, videlicet, quòd in patruo magno, & sic cum fratre consobrino aui, non datur subingressio in filia sororis consobrinæ, vt subingrederetur in locũ matris ad excludendum patruum magnum, & iddem fuit decisum de anno 1557. die 12. Iulij, iunctis aulis, in causa Ioannis Vincentij Minutuli cum hæredibus Hectoris Minutuli in patruo consobrino Magno cum pronepote consobrino: quas decisiones refert Consiliar. de Rubeis in suis addition. fol. 3. incip. In patruo magno. Fuit etiam aliàs decisum in eodem Sacro Consilio, teste Præside de Franch. d. decis. 157. Fuit etiam alias determinatum, quòd si adesset soror, & ex alia sorore adesset neptis, & ex alia sorore duo nepotes, & ex alia esset abneptis, quòd in hoc casu habet locum subingressio, & omnes succedunt ad illam portionem, ad quam succederet mater, si viueret, itaq; abneptis, & in locum matris, & in locum auiæ subingressa est, vt succederet cum sorore alterius sororis defunctæ, quę soror, si non superesset, cessaret ius repræsentationis, & omnes æqualiter succederent, & hanc decisionem refert Præs. de Franch. decisio. 652. in 4. par. itaque ex dictis decisionibus apparet veritas distinctionis traditæ.

11 Plus dicit Præs. de Franch d. decisio. 652. & prius tradidit decis. 24. vbi diuersa Neapod. loca ad hoc ppositũ cumulauit, nempè, secundum hasc cõsuetudines subingressionem in linea collaterali non habere locum vltra filios fratrum consobrinorum, ne in totum prærogatiua gradus tolleretur, quæ est maximi momen-

12 ti; Imo de iure communi, † vt gradus quanto minus fieri potest corrigatur, & proximior in gradu excludat remotiorem, subingressio non habet locum, nisi quãdo filius succederet auo, vel patruo; tunc enim filius subingreditur tantum in locum patris: sed si ageretur de successione aliorum, tunc non haberet lo-

Ii cum

cum subingressio, sed excluderetur à patruo, vt habetur in Authen. post fratres. C. de suis, & legit. hæredibus. vbi Cyn. Bart. Salyc. & alij, & post ipsos, Baldum, Alex. Cuman. Dec. Ruin. & alios. Surd. consi. 403. num. 53. vol. 3. vbi hoc dicit procedere, quando succederetur etiam ex testamento non solùm ab intestato, vt est in fideicommisso relicto familiæ, vel agnationi; vbi ad hoc propositum vltra prædictos, Manticam, Simon. de Petr. Craff. Roland. Valas. & alios cumulat, & ad plures etiam infert quæstiones, quas omitto, quia penes ipsum videri possunt.

Vnum tamen notandum est circa successionem bonorum feudalium, quòd, licèt pater succedat filio in feudo refuta-
13 to, vt dictum est nu. 5. † tamen pater ipse non tenetur præstare vitam militiam filijs, & sic fratribus defuncti, & ratio est, quia esto vita militia debita sit secundogenitis in linea trāsuersali, quæ licèt debeatur ex fructibus feudi, & ad instar alimētorum finiatur morte secundògeniti, debetur tamē loco portionis, à qua per primogenitum excluduntur iuxta notata in Constit. Regn. Comitibus. & dixi infra consi. 9. Sed in hoc casu non tractatur de successione transuersalium, quia feudum iure reuersionis ad patrem redit, vt dict.
14 nu. 5. & seqq. dictum est. † Et etiam, quia, donec supersunt descendentes, & ascendentes, non datur successio in transuersalibus; & præcipuè in materia feudali, vbi non habet locum tex. in Authen. defuncto. C. ad Tertull. & proinde dum transuersales nulla portione priuantur, non potest illis cōpetere vita militia, vt post Andr. in cap. 1. de gradib. succeden. in feud. & alibi probat Regens de Ponte in d. titu. de refutat. feud. in princ. num. 43.

Coniecturæ autem, ex quibus colligitur voluisse testatorem transmittere fideicommissum ad hæredes, sunt plures,
15 † & consequenter debent iudicantes inspicere testatoris voluntatem, si ex illa coniecturare valeant transmissionem fideicommissi; nam ex voluntate testatoris fit transmissibile, quod per se non est transmissibile, vt scripsit Bald. in l. vnica. nu. 10. C. de his, qui ant. apert. tabul. ex tex. in l. in cōditionibus primum locum. §. 1. ff. de condit. & demonstr. vbi Socin. num. 3. Mantic. & alij, quos probat Borgnin. decis. 19. nu. 45. par. 3. Rustic. consi. 2. nu. 54. Peregrin. in tracta. de fideicom.
16 art. 31. nu. 10. qui omnes dicunt, † coniecturas sumendas esse ex eodem testamento, sed hoc est arbitrarium Iudici, vt post alios testatur Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. cas. 165.

17 Prima igitur coniectura est, † quando testator vocauit masculos ad bona, veluti, instituit filios masculos hæredes in bonis, quos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & fœminis certam portionem reliquit, quas tamen voluit esse exclusas ab vniuersali successione, tunc enim sumitur coniectura, vt voluerit testator conseruare bona in familia, & sic transmittitur fideicommissum, vt latissimè probauit Thesaur. decis. 188. num. 6. Borgnin. dict. decis. 19. num. 97. Rustic. in tracta. an filij positi in condit. lib. 2. cap. 2. toto, & præcipuè nu. 43. Ruin. Dec. Mantic. & alij, quos probat nouissimè Farinac. decisio.
18 502. num. 3. † & hæc præsumitur testatoris voluntas, non autem vt fœminas odio habuisset; qui enim conatur dicere hoc, tenetur illud probare, vt post Socin. Mantic. & alios probauit Mascard. in tract. de probation. concl. 1127. odium non præsumi. nu. 3. & seqq.

19 Secunda coniectura est, † si prohibuisset testator alienationem bonorum, vt scripsit Paris. consi. 1. num. 29. vol. 2. & probat ex pluribus Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsump. 69. num. 18.

20 Tertia est, quando sequeretur, † vt minus dilectus præfereretur magis dilecto, hoc est, ne filij, vel filiæ filiarum exclusarum per testatorem præfererentur nepotibus ex filijs eiusdem testatoris, vt scripsit Socin. consi. 150. vol. 2. probat ex pluribus Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. par. 4. nu. 376. Borgnin. loco cit. nu. 99. Rustic. consi. 3. num. 64. Farinac. dict. decis. 502. num. 4. & 5. & præcipuè hoc
21 locum habet, † si testator hoc expressisset, si fuisset interrogatus, nempè si exclusisset minus dilectum, iuxta glos. in l. tale pactum. C. de pact. Ias. consi. 233. col. 1. vol. 2. Anto. Gabr. in suis communibus opin. in tit. de hæredib. instit. concl. 2. nu. 39. & plures alij.

Quarta denique coniectura est, omis-
22 sis alijs, † quando substitutio fideicommissaria vnita esset cum iure accrescendi, vt scripsit Bart. in l. vnica. §. fin autem, sub conditione, in vltima opposit. C. de caduc.

caduc. tollen. Soci. Ias. Natt. & alij, quos probat Rustic. d. consi. 2. num. 64. cum multis seqq. probant etiam Crass. in §. fideicommissum. q. vlti. num. 4. Menoch. consi. 95. nu. 111. vol. 1. Bursat. consi. 71. num. 14. vol. 1. Farinat. d. decis. 502. nu. 7. cum seqq. Possunt etiam penes prædictos Authores aliæ coniecturæ inueniri, sed omitto, hæ enim mihi videntur præcipuæ.

SVMMARIVM.



Vccessio in capita quæ dicatur, & quæ in stirpes. num. 1.

Filij duorum fratrum succedunt in capita. num. 2. Vbi sic pluries decisum refertur, præcipuè in Rot. Rom. Contrarium vt succedant in stirpes fundatur. num. 4. & contraria soluuntur. num. 14. & seqq. secundum ius commune vt fiat in capita. n. 6. & seqq. Fundatur ex veritate. num. 9. & 13. in toto orbe recepta. numero 11.

Nepos succedens cum patruo venit iure repræsentationis ad portionem patris. num. 8.

Patruus secundum ius commune excludit nepotem à successione patrui. numero 7.

Ius correctum in vno casu, remanet firmum in omni alio. nu. 10.

Accursij opinio, vt successio fiat in stirpes, reijcitur vt fundata à subaudito intellectu. nu. 12.

Neapodani opinio pro lege seruatur in hac ciuitate, & durum est ab eius opinione recedere. num. 5.

Filius subingreditur in locum patris in fideicommissis. nu. 18.

Subingressio de hoc iure consuetudinario est ampliata vltra ius commune. numero 15.

Decisio 24. Præsidis de Franchis ponderatur non habere locum in filijs duorũ fratrum. nu. 16.

Successio semper fit in capita vltra filios duorum fratrum, etiam secundum cõsuetudines. num. 17.

QVÆSTIO XXXVII.

1 

Trigesimoseptimò quæro, qualiter filij duorũ fratrum succedant, an in stirpes, vel in capita, hoc est, vt debeant succedere ex propria persona, vt quot sunt personæ, tot fiant portiones bonorum, & hæc dicitur successio in capita, dum hæreditas diuiditur in partes æquales, vel succedant iure repræsentationis, vt quia subingrediantur in locum eorum patrũ, & eandem habeant portionem, quam quilibet eorum pater haberet, & hæc dicitur successio in stirpes, quoties nempe plures repræsentant personam vnius, & solùm ad portionem personæ repræsentatæ succedunt? Hæc quæstio est admodum controuersa inter Scribentes, & hinc inde adsunt decisiones, prout colligi potest ex discussis per Thesaur. in decisio. 162. per Morot. consi. 1. per Andr. Facchin. lib. 6. controuers. iur. cap. 3. per Farinat. in decisionib. Rotæ Rom. decis. 391. 392. 439. 440. 482. & 501. qui alios penè innumeros pro vtraque parte cumulant, ideò hos solùm citaui.

Perstringendo aliorum dicta, & iuxta morem conclusiuè loquendo, duæ sunt
2 opiniones inter se contrariæ. † Prima est vt fiat successio in capita, & hanc opinionem tenuit Azo. in sua summa. C. de legit. hæredib. quem aliquando secutus fuit Accurs. vt habetur in §. hoc etiam, in verb. superstites, instit. de legit. agnator. success. vbi Syluest. & Oinotom. iddem probant: & eandem sententiam secuti sunt triginta octo alij Doctores, quos probat, & sequitur Thesaur. d. decisio. 162. itaque Thesauro connumerato, sunt hucusque pro hac sententia quadraginta quatuor Doctores, quam sententiam probant etiam Morot. & Facchin. in locis cit. probat etiam Farinat. d. decisio. 391. vbi sic refert decisum de anno 1592. die 1. Aprilis, probat etiam d. decis. 392. vbi sic refert etiã decisum in anno 1602. die 2. Iulij: fuit etiam decisum in Sacro Consilio, teste Præside de Franch. decis. 24. itaque sunt hucusque quadraginta octo Doctores, & tres decisiones pro hac opinione, quæ in vtroque foro, nempe Ecclesiastico, & sæculari vr̃ recepta.

3 Contrariam ſententiam, † vt ſucceſſio fiat in ſtirpes defendit Accurt. in authent ceſſante. C. de legit. hęredib. quem ibi ſequuntur Dyn. Bart. Angel. & alij, & vt vnico verbo concludam pro hac ſententia Theſaur. loc. cit. nu. 3. numerat quinquaginta tres Doctores, & ait, vt à prima ſententia tollendus ſit Bald. tanquam ſibi contrarius, & ſi ei credatur, magis eſt credendum in lectura, vbi tractabat veritatem articuli, quàm in cōſilijs, vbi pro pecunia conſuluit, & pro hac opinion. addimus infraſcriptos alios Doctores, videlicet, Andræam in cap. imperialem. nu. 37. verſ. filij omnes ſuccedunt. de prohib. feud. alien. per Federic. 2. Liparul. ibid. 3. Capyc. deciſ. 208. 4. Neapod. in conſuet. ſed ſi morienti. nu. 276. fol. 154 & propriè ſub nu. 278. verſus fin. ibi (vnde in caſu pręmiſſo teneo opinionem gloſę pro vera) quamuis contra Neapod. videatur deciſio Sacri Conſilij relata per Pręſid. de Franch. d. deciſ. 24. nu. 10. & quòd idem de Franch. tradit deciſ. 149. poſt num. ſecundum in primo argumento pro illis de Quadra. Itaque videtur quàm anceps ſit, & controuerſa hæc quæſtio, & dum aliàs accidit in Sac. Conſ. annis elapſis, fuit cauſa compromiſſa Paulo Staibano meo magiſtro, qui iudicauit, diuiſionem hęreditatis faciendam eſſe in ſtirpem, ſequendo ſecundam ſententiam.

Vt igitur, balbutiendo, meam ſententiam proferam, conſidero duos caſus; Primus eſt ſecundum hoc ius conſuetudinarium, & Secundus, attento iure cōmuni. † In primo caſu veriorem exiſtimo ſecundam ſententiam, vt ſucceſſio fiat in ſtirpes; quia ſi attendimus ſententiam Neapod. Reg. de Pont. & aliorum, quos retuli quęſtione pręced. nu. 9. nempe vt ſecundum has conſuetudines in linea tranſuerſali detur ſubingreſſio vſq; in infinitū, res caret difficultate, vt ſuccedant in ſtirpes, cum ſemper veniant iure repreſentationis, & ſucceſſiuè ad portionem patris admittentur; Si verò teneamus opinionem Pręſidis de Franch. fundatam in locis Neapod. ibid. relatā. nu. 11. vt ſubingreſſio in linea collaterali non habeat locum ſecundum conſuetudines vltra filios fratrum conſobrinorum, etiam hæc deciſio eſt in beneficium ſecundæ ſententiæ, vt ſemper ſucceſſio in filijs fratrum fiat in ſtirpes; vel

4

eſt dubia, & tunc ſtandū eſt declarationi
5 ipſius Neapodani, † cuius authoritas ſeruatur pro lege; & durum eſt ab eius opinione recedere in hac Ciuitate, vt teſtatur idem Præſ. de Franch. deciſ. 666. nu. 3. in 4. par. & alibi etiam replicatum eſt, & ad ſummum negari nequit, vt in materia ſubingreſſionis in linea tranſuerſali conſuetudines receſſerint a iure communi, hoc enim ferè omnes tradunt, & ſi receſſio non eſt in hoc caſu, de quo minor eſt dubitatio, in nullo alio caſu eſſe poteſt, & conſequenter opinio iſta, attenta diſpoſitione iſtarum conſuetudinum, vt dictum eſt, veriſſima eſſe videtur.

6 In ſecundo caſu, † nempe; attenta diſpoſitione iuris cōmunis, veriorem exiſtimo primam ſententiam, nempe ſucceſſionem fieri in capita, quod optimis rationibus inter cæteros probant Theſ. Morot. Facch. & Farinat. in locis citatis,
7 & præcipuè, † quia de hoc iure ſancitum extat, vt patrui excluderent nepotes à ſucceſſione tanquam in remotiori gradu exiſtentes, vt habetur in l. 1. in fin. ff. ſi pars hæred. pet. l. penul. §. illud proculdubio. C. de legit. hæred. & alibi: ius poſtea nouiſſimum, & ſic Iuſtinianus pro-
8 pter æquitatem ſanciuit, † vt nepotes quando cum proprijs vocabantur cijs, ſuccederent per beneficium repræſentationis, vt perſonam patris repræſentarent, & in eius locum, & gradum ſubingrederētur, & illius tantum portionem haberēt, ſic habetur in §. ſed & ipſis, cum ſeqq. Auth. de hæredib. ab inteſt. venien. ſic etiam in auth. vt fratrum filij, & alibi. Cum igitur ex æquitate potius, quàm ex interpretatione iuris, Iuſtinianus ſanciuit, vt quando nepotes vocabantur cum patruo, & ad hæreditatem patrui ſuccederent per repræſentationem, nec expreſsè determinauit, vt taliter ſuccederent, quando ſolum filij duorum fratrum, vocantur ad ſucceſſionem patrui ſine alio patruo, vtique hoc reliquit in diſpoſitione iuris communis antiqui, vt ſuccederent ex propria perſona, & conſequenter ſucceſſio fieret in
9 capita, non autem in ſtirpes, † cùm potius tunc ſit æquitas in cōtrarium, nempè vt nepotes, in æquali gradu exiſtentes, æquales habeant portiones non autem diuerſas: tantò magis, quia ius commune quantò minus fieri poteſt corrigi debet, vt etiam in materia ſubingreſſionis

nis dictum est supra in quæstione præ-
10 ced. num. 11. † Et dum in vno casu corrigitur, in alio remanet firma eius dispositio iuxta text. in l. sancimus. C. de pœn. & in l. præcipimus. C. de appellat. cum vulg. alijs.

Eò magis hanc sententiam amplector,
11 † quia recepta fuit quasi in omnibus partibus Orbis, & in Hispania dicitur adesse lex thauri, quam refert Cuiat. lib. 2. feud. titul. 11. in Germania de anno 1529. iddem sanciuit inuictissimus Imperator Carolus Quintus. In Gallia fuit etiam hoc iddem iudicatum, vt testatur Farinat. d. decis. 391. sub num. 2. §. & cum secũdum hãc opinionem, & Romæ plures fuit etiam decisum, vt iddem Farinat. affirmat. Sic etiam in Senat. Pedemont. teste Thesaur. d. deci. 162 Sic etiã in hoc Sacro Conf. annis elapsis, Credo tamen secundum ius regni, & secũdum ius commune hoc iudicasse, cùm secundum consuetudines aliter sit introductum circa repræsentationem, vt dictum est num. 5.

Insuper istorum opinio confirmatur,
12 † quia opinio Accursij, & sectatorum, eius non fundatur in expressa determinatione iuris, sed per subauditum intellectum; dicunt enim, quòd sicut filij fratrum, quando cum proprijs vocantur eis, succedunt in stirpes, & non in capita, ita etiam dum soli vocantur: nam responderẽt Authores primæ sententiæ, consequentiam non esse firmam, quia in primo casu Iustinianus hoc expresse induxit contra dispositionem Iuris. ff. & C. & dum in secundo casu hoc non egit, illum remisit sub dicta dispositione, nem-
13 pè, vt ius antiquum seruaretur, † etiam quia in primo casu est æquitas repræsentationis, vt nepotes dum priuati sunt persona patris, non priuentur portione, quam eorum pater haberet, si viueret, & sic afflictis alia afflictio non adderetur, iuxta tex. in l. iure succursum. ff. de iur. dot. Sed in secundo casu ratio ista cessat, cum omnes veniant ex propria persona; Omitto alias solutiones põderationum; quæ fiunt ex tex. in §. si verò neque fratres. Authen. de hæredita. quæ ab intest. defer. nam illas tradit Facchin. loco cit. ad quem me remitto; sufficit enim hæc pauca attigisse, vt videar degustasse articulum.

14 Nec obstat, si dicatur, retorquendo argumenta etiam in materia consuetudinum, nempe si hoc procedit de iure cõi, ergo procedet etiam secundum has consuetudines, quia dum ipsæ consuetudines expresse non introduxerunt contrarium, vtique censentur remisisse articulum istum ad dispositionem iuris communis, secundum quod, vt firmatum est, fit successio in capita, non autem in stirpes, dum ipsæ consuetudines in casu dubio recipiunt interpretationem à iure communi, vt multoties dictum est: & tantò magis, quia Sacrum Consilium hanc interpretationem secutum fuit iudicando, successionem fieri in capita, nõ autem in stirpes, vt patet ex dicta decis. in causa Lemborum, relata per Præsid. de Franch. d. decis. 24. nu. 10. de qua meminimus supra nu. 3.

Siquidem respondetur esse diuersam
15 rationem, † quia consuetudines expressè, saltem ex communi interpretatione prudentum voluerunt fieri subingressionem vltra ius commune, & in particulari in hoc casu, vt dictum est supra nu. 4. & 5. & dum voluerunt talem subingressionem dare vltra primum gradum, hoc fuit in arbitrio Ciuium introducere formam, & modum circa successionem: quę ratio cessat de iure communi. Imò si attenta dispositione iuris communis, vera est opinio, & maiori numero doctorum fulcita, vt in hoc casu fiat successio in stirpes, vt patet ex dictis num 3. cur non debemus sententiam istam tueri in materia istarum consuetudinum, dum vltra ius commune subingressionem introduxerunt in linea transuersali?

16 Decisio Sacri Consilij non vrget, non enim fuit in hoc casu, sed in filijs fratrum consobrinorum, & sic in vlteriori gradu; & nihilominus Magna Curia etiam in hoc casu iudicauit fieri successionem in stirpes, vt refert Præs. de Franch. d. decis. 24. nu. 9. Sed quando sunt filij duorũ fratrum ipsemet Præs. ibid. nu. 11. §. nec huic conclusioni tenet, vt in filijs duorũ fratrum detur successio in stirpes, quando succedunt patruo, & hoc iddem admittere videtur dict. decis. 149. in princ.

17 † In alijs enim extra filios concedo, non habere locum subingressionem, nisi quãdo succeditur cum patruo, prout dixi supra quæst. præced. num. 4. 9. & seqq. & in his terminis iudico veram esse Neapodani opinionem, quod dixerim, salua pace

pace, & iudicio melius sentientis.

18 Illud postremò notandum est, † quòd dum subingressio locum habet etiam in fideicommissis, vt dictum est supra quęst. præced. nu. 7. & 8. & locum habet, si appareat de voluntate testatoris, tunc coniecturis vtendum est; & si testator filios vnius ad certam portionem vocasset, tūc fit successio in stirpes, non autem in capita, quia voluntas testatoris attenditur, & ita fuit pluries decisum in Rot. Rom. vt testatur Farinat. decis. 426. nu. 1. decis. 439. 440. 482. cum seqq. & etiam decisio. 501. Sed si hoc non appareat, tunc fieret successio, attenta dispositione iuris communis, & de hoc dubitari nequit. Et hæc sint pro determinatione huius quæstionis.

SVMMARIVM.



Frater vtrinque coniunctus non excludit auum paternum à successione. nu. 1. & 9.

Authen. defuncto. C. ad Tertull. Num sit correcta per has consuetudines? nu. 2.

Feudatarius fructus percipit à feudo, vt commoditatem habeat seruiendi domino. nu. 7.

Prohibita acquisitione vsusfructus, etiā acquisitio commoditatis fructuum censetur prohibita. nu. 8.

Auus succedens cum nepotibus, vel pater cum filijs, non habet vsumfructum in portionibus nepotum, vel filiorum. numero 3.

Pater, & mater, auus, & auia an excludant filios fratrum vtrinque coniunctorum à successione. nu. 10. & 11.

Pater an habeat vsumfructum in feudo concesso eius filio per Regem. num. 4. *Quid in feudo habito ex successione.* num. 5. *Num saltem habeat commoditatem fructuum.* nu. 6.

QVÆSTIO XXXVIII.

1 

Rigesimooctauò quæro, † an frater vtrinque coniunctus excludat auum paternum, vel auiam maternam à successione, vel æqualiter succedant? Respondeo succedere æqualiter, sic determinat Neapod. in consuet. si quis, vel si qua (cuius materiam ingressi sumus) nu. 130. fol. 114. & num. 154. fol. 118. quem omnes sequuntur ea ratione, quia de iure communi sancitum extat, vt æqualiter succederent, vt habetur in Auth. defuncto. C. ad Tertull. Igitur hoc iddem dicendum erit, attenta dispositio-

2 ne istarum consuetudinum; † nam illa Auth. non est correcta per has consuetudines, vt docet Neapod. loco cit. & etiā in consuet. & si testator, in verb. proximiores, & etiam in consuetud. filiusfam. glo. fin. in princ & in fi. nisi tamen matrimonium contractum fuisset alla Noua manera, tunc enim per renunciationem essent exclusi, vt probauit Naucler. in suis addition. fol. 9. in fin. probauit etiam eius discipulus Præs. de Franch. decisio. 543. & 651. tenet etiam Pisanell. in dict. consuet. & si testator, in verb. prout. fol. 183. in apost. incip. Nota, quòd non corrigitur. Authen. defuncto, vbi se ipsum alibi citat, & varia etiam Neapodani loca. Et ratio est, quam retuli quæst. præced. nu. 14. quia nunquam ius commune correctum præsumitur, nisi expresse fieret correctio.

3 Illud solùm notandū est, † quòd auus, & auia dum simul cum nepotibus succedunt, non habent vsumfructum in portione nepotum, quia ius vocat nepotes ad illas portiones, vti ad proprium patrimonium, & de hoc non est controuersia, cum etiā in fortiori casu hoc determinatum sit, quando pater, vel mater simul cū filijs ad successionem admittuntur ex tex. in Auth. hæreditas. C. de bonis quæ liber. vt dixi supra par. 3. q. 22. nu. 16. vbi inter alios ad hoc propositū citaui Præs. de Franch. decisio. 633. & 651. & decisio. 573. & Morot. consi. 18. nam ius in hoc casu resistere præsumitur, vt parentibus nullo modo acquiratur vsusfructus, cum tales portiones sint proprium patrimonium filiorum, sicut etiam dicimus,

4 † quòd si Rex concederet filiofam. feudum, pater nullo modo haberet vsumfructum in illo feudo, iuxta text. in l. cum multa. C. de bon. quæ liber. cum alijs cumulatis per Marchionem de Ponte in suo opere feudali lect. 7. vbi nu. 15. in fin. dicit, neminem ab hac opinione dissentire: & dum Andr. in c. 1. num. 13. de alienat. feud. pater. contrarium senserit, conantur Afflict. & alij illum reducere ad concordiam, quam nullo modo admittit

præ-

prænarratus Marchio, ad quem me remitto: imò plus dicit nu. 42. & seqq. † vt
5 hoc etiam procedat in feudo materno, quod filius habuit per successionem, vt in eo pater nullo modo vsumfructum habeat ex doctrina eiusdem Andreæ in in pluribus locis, & præcipuè in Constit. in aliquibus, in vers. si vero minores. &
6 quamuis multi tenuerint, † vt pater adminus haberet commoditatem vtendi, & fruendi fructibus feudi, ex glo. in Authen. iddem est. C. de bon. quæ liber. ex Bald. Iaf. Boer. & alijs, quos videtur probare Præf. de Franch. decis. 10. ipse tamen Reg. de Ponte loco cit. nu. 62. &
7 seqq. firmauit contrarium, † quia feudatarius ex fructibus feudi habet commoditatem seruiendi Domino, & cùm ius feudale hoc mandet, intelligitur etiam mandare, vt ex omni causa feudatarius habeat fructus feudi, vt commoditatem habeat seruiendi Domino, quam commoditatem non haberet, si pater haberet commoditatē fructuum, & per hoc lex esset imposita verbis, non autem rebus,
8 & consequēter est regula generalis, † vt quoties est prohibita fructus acquisitio, est etiam prohibita acquisitio commoditatis fructuum, tanquam contra voluntatem disponentium, vt eiusdem Marchionis verbis, non solùm authoritate vtar, qui ibid. num. 63. post Suarez. Gregor. Lop. & Molin. hoc probat ex tex. in Authen. excipitur. C. de bon. quæ liber. & eatenus est verum, vt vsumfructum non habeant; quòd si pater transierit ad secunda vota, quo casu amittit proprietatem portionis habitæ ex successione prædefuncti filij primi matrimonij, vt dixi supra par. 3. quæst. 22. non recuperat vsumfructum ex portione peruenta ad alios filios, quia illa proprietate culpa sua priuatus est; prout latius firmauit Aretin. consil. 72. & post eum Socin. & alios Præf. de Franch. decisio. 573. vbi sic refert decisum per Sacrum Consilium de anno 1556. die 12. Ianuarij.

Redeundo ad quæstionem nostram,
9 † dum tex. in d. Authen. defuncto. non est correctus, tunc decedenti ab intestato sine liberis, relictis ascendentibus, & transuersalibus, succedunt æqualiter ascendentes, nempè pater, & mater, auus, & auia, & transuersales, vt scripsit glo. in d. Authen. defuncto, in verb. proximi, & habetur etiam §. si igitur defunctus, descendentes. Auth. de hæredib. ab intest. venien. & vtrobique DD. & hoc post alios sequitur Oinotom. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. in tit. de successf. ascenden. concl. 3. nu. 25. & seqq.

Quæ quidem opinio eatenus vera est,
10 † vt pater, & mater, auus, & auia excludant filios fratrum vtrinque coniunctorum, & tantùm parentes ipsi succedunt, vt habetur in d. Authē. defuncto, & in d. §. si igitur defunctus descendentes. ibi (Aut alij parentes omnibus ex latere coniunctis præferuntur, exceptis solis fratribus ex vtroque parente) & iddem habetur in Authē. vt fratrum filij, in princ. ibi (Hoc verò sancimus de illis filijs fratris, quorum pater ex vtroque parente iungebatur.) Et hanc sententiam post Nicol. de Vbald. Angel. & alios defendit Oinotom. loco cit. nu. 31.

11 Nec obstat, † quòd proximior in gradu excludit remotiorem, & consequenter dum fratres sunt in secundo gradu, in linea transuersali, & ex beneficio iuris vocantur simul cum patre, & matre; & auus, & auia sunt in quarto gradu in linea ascendenti, ergo excludi debent à fratribus, qui sunt proximiores in gradu; nam respondetur dupliciter. Primò, quia dum auus, & auia sunt in linea ascendenti, in qua de omni iure habet locum. subingressio vsque in infinitum, vt patet ex dictis supra quæst. 36. vtique ex iure repræsentationis sunt in quarto gradu, quia subingrediuntur in locum, & gradum patris. Secundò quia de iure sancitum est, vt ascendentes vocentur ad successionem transuersalium, cum quibus ascēdentibus ius Authenticorum vocauit fratres vtrinque coniunctos tantùm, & consequenter alios exclusit, cùm exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis; quæ omnia latius prosequitur Oinotom. loco cit. num 25. cum pluribus seqq. Sed hæc sunt satis pro hac quæstione.

SVMMARIVM.

Frater vtrinque coniunctus, attentā dispositione Iuris cōmunis excludit fratrem consanguineum a successione fratris vtrinque coniuncti, nu. 1. Quid, stante statuto, vt decedenti ab intestato, succedat proximior? nu. 2.

Quid

Quid fecundum has confuetudines? nu.3.Quid in fucceffione nepotum.numero 9.
Ius commune duo pofcit ad fucceffionē, videlicet proximitatem in gradu, & vinculum fortioris cōiunctionis; iftæ verò confuetudines proximitatem, & vinculum agnationis, vel cognationis. num.4.
Patre, vel matre exiftente in medio, frater vtrinque coniunctus an excludat fratrem confanguineum à fucceffione vtrinque coniuncti? num.5.
Frater vtrinque coniunctus excludit vterinum, cum quo fuccedit tantùm ad bona materna.nu.7.& 8.
In paragio debito forori fuccedit frater vtrinque coniunctus, & confanguineus.num.6.
Linea continuatur de patre in filium, nō autem è contra.nu.11.& 13.
Mutatione perfonæ non mutatur conditio rei, quando linea eft eadem, fecùs eft, quando linea mutatur, quod explicatur.nu.11.& 13.
Qualiter pater, & mater de bonis habitis ex fucceffione filiorū primi matrimonij difponant.num.14.

QVÆSTIO XXXIX.


Rigefimonono quæro, an frater vtrinque coniunctus concurrat ad fucceffionem cum fratre confanguineo, & patre ad fucceffionem prædefuncti fratris vtrinque coniuncti? Hæc quæftio fecundum terminos iuris communis latiffimè examinatur per Iacob. Menoch. in tracta. de præfumptionib. lib.4. præfumpt. 75. vbi ad plures infert quæftiones in materia fideicommiffi, & aliarum fubftitutionum, quas omitto cùm penes eum videri poffint, & per Neapod.in materia iftarum confuetudinum tractatur in confuet.fi quis, vel fi qua.nu. 225. 241.& alibi, & vtrobique omnes addentes,per Præfid.de Franch.decifio. 92. & 619.& per Confiliar.de Anna confi. 125. præcipuè nu. 29.vol.2.itaque ex relata diftinctione dupliciter quæftio agitari poteft, etiam fecundum confuetudines.

In primo cafu quæftio dupliciter examinari poteft.Primò,fi adeffet pater, vel mater,cum quibus concurrerent ad fucceffionem,& hoc caput difcutitur infra
1 quæft 45.† Secundò, fi nec pater, nec mater adeffent, fed folùm concurrerent vtrinque coniunctus,& confanguineus ad fucceffionem prædefuncti fratris vtrinque coniuncti, & in hoc cafu vtrinque coniunctus excludit confanguineum tanquam coniunctum ex vna parte tantùm. ita ad literam determinauit Imperator,vt habetur in Auth.itaq; C.commun.de fucceffio.in Authen. poft fratres, & Auth. ceffante. C. de legitim. hæredib.& vtrobique omnes,tradit etiā Oinotom.inftit.de hæreditat.quæ ab inteft.deferun.in 2.ordine fucceden.num. 30.Menoch.& alij citati in principio, nō enim in hoc eft aliqua controuerfia, q̄ fo
2 la eft, ftante ftatuto, † vt decedenti ab inteftato fine defcendentibus proximiores fuccedant,& in hoc cafu Menoch.in confi. 187.vol.2.confuluit etiam pro fratre confanguineo, quod pluribus modis comprobat. iddem probant Mandell. confi. 81. vol.1.Surd.decif.159. Francif. Milanēf.in decif.Rotę Siciliæ deci.8.vbi à nu.113.vfque ad nu. 188.pluribus modis hanc fententiam confirmat. Contrarium tamen, & fic pro fratre vtrinque coniuncto defendit Anchar.in c.canonū ftatuta.q. 14. num. 319. extra de conftit. quem fequitur Deci.confi.444.nu.16.& alibi, & poft ipfos Bald.Socin. Tiraquellum,Alex.Ruin.Parif.Cephal. Pancirol. Rimin.Iun.Crauet.& Decian. hanc fententiam defendit Confiliar. de Anna d. confil. 125. nu.31.& inter alios Decian. qui eft in confi.16. vol. 1. pluribus rationibus fententiam iftam comprobat, quāuis loquatur in fucceffione feudi, de qua dicetur quæft.feq Vt tamen inter tot Patres dicam quod fentiam, & fi omnium infipientiffimus, dico, confiderandam effe mentem ftatuti: fi enim vlterius non pcedit, & habeat rationē cōferuationis bonorū in familia, vnde illa bona prouenerunt, veriorem exiftimo fecundam fententiam, vt frater vtrinque coniunctus præferatur, quia in cafu dubio ftatutum recipit interpretationem à iure cōmuni, vt tot vicibus replicatum eft, & dū ius commune in hoc cafu pręfert fratres vtrinque coniunctos tanquam proximiores, fic præfumitur effe mens ftatuti. Si verò ftatutū nō cōfideret cōferuationē bonorum in familia, tūc veriorē iudico primam fententiam, nam procederet tunc

tunc eadem ratio, quæ viget secundum has consuetudines, vt mox dicetur.

3 In materia verò istarum consuetudinum æqualiter succedunt vtrinque coniunctus, & consanguineus, quia per has consuetudines sunt correcta iura communia, vt expressis verbis decidit Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 241. fol. 144. ea ratione, quia per has consuetudines iudicatur in eodem gradu, &
4 æqualiter sunt agnati, † Ius. n. cõe in successione considerauit proximitatem in gradu, & vinculum fortioris coniunctionis, & idcircò vtrinque coniunctum prætulerunt consanguineo, sed istæ consuetudines requirunt quidem proximitatem gradus, non tamen vinculum fortioris coniunctionis; sed vinculum agnationis, & lineæ paternæ, quæ æqualis est inter fratrem vtrinque coniunctum, & consanguineum, vt dicit Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 241. versus fin vers. considerauit proximitatem. fol. 145. vbi Anton. de Alex. & Pisanell. & ita fuit decisum in Sacro Consil. pluries, & præcipuè in anno 1597. die 9. Iulij in causa quorundam de Gambacurte, vt refert Præs. de Franch. d. decisio. 619.
5 † Et licèt Pisanell. loco cit. & quidam alij hoc limitent, quando pater, vel mater esset in medio, vt tunc excludatur cõiunctus ex vno latere tantùm, nihilominus, vt in principio dixi, hoc discutiendũ est infra quæstio. 45. præcipuè num. 26. & seqq.

Imo Sacrum Cõsilium plus iudicauit,
6 vt habetur d. decis. 619. nempè quòd in paragio debito sorori, quod soror transmittit ad hæredes, vt dixi supra quæstio. 15 æqualiter succedunt frater vtrinque coniunctus, & consanguineus, & in hoc proprio casu decisio illa facta fuit, ea ratione, quia illud paragium dicitur processisse, & prouenisse ex bonis paternis, & tanquam ad bona paterna omnes, qui habent pare vinculum agnationis, & lineæ succedunt, quæ paritas est in hoc casu, vt dixi supra nu. 4. Frater enim se habet vt purus minister dotando sororẽ de bonis paternis: nam illa dicitur à patre dotata, vt optimè fundat ibid. num. 9. prædictus de Franch.

7 Limitatur tamen non procedere, † si cum fratre vtrinque coniuncto concurreret frater vterinus, nã in bonis paternis vtrinque coniunctus excludit fratrẽ vterinum, quia ratio considerata num. 4. viget, vt in specie determinauit Neapod. d. num. 241. vbi Capyc. Bucin. Salern. & alij, & de hoc non est controuersia, nam ius hoc consuetudinarium, dum vltra proximitatem gradus considerauit lineam, vnde bona prouenerunt, admittit
8 consanguineum ad bona paterna, † vterinum verò solum admittit cum fratre vtrinque coniuncto ad successionem prædefuncti fratris vtrinque coniuncti ad bona materna, & quæ ex linea materna obuenerunt: tunc enim viget ratio relata d. num. 4. vt expressis verbis determinauit Neapod an. d. nu. 241. vers respondeo, quòd vterinus. Et fuit etiam decisum in Sacro Consilio, vt testatur Præs. de Franch. decis. 99.

Quod autem dixi supra nu. 3. & seqq. de success. vtrinque coniuncti, & consan
9 guinei fratris, † procedit etiam quando tractaretur de successione nepotum, vt quia frater vtrinque cõiunctus mortuus esset cum filijs, relictis etiam fratribus vtrinque coniunctis, & consanguineis: Si enim postea moriantur ab intestato, & sine filijs nepotes ex dicto fratre vtrinque coniuncto, succederent illis nepotibus tam vtrinque coniuncti, quàm etiam consanguinei patrui, & sic in illorum successione haberet locum dispositio consuetudinum. Et ratio est manife-
10 sta; † quoniam eadem est paterna linea, & eadem est agnatio tam quòad fratres vtrinque coniunctos, quàm etiam quòad consanguineos, vt ex dictis patet, & de patre in filium continuatur linea: quo fit,
11 † vt, dum linea est eadem, non mutetur conditio rei per mutationem personæ, & eandem originem bona retineant, vt rectè scripsit Neapod. in d. cõsuet. si q's, vel si qua. num. 242. vbi Pisanell. in addit. incip. Nota, quod si mater, & probant etiam alij infra cumulandi: secus tamen esset, quando linea mutaretur, vt eueniret, si pater, vel mater successissent alicui ex filijs primi matrimonij; tunc enim mutaretur conditio rei, & bona nouam ori-
12 ginem accipiũt, & hoc ea ratione, † quia de filio in patrem nõ continuatur linea, vt rectè probant prædicti Authores; & proinde in hoc casu viget regula, per mutationem personæ mutari conditionem
13 rei: quo fit, † vt non attendatur origo remota filij, vnde bona prædicta peruenerunt: hæc enim mutata reperitur, sed

K attẽ-

attendatur origo proxima patris,vel matris: & ad bona prædicta,si sint materna, succedant filij secundi matrimonij,& sic consanguinei fratres: Si verò sint paterna, succedant fratres vterini, prout plures determinauit Sacrum Consilium,nemine contradicente, teste Afflict. decis. 127. vbi Vrsill. alia concordantia cumulat,& alias decisiones, & Doctorum authoritates quoad hanc illationem refert Præs. de Franch. decis. 25. & decis. 619. præcipuè nu. 10. de qua illatione etiam alibi dictum est.

14 Et quoniam hæc bona non sunt nouiter acquisita per patrem, & matrem ex eius industria, sed illis obuenta sunt ex filiorum successione, & consequenter iudicantur tanquam bona antiqua, vt patet ex dictis supra par. 2. tit. de bonis. q. 11. Ideò de bonis ipsis non possunt inter viuos,vel in vltima voluntate alio modo disponere, nisi seruata forma consuetudinum, inter viuos scilicet, de omnibus, si alienatio careat fraude, vt dixi supra par. 3. q. 1. in vltima verò voluntate de medietate sola,si filijs careant,vt de omnibus bonis antiquis suo loco dictū est; Si tamen filios habeant, tenentur proprietatem dictorum bonorum seruare filijs primi matrimonij,vt dictum est supr. par. 3. q. 22. & alibi.

SVMMARIVM.



Frater vterinus excludit fratrem consanguineū à successione fratris vtrinque coniuncti in bonis peruentis ex linea materna, sic è contra consanguineus vterinum ex bonis lineæ paternæ. num. 1. 2. & 5. Eadem distinctio adhibetur in successione feudorum. num. 6.

Explicatur text. in l. de emancipatis, & text. in l. meminimus. C. de legit. hæred. nu. 3. & 4. Vterini quinam dicantur, & qui consanguinei, traditur sub n. 3.

Vterinus an succedat in feudo antiquo? nu. 6. Quid in feudo nouo? nu. 8. Quid in hoc regno? num. 9.

Frater vtrinque coniunctus minor natu an excludat vterinum, vel consanguineum maiorem natu à feudorum successione. num. 10. & 12. decisio refertur in beneficium vtrinque coniuncti. num. 13.

Cognatio non est cognita de iure communi feudorum, sed ob gratiam concessam huic Regno tantùm, sed qualiter intelligatur, traditur, nu. 11.

QVÆSTIO XL.

1 Quadragesimò quæro, an frater consanguineus pferatur fratri vterino in successione? Respōdeo cum distinctione, aut enim quærimus quoad bona paterna, & quæ ex paterna linea prouenerunt, & tunc consanguineus præfertur, vt patet ex dictis quæst. præced. & præcipuè nu. 4. † Si verò quæramus quoad bona materna, & quæ ex materna linea peruenerunt, & tunc vterinus succedit, excluso consanguineo, vt patet ex ibid. dictis præcipuè nu. 7. & 8. & hanc distinctionem tradidit Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 142. fol. 116. vbi alij, & nouissimè Præs. de Franch. d. decisio. 619. quod etiam est de iure communi, vt mox dicetur; quò verò ad alia bona succedunt æqualiter, quia in pari gradu existunt, & hoc de iure cōmuni etiam procedit, vt probat Bart. in Authen. itaque. C. commun. de success. Ias. & alij, quos probauit Couarru. quem sequitur Cuiat. consult. 23. de quibus nouissimè meminit Andr. Facchin. lib. 6. controuers. iur. cap. 5. & plura tradit Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 75. licèt Facchin. loco cit. contrarium teneat.

2 (marginal number beside "ced.&" line)

3 Probatur præcipuè hæc distinctio ex tex. in l. de emancipatis. C. de legit. hæredib. ex illis verbis [exceptis maternis rebus, in quibus si de eadem matre fratres, vel sorores sint, eos solos vocari oportet] Itaque verba tex. sunt manifesta, Nec ponderatio Facchin loco cit. vrget, vt ille tex. non loquatur de fratre vterino, nam facit vim textui, & est contra textum, qui loquitur de fratribus, & sororibus ex eadem matre descendentibus, qui dicuntur vterini, idest ex eodem vtero nati, sicut consanguinei dicuntur, qui ex eodem sanguine progeniti sunt, vt in l. post consanguineos. ff. de suis, & legitim. glo. in §. 1. vbi omnes. instit. de legit. agnat. success. Neapodan. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 134. vt alios omit-

omittam, & consequenter, si sunt ex eadem matre, iam vterini sunt.

4 Nec obstat, † quatenus Facchin. pro sua sententia ponderet tex. in l. meminimus. C. de legit. hæredib. vbi tex videtur admittere fratres, vterinos, & vterinas sorores ad consanguinitatem, & sic non habeantur loco cognatorum, sed consanguineorum, & si tales sunt, æqualiter admittuntur ad successionem, nulla data distinctione bonorum: nam Respondetur huic tex. intelligi debere secundum alia iura, nempe secundum datam distinctionem, & iuxt. tex. in d. l. de emancipatis, videlicet, vt extra bona, quæ ex linea paterna, vel materna proueniunt, non habeatur ratio cognationis, vel agnationis, & omnes habeantur tanquam consanguinei, & sic æqualiter succedant, etsi tex. ille ponderetur, apertè colligitur responsio, & quatenus apertè non colligeretur non est nouum, vt declarationem accipiat ab alijs legibus, cùm sit vetus axioma, vt vna lex declaretur ab alia. Hæc autem quæ dixi, sunt ad confirmationem opinionis secundum ius commune, quia de hoc iure consuetudinario non est dubitatio, vt patet ex decis. Neapod. & ex decisione Sacri Consilij, & ex alijs Autboribus relatis in princ.

Illud aduertendum est, vt id, quod di-
5 ximus in bonis nouiter quęsitis, † vt succedăt æqualiter vterinus, & consanguineus, procedit secundum ius commune, quia & si adsit dubitatio, an procedat de hoc iure consuetudinario ex verbis Neapod. d. num. 241. fol. 145. ibi [& deficiente illa linea, omnes aliæ æqualiter succedunt, vt ibidem, dummodo sint ex eo, qui id acquisiuit, aliàs non] Nihilominus ibi Neapod. tractabat articulum de iure communi, vt patet ex iuribus, quæ ibid. allegauit: sed cum tractauit articulum secundum hoc ius consuetudinarium, prætulit consanguineum vterino, vt habetur in ead. consuetud. nu. 175. fol. 124. ibi [Item quid in bonis à defuncto quæsitis? respondeo videtur ex hoc signo vniuersali, quòd succedant proximiores ex parte patris.] Et dum arguit hincinde subdit denique hæc verba [corrigitur tamen in hoc casu, quia si defunctus habet fratrem consanguineum, & fratrem vterinum, de iure communi in bonis defuncto quæsitis succedent æqualiter d. Authen. vtique, sed de hoc iure municipali præcedit frater consanguineus tantùm, quia est proximior ex parte patris, vt hic] Quod etiam expressè tradit etiam ibi Ant. de Alex. in addit. incip. Sed quid si patri obuenerunt. vers. & licet Neapodanus hic. Probauit etiam Naucler. in suis addition. fol. 9. à ter. in fi. in Apostill. incip. ibi in bonis omnibus, qui omnes hoc fundăt ex verbis dd. consuetudinum quæ solùm in vno casu vocant vterinū, nempè quando sunt bona materna, vel ex materna linea peruenta, in alijs verò bonis omnibus vocant vtrinque coniunctos, & consanguineos tantùm ad successionem prædefuncti fratris coniuncti ex vtroque parente, vel consanguinei tantùm, vt etiã probauit Pisanel. d. consuet. si quis, vel si qua. sub num. 225. fol. 137. in apost. incip. Vide in consuetudine. vers. si verò superesset.

Eadem distinctio adhibetur in succes-
6 sione feudorum, † si enim esset feudum peruentum ex linea materna, succederet frater vterinus, si verò esset peruentum ex linea paterna, succederet frater consanguineus, vt post glos. in constitu. Regn. vt de successionibus. Afflictum, Loffred. Liparul. Frecc. Cum. Camerar. & alios, scripsit Consiliarius de Anna d.
7 consi. 125. nu. 19. & seqq. † Et licèt olim fuerit maxima controuersia, an vterinus succederet in feudum, & distinctio fie-
8 bat, vt in feudo antiquo succederet. † In feudo verò nouo non succederet, & hoc secundum ius cõmune feudorū, tamen ex communi Peritorum Regni interpretatione fuit introductum, vt consanguineus succederet in feudo materno, vterinus verò in feudo paterno etiā nouo, nisi concessio facta esset pro hæredibus ex corpore, & sic vt frater ex vna linea succederet fratri alterius lineæ, & ita fuit decisum in Sacro Consilio, teste Afflict. decis. 293. latiùs ꝓbauit Loffred. in c. 1. de nat. success. feud. ex doctrina Andr. & aliorum in d. constit. vt de successionibus, post ipsos, Frecc. & alios. Reg. de Pont. in eius opere feudali pluribus in locis, & in specie lect. 12. nu. 23. & in tract. de potest. Proreg. in titu. de success. mulier. §. 1. toto, & præcipuè nu. 6. & seqq.

Prædicta tamen distinctio procedit
9 secundum ius constitutionis Regni, † quia secundum gratias nouissimè concessas huic Ciuitati, & Regno, etiam si inuesti-

tura facta sit pro hæredibus ex corpore, adhuc frater vterinus, & soror vterina succedunt fratri consanguineo in feudo nouo, quod hodie indubitatum est, vt tradidit Anna loco citato, & etiam Reg. de Ponte in d.§.1. de success. mulier. vbi hoc examinat, an fieret gratia loquitur de feudo nouo, procedat, etiam in feudo antiquo ad quem me remitto, cùm non materia istarum consuetudinum.

10 Vnum tamen attingere volo, † quòd si ad successionem feudi concurrant frater vtrinque coniunctus, frater vterinus, & frater consanguineus, & quæstio sit, quis eorum præferri debeat ad successionem dicti feudi, sine dubio vtrinque coniunctus esset præferendus, quamuis esset minor natu, & vterinus, vel consanguineus maior natu, sic respondit Andr. in d. Constit. vt de successionibus, quem ibid. sequitur Afflict. nu. 14. & 18. & post ipsos, Loffred. & alios hanc sententiam defendit Anna d. cons. 125. nu. 25. & seqq. & hoc duplici ratione, primo quia licèt vterinus sit habilitatus ad feudum, habilitatio venit in subsidium, non existentibus successoribus ex linea, vnde feudum prouenit, nempe vtrinque coniuncto, vel consanguineo saltem, Se-

11 cundò, † quia in feudis de iure communi feudorum non erat Cognita aliquo modo cognatio, sed tantummodò agnatio, quæ fuit postea cognita secundum ius constitutionum Regni, & per capitulum concessum huic Ciuitati, & Regno, vt nu. 7. & 8. dictum est, & consequenter habilitatio hęc agnatorum debet intelligi non existentibus illis, qui sine tali habilitatione succederent ad feudū, vt est vtrinque coniunctus, & consanguineus: & faciunt etiam dicta in tota hac quæstione, vt semper vtrinque coniunctus, & consanguineus præferantur vterino in bonis peruentis ex linea paterna.

12 Contrariam tamen sententiam, vt maior natu succedat, defendunt Ioan. Thom. de Marin. in tract. de feud. par. 2. nu. 38. vbi ex pluribus hanc opinionem confirmat, & præcipuè, quia statim, vt natus est, habet aliquo modo ius acquisitum quoad feuda; quæ tunc sunt penes eius agnatos, & cognatos, ad quæ ipse succedere potest; vnde, dum superuenit postea vtrinque coniunctus, vel consanguineus tantum, inueniunt occupatum locum primogenituræ, & consequenter non possunt præiudicium inferre illi, cui erat ius quæsitum ante illorum natiuitatem: & eandem sententiam defendunt Cannet. in cap. si aliquem. in verb. notandum est etiam. nu. 30. in nouis. fol. 291. Antonius de Rosellis in tract. de success. ab intestat. in princ. num. 168. vt legitur. to. 8. tract. par. 1. fol. 367. Menoch. & alij, quos probat Surd. in decis. 239. num. 8. & seqq. citatur ēt pro eadē sētētia Andr. in c. 1. §. his ergo. de gradib. succed. in feud. & in d. cōst. Vt de successionibus. Sic etiā Intrigl. in tract. de feud. cent. 1. q. 40. nu. 18. & q. 49. nu. 176. & seqq. & hanc etiam opinionem vidi defendi per viros peritissimos, & aliquando ita consului quamuis non vidi determinationem ob status mutationem, citaui tamen omnes præ-

13 dictos Authores. † Inueni postea fuisse etiam iudicatum pro prima opinione in causa Loysij de Montefalcone, vt tenet Loffred. in sua paraphras. feud. in tit. de notis feud. quem refert, & sequitur Vrsill. ad Afflict. decis. 38. sub num. 13. Vbi pro hac eadem opinione citat Andr. loco cit. Sic etiam Baldum, citat etiā quendam Franciscum de Vrsillis eius pro auum, qui expressis verbis, ibidem relatis, hoc tenet in beneficium fratris vtrinque coniuncti secundum ius Regni ad exclusionem fratris vterini, & consanguinei, & successiuè patet adesse decisionem particularem factam per eximios viros, vt erant tempore Loffredi, adesse etiam Doctores maximæ authoritatis, & forsitan in maiori numero; possunt enim à quolibet numerari, & ponderari, & ideo prima sententia videtur verior.

SVMMARIVM.



Frater vterinus simul cum patre vocatur ad bona fratris vtrinque coniunctorum, si bona peruenissent illis ex linea paterna. nu. 1. Non procedit de iure communi. nu. 3.

Soror vterina habetur pro fratre, & vt frater succedit. nu. 2. debet habere alimenta à fratre vtrinque coniuncto, vel à consanguineo. nu. 5.

Relictum causa pia censetur relictum pro anima sua. sub nu. 9.

In pupillari substitutione non pupilli, sed testatoris consideratur Affectio. num. 11.

Frater

Frater de iure communi non tenetur dotare sororem vterinam, sed vtrinque coniunctam, vel consanguineam. Nec è contra vterinus vtrinq. coniunctam, vel consanguineam sororem. nu. 4.

Pupillaris expressa, & etiam tacita compendiosa excludit matrem à legitima. nu. 6. Non habet locum, si frater vterinus sit substitutus. nu. 7. Si tamen esset substituta persona coniuncta testatori, excluderetur mater etiam à legitima. nu. 8. sic etiam si ecclesia, vel causa pia esset substituta, & ratio traditur. nu. 9. sic etiam si mater esset inimica testatori, vel testator in actu testamenti ante, vel postea declarauit, vt nihil de bonis suis mater haberet num. 10.

QVÆSTIO XLI.



Vadragesimoprimo quęro, an frater vterinus concurrat ad successionē simul cum parentibus defuncti? Quæstio hæc non disputatione, sed indiget potius distinctione tradita per Neapod. in d. cōsuet. si quis, vel si qua. nu. 132. 154. & melius 225. fol. 137. & vtrobique omnes adden-
1 tes nempè † si bona peruenirent à matre, vel ex linea materna, & tunc frater vterinus simul cum parentibus succedit, & cum fratribus etiam vtrinq. coniunctis, sicut è contra frater consanguineus admitteretur cum prędictis, si bona peruenirent ex linea paterna, ea ratione, quia per has consuetudines habetur ratio distinctionis bonorum ex qua nam linea proueniant, non autem proximitatis gradus, vt latius considerant præfati prudentes. Plus subdit Gasp. de Leo sub d. nu. 225. in Apost. incip. frater vte-
2 rinus, † vt hoc procedat etiam in sorore vterina, quia ipsa frater dicitur ex tex. in l. inter fratres. ff. de pact. & ita fuit decisum in Sac. Cons. teste Afflict. decis. 127. & Præs. de Franch. decis. 25. nu. 2. nempe vt simul cum fratre vterino fuerit admissa ad successionem in bonis maternis, & ex materna linea peruentis, etiam in portione peruenta ad matrem ex successione fratris vtrinque coniuncti, quia illa bona sunt effecta materna, & in matre non continuatur linea, vt ibid. tradit Præs. de Franch. post Pisanell. & alios. Iddem etiam tradit decis. 50. Vbi sic etiā aliàs refert iudicatum, ex clara doctrina Neapod. in locis citatis, & etiam infra nu. 245. fol. 144.

Dixi secundum has consuetudines,
3 † quia de iure communi secus est, nam tunc parentes excluderent vterinum, etiam à portione bonorum maternorum ad defunctum peruenta, prout etiā esset de fratribus vtrinque coniunctis, vt habetur in authent. post fratres. C. de legit. hæredib. in §. si verò cum ascendentibus. auth. de hæredib. ab intest. venien. Neapod. d. num. 225. Præs. de Franch. & alij in locis citatis; nam de iure communi ex beneficio particulari vocātur cum parentibus fratres vtrinq. coniuncti tā-
4 tū, vt dicetur infra quæstione 45. † Imò licèt frater ex dispositione iuris teneatur dotare sororem, non tamen intelligitur de sorore vterina, sed de vtrinque coniuncta, vel consanguinea tantum, iuxta text. in l. cum plures. §. cùm tutor. ff. de administr. tutor. Boer. decis. 129. nu. 8. Præs. de Franch. decis. 26. sub nu. 6. post Iason. Bald. Nouell. Campeg. Coras. & alios Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. nu. 42. & 43. & nouissimè Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 25. & præcipuè. nu. 19. vbi latissimè pro-
5 bat, † vt solùm teneatur dare alimenta sorori vterinæ; nam si illa tenetur præstare sorori naturali tàm ex æquitate canonica, quàm etiam ob honestatem, eò magis tenetur illa præstare sorori vterinæ: sic è contra frater vterinus non tenetur dotare sororem vtrinque coniunctam, vel consanguineam, vt post Neapod. & alios probat Præs. de Frāch. d. decis. 26. nu. 6. & patet ex dictis de fratre consanguineo, & vtrinq. coniuncto respectu sororis vterinæ, nam eadem ratio est quòad omnes, & de hoc non potest dubitari, cùm ratione bonorum patris transeat onus dotandi in filios.
6 Hinc est, † quòd, licèt pupillaris expressa excludat matrem etiam à legitima, & etiam tacita pupillaris compræhensa in compendiosa substitutione, vt post alios probat Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 56. & probant alij infra cumulan-
7 di, præcipuè Surd. decis. 273. † nihilominus non habet locum, quando substitutus esset frater vterinus, quia in isto non consideratur illa testatoris affectio,

vt per

vt per affectionem huiufmodi vterini voluerit excludere matrem pupilli à legitima, vt latius pbat Menoch. d. præfump. 56. num. 16. faciunt dicta per Surd. loco cit. fic etiam per Mantic. lib. 5. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 15. per Borgnin.
8 decif. 30. par. 4. † Nam coniectura effet, fi effet fubftituta perfona valdè cōiuncta teftatori, vt filius, & fic fratres vtrinque coniunctos, vel confanguineos tantum fubftituiffet, nam erga illos præfumitur habere maiorem affectionem, quàm erga vxorem, quæ extranea eft, iuxta text. in l. cùm acutiffimi. C. de fideicom. Bart. in l. 2. nu. 44. ff. de vulg. & pupill. Mantic. vbi fupra nu. 30. & feqq. Surd. d. decifio.
9 273. num. 4. Borgnin. decif. citata. † fic etiam effet, quando caufa pia effet fubftituta, quia tunc teftator præfumitur habuiffe refpectum ad fauorem animæ, quam præferre præfumitur vxori, vt fcribit Abb. confi. 11. lib. 1. Angel. in l. præcibus. nu. 5. vbi Caftrenf. nu. 8. C. de impuber. & alijs fubftitution. poft alios Mantic. vbi fupra num. 34. & feqq. vbi etiam contraria foluit. & vt relictum Ecclefiæ, vel caufæ piæ dicatur relictum pro anima fua in remiffionem fuorum peccatorum, probat tex. in c. Animæ defunctorum. 13. q. 1. & confequenter iftæ perfonæ funt fauorabiliores, & funt caufæ vrgentiores ad exclufionem matris, quàm eft vterinus.
10 Nō omitto dicere, † vt mater ob alias coniecturas excludatur per fubftitutionem pupillarem expreffam, vel tacitam, etiam à legitima pupilli, præcipuè fi effet inimica teftatori, vel fi teftator extra teftamentum declaraffet, vel in ipfo actu teftamenti, vt nec vnus obolus de bonis fuis perueniret ad matrem, vt dixi infra confi. 6. præcipuè nu. 16. 17. & 23. Quæ omnia latius profequūtur Menoch. Borgnin. Mantic. & Surd. in locis cit. & etiā Peregrin. in tracta. de fideicommiff. art. 34. nume. 41. qui omnes tradunt alias caufas, & coniecturas, ob quas mater excluditur etiam à legitima. Nec curan-
11 dum eft, quia mater, † qm̄ in pupillari fubftitutione non pupilli, fed teftatoris confideratur affectio, vt in cap. fi pater, extra de teftam. cum alijs traditis per citatos authores.

SVMMARIVM.



Patruus, tanquam proximior in gradu, an in linea tranfuerfali excludat defcendentes ex alio patruo, vel patruum magnum, & amitam magnam? num. 1.

Amita num tales perfonas excludat? numero 5.

Confobrini funt in triplici fpecie, & qui nam fint, recenfentur. nu. 2.

Subingreffio in linea tranfuerfali non habet locum vltra cafus expreffos per confuetudines. nu. 3.

Cafus omiffus remanet fub difpofitione iuris communis, dum confuetudo non mandat contrarium. nu. 4.

Filius natus ex ea, quæ renunciauit, an fuccedat. nu. 6. remiffiuè.

QVÆSTIO XLII.



1 Vadragefimofecundò quæro, an patruus excludat defcendentes ex alio patruo, hoc eft, fi aliquis moriatur, relictis nepotibus, & relicto patruo, & amita, num patruus, vel amita excludant natos ex alio patruo? Hæc quæftio dupliciter confideratur, vel in filijs duorum fratrum, & fic patet refoluta fupra q. 37. & alibi, vel in fratribus confobrinis, & tunc clarum eft, vt patruus, vel amita illos excludant, prout excludunt patruum magnum, & amitam magnā, quod intelligitur femper, vt tractatur de fuccedendo confobrinis fratribus, vel alijs vlterioris gradus, put apertis verbis determinauit Neapod. in dict. confuetud. fi quis, vel fi qua. fub num. 37. verf. & fic patruus, vel amita, & nu. 140. verf. fed pone. fol. 116. & fecundum doctrinam ipfius Neapod. determinauit Sacrum Confilium, tefte Præf. de Franch. decifio. 157. Exemplum primi dicti eft, deceffit Petrus, relicto Francifco fratre vtrinque coniuncto, & relictis filijs ex alio fratre, fimiliter vtrinque coniuncto, clarum eft, vt patruus eos non excludat, quia illi fubingrediūtur in locum patris, & fimul cum patruo admittuntur, vt loco citato dictum eft. Exemplum fecundi dicti, quod refert Præf. de Franch. d. decifio.

cisio. 157. si hæreditas diuisa fuerit inter fratres, & sorores, & vna ex sororibus procreasset filiam, & frater procreasset filios: moritur demum filia sororis, & reliquit superstites sororē, & filios fratris, tunc sine dubio, quia tractatur de successione in linea collaterali, & sic de succedendo consobrinis fratribus, & in hoc casu, vt referūt præcitati Authores, dum amita est proximior in gradu, & illi sunt fratres consobrini defunctæ, quòd amita eos excludit, prout iam de iure communi illos excluderet. iuxta tex. in l. auunculo. C. commun. de successio. vbi Bart. & alij cōmuniter, Boer. decis. 302. Neapod. & Præs. de Franch. in locis citatis.

Nec obstat, quòd in linea transuersali datur subingressio non solùm in filijs fratrum vtrinque coniunctorum, vt in consuet. sed si morienti, sed etiam in fratribus consobrinis, vt in consuetud. quod
2 autem: † qui quidem consobrini sunt in triplici differentia; nam quidam dicuntur patrueles, qui nati sunt ex duobus fratribus, de quibus dixi supra quæst. 33. quidam sunt amitini, vt sunt natus ex fratre, & natus ex sorore: & quidam sunt propriè consobrini, quasi consorini dicti, vt sunt nati ex duabus sororibus, vt habetur in § quarto gradu. instit. de gradib. Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 146. & seqq. fol. 116. vbi etiam explicat, vt, data distinctione bonorum, illi succedant inter se. Siquidem respondetur ex eodem Neapod. sub num. 137. & ex Præsid. de Franch. loco cita. qui
3 alios cumulat, † vt subingressio non habeat locum, nisi in casibus expressis tantum, præcipuè in linea transuersali, vt etiam dixi supra q. 36. & in specie, vt non detur vltra filios fratrum, qui casus non
4 est in proposito, † & consequenter dum non est casus expressus per consuetudines, remanet sub dispositione iuris communis. iuxta tex. in l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. & consuetudines non extenduntur de casu ad casum, sed habent locum in casu suo tantùm, vt mul toties dictum est, & præcipuè par. 1. cap. 5. in 2. notab.

Confirmatur, quia Sacrum Consilium hoc iudicauit in casu magis dubitabili,
5 † nempe in amita, ad exclusionem fratrū consobrinorum, qui prætendebant tanquam nati ex masculo præferri ob rationem cōseruationis bonorum in familia, & nihilominus per Sacrum Consilium fuerunt exclusi, quia in eis illa ratio non cōsiderabatur, & quia hic casus erat amissus per consuetudines, & vt talis remanebat sub dispositione iuris communis, quo sancitur, vt proximior in gradu excluderet remotiores, vt dictum est, quæ omnia latius videri possunt. dicta decisione 157.

6 Illud autem notandum est, † quòd licèt natus ex filia, quæ renunciauit, non possit succedere ex persona matris, quæ se ipsam exclusit per renunciationem, succederet tamen ex persona propria, si non adesset alter proximior in gradu, sed esset ipse proximior; uel in pari gradu cū alio, ut est in exemplo Neapodani in d. consuet. si quis, uel si qua. num. 138. & seqq. de qua illatione dicam infra in titu. de renunciatione, & præcipuè. q. 4. & 5. an sit hæres nec nè, sit cum beneficio legis, nec nè, ut ibidem dicetur.

SVMMARIVM.

Filius naturalis succedit patri ab intestato morienti in duas vncias, si adsit vxor, & agnati. nu. 1. & 7. Procedit, si pater non haberet filios legitimos, & naturales, tunc enim solùm in vnciam succederet. num. 3. Ratio potest impugnare testamentum patris, vt legitimam habeat. nu. 2. Sed solùm vt consequatur alimenta. nu. 5.

Vt alimenta habeat non actionem, sed officium Iudicis habet. nu. 6.

Pater si non habet filios legitimos, & naturales, nec etiam vxorem, potest omnia bona sua relinquere filio naturali, relicta tantùm legitima ascendētibus. num. 4.

Inter patrem, & filium naturalem seruanda est æqualitas in successione. numero 8.

Statutum vocans filios ad successionem, ex iustis nuptijs procreatos, non autem naturales tantùm vocare præsumitur. num. 17. & verissima ratio traditur. num. 18.

Dos non datur in concubinatu, sed in vero matrimonio tantùm. nu. 20.

Filius naturalis succedit matri, etiam stante prole legitima. num. 9. Stante legitima prole, debet à matre institui, aliàs testamentum annullat. num. 10.

Nam

Num fit vocatus per has consuetudines.nu. 11. 19. & seqq. Num impediat matrem,vt non possit disponere nisi de decima parte dotis? num. 11. refertur decisio affirmatiuè. Contrarium fundatur,vt potius ex æquitate Prætoria, & secundum ius commune succedat ad illam portionem, quam haberet secundum ius commune.nu.16.& 19.& ita præsumitur ex mente sapientum, qui consuetudines introduxerunt.nu. 18.& 21.

Naturales vtuntur armis, & insignibus eorum, ex quorum sanguine descendunt.num. 15. Sed modo diuerso,vt cognoscantur esse naturales.nu.23. Non excluduntur per agnatos, & cognatos secundum has consuetudines à portione tantùm illis debita secundum ius commune.nu.12.& 21.Gaudent priuilegio filiorum in æquitate fundato num.14.Habent ius succedendi inter ipsos tantùm, si sint coniuncti ex parte matris,secus si ex parte patris. Et ratio assignatur.nu.24.& 25.

Filij ex damnato coitu nati nec inter se succedunt.nu.26.

Statutum relatum per Guttier. vt naturales vocentur ad bona de trunco. nu. 13. Est diuersum ab his consuetudinibus, & fundatur nu.22.

QVÆSTIO XLIII.

Quadragesimotertio quæro,an naturalis veniat comprehensus sub dispositione istarum consuetudinum? De hac quęstione tractat Neapod. in consuet.si quis,uel si qua.num. 169. & 177.Sic etiam in consuet.filiusfam.num. 6.& utrobique Scribentes. Præs. de Frãchis decis. 640. & in simili statuto Ioan. Guttier.lib.5.pract.quæst.ciuil. quæstio. 81.& Morot.consi.94.& etiam Surd.locis citandis. Et ut ordinatè procedam, quæstio potest tripliciter examinari. Primò quoad patrem. Secundò quoad matrem. Et Tertiò quoad alios transuersales.

1 les.† In primo casu, & tunc subdistinguitur, aut enim habet uxorem,& agnatos proximiores, qui ex iuris dispositione illi succedunt, & tunc naturalis succedit patri solùm quoad duas uncias,nec in plus succedit, ut habetur in Authẽ.licet.C.de naturalib.liber.Morot.d.consi. 91.Neapod.& Præs. de Franch. in locis

2 citatis.Et hoc est adeò uerum, † quòd si pater in testamento nihil reliquerit ipsi filio naturali, solùm dictas duas uncias, & nihil aliud contra patris uoluntatem petere potest,ut in l.humanitatis.§ in d. Auth.licet.C.de naturalib.liber.

3 Verùm est aduertendum tunc tãtùm naturalem dictas duas vncias ex bonis paternis habere,quando pater non haberet filios legitimos, & naturales, nec extaret vxor;si enim filij, vel vxor extarẽt, solùm consequeretur vnciam ex paterno patrimonio,vt in dictis iuribus habetur, & leges in hoc casu id introduxerũt in honorem,&reuerentiam matrimonij:

4 † si tamen nec filij legitimi,& naturales, nec vxor extarẽt,posset pater omnia bona sua illi relinquere, relicto debito bonorum subsidio parentibus.Sed si noluerit,& naturalem præterijsset, tunc naturalis non habet quærelam inofficiosi contra testamentum paternum. glos.est singularis in l.1.in verb.naturales.ff.de bonorum possess.contr.tab. vbi Bart.num. 1.post Gomet.Paleott.& Capriol. Præs. de Franch.decis.605.nu.10.& d. decisio. 640. nu. 3. & vltra per ipsum cumulatos Morot.d.consi.94.nu.4.Surd.consi.177.

5 vol.2.& consi.355.nu.54.vol.3.† In vno tamen casu naturalis impugnat testamentum paternum, si nempe pater illi non reliquerit alimenta,vt probauit Deci.in l.1.nu.11.C.de bonor.possess.contr.tab. & post alios idem Surd.in tract. de alim. tit.8.priuil.81.nu.4.Imo plus dicit num. 11.vt iste naturalis possit reuocare donationem,alijs factam per patrem vsque ad alimenta, quamuis donatio facta esset ante ipsius natiuitatem,ea ratione,quia alimenta sunt illi debita de iure naturali, & proinde competit ei reuocatio, vt dictũ est supra q. 26. de superuenientia filiorum legitimorum,& naturalium, qui reuocãt donata per patrem vsque ad legitimam. Nam ratio,quæ militat in reuocatione legitimorum,& naturalium vsque ad legitimam,militat etiam respectu naturalis quoad alimenta.

6 Est tamen aduertendum, † quòd licèt naturalis habeat alimẽta in bonis patris ex dispositione tex.in d.Auth. licèt, non tamen,vt ea consequatur, habet actionẽ, sed illa solùm consequitur per officium Iudicis,prout facta plena discussione, affirmat Præs.de Franch.d.decis.605.totã.

Duas

7 † Duas verò vncias, quas naturalis conſequitur de iure communi, lex, & Doctores intelligunt de toto patrimonio patris, vt habetur in d. Authen. licet, vbi omnes, & poſt alios Surd. in dictis conſilijs citatis, & ſic debent intelligi Neapod. & Præſ. de Franch. quia, vt infra dicetur, expreſsè dicunt, vt in naturalibus non vigeant conſuetudines, ſed ſolùm diſpoſitio Iuris communis, vt eſt vulgatum axioma, & pluries repetitum, vt Doctoris dictum intelligatur ſecundum le-
8 gem, & doctrinam, quam allegat. † Quòd autem diximus de ſucceſsione filij naturalis quòad patrem, intelligitur etiam de patre naturali quòad ipſum filium, ad hoc, vt ſit ratio æqualitatis inter ſuccedentes, vt probauit Andr. in c. naturales, ſi de feud. defunct. militis fuer. controuerſ. Probat etiam Neapod. in d. conſuet. filiusfam. ſub num. 6. verſus fin. fol. 186. probat etiam Surd. d. d. tit. 8. de alimẽ. priuil. 81. & titu. 7. q. 10. & eſt tex. in §. ſi vero. verſ. in quibus. Authen. quib. mod. natur. effician. ſui.

9 In ſecundo caſu, † ſi iſte naturalis ſuccedat matri, & tunc veriſſima eſt opinio affirmatiua, vt illi ſuccedat etiam cum legitima prole, vt in l. 1. §. 1. ff. ad Tertull. in l. ſi qua illuſtris, & l. fin. C. ad Orphician. Neapod. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. num. 169. in fi. & alibi, vt per Præſid. de Franch. d. deciſ. 640. nu. 2. Surd. d. priuil. 81. num. 4. & ſeqq. & hoc eatenus eſt
10 verum, † vt, etiam ſtante legitima ſobole, teneatur mater illum hæredem inſtituere, & ſi mater illum prætereat, habet quærelam inoſſicioſi contra teſtamentum matris. ad tex. in l. ſi ſuſpecta. §. 1. ff. de inoffic. teſtam. poſt Cagnol. Paleott. Gomez. & Peregrin. Præſ. de Franch. d. deciſ. 640. nu. 4. & vltra prædictos, Morot. d. cõſi. 94. nu. 4. & ſeqq. Surd. d. priuil. 81. num. 4. & d. conſi. 337. vol. 3. qui plures alios cumulat.

Sola quæſtio fuit in materia iſtarum
11 conſuetudinum, † num ſi mater habeat filium naturalem, ſit prohibita diſponere de bonis ſuis, ac ſi ille eſſet legitimus, & naturalis? Et partem affirmatiuam determinauit Sacrum Conſilium, teſte Præſid. de Franch. d. deciſ. 640. nu. 6. & hoc duplici ratione. Prima eſt, quia reſpectu matris habetur ad inſtar legitimi, & naturalis tam quòad ſucceſsionem ab inteſtato, vt ſuccedat cum filijs legitimis, & naturalibus, quàm etiam ex teſtamento, vt debeat à matre hæres inſtitui, vt dictum eſt, niſi mater eſſet illuſtris. d. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphician. ergo ſicut filij legitimi, & naturales faciunt matrem inteſtabilem quòad nouem partes, eodem mo-
12 do filius naturalis. † Secunda, quia dum conſuetudines vocant agnatos, & cognatos ad ſucceſsionem, non extantibus filijs, agnati tamen, & cognati non excludunt filium naturalem, vt poſt Neapod. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verb. legitimis; ponderat Præſ. de Franch. d. deciſ. 640. ſub num. 5. §. accedat prædictis. itaque naturalis in materia conſuetudinum habetur pro legitima, dum non excluditur ab agnatis, & cognatis, & vocatur ſimul cum filijs legitimis, & naturalibus.

Confirmãtur prædicta ex traditis per Guttier. dict. quæſtio. 81. num. 4. & ſeqq.
13 lib. 5. practic. quæſtio. ciuil. † vbi tradit in ſimili ſtatuto, quòd, deficientibus deſcendẽtibus legitimis à ſtipite, naturales ſuccedunt parenti ad bona truncalia, hoc eſt ad bona, quæ conſeruantur
14 in familia; † quia, quando tractamus de priuilegio, & commodo filiorum, quod in æquitate fundatur, ſine dubio naturales veniũt appellatione filiorum, vt probauit Abb. in c. in præſentia. num. 23. extra de probation. per tex. in l. vlti. C. de confirm. tutor. poſt ipſum. Alex. & alios
15 Guttier. loco cit. nu. 6. † vbi num. 7. plus dicit ex Bald. Caſtr. & alijs cumulatis, & probatis per Molin. lib. 1. de Hiſpan. primogen. c. 4. num. 47. ex Matthien. & alijs, vt naturalis habeatur tanquam conſanguineus de ſanguine, & progenie ſuorum progenitorum, & illorum armis, & inſignibus vtatur, & conſequenter ſi reſpectu patris in ſimili ſtatuto habentur pro legitimis, & naturalibus etiã quòad bona truncalia, eò magis talis haberi debẽt quòad ipſam matrem, & ex his defendi poteſt deciſio Sacri Conſilij.

16 Nihilominus contraria ſententia mihi probatur, quam etiam defendit Præſ. de Franch. d. deciſ. 640. ſub nu. 6. §. & cùm eſſet reclamatum. vſque in fin. Et primò quia naturalis nullo modo comprehenſus eſt in diſpoſitione iſtarum conſuetudinum, ſic probat Neapod. ſi rectè inſpiciatur, in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. nu. 169. fol. 122. vbi dicit, illum eſſe admiſsũ ad ſucceſsionem matris ex æquitate Prętoria,

toria, & iddem habet num. 177. vbi dicit, naturalem succedere patri quòad duas vncias, inspecto iure communi, ergo noo secundum ipsas consuetudines, dum naturales solùm vocant secundum terminos iuris communis, vt rectè arguit Pręſ. de Franch. loco cit. nu. 7. & seqq. & decisio. 720, & tenet hoc expressis verbis Ant. de Alex. sub d. nu. 169. in Apost. incip. Vide in consuetud. ibi. [Si ergo naturales tantùm iure isto non vocantur.]

Secuodò confirmatur, quia in omni statuto debet capi significatio in sua strictissima significatione, & præcipuè, quando statutum recedit à iure communi, vt dixi supra par. 2. in tit. de bonis. quæst. 5.

17 & alibi, & in particulari, † quando statutū vocat filios, regulariter vocat eos, qui ex iustis nuptijs procreati sunt, si verba contrarium ooo exprimaot, vel ratio expressa, vel tacita cootrarium non suadeat. vt ex pluribus probat Paliott. in tract. de not. & spur. cap. 32. quem probat Præſ. de Franch. loco cit. nu. 10. præcipuè ex tex. in l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. fin. ff. de iur. delib. vbi expressè determinatur, vt appellatione filiorum, verè veniant legitimi, & naturales taotum, & consequēter dùm coosuetudines istæ locum sibi vendicant in casu vero, & expresso tantùm, non possunt locum sibi vendicare in casu ficto, cum ex fictione iuris in aliquibus casibus naturalis habeatur loco filij, & non secundum veritatem.

18 Accedit prædictis, † quia potius ratio in cootrarium suadet, vt non compræhendantur, noo enim credendum est, vt voluerint cōpilatores harum consuetudinum, & Antistes huius Ciuitatis, Viri probatissimi, comprehendere naturales in beneficio istarum consuetudinum, postquam oaturales sunt ita exosi per Canones, & proinde, si ratio conseruationis bonorum in familia, & in agnatione fuit ratio istarum consuetudinum, vt multoties replicatum est, nec potest agnatio per naturales coosernari; sine dubio potius facienda est omnis cōiectura, & interpretatio, vt nullo modo comprehendantur: si enim comprehenderentur, meruissent reprehendi à sapiētibus, cur pari priuilegio voluissent honorare legitimos, & naturales filios; & naturales tantùm, & proinde semper in statutis facienda est interpretatio, ne statuentes mererentur à sapientibus reprehendi, vt sæpissimè ad aliud propositum notauimus.

19 Quòdque semper facta sit ista interpretatio, vt solùm naturalis succedat secundum ius commune, non autem secundum has consuetudioes, patet, quia naturales iure isto non admittuntur ad bona proximiorum ex parte patris, & dum admittuntur ad bona matris, fit admissio ex beneficio prætoris, non autem iure isto, vt notat Neapoda. sub d. num. 169. quem ad hoc propositum pōderat Præſ. de Franch. d. decis. 640. nu. 13. & idem Neapod. ibid. num. 177. & alibi quo fit, vt secundum hoc ius nullo modo consideratus sit naturalis, nec inter agnatos, nec inter cognatos, faciuot etiam dicta par. 2. in tit. de personis. q. 10. vbi naturalis etiam legitimatus vix succedit, & in certis tantùm casibus, ergò non legitimatus nullo modo succedit.

20 Vltimo confirmari potest, † quia, dum istæ consuetudines loquuntur de dispositione dotium, dos locum habet in vero matrimooio, quia in concubinatu non potest aliquo modo dos considerari, ex regula tex. in l. 3. ff. de iur. dot. post Neapod. & alios Præſ. de Franch. loco citato paulò ante num. 7. & faciunt plures considerationes, quæ ipse insinuat à d. nu. 7. vsque io fin.

21 Nec obstant contraria, † oaturalis. n. respectu matris habetur pro legitimo, & naturali, non secundum has coosuetudines, sed secundum ius commune, vt dictum est, & iddem procedit respectu proximiorum, nempè quòad illam portionem duarum vnciarum, quas habent secundum ius commuoe, sed quòad alia bona excluduntur per ipsos proximiores, vt patet ex locis Neapod. num. 11. & 12. citatis, & sic resoluta pateot primum, & secundum argumentum.

22 Nec tertio obstat pōderatio Guttier. nám eius statutum diuersum est ab his consuetudinibus, quoniam ipse fatetur d n. 6. §. 3. quia forus, vt illi de trunco nō debeaot esse legitimi, sed sufficit, vt sint de trunco quouis modo, prout sunt naturales, sed istæ consuetudines habent ratiouem oppositam, vt dictum est, cum solum vocent agnatos legitimos, & naturales, & naturales tantum nullo modo consideraueruot, sed quia illos expressè non excluserunt. ideò prudentes in-

interpretati sunt, vt ipsi naturales illam habeant portionem, quam illis dat ius commune, & faciunt discussa infra q. 54.
23 nu. 8. † Illud autem, quod dicitur de armis nec subsistit, nam ipsimet Authores dicunt, naturales ferre arma familiæ, sed ad instar naturalium, nempe cum aliqua barra, quæ incipit à sinistris, & tendit ad dexteram per medium scuti, seu campi armorum, itaque etiam in hoc adest diuersitas, & pinde dum ob aliquas ex his rationibus in causa reclamationis dictæ sententiæ prolatæ per Sacrum Consiliũ partes viderunt difficultatem articuli, litem ipsam per transactionem determinauerunt, vt habetur in dict. decisio. 640. in fine.

24 In tertio verò casu, † si quærimus in linea transuersali, patet ex dictis nu. 19. vt alijs agnatis non succedant ipsi naturales, sed solùm habeant ius succedendi inter ipsos tantùm, vt vnus alteri succedat: cum enim istæ consuetudines nihil de nouo introduxerunt quoàd ipsos naturales, sed solùm voluerunt, vt quoad eos ius commune seruaretur, vt dictum est; de iure communi determinatum extat, vt naturales inter se succedant, dummodò coniuncti sint ex parte matris, vt quia mater vel ex eodem concubinario, siue amasio, vel ex diuersis ipsos filios suscepisset, quia iure cognationis inter se
25 succedunt, † non tamen procedit, si essent ex parte patris coniuncti, vt quia pater ex diuersis concubinis ipsos filios suscepisset, quia tunc esset successio ex iure agnationis, quæ nullo modo inter ipsos locum habet, vt in §. filium. Authe. quib. mod. natur. effician. sui, & omnes authores infra cumulandi hoc tradunt:
26 † sicut etiam non daretur successio inter eos, si nati essent ex damnato coitu, vt in Auth. ex complexu. C. de incœstu nupt. Angel. in §. vulgo quæsitos. nu. 3. & 4. instit. de success. cognator. Ioan. Oinotom. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. in 3. ordine succedendi. num. 43. cum plurib. seqq. quam opinionem verissimam dicit Facchin. lib. 6. controuer. iur. cap. 10. Afflict. decis. 96. Tamen per sententiam regiam fuit contrarium decisum, vt etiam determinauit Sacrum Consilium contra eundem Afflict. vt ipsemet fatetur d. decisio. 90. determinauit etiam hoc iddem in anno 1581. die 13. Ianuarij in causa Ioannis Vincentij Funati, teste Præs. de Franch. decis. 238. nu. 3. vbi sic etiam refert decisum Venetijs ex Peregr. & pro hac opinione, quam dicit communem citat Couarru. Cannet. Peregr. & Guttier. & etiam contrarium tenentes. tenet eãdem sententiã, vt nec inter se succedant, Surd. decisio. 249. vbi latissimè ad saturitatem.

SVMMARIVM.

Consuetudines non habent locum, patre, vel matre existente in medio. nu. 1.
Consuetudines, recedentes à iure communi, vendicant sibi locum in casu expresso tantùm, & ad alios non porriguntur. num. 2.
Filius, & si principaliter generetur ex sanguine patris, mater tamen etiam ad generationem ipsius concurrit. num. 3.
Mater actiuè concurrit ad generationem filij, & ratione aperitur etiam ex Diui Thomæ sententia. nu. 4.
Pater, & mater, vt ex diuina ordinatione æqualiter concurrunt ad generationem filij, ita etiam ad illius successionem concurrere debent. nu. 5.
Pater succedit filio ratione pietatis, & miserationis, & ob honorem sanguinis debetur illi hæreditas filij, & è contra. nu. 6. 7. & 12. Fundatur etiam in iure naturali. nu. 8. & in solatium paternæ tristitiæ. nu. 9.
Pietas quoàd omnes dicitur generalis, & potius officium nuncupatur: sed inter patrem, & filium est gemina pietas, & quænam sit, recensetur. nu. 7.
Legitima, debita parentibus, naturale debitum nuncupatur, sub num. 8.
Statutum, excludens patrem à successione filij, non valet, & rationibus fundatur. nu. 10.
In successionibus æqualitas seruanda est, ne vulnus intestinum inter inæqualiter succedentes detegatur. nu. 11.
Consuetudo vocans proximiores ad successionem alicuius, qualiter intelligatur. nu. 13. & sub nu. 14.
Proximus quisnam dicatur. nu. 14.
Proximiorum appellatione venit frater. num. 15.

QVÆSTIO XLIIII.



1 Vadragesimoquarto q̃ro, † an istæ consuetudines locum habeant, patre, vel matre existēte in medio? Respōdeo negatiuè ex communi omnium peritorum sententia, ita Neapod. in consuet. si quis, vel si qua. nu. 132. & nu. 180. & seqq. & alibi pluries, vt per Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 38. nu. 2. Anna in consi. 2. nu. 1. & consi. 119. nu. 3. vol. 2. Mi. ad. decis. 38. nu. 1. Reg. de Ponte consi. 61. nu. 62. & seqq. Naucler. in suis addit. fol. 13. in verb. proximiores, & in verb. si nolit Frecc. Gaspar de Leo, Præs. de Franch. & alij ad Neapod. sub d. nu. 132. fol. 114. Salern. in consuet. & si testator. nu. 34. fol. 182. in apost. incip. Si consuetudo habet locum. Reuerter. in suo discursu posito post has consuetudines. fol. 394. Præs. de Franch. decis. 486. 606. nu. 4. & seqq. & alibi passim, adeò vt sit axioma commune in ore omnium.

2 Mouentur omnes ea præcipuè ratione, † quia consuetudo est stricti iuris, & habet locum in casu proprio tantum, & ad alios casus non expressos nequit extendi, vt sæpissimè replicatum est, & præcipuè est dictum, vt casus, expressè non determinatus per consuetudines, remaneat sub dispositione iuris communis, sed consuetudines non loquuntur in specie de patre, & matre, ergo remanet hic casus sub dispositione iuris communis; quo sancitur, vt, nulla habita distinctione bonorum, vnde peruenerunt, succedant filijs, & filiabus, iux. tex. in auth. defuncto. C. ad Tertull. quæ Authentica, vt sæpe dictum est, per has consuetudines non est correcta.

3 Additur etiam alia ratio, vt æqualiter pater, & mater succedant, † quia, licèt generatio fiat præcipuè à patre, ex cuius sanguine, in vterum matris immisso, formatur fœtus, vt in §. communicabat, & etiam in principio tituli; Authen. de consanguin. & vterin. fratrib. tamen etiam ipsa mater ad generationem concurrit, 4 † cuius concursus non solum est passiuè per receptionem seminis, de hoc enim nullus, nec etiam philosophi dubitarūt, sed etiam concurrit actiuè, quia per receptionem sanguinis viri, commiscetur sanguis mulieris, & ex illa commistione sanguinum, & seminum fit generatio, vt in l. hac parte. ff. vnde cognat. l. negat lex Regia. ff. de mort. infern. l. Diuus. ff. de var. & extraordin. crimin. & hanc legistarum sentētiam probat Diuus Thom. 3. par. q. 31. art. 5. ad 5. q. 35. art. 3. ad 3. & alibi, & expositores 8. Metaphys. tex. 8. & latius Conibricens. lib. 1. de generat. cap. 4. q. 27. vt alios omittam, & conse-
5 quenter † cum masculus, & fœmina ex ordinatione diuina operentur ad esse, seu generationem filij, ac ad illius propagationem, ita vterque ipsorum in bonis filij æqualiter succedere debet, vt probat tex. in §. neque illo. Authen. de trient. & semiss. cum alijs cumulatis per Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 132. nu. 180. cum seqq.

6 Secundò confirmatur, † quia, vt pater succedat filijs, ratio pietatis, & miserationis suadet, vt habetur in l. scripto. §. si. ff. vnd. liber. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. cum vulg. alijs: quæ quidē pietatis ratio maxima est inter patrem,
7 & filium, † licèt enim inter omnes homines detur pietas, & exerceri debeat; illa tamen dicitur pietas generalis, & potius officium nuncupatur, sed illa, quæ datur inter patrem, & filium est pietas specialis, & dicitur gemina pietas, iuxta tex. in l. 3. §. si cum hominem, vbi glo. in verb. gemina. ff. de liber. homin. exhiben. Nam, ut explicat Tullius hæc pietas introducta est ex sanguinis, & ex patriæ coniunctione, & consequenter dum pater filio, & è contra tam sanguine, quàm patria sit coniunctus, sequitur inter vtrunque maximam adesse pietatem, cuius ratione hæreditas vnius defertur alteri, & si contrarium quis diceret; ageret contra honorem sanguinis, secundum quem filij hæreditas defertur patri; & patris hæreditas defertur filio, ad tex. in l. 1. § largius ff. de successor. edict. & habetur etiam in d. l. nam etsi parentibus. Est etiam alia ra-
8 tio, † quia talis successio fundata est in iure naturali, quia legitima, debita parentibus, naturale debitum nuncupatur, ad tex. in §. 1. vers. obseruando. Authen. de
9 trien. & semiss. † Sic etiam hoc ei conceditur in solatium paternæ tristitiæ, cui deferendum est, ne filio, & bonis eius priuaretur, prout habetur in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul. & hoc eatenus est
10 verum, † quòd si adesset statutum, vel con-

consuetudo, priuās patrem, vel matrem successione filiorum, nullo modo valeret, vt scripsit Andr. in c. 1. num. 6. de natur. success. feud. probant etiam Luc. de Pen. in l. 1. C. de impon. lucra. descript. lib. 10. Naucler. in suis addition. fol. 10. in verb. adde quod non valet statutum, nec consuetudo: & ratio est manifesta, esset. n. statutum iniquum cōtra pietatē, contra honorem sanguinis, contra solatium paternæ tristitiæ, & contra naturale debitum, ob quæ omnia debetur patri hæreditas filij, vt dictum est.

11 Postremò confirmatur, † quia in successionibus æqualitas seruanda est, qm̄ vulnus intestinum detegitur inter inæqualiter succedentes, vt scripsit Imperator in l. lege duodecim tabularum, & l. meminisse. C. de legit. hæredib. vnde dū filij succedunt parentibus in omnibus bonis vndecunque prouenientibus, eodem modo è cōtra fieri debet in beneficium parentum; nam licèt ex verbis con

12 suetudinis hoc colligi non posset, † sufficeret tamen, vt colligeretur ratione pietatis, & miserationis, ex qua ad ipsos filiorum bona pertinent. iuxta tex. notab. & singularem in l. vxotem. §. codicillis. ff. de legat. 3. ibi [Ad patrem naturalem eos pietatis intuitu pertinere]

13 Nec obstat, quòd consuetudo videtur contraria, dum vocat proximiores ex parte patris, quando ex eius linea prouenīunt bona, & proximiores ex parte matris, quando ex illius linea bona proueniunt, nam hoc intelligitur non simpliciter, sed si pater, & mater non adsint in

14 medio; † nam proximus à filio, vel ex filio intelligitur post filium, vt in l. eum quidam. §. 1. ff. de acquiren. hæred. & in l. mulier. ff. de capt. & postlim. reuers. Igitur eodem modo proximior ex parte patris, vel matris intelligitur post patrem, & matrem, hoc est, si illi non existant in medio, nam si existunt, ipsi vocari debēt, cùm filiorum hæreditas ex omni iure illis debeatur, etiam quia, si statutum, vel consuetudo, quæ patrem, & matrem excluderet à successione liberorum, non valeret ex dictis nu. 10. eò minus præsumendum est, vt prudentes, hoc est, illi duodecim viri cum Antistite huius Ciuitatis, voluerint in dubio hoc introducere, vt proximiores ex parte patris ipsum excluderēt, & proximiores ex parte matris illam reijcerent à filiorum successione, cum hoc sit cōtra pietatē, & honorē parentum, quibus in dubio omnes præsumuntur deferre, & præcipuè viri ecclesiastici, vt erat Antistes ille.

15 Nec obstat secundò, quod appellatione proximiorum venit frater, vt in l. quamuis adultera. C. de adulter. cum ergo proximior vocatur, frater ipse vocatus præsumitur, eò magis eum pater succedat filio ordine turbato, iuxta tex. in l. scripto. ff. vnd. liber. & l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testam. Ergo frater, exclusis parentibus, succedere debet, Si quidem neganda est consequentia, nam frater est proximior, quia in linea transuersali est prior in gradu cęteris alijs, sed ipse est in tertio ordine succedendi, parentes verò sunt in secundo, & ex hoc deberent excludi a successione fratris per parentes, quamuis ex æquitate simul cum parentibus succedat, vt suo loco di-

16 ctum est, & sic patet, † quòd, licèt sit ordo turbatus, vt pater succedat filio, non est, vt illi non debeatur hæreditas filij, debetur enim ei omni iure, vt superius fundatum est; sed euenit ex eo, quia secūdum ordinem naturæ, & secundum cursum naturalem vitæ, parentes solent præcedere, hoc est, mori ante filios, & dum filij præcedunt, est ordo turbatus quòad mortem, & etiam quòad successionem in hoc sensu, non tamen, vt non debeatur parentibus liberorum hæreditas.

17 Secundò respondetur, † quòd, licèt frater sit proximior, vocatur tamen post patrem, & matrem, vt num. 14. dictum est, & consequenter eatenus primo loco vocatur per consuetudines ad successionem prædefuncti fratris, quatenus pater, vel mater non adesset in medio: quæ omnia magis patebunt ex dicendis infra quæstione sequen. & ex dicendis quæstione 46. vbi explicabitur qualiter intelligatur hoc axioma, vt, patre, vel matre existente in medio, non habeant locum consuetudines; hæc enim pauca volui adnotare ad confirmationem huius quæstionis; nam plura alia colligi possunt ex Authoribus relatis nume. 1. & præcipuè ex Neapodan. in locis ibid. citatis.

SVM-

SVMMARIVM.



CIPIO Rouitus Reg. Consiliarius laudatur. num. 1. & eius rationes ponderatæ in beneficium auiæ nõ fuerunt consideratæ per Reuerterium. num. 2.

Axioma commune, vt, patre, vel matre existente in medio, non habeat locum consuetudo, vnde sumpsit initium. numero 3.

Rationes, quæ vrgent, vt, patre, vel matre existente in medio, cesset consuetudo, locum sibi vendicant etiam respectu aliorum ascendentium. nu. 4. & 5. Fundatur etiam ex Neapod. doctrina nu. 8. & 10.

Iura naturalia nec consuetudo, nec statutum, nec Princeps tollere possunt. numero 5.

Præteritio ascendentium (demptis patre, & matre) habetur pro exhæredatione. num. 6.

Ordo succedendi triplex est, & quisnam ille sit, recensetur. nu. 7. & 57. Qualiter autem quilibet ordo succedat, refertur. nu. 60.

Linea ascendens tam secundum ius commune, quam secundum ius consuetudinarium præfertur collaterali. numero 9.

Verbum (Parentes) includit omnes ascẽdentes. nu. 11. & 13.

Auo, vel auia, vel altero ex ascendentibus existente in medio, non habet locũ consuetudo. nu. 4. & 5. Procedit etiam secundum Neapod. sententiam. num. 8. cum trib. seqq. & à nu. 34. vsque in fi. Maiorum Doctorũ calculo munitur. nu. 12. 14. 15. 16. 17. & 19. Rerum etiam iudicatarum authoritate fulcitur. nu. 18. 21. & 22. Decisio Collateralis Consilij recensetur, & simul ponderatur. num. 23. & 63. Doctores contrarium tenentes afferuntur, & simul refelluntur. nu. 23. & 64.

Statutum loquens de patre, etiam alios ascendentes comprehendit. nu. 13. Sic etiam ratio miserationis. nu. 67. & ratione aperitur. nu. 68.

Causæ sua habent sydera. nu. 24.

Aduocati multoties causas defendunt ex vno articulo iuris, & Iudex causam determinat per alia media. sub nu. 24.

Neapodani doctrina in consuet. & si testator. in verb. Proximiores, ponderatur, & ex alijs Neapodani locis declaratur, vt loquatur in beneficium ascendentium ad Collateralium exclusionẽ, & Reuerterij ponderatio tanquam cõtra Neapodani mentem, & verba, reijciuntur. nu. 25. & 57.

Consuet. si quis, vel si qua, quemadmodũ non vendicat sibi locum quando pater, vel mater, est in medio, eodem modo procedit, si adsit auus, vel auia, & hoc non solùm ex mente, sed etiam ex verbis expressis Neapodani ostenditur, & ponderatio Reuerterij, aliter sentientis, confutatur. nu. 26.

Quando est controuersia successionis inter lineam, & lineam, tũc ex verbis expressis Neapod. cessat gradus prærogatiua, & bonorum distinctio: hæc enim locum habent, quando controuersia esset inter plures succedentes eiusdem lineæ. nu. 27. 28. & 12. Secus tamen, si aui tantùm succederet vnius lineæ. nu. 55. 58. & 61.

Frater vterinus simul cum maternis, & consanguineus simul cum paternis parentibus succedunt in bonis defuncti. num. 29. Quod non ex iure communi, sed ex beneficio consuetudinis est intro ductum. nu. 30. & 31.

Neapodani doctrina in consuet. si quis, vel si qua. num. 130. & 154. Ponderatur, vt licèt vterinus ad successionem defuncti cum maternis, & consanguineus cum paternis parentibus, & frater vtrinque coniunctus cum paternis ad paterna, & cum maternis parentibus ad bona materna succedant, non tamen inferri potest, vt linea collateralis excludat auum, & auiam. Sed quia bonorum distinctio attenditur, & ponderatio eiusdem Reuerterij, aliter sentientis, refellitur a num. 29. vsque ad num. 34.

Consuetudo, corrigens ius commune in vno casu expresso, corrigit etiam in eo casu, qui per necessariam consequentiã ab illo casu expresso dependet. nu. 33.

Linea descendens, etiam in vlteriori gradu existens, excludit lineam ascendentem, & collateralem quantumuis proximiorem. nu. 35. & 60. vbi optima ratio affertur.

Dictio, similiter, est respectiua, & expressiua

sius eorundem, quæ prius dicta sunt. num.36.

Filij subingrediuntur in locum, & gradum patris. num. 37. Qualiter autem hoc procedat, aperitur nu.39.

Subingressio vsque ad quem gradum detur secundum ius consuetudinarium, recensetur.nu.38.

Neapodani doctrina in consuet. si quis, vel si qua.num.155.vers. Aut ergo, & vers. similiter, ponderatur, vt non solũ noluerit excludere auum, & auiã per lineam collateralem, sed etiam, vt nedum ipsi auus, & auia, verùm etiam cæteri ascendentes defuncto, nõ solum vna cum fratribus vtrinque coniunctis defuncti, aut cum filijs fratrum secundum ius commune, sed etiam cum descendentibus omnibus ex fratre in infinitum secundum ius consuetudinarium admittantur, & Reuerterij interpretatio reijcitur à nu. 34. vsque ad nu. 39.

Collaterales vltra filios primi gradus excluduntur ab auo, etiam secundum Neapod.nu.40.

Subauditus intellectus non vendicat sibi locum, vbi constat de vero, & expresso, & ratio affertur.nu.41.& 42.

Consuetudines, ius commune corrigentes, non extenduntur de casu ad casum.nu. 43. et si casus omissus eiusdem esset rationis cum expresso, & ratio traditur. nu. 45. Nisi tamen veniat per necessariam consequentiam.nu.53.

Consuetudines Neapolitanæ non possunt recipere interpretationem odiosam ad exclusionem ascendentium. nu. 44. & ratione confirmatur.nu.46.& 47.

Actus taciti non sunt ita largè interpretandi, sicut interpretantur expressi. num.47.

Ratio conseruationis bonorum in familia non est generalis, & perpetua, & ratio assignatur.nu.48.49.& 56.

Filia, licet sit de familia patris, tamen per eius mortem exit de familia patris. num.49.

Argumentum ab identitate rationis non tunc tantum procedit, quando vnica est ratio, & generalis.nu.50.

Vna res non debet vno, & eodem tempore diuerso iure censeri.nu.54.

Ponderatur denuò Neapod. doctrina, & optimis ostenditur rationibus, vt nec per subauditum intellectum, nec per identitatem rationis, nec per aliquod aliud verbum dicat, vt linea collateralis excludat lineam ascendentẽ, & optimè fundatur, cur fiat bonorum distinctio, quando ascendentes succedunt cum fratribus defuncti, & Reuerterij ponderationes refelluntur à nu.41. vsque ad nu. 58.

Successio in linea ascendenti fit semper in stirpes, non autem in capita. nu.58.

Sacri Consilij authoritas magna est, & veneranda semper.nu.62.

Auus, & auia in successione nepotũ succedunt in locum patris eiusdem filij prædefuncti.nu. 68. Quanta sit ardua quæstio, an consuetudines ipsos comprehendant, sub nu.1.

QVÆSTIO XLV.



Vadragesimoquinto q̃ro, an idem procedat, si auus, & auia, vel cæteri ascendentes existerent in medio, num, inquam, cesset dispositio consuetudinum? Hæc quæstio, quoniã valde est vtilis, & frequentata, & a paucis in materia istarum consuetudinum examinata, idcircò altius illam per-
1 tractabo, non iam tota ex meis, † sed illis præcipuè, quæ ingenij acumine, & claritate examinauit, ponderauit, & discussit doctissimus Consiliarius Rouitus in primis allegationibus pro Comitissa Saponariæ, de quibus mentionẽ feci in 1.par.cap.4 num.11. & seqq. quæ ad manus meas peruenerunt, dum causa ventilabatur in Sacro Consilio. Nam prima vice inclinabam in beneficium auiæ, vt ad instar matris non esset comprehensa sub dispositione consuetudinum, sed ob decisionem Collateralis Consilij factam in causa Comitis Burrelli cum Duce Montisalti, vt dicam nu. 23. ob reuerentiam dicti Collateralis, titubabam de illa opinione, & videbatur mihi, quęstio-
2 nem esse pro amico. † At quia rationes, & authoritates cumulatæ per Rouitum in dictis allegationibus non fuerunt ponderatæ in dicta causa Comitis Burrelli, vt eidem Consiliario Rouito, visis dictis allegationibus, dixit ille oculatissimus Vir, & doctissimus pariter, Regẽs de Ponte, ideò nunc non me terret prænarrata decisio; nam amicus Socrates, amicus Pla-

Plato, ſed magis amica veritas.

Vt igitur ex hoc incipiam, concluſio
3 deciſa in præcedenti quæſtione † ſiue vulgatum illud axioma, vt, patre, vel matre exiſtente in medio, non habeat locũ cõſuetudo, initium ſumpſit ab authoritate Andr. in cap. 1. nu. 6. verſ. & ſic ſi ſtatutum, de natur. ſucceſſ. feud. illamque latiori apparatu exornauit Luc. de Penn. in l. 1. col. 5. in princ. verſ. Poſt gloſam. C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10. vbi
4 articulum iſtum diſputat ad partes, † & rationes, per ipſos ponderatæ, militant eodem modo in patre, & matre, quo in auo, & auia, & cæteris aſcendentibus; ſiquidẽ Andræas ea mouetur ratione, quia filius non poteſt eius patrem ſine cauſa
5 exhæredare, † & Princeps non poteſt naturalia iura tollere, ergo ita pariter nec ſtatutum, vel conſuetudo iuxta tex. in §. ſed & naturalia. inſtit. de iur. natural. Si igitur hoc expreſsè procedit, multo magis procedit in dubio, dum nulla mentio talis correctionis facta eſt: quæ quidem ratio non minus procedit in auo, & auia, & alijs aſcendentibus, quàm in patre, & matre, vt in §. aliud quoque capitulum, in princ. & in §. iuſtum autem. Authen. vt cum de appellat. cognoſcitur. poſt alios Gabr. in conſi. 45. num. 1. vol. 2. Conſil. de Anna conſi. 130. num. 1. & ſeqq. vol. 2. vbi alios enumerat, & nulla alia adeſt differentia,
6 niſi hæc tantùm; † quia ſi prætereatur aliquis ex aſcendentibus (extra patrem, & matrem) ex iuſta cauſa, præteritio illa habetur pro exhæredatione, iuxta doctrinam Bart. in l. filio præterito. nu. 21. ff. de iniuſt. & irrit. fact. teſtam. Iul. Clar. in §. teſtamentum. q. 49. & poſt alios Anna loco cit. nu. 2.

Probatur ſecundò infraſcriptorum
7 Doctorum authoritate, † & præcipuè ex Neapodano, qui in conſuet. ſi quis, vel ſi qua. num. 125. fol. mihi 113. ſubdit hæc verba [Vnde ego dico, quòd ſecundum hoc ius municipale eſt triplex ordo ſuccedendi, & aliter quàm dictum ſit ſupra. Primus, ſcilicet, lineæ deſcendentis eſt iure liberorum, quorum eſt prima cauſa, vt ſupra proxima conſuetudine.
8 † Secundus ordo eſt lineæ rectæ Aſcendentis, iure parentum. & de his parentibus iure parentum nihil noui ſtatuitur hic, ſed ſolum bonorum ſubſidium ſaluatur eis, vt in conſuetud. filiusfam. quod eſt etiam de iure communi, vt in Authen. de hæred. ab inteſta. venien. Tertius verò ordo eſt valde nouus, ſcilicet iure proximitatis cum diſtinctione bonorum] & ibid. nu. 181. verſ. item quæro. fol. 123. iterum ait, vt ſecundus ordo ſuccedendi ab inteſtato ſecundum ius commune non ſit correctus per con-
9 ſuetudines. † Dum igitur Neapodanus tradendo verum intellectum, qualiter intelligantur proximiores in materia iſtarum conſuetudinum, & pro regula tradit, vt conſuetudo nihil noui induxerit circa ſecundum ſuccedendi ordinem iure parentum, qui ordo totam lineam directam aſcendẽtem comprehendit, vtiq; remanet ſub diſpoſitione iuris communis, quo ſancitur, lineam aſcendentem præferendam eſſe collaterali lineæ, vt verbis apertis docet ibid. Neapod. num. 153. verſ. ſimiliter pone. fol mihi in nouis 117. ibi [Similiter pone, quòd ſit controuerſia inter lineam aſcendentem, & collateralem, nam tunc præferuntur aſcendentes, quorum eſt ſecunda cauſa, vt in Authen. ceſſante, & in Authen. de hæredib. ab inteſt. venien. §. 2.]
10 Idem Neapodã. in conſuet. & ſi teſtator, in verb. Proximiores, quãuis ſolum loquatur de patre, & matre exiſtente in medio, vt tunc habeat locum ius commune, aſſignat tamen rationem generalem, quæ totam lineam aſcendentem compræhendit, videlicet, quia Auth. defuncto. C. ad Tertull. non eſt correcta per has cõſuetudines, & non eſt dubium, quòd per d. Authẽ. defuncto, & vnde ſumitur, omnes aſcendentes præferuntur lineæ collaterali; & infra in conſuet. filiusfam. in verb. ſi nolit. expreſsè loquitur de auo materno, & ſubdit pro ratione hæc verba [Linea enim aſcendens excludit lineam collateralem, &c.] citans etiam ſe ipſum in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. & dat regulam vniuerſalem, quòd exiſtentia parentum excludit col-
11 laterales, † loquens per illud verb. Parentum, quod comprehendit omnes aſcendentes, vt in l. iuriſconſultus, circa princ. verſ. parentes apud Romanos. ff. de gradib. l. appellatione parentis. ff. de verb. & rer. ſignif. Quæ Neapodani verba ponderauit etiam ad hoc propoſitum Præſ. de Franch. deciſ. 91. num. 5. itaque ex his Neapodani locis manifeſtè colligitur, rationes, militantes in beneficium

patris,

patris, & matris, procedere etiam in aliorum aſcendentium beneficium.

Tertiò vltra prædictas Neapodani
12 ponderationes † hanc quæſtionem probant in indiuiduo infraſcripti DD. in materia iſtarum conſuetudinum, videlicet, Anto. de Alex. Vir maximæ authoritatis, & eruditionis in iſta materia præcipuè; qui in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. ſub nu. 132. fol. mihi 114 in apoſtil. incip. Si ergo quis moritur, vbi inter alia hæc habet verba. [& vide quod Authen. defuncto videtur remanere incorrecta, nedum reſpectu matris, & patris, ſed etiam reſpectu lineæ aſcendentis in infinitum; itaque, nō habita diſtinctione bonorum, & gradus, aſcendens linea ſemper præfertur collaterali, & ſic auus, ſeu auia etiā materna, excludet patruum, & amitam in bonis paternis, & ex linea paterna obuentis] & in ead. conſuet. ſub num. 182. fol. 125. in addit. incip. Nota iſtam rationem expreſsè notat, vt quemadmodum conſuetudo non habeat locum, patre, vel matre exiſtente in medio, ita proce-
13 dat in auo, & auia, † tum quia auus repreſentatur appellatione patris, tum etiam quia ſtatutum, loquens in patre, & matre, habet etiam locum in auo, & auia, ex tex. in l. hac edictali. verſ. quam obſeruationem, vbi Bald. C. de ſecund. nupt. cum alijs cumulatis ſupra par. 3. q. 23. & alibi.

14 Hoc iddem affirmat Capyc. deciſion. 210. vbi conceptis verbis affirmat, vt quemadmodum conſuetudo non habet locum, patre, vel matre exiſtente in medio, eodem modo locum non habeat, etiam ſi alter ex aſcendentibus ſuperſtes ſit, & in hoc fundata eſt illa deciſio: qui quidem Capyc. hoc iddem tenet in dict. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. ſub nu. 185. fol. 127. in addit. incip. Ad ea quæ dicit Neapodanus. fol. 127. verſ. ſed ſi quæratur.

15 Iddem etiā tenet Piſanell. in conſuet. & ſi teſtator. ſub num. 35. fol. 183. in apoſtill. incip. Nota, ꝙ non corrigitur. vbi plures pro notabili hoc aduertit ex eodem Neapod. conſuetudines nō habere locum non ſolùm, quando pater, vel mater eſt in medio, ſed etiam quando auus, vel auia, vel alter ex aſcendentibus adeſſent in medio, & notat, quòd ipſe additionem illam exemplauit ex libro Collutij Coppulæ, & pro hac eadem ſententia Regens Reuerterius loco infra citando adducit etiam Stephan. de Caiet. forſitan eſt illa additio, quam refert Piſanell. loco cit.

16 Hanc eandem ſententiam, quamuis dubitatiuè; videtur tenere Martial. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. ſub nu. 182. fol. 126. in Apoſtill. incip. Pondera igitur hęc verba Neapodani, tenet etiam eodem modo Conſiliar. de Rubeis in ſuis addit. fol. 2. à ter. in apoſtill. incip. contra iſtam deciſionem, & hanc eandem opinionem fuit aliquando ſecutus ipſemet Regens Reuerterius, vt ipſe fatetur in quodam diſcurſu poſito poſt has conſuetudines pro hac quæſtio. vt legitur fol. 395.

17 Inſuper extra Doctores, qui ſuper has conſuetudines ſcripſerunt, hoc iddem tenuerunt Ioan. Vinc. de Ann. feudiſta maximus, & Aduocatus primarius tempeſtate ſua in alleg. 117. nu. 14. & faciunt etiam dicta per eundem in alleg. 70. nu.
18 49. † Quo loco defendit opinionem pro auia ad excluſionem collateralium, vbi ſic etiam refert deciſum per arbitros, quam etiam ſententiam tenet in beneficium auiæ ad excluſionē collateralium
19 Conſiliar. Minad. deciſ. 38. nu. 2. † qui in repetitione Conſtit. Regn. In aliquibus. in 2. notab. nu. 104. in fin. docet conſuetudines non habere locum non ſolùm quando pater, vel mater eſſet in medio, ſed etiam ſi adeſſet quilibet alter ex aſcēdentibus, & hoc aſſumptum ipſe habet
20 pro abſoluto in deciſ. 26. † quamuis ibi fuit deciſum contra auiam, ex quo illa contraxerat matrimonium ſecundum conſuetudinem Capuanæ, & Nidi; & quando per renunciationem excluſerat ſe de medio, vt etiam attingi ſupra in 1. par. cap. 4. nu. 17. & ſeqq.

Ex omnibus prędictis luce clarius cernitur, quòd tam Neapod. quàm etiam alij ſeniores noſtri, qui fuerunt lumen Iuris conſuetudinarij, ſemper habuerunt quæſtionem iſtam pro indubitata, non ſolùm, vt omnes aſcendentes excludant collaterales remotiores à ſucceſſione bonorum, prout ius commune diſponit,
21 † ſed etiam, quòd ſicut iſtæ conſuetudines non habent locum patre, vel matre exiſtente in medio, ita nec pariter ſi adſit in medio auus, vel auia, & ita fuit arbi-
22 tratum, vt nu. 18. relatum eſt: † imò audiui, Sacrum Conſilium aliàs iudicaſſe in beneficium auiæ contra patruum; nam in cauſa Victoriæ Carrafæ Comitiſſæ

Sancti Valentini fuper fucceffione Iulij de Tolfa nepotis dictæ Comitiffæ ex Scipione alio filio, & Comes erat patruus, fuit auia paterna prælata ipfi patruo in fucceffione, quò fit, vt fententia, & arbitramentum etiam adfit ad confirmationem iftius fententiæ.

23 Nec obftat, † quòd infrafcripti DD. contrariam tenuerunt opinionem, videlicet Camill. Salern. in d. confuet. & fi teftator. fub n. 35. fo. 183. in apoftill. incip. fi confuetudo. Præf. de Frācb. in confuet. fi quis, vel fi qua. fub nu. 137. in apoftill. incip. Confuetudo non habet locum. fol. 115. Reuerter. in d. eius difcurfu. fol. 395. poft Confuetudines, & Confiliarius de Anna in confi. 130. num. 45. & 46. vol. 2. nam omnes ifti eximij Viri mouentur ex authoritate decifionis factæ in Collaterali Confilio ad relationem Sacri Confilij fub die 8. Nouembris anni 1565. in caufa Comitis Burrelli, cum Duce Montisalti; de qua etiam decifione meminit Confiliar. de Rubeis loco citato nu. 16. quamuis ipfe contrarium teneat, & forfitan fuit vnus ex quatuor, qui in auiæ beneficium Votauerunt. Non enim eft

24 facienda tāta vis in decifionibus; † nam habent fua fydera caufæ, & multoties, vt notaui in 1. par. cap. 4. nu. 17. Aduocati infiftunt fuper vno Iuris articulo, & Iudices caufam determināt per alia media, vel ex facto diuerfo, vel aliunde, & etiam quia decifio illa non fuit pari voto emanata, fed habuit quatuor vota contraria fatis grauia, & ponderofa, & fucceffiuè non eft in illa tanta vis facienda, dum negotium eft adeò controuerfum, & ipfamet decifio fuos habuit contradictores tam eximios, & forfitan qui illam fecerunt iam oppofitam feciffent decifionem, fi alio tempore caufa votata fuiffet.

Reftat igitur, vt ad motiua ipfius Regentis Reuerterij refpondeamus, cuius difcurfus, & confequenter decifio relata in dicta caufa Ducis Montisalti fundatur folum in interpretatione mentis Neapodani, (falua pace ipfius doctiffimi Reuerterij dixerim) de directo contraria verbis expreffis eiufdem Neapodani, & ne videar, infipientiffimus omnium, contra doctiffimi viri interpretationem infurgere ponam ad verbum allegationes dicti Confiliarij Rouiti ad confutationem prædictæ interpretationis, quæ funt huiufmodi.

25 Primo loco ponderat Regens Reuerterius Neapod. in confuet. & fi teftator, in verb. proximiores, in illis verbis ibi [Intellige furfum, deorfum, & feorfum] inferens ex his, quòd illud verbum [Proximiores] de fui natura comprehendit afcendentes, & defcendentes, & collaterales, quafi velit dicere, quòd propterea collateralis proximior ex parte patris excludat etiam afcendentem remotiorem, quodque quàm abfonum fit à mente, & à verbis ipfius Neapodani, cōftat, quòd Neapodanus ftatim poft prolata illa verba (furfum, deorfum, & feorfum) remittit fe ad dicta per ipfum in confuet. fi quis, vel fi qua, vt igitur percipiamus mentem Neapodani, videamus dicta per ipfum in d. cōfuet. vbi inuenienimus, quòd in glof. in verb. ex parte patris. num. 167. dum vult declarare confuetudinem in illis verbis, Proximiores ex parte patris, ait (Intellige de linea afcendenti, defcendenti, & collaterali, vt dixi in 1. glof. in fin.) & fic quod dixerat in d. confuet. & fi teftator. in verb. Proximiores per illa verba (intellige furfum, deorfum, & feorfum) repetit hic per illa verba magis clara, fcilicet, (Intellige de linea afcendenti, defcendenti, & collaterali) Sed ne potuiffet ex hac declaratione inferri, quòd propterea hæc proximitas deberet confiderari, etiam quando concurrerent plures de diuerfis lineis, ftatim fubdit (nifi fit controuerfia inter lineam, & lineā, vt dixi) & fic videmus, quòd femper in his locis refert fe ad dicta per ipfum in prima glof. dictæ confuetud. fi quis, vel fi qua. vbi Neapod. nu. 152. & feqq. expreſsè tradit, quòd tunc attenditur proximitas gradus, quando funt plures eiufdem lineæ, qui concurrunt ad fucceffionem: fed quando funt plures cōcurrentes ex diuerfis lineis, & fic eft cōtrouerfia inter lineā, & lineā, tūc non attenditur proximitas gradus, fed linea magis priuilegiata de iure communi, ita vt prima caufa fit lineæ defcendentis, quæ excludit afcendentem, & collateralem. Secunda lineæ afcendentis, quæ excludit collateralem, exceptis fratribus vtrinque coniunctis, iuxta Authen. defuncto.

Secundo loco ponderat Reuerterius,

26 † quòd quamuis d. confuet. fi quis, vel fi qua. non habeat locum quando pater, & mater

mater est in medio, tamen quando auia, vel alij ascendentes supersunt, illa consuetudo habet locum, & ad id adducit Neapod. ibid. nu. 127. 129. vbi, ni fallor, Neapodanus fundat totum contrarium nam, omisso. nu. 127. vbi loquitur de linea descendenti tantum, deuenio ad numerum 129. vbi Neapodanus ponit hūc casum.

Decessit q s, superstitibus auo, vel auia, proauo, vel proauia paternis, & superstitibus etiam sibi auo, vel auia, proauo, vel proauia maternis, & sic de alijs sursum; quæritur quis ordo erit succedendi, liberis non extantibus, & Respōdet quòd auus, vel auia paternus præfertur proauo, vel proauiæ paternis, ac auo, & auię proauo, & proauiæ maternis in bonis omnibus defuncti, præterquam in bonis quæ obuenerunt à matre, vel linea materna, in quibus succedunt auus, & auia materna, & cæteri ascendentes secundum gradum, & postea faciendo conclusionem subdit [& sic inter eos, qui sunt in eadem linea, & ex eadem parte, puta patris, vel matris, habet locum prærogatiua gradus, vt hic in verb. proximiores. Sed inter eos, qui sunt in eadem linea, puta ascendente, ex diuersis tamen partibus, habet locum prærogatiua gradus secundum ius commune, vt in authent. defuncto: secundum ius hoc municipale non habet locum prærogatiua gradus, sed bonorum distinctio] hucusque Neapodanus quòad rem præsentem.

Quærerem modò ego ab illo eminentissimo Reuerterio, si viueret, ex his verbis Neapodani, vbi colligitur, quòd illa consuetudo habet locum, auia, & alijs ascendentibus superstitibus, & in quo casu? certè solùm in eo casu, in quo controuersia succederet inter plures eiusdem lineæ, scilicet, ascendentis, sed quid si esset controuersia inter lineam, & lineam, puta ascendentem, & collateralem? certè non haberet locum consuetudo, quia tūc nulla est facienda distinctio bonorum, sed linea ascendens in omnibus bonis excludit collateralem: ita manifestè colligitur ex Neapod. ibid. informatione casus in illis verbis [ibi & sic de alijs sursum, &c.] quasi dicat secùs de alijs deorsum, & sic de linea collaterali,

27 † & clarissimis verbis hoc indiuiduo declarauit in eadem glos. propè fin. nu. 155. vers. aut ego, vbi tradit pro axiomate indubitato, & generali, quòd quando est controuersia inter lineam, & lineam, tūc cessat prærogatiua gradus, & bonorum distinctio.

Non tamen omittam, quòd hic locus Neapodani deseruit nobis mirabiliter ad intelligentiam verborum, & mentis Neapodani in locis, quæ pro sua opinio-

28 ne ponderat Regēs Reuerterius, † dum ad declarationem verbi, Proximiores, ait esse intelligendum de linea descendenti, ascendenti, & collaterali; nam semper in qualibet linea est facienda distinctio bonorum, & prærogatiua gradus, sed hoc quando controuersia est inter plures eiusdem lineæ, non autem quando est inter lineam, & lineam, prout est in casu nostro.

Regens Reuerterius videns nō posse negare, quod mens, & verba Neapodani excludunt consuetudinem, quando est controuersia inter lineam, & lineam, vult demonstrare, quòd etiam ex verbis Neapodani habet locum consuetudo etiam in concursu lineæ ascendentis cū collaterali, & propterea tertio loco ponderat Neapod. in d. consuet. si quis, vel si

29 qua. nu. 152. dum vult, † quòd frater vterinus succedit in bonis defuncti simul cum parentibus maternis, & frater consanguineus simul cum parentibus paternis, & tamen hi iuxta authen. defuncto. non possent succedere cum linea ascendenti, quia non sunt vtrinque coniuncti. Sed si hæc ponderatio Reuerterij esset concludens, sequeretur quod etiam patre, vel matre existente in medio, haberet locum consuetudo, & tamen in specie Reuerterius vult, quòd solum respectu patris, vel matris non habeat locum consuetudo, licèt secùs sit, respectu ascendentium vlterioris gradus.

30 † Vt igitur tollatur etiā hoc motiuum, & intelligentia dictorum Neapodani nō remaneat obumbrata, veritas est, quòd existentia lineæ ascendentis etiam respectu patris, & matris facit cessare consuetudinem, non vt ipsi ascendentes excludant fratres ex vno latere tantum, prout illos excludunt de iure communi, sed vt ipsi non excludantur ab illis, qui sunt vocati de iure consuetudinario, & propterea quilibet de linea ascendenti succederet, nedum simul cum fratribus defuncti vtrinque coniunctis secundum ius commune, sed etiam cum fratribus

consanguineis, & vterinis tantum secundum ius consuetudinarium, prout decisum refert in patre, & in matre Præf. de
31 Franch. decis. 92. num. 8. & 9. † Intentio igitur Neapodani in d. loco nu. 154. (licèt Reuerterius illum citet nu. 152.) est demonstrare, quòd dum fratres ex vno latere tantùm concurrunt ex iure consuetudinario cum fratribus vtrinque cōiunctis ad bona peruenientia ex eodem latere, ex quo coniunguntur, similiter concurrent etiam cum linea ascendenti quemadmodum concurrunt fratres vtrinque coniuncti, sed non propterea infertur ex Neapodano, quòd præferantur lineæ ascendenti ipsi fratres, siue vtrinque coniuncti sint, siue ex vno latere tantum, & multò minus alij collaterales in gradu remotiori.
32 Id autem, quod subdit Neapodanus ibid. num. 130. quòd si defunctus haberet fratres vtrinque coniunctos, si succederent æqualiter cum parentibus in gradu proximis Authen. defuncto · & hoc casu maiorem partem haberent fratres vtrinque coniuncti, quàm parentes Paterni tantùm, vel materni tantùm in casu, quo participarent cum parentibus paternis, & maternis in vna successione eiusdem defuncti habentis bona paterna, & materna: ex quibus verbis tantopere torquetur Regens Reuerterius in illorum interpretatione, certè meo exiguo ingenio nihil fastidij affert; nam hæc est, nedū vera, sed necessaria illatio ex præcedentibus: nam si verum est, quòd distinctio bonorum datur etiam in concursu lineæ ascendentis cum collaterali, dummodo sint fratres, & sic de secundo gradu lineę collateralis, non autem vlteriori; verissimum quoque erit, quòd quando defuncto supersunt, puta auus paternus, & auus maternus, nec non frater vtrinque coniunctus, relictis bonis obuentis ex linea paterna, & linea materna, certè ad eius successionem admittentur omnes tam ascendentes, quàm frater, sed non æqualiter, quia in bonis paternis, & de linea paterna succedunt æqualiter auus paternus, & frater, qui tāquam vtrinque coniunctus attingit defunctum ex parte patris, & in bonis maternis succedet auus maternus, similiter æqualiter cum eodem fratre, qui est etiam coniunctus cum defuncto ex parte matris, & sic de omnibus bonis paternis, & maternis simul vnitis: frater solus habet dimidiam, auus verò paternus vnam quartam partem; & aliam quartam partem auus ma-
33 ternus, quod non est inconueniens; † nā dum consuetudo corrigit ius commune in vno casu expresso, corrigit etiam in eo, quod dependet à casu correcto per necessariam consequentiam, vt probat Euerard. loco 35. à ratione legis larga in 11. fallen.

Quartò iddem Regens videns, quòd Neapodanus d. num. 155. vers. aut ergo,
34 apertè dixerat, † quòd quando est controuersia inter lineam, & lineam, cessat prærogatiua gradus, & bonorum distinctio, quod est de directo contrarium suæ interpretationi, vt euitaret hunc magnū scopolum, ait, quòd in hoc Neapod. non dicit contrarium, quia est verum in illo exēplo posito, quando linea descendens concurrit cum ascendente, & collaterali, non autem quando concurrit ascendens sola cum collaterali. Et quia huic interpretationi repugnant alia verba sequentia Neapodani, & exemplum positum est specificè in linea ascendenti tantùm cum collaterali, vt in vers. similiter pone. num. 153. conatur dare alium intellectum verbis Neapodani, & ait, quòd ibi Neapodanus loquitur respectu subingressionis in linea collaterali iuxta consuet. sed si morienti, non autem respectu successionis iuxta consuet. si quis, vel si qua.

Sed parcat mihi doctissimus ille Vir, hæc sua interpretatio destruit mentem, & verba, & structuram Neapodani, qui nullibi fuit de hac materia clarioribus verbis, & exemplis locutus, quàm ibi. Discurramus itaque verba, & exempla Neapodani. In primo igitur exemplo
35 Neapod. nu. 152. ponit casum, † quando defuncto superest nepos, qui est in quarto gradu lineę descendētis, & auus, qui est in secundo gradu lineæ ascendentis; & frater, qui est in secundo gradu lineæ collateralis, & in hoc primo exemplo concludit, quòd licet abnepos sit in vlteriori gradu; tñ, quia est de linea descendēti, cuius est prima causa successionis ipse præfertur, & sic linea descendēs præfertur omnibus etiam proximioribus tàm de linea ascendenti, quàm collaterali.

In secundo exemplo ponit casum absque expressione personarum, & ait

(Simi-

(Similiter pone casum, quòd sit controuersia inter lineam ascendentem, & collateralem) Et licèt non exprimat perso-
36 nas; † tamen illa dictio (similiter) denotat expressionem earundem personarū in vtraque linea, nempe aui, qui est in secundo gradu lineæ ascēdētis, vel proaui, qui est in tertio gradu; nec nō fratris, qui est in secundo gradu in linea collaterali; nam dictio (similiter) idem importat, ac si dixisset, sicut in superiori casu, vt est tex. cum glo. in l. 1. §. sed & si quis. lo primo. C. de latin. libert. tollen. Et in hoc secundo exemplo concludit, quòd ascendentes præferuntur lineæ collaterali, quia ascendentium est secunda causa: ecce igitur quòd Neapodan. hic expressè vult, vt etiam de iure consuetudinario ascendentes præferantur collateralibus, & est notandum, quòd specificè locutus est de auo, & proauo, & agit de ordine succedendi inter lineam, & lineam. Nec tamen prælatio ascendentium in successione intelligeretur etiam ad exclusionē fratrum vtrinque coniunctorum, statim subdit limitationem (Nisi defunctus habuerit fratres vtrinque coniunctos, aut
37 fratrum filios, † qui subingrediuntur locum, & gradum patris, vt in §. ex diuersa. Authen. de hęredib. ab intest. venien.)
38 † At quia de iure consuetudinario subingressio habet locū, nedum in filijs primi gradus, sed etiam in omnibus descendentibus ex fratribus in infinitum, vt in consuet. sed si morienti: & ipse loquebatur de iure consuetudinario, incontinenti addit (vel etiam in infinitum ex fratribus secundum hoc ius) citans dictam consuet. Sed si morienti, & sic hucusque concludit Neapod. quòd auus, vel proauus succedēt defuncto, nedum vnà cum fratribus defuncti vtrinque coniunctis, aut cum filijs fratrum secundum ius commune, sed etiā cum descendentibus omnibus ex fratre in infinitum secundum hoc ius consuetudinarium. Ecce igitur quod hucusque Neapod. non excludit auum, & proauum etiam in concursu solius lineæ collateralis, nullatenus admixta linea ascendenti; imò lineam ascendētem expressè, & generaliter includit, admittendo illam in cōcursu fratrum cum fratribus, etiam fratrum filijs, & præferendo alijs collateralibus vlterioris gradus.
39 Progreditur vlterius Neapod. in vers. sed certè. nu. 254. & declarando id, quod proximè dixerat, respectu subingressionis in infinitum per consuet. sed si morienti, ait, quòd illa consuetudo loquitur quando descendentes ex fratribus in infinitum volunt succedere cum fratre defuncti, non autem loquitur, quando volunt succedere cum patre, vel auo defuncti; quo casu dicit habere locum iura cō-
40 munia. † Hic ego fateor, quòd Neapodanus remittit se ad iura communia respectu subingressionis tantùm, vt scilicet nō habeat locum vltra primum gradum, quando inter concurrentes ad successionem, non adesset frater defuncti, prout hanc declarationem approbauit Sacrum Consilium, teste Præside de Franchis decisio. 266. sed non propterea sequitur, quòd hoc secundum exēplum, positum per Neapodanum, non sit in casu, quo concurrit sola linea ascendens cum collaterali: nam Neapodanus persistendo in eius exemplo vult, quòd, licèt fratres vtrinque coniuncti, & filij fratrum per subingressionem possint concurrere in successione cum linea ascendenti, non tamen similiter possent concurrere alij descendētes vlterioris gradus ex fratre, quia dicta consuet. sed si morienti, quæ introduxit subingressionem illam in infinitum, non habet locum, quando concurrunt in successione cum patre, vel auo defuncti, & sic Neapod. etiam limitando dictam consuetu. sed si morienti. persistit in exemplo concursus aui cum collateralibus tantum, & vult, quòd Collaterales, vltra filios primi gradus, excludantur ab auo: quò fit, vt ex his pateat, verum esse, quòd nedum Neapod. nullibi dicit, quòd quando solùm est ascendens ex vna parte, & collateralis ex altera, habeat locum consuetudo, vt fiat distinctio bonorum, prout fatetur Regens Reuerterius, contēdisse Aduocatos Comitis Borrelli; imò potius Neapodanus in hoc casu bis expressè dicit cōtrarium apertissimis verbis, vt auus solus præferatur collateralibus, vltra fratres, & filios fratrum.
41 Vltimò subtilissimus ille Regens concludit, quòd, licèt Neapodanus expressè id non dicat, vt, quando solus ascendens concurrit cum fratre, separatio bonorū fiat, tamen satis expressè hoc dicit, dum vult, quòd si frater vtrinque coniunctus succedit cum auo paterno, & auia materna,

terna, habet locum dispositio consuetudinis, quia eadem est ratio, vt semper bona intus ciuitatem perueniant ad eos, ex quorum linea peruenerunt, & sic Regēs ipse concludit suum votum à subaudito intellectu Neapodani, & ab identitate rationis consuetudinis.

42 Sed facilis est resolutio, † nam subauditus intellectus cessat, vbi constat de explicito, vero, & genuino intellectu, toties per ipsum declarato tot enixis, & clarissimis verbis, vt clarioribus vti non potuerit: nam in claris non est opus coniecturis. l. continuus. ff. de verb. oblig iden titas verò rationis non debuit à tanto viro pōderari in materia consuetudinum,

43 † quæ sunt correctoriæ iuris communis, & proinde exorbitantes, & sic non debent extendi vltra casum suum, vt testantur Bart. in auth. qui rem. num. 8. vbi Iaf. nu. 21. C. de sacrosan. eccl. Bal. in l. fi. sub num. 9. vers. vnum aliud quæritur. C. commun. vtriusq. iudic. pulchrè Crau. de antiq. tempor. par. 4. in princ. nu. 42. cum seqq. & nu. 76. cum sexcentis alijs cumu-

44 latis per Piag. de consuet. q. 12. † & in specie de his consuetudinibus Neapolitanis, vt non possint recipere interpretationem odiosam ad exclusionem ascēdentium, tradit Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. in glos. Præterquàm, post num. 182. fol. 126. circa medium. versic. præterea Constitutiones, & Anna in

45 alleg. 81. nu. 3. † Et etiam si casus omissus esset eiusdem naturæ cum casu expresso Innoc. in c si. de offic. Archid. & in c. dilectis. de cappell. monachor. Bart. in l. 1. ff. de itin. actuq. priua. Abb. in c. quod translationem. de offic. legat. Facit quod in casu valdè simili docet Euerard. in loco à ratione legis larga, qui est locus 35. vers. primum est. & vers. secundum exēplum est. Imo illarum dispositio habet, quantum fieri potest, reduci ad ius commune, Anna, qui loquitur in hac nostra consuetudine, in specie in alleg. 70. num. 57. post Dec. cons. 71. col. 2. & cons. 451.

46 col. 1. quem citat. † Vltra quod non reperitur talis ratio expressa in consuetudinibus, vt ponderat Præs. de Franchis decis. 149. num. 12. vers. nec valet dicere, & licèt fortasse, quia non posset alia assignari, haberetur pro expressa; tamen hęc expressio est intelligenda in casu expresso, non tamen in hoc casu non expresso, vbi agitur de exclusione ascendentium

47 contra ius commune; † Actus enim taciti non sunt sic largè interpretandi, sicut expressi, nisi quatenus se extendunt actus, ex quibus resultant. l. 1 §. Iulianus. ff. de itiner. actuq. priua. l. fi. C. ne fil. pro patr. Crau. de antiq. tęmp. par. 4. in prin. num. 77.

48 Additur prædictis, † quia ratio conseruandi bona penes illos, ex quorum linea venerunt, non est generalis, & perpetua; nam videmus, quòd etiam secundùm opinionem Reuerterij, patre, vel matre existente in medio, cessat consuetudo respectu ipsorum, & sic bona paterna possunt transire ad matrem, & bona materna ad patrem, sicque non conseruarentur penes illos de eadem linea, vt in specie considerat in materia dictæ cōsuetudinis. Præs. de Franch. decis. 157.

49 num. 5. † Sic etiam neptis ex filio, vel fratre sola succedit cum fratre, vel patruo de familia, vt declarat Neapod. in consuet. si quis, vel si qua §. sed si morienti, in verb. filiæ, & in verb. neptes, & licèt ipsa sit de familia, tamen per mortem exit de familia, vt considerat idem de Franch. d. decis. 149. nu. 12. vers. nec va-

50 let. † Ergo si ratio non est generalis, cessat argumentum ab identitate rationis, quia illud procedit, quando vnica tantùm ratio potest assignari, vt per Euerard. prædicto loco 35. vers. sed ne erres. Sed ne vel dubitandi ansa ex hac prætensa identitate rationis irrepere possit

51 in animos Iudicantium, † considerent quæsò, amplissimi Senatores, quàm magna diuersitatis ratio sit inter vnum casum, & alium; nam in casu Neapodani, quando, scilicet, frater vtrinque coniunctus concurrit cum auo paterno, & auia materna, ratio, vt bona non diuidantur æqualiter inter auum, & auiam, licèt ambo sint de linea ascendenti, & in pari gradu, sed fiat inter ipsos diuisio bonorum, & paterna dentur auo paterno, materna verò auiæ maternæ, non est concursus fratris vtrinque coniuncti, qui est de linea collaterali; sed concursus plurium personarum in eadem linea ascendenti.

52 † nam quotiescunque in eadem linea concurrunt plures personæ, siue sit linea ascendens, siue collateralis, statim intrat distinctio bonorum, etiam si sint soli ascēdentes sine concursū collateralium, vt patet ad literam in exemplo tradito per Neapodan. in d. consuetud. si quis, uel si

qua.

qua.num.129.per totum. Vrſill. ad Affl. deciſ.38.num.7.& ſeqq. Et eo ipſo, quòd intrat diſtinctio bonorum in ſucceſſione plurium perſonarum de linea aſcendenti ex diuerſis partibus, ſequitur per neceſſariam conſequentiam, quòd, ſi cum eadem linea aſcendenti concurrat frater vtrinque coniunctus, eadem diſtinctio bonorum habeat locum etiam reſpectu ipſius fratris, qui cùm ſit coniunctus tam ex parte patris, quàm ex parte matris debet per concurſum participare de bonis paternis cum auo paterno, & de
53 maternis cum auia materna, † quia in his, quæ veniunt per modum conſequẽtis neceſſarij, conſuetudo etiam exorbitans extenditur. Crau. de antiquit. temp. par.4. in princ. num.63.& 66. Euerard. d. loco 35. in 11. fallen. quem ſuperius cita-
54 ui: † non enim vna, eademque res debet vno iure cenſeri reſpectu aſcendentium, & diuerſo iure reſpectu fratris collateralis vno, eodemque tempore, & in eodẽ actu ſuccedendi. vulg. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. cùm enim ſemel intrauit illa diſtinctio bonorum per concurſum plurium perſonarum in eadẽ linea aſcẽdẽti, durat perpetuò quoad omnes deſcendentes. At in caſu noſtro, & deci-
55 ſionis Regentis Reuerterij, † quando de linea aſcendenti concurrit ſola auia materna, & ſic ſolus vnus aſcendens, tunc non poteſt intrare diſtinctio bonorum vllo modo, ceſſante concurſu plurium perſonarum in eadem linea; & propterea concurrente linea collaterali cum aſcendente, intrat ſolùm controuerſia inter lineam, & lineam: quo caſu attenditur ſolùm potioritas lineæ abſque vlla diſtinctione bonorum, vt ex pluribus locis Neapodani ſuperius demonſtraui;
56 † quò fit, vt illa ratio conſeruandi bona intus Ciuitatem peneſillos, ex quorum linea peruenerunt, ſiue expreſſa, ſiue tacita ſit, non ſit in conſideratione ſemper, & vbique, ſed quando adeſſet concurſus plurium perſonarum eiuſdem lineæ, ſed, ceſſante concurſu plurium eiuſdem lineæ, ceſſat ratio, & conſuetudinis diſpoſitio ex illo vulgato iuris axiomate.

57 Et quòd hæc ſit ipſa veritas, † conſiderent, quæſò, mecum, Perſpicaciſſimi Iudices, illam dictionem (Proximiores) qua vtitur Author conſuetudinum, tam in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, quàm in conſuet. & ſi teſtator. Hæc enim dictio (Proximior.) nullo modo poteſt applicari inter diuerſas lineas, ſed ſolùm inter plures eiuſdem lineæ, vt patet ex Auth. de hæredib. ab inteſt. venien. in pluribus locis. Vbi Imperator poſtquàm in principio conſtituit tres gradus, ſeu potius ordines ſuccedendi, ſcilicet, Aſcendentium, Deſcendentium, & Collateralium, quas lineas appellat Neapod. inter vnã, & alteram lineam, non conſiderat proximioritatem, vt ita dicam, quia nulla eſt, ſed prioritatem tantùm in ordine ſuccedẽdi, & ſic primum locum aſſignauit lineæ deſcendenti, vt in §. ſi quis igitur. Secundum locum tradidit lineæ aſcẽdenti, vt in §. ſi igitur defunctus. Tertium verò, & vltimum locum dedit lineæ collaterali poſt fratres, fratrumq; filios, qui concurrunt cum linea aſcendenti, vt in §. ſi verò neque fratres. Verùm poſt aſſignatum locum vnicuique lineæ proceſſit ad deſignationem graduum inter plu-
58 res eiuſdem lineæ, ſeu ordinis; † & omiſſa linea deſcendenti, in qua omnes filij, & deſcendentes ex eis ſuccedunt æqualiter in ſtirpes, & non in capita, vt ibid. legitur in §. 1. & etiam in §. cùm filius. inſtit. de hæredita. quæ ab inteſt. deferun. incipit à linea aſcendenti, vt in d. §. ſi igi-
59 tur defunctus deſcendentes. † Et inter aſcendentes ſtatuit, vt proximiores gradu præferantur remotioribus, vt ibid. verſ. hoc præponi iubemus, qui proximi ſunt. & iterum in verſ. ſi verò cum aſcendentibus ibi (cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur) Illud idem ſtatuit in linea collaterali in d. §. ſi verò neque fratres ibi (ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam) Ecce igitur, quòd proximitas de iure non conſideratur inter lineam, & lineam, ſed ſolum inter plures eiuſdem lineæ, ergo dum conſuetudines noſtræ vſæ ſunt illo verbo (Proximiores) non poteſt referri, & conſiderari hæc proximitas ad concurſum inter lineam, & lineam, ſed ſolum ad concurſum plurium perſonarum eiuſdem lineæ.

60 Eſt bene verum, † quòd omnes illi, qui ſunt de linea deſcendenti, cuius eſt prima cauſa, dicuntur proximiores reſpectu omnium de linea aſcendenti, & collaterali, etiam ſi illi remotiores ſint, quàm iſti reſpectu gradus, & ſic etiam omnes illi, qui ſunt de linea aſcendenti, cuius eſt ſecunda cauſa, dicuntur proximiores

miores respectu omnium de linea collaterali, cuius est tertia causa, non quòd verè, & propriè sint proximiores; sed quia sunt potiores, scilicet, primò loco vocati, & hi, qui sunt de linea secunda, non possunt venire, nisi in defectum omnium de prima linea; & sic qui de tertia linea, non possunt venire, nisi in defectum omnium, qui sunt de secunda, vt est pulcher tex. in iur. feud. in c. 1. in fi. de natur. suc-
61 cess. feud. † Id, quod in effectu voluit dicere Neapod. in consuetud. si quis, vel si qua, in verb. proximiores. nu. 164. secundum quam declarationem, etiam quando ꝓximitas cõsideratur respectu vnius lineæ ad aliam, est impossibile, quòd existente auia materna, quæ est de linea ascendenti, intret alius de linea collaterali, non dico quòd esset in gradu remotiori, prout est casus noster, sed etiam in propinquiori, nisi sit frater defuncti, vel filius fratris, vt supra dictum est.

Hæc sunt, quæ mihi occurrunt aduersus illam sententiam; Rogo humanissimos Iudices, vt dignentur cuncta diligẽter rimari, vt veritas elucescat, ne posteris diutius in hoc articulo, in praxi satis frequenti, dubitari cõtingat, & ego sum paratus, validioribus rationibus conuictus, mutare sententiam, quod sapientis est, licèt ego sim omnium insipientis-
62 simus. Vnum non omittam, † quòd authoritas Sacr. Consilij magna quippè est, & semper veneranda, & obseruanda;
63 † verùm in illa sententia interuenerunt vndecim vota, septem, videlicet, contra auiam, & quatuor pro auia, & inter votantes fuit Consiliarius Fœlix de Rubeis causæ Commissarius, qui in Apostilla ad dictam consuet. si quis, vel si qua. incip. Et quod dictum est in patre (huius enim apostillæ omnes simul impressæ sũt post consuetudines vltimo loco æditas) ait indubitanter, vt quod dictum est in patre, & matre. iddem dicendum sit in auo. & auia, & alijs ascendentibus, & licèt in fine aduertat, quòd in prædicta causa Ducis Montisalti fuit iudicatum contrarium, nescio, si ipse in votando mutauit sententiam, in dubio tamen non præsumitur. Quicquid tamen sit non potest
64 negari, † quòd vota pro exclusione auię trium tantum numero superauerunt opinionem pro auia, & aduersus illa tantùm vota si opponatur authoritas Antonij de Alexan. Anton. Capyc. & Ioan. Thom. Minad. in locis hic à me adductis erit æqualis; sed authoritas forsitan præponderabit. Quod si addatur numero, & authoritate Doctorum, & quod magis est etiam veritate. Deus Opt. Max. faxit, vt veritas ipsa tandem emergat ex profundo tam vasti pelagi) Hucusque Consiliarius Rouitus.

65 Vides igitur amice Lector, quàm doctissimè euacuata sint motiua Regentis Reuerterij, in dicto eius discursu posita, quàm ad literam ponderata sint pariter, & declarata Neapodani loca, & veritas ipsa enucleata, adeò vt audeam affirmare quęstionem istam esse hodie manifestam, & indubitatam in beneficium auiæ, quæ omnia sic per extẽsum ponere volui; q̃a, licèt iste doctissimus vir promiscuè multa tradat in fauorem ascendentium ad collateralium exclusionem, ad quod etiã propositum citat Naucler. in suis addit. fol. 9. in apostil. incip. In gradu proximis. & fol. 10. in apostill. incip. Præterquàm. versi. item quia secundus ordo. quæ concernunt dicta superius. q. 38. & in alijs seqq. attamen quia hæc etiam istam quęstionem concernunt, ideò conueniens mihi visum fuit, vt omnia transcriberem, etiã quia doctissimorum virorum dicta, vt hæc sunt, summa semper veneratione habenda sunt.

66 Vnum tamen aduerto, † quòd etiam Stephan. de Caiet. hanc opinionem tenet, vt notaui superius nu. 15. Sic etiam Ioan. Vinc. de Ann. vt notaui num. 17. & 18. vbi dictum est sic fuisse iudicatum per arbitros; videtur etiam illam tenere Martial. vt dixi nu. 16. & expressè illam firmauit Neapod. in pluribus locis, vt ex allegationibus supradicti Consiliarij Rouiti cerni potest: traditur etiam sic iudicasse Sacrum Consilium, vt num. 22. retuli: quam quidem decisionem non vidi. Fuit tamen sic mihi relatum, fuisse interpositam per Sacrum Consilium ad relationem Præsidis de Franchis, & quòd Borrellus est Actuarius.

Nec obstat aliquorum ratio, quatenus
67 dicunt, † rationem pietatis, & miserationis, quæ facit cessare has consuetudines in beneficium patris, & matris non vigere respectu aui, & auiæ, & aliorum ascendentium: nã respondetur eos somniari in Parnaso; quia, vt dictum est num. 13. Statutum, loquens de successione in beneficium patris, & matris, extenditur

etiam

etiam ad auum, & auiam, quia eadem ratio quoad omnes militat, vt etiam nu. 4. & seqq. notatum est.

68 Secundò, quia in materia successionis auus, & auia succedunt loco patris, eiusdemq; filij prædefuncti, qa in eius locum subrogantur, vt docuit Cyn. quem sequuntur Alberic. Odoffred. & alij in d. Authẽ. defuncto. C. ad Tertull. post Castren. & alios Regens de Ponte in tract. de potest Proreg. titu. 8. de refutat. feudor. in princ. num. 40. vbi dicit, hanc sententiam esse frequentius vsu receptam, itaque doctissimus iste Vir ponderari potest pro sententia in beneficium auiæ ad exclusionem aliorum collateralium.

69 Tertiò comprobatur,† quia illa dispositio l. hac edictali, & l. fœminæ. C. de secund. nupt. procedit etiam quoad auum, & auiã in beneficium nepotum, & pronepotum, in beneficium quorum tenentur auus, & auia seruare illa, quæ ex primo matrimonio habuerunt, vt habetur in l. in quibus, & l. si quis prioris. C. de secun. nupt. glos in l. generaliter, in prin. C. eod. Hostiens. Rip. Matthesil. Aretin. Anton. Gabr. Tell. Lopez, Azebed. Menoch. Matthiens. & alij, quos nouissimè probat Sanchez in tract. de matrimo. lib. 7. disput. 89. nu. 12. & dixi supra par. 3. q. 18. & q. 24. in fi. Si igitur eadem ratio cõseruationis bonorum respectu filiorum primi matrimonij, quæ procedit in patre, & matre, procedit etiam in auo, & auia respectu nepotum, & pronepotum, & sic æquiparantur; debent etiam æquiparari quoad successionem, vt pariformiter auus, & auia succedant nepotibus, & pronepotibus, cùm in locum patris, & matris subingrediantur, vt nu. præced. dictum est. & hæc videtur mihi veritas, faxit Deus, vt illam attigerim.

SVMMARIVM.



Patre, vel matre existente in medio, qualiter cesset dispositio cõsuetudinũ, recensentur Doctores, qui hanc materiam pertractant. num. 1. Hoc axioma non habet locum, si matrimonium contrahatur secundum vsum Capuanæ, & Nidi, & ratio traditur. numero 16.

Ab intestato quando succeditur partim ius commune, partim verò consuetudinarium seruatur, & qualiter hoc eueniet, recensetur. nu. 2. & 3.

Sorores, & si secundum ius cõmune succedant cum parentibus, & fratribus ad bona prædefuncti fratris, hoc non procedit secundum has consuetudines, quamuis non habeant locum, patre, vel matre existente in medio. nu. 3. & ita decisum refertur. nu. 4. & sub num. 5. Tunc tantùm succedent cum parentibus, si fratres masculi non adsint, & ita decisum recensetur. nu. 11. Doctores contrarium tenentes referuntur. nu. 7. Et qualiter eorum opinio procedat traditur. nu. 10. & 11. Procedit in specie, si matrimonium contractum sit more Magnatum sub nu. 10. in fi.

Non est inconueniens, vt alicui diuerso iure succedatur. nu. 5.

Decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus permittitur secundum has consuetudines, quàmuis secùs sit de iure communi. nu. 6.

Matre habilitata ex forma statuti ad succedendum filio, num etiam sorores defuncti habilitatæ sint? nu. 7. 8. & 9.

Existentia parentum non includit ad succedendum, quos excludit consuetudo, sub num. 9. & ratio affertur. nu. 10. Operatur eorum beneficium tantùm, non autem inclusionem non vocatorũ, vel vocatorum exclusionem. nu. 12. & 30. Non debet esse causa defraudationis vocatorum per consuetudines, nu. 32. & proinde si instituantur, & grauati sint bona extraneis restituere, nõ valet dispositio. nu. 35. Sola parentum existentia non sufficit, si nolint succedere. nu. 15. Intelligitur habere locum, vt cessare faciat consuetudines, si possint, & velint succedere. nu. 16. & 20. Licèt multi affirment, vt sola sufficiat, vt possit filiusfam. disponere in extraneum, relicta parentibus legitima. nu. 25. Contraria tamen sententia firmatur à d. nu. 25. vsque in fi.

Parentes, licèt de iure communi excludãt fratres ex vno tantùm latere coniunctos, hoc tamen non procedit ex dispositione istarum consuetud num, & ratione firmatur. nu. 13. & Pisanelli lapsus recensetur, & refellitur. nu. 14.

Paria sunt, vt parentes renuncient successioni filiorum, dum filij viuunt, vel post illorum mortem. num. 17. & ratio

affertur num. 18. 19. & 20.

Qui spernit ius sibi competens ex aliqua causa, dicitur deficere quoad ius illud, num. 18.

Fratres, & eorum filij succedunt de iure communi vnà cum parentibus ad hæreditatem prædefuncti fratris vtrinque coniuncti, non tanquam collaterales, sed ex iuris priuilegio nu. 21. Hoc tamen priuilegium ius illud consuetudinarium etiam ad fratres coniunctos ex vno tantùm latere extendit, numero 22.

Linea ascendens excludit collateralem præter fratres, & fratrũ filios, & ita Neapodani loca interpretantur, & Antonij de Alexandro ac Maricondæ lapsus reijciuntur. nu. 23. non excludit coniunctos ex vno latere tantùm, & Pisanelli error refellitur. num. 24. In feudis an excludat omnes collaterales, sub nu. 24. in fin.

Matrimonio contracto secundum vsum Capuanæ, & Nidi, filiusfam. dum testatur, nihil parentibus relinquere tenetur. num. 26. Si velit, potest illos sibi hæredes facere. num. 33. Simul tamen cum illis, qui per consuetudines vocantur. num. 34. Dum parentes instituuntur, debent cum effectu illa bona habere, aliter dispositio non tenet. nu. 35.

Bonorum subsidium, debitum patri vigore consuetudinis, succedit loco vsusfructus, quo priuatur pater per filij dispositionem. nu. 27. & 31.

Filiusfam. habilitatus ad testandum, tenetur seruare dispositionem cõsuetud. si aliquis moriens, & consuet. & si testator, alias testamentum non tenet, nisi pro illa portione, de qua per dictas consuetudines potest disponere. nu. 28. & sic pluries decisum refertur. nu. 29. & 36.

Parentes materni nihil habent de bonis filijfam. si ille habet filios, paterni verò vsumfructum tantum. nu. 38.

Ioannes Baptista Melior Regius Consil. laudatur, ac eius Commentaria ad has consuetudines recensentur. nu. 37.

Filiusfam. habens parentes paternos, & maternos, tenetur de medietate bonorum maternorum, bonorum subsidium relinquere paternis, maternis verò parentibus aliam medietatem. nu. 40. & 42. vbi decis. 406. Præsidis de Franchis ad hoc ponderatur. Si habeat matrem tantùm, vel alios parentes ex parte matris, multi tenent, vt, relicta illis legitima, disponat ad libitum de alijs bonis etiam in extraneos, à nu. 43. vsque ad nu. 47. Contrariam sententiam sequitur Author, & ex Neapodani dictis, & ex decisionibus Sacri Consilij illam comprobat à num. 47. vsque in fin. & præcipuè nu. 53. Si habeat fratres, vel sorores ex vno tantùm latere coniunctos, qualiter testetur? nu. 39.

Neapodani locus in consuetud. filiusfam. sub nu. 14. in verb. testari. refertur. nu. 44. & optimè declaratur. nu. 49. Alius Neapodani locus in consuetud. & si testator. in verb. proximiores. recensetur nu. 46. & ponderatur nu. 51.

Decisiones 91. & 92. Præsidis de Franchis referuntur num. 45. & expenduntur. nu. 49. & 52.

Ratio excogitata, vt filiusfam. disponendo de bonis maternis legitimam patri relinquat, non militat, dum filius disponit de bonis paternis, & habet matrem. nu. 48. & 50.

Vbi non constat de obseruantia consuetudinis in practica, iudicandum est in beneficium matris ad successionem filij concurrentis. nu. 52.

QVÆSTIO XLVI.

1 Quadragesimosextò quæro, † quomodo procedat hoc axioma commune, vt, patre, matre, vel alio ascẽdẽte in medio existẽte, nõ habeat locum consuetudo? Quæstio hęc examinatur per Neapodanum, & alios addentes ad ipsum in pluribus locis, vt per Præsid. de Franch. decis. 91. & 92. vbi hoc fusissimè explicat, sic etiam decisio. 486. 537. 543. 552. 606. & alibi; omnes tamen concludunt, axioma prædictum esse intelligendum in beneficium ipsorum ascendentium, vt etiam notauit Consiliarius de Bottis in consuetud. si quis, vel si qua, sub num. 180. in verb. Præterquam. in addit. incip. ibi sed quid in patre. fol. 124. Anna in alleg. 119. Naucler. & alij, quos infra citabo.

Vt autem magis ordinatè procedam, quæstio hęc dupliciter agitari potest, vel ab intestato, vel ex testamento, hoc enim duplici modo succeditur alicui, vt notũ est.

2 est. † Quando succeditur ab intestato, & tunc partim ius commune seruatur, partim verò ius consuetudinarium: Ius commune seruatur, quia, ascendentibus in medio existentibus, cessant consuetudines istæ, & seruatur dispositio Auth. defuncto. C. ad Tertull. & succedunt parentes cum illis personis, cum quibus succederent secundum ius commune, vt plenè dictum est supra q. præced. in allegationibus Consiliarij Rouiti nu. 6. cum plurib. seqq. & faciunt etiam tradita per Præsid. de Franch. decis. 537. & in alijs locis relatis nu. 1.

3 Seruatur ius cõsuetudinarium, quoàd duo. Primò, quia, si inter fratres defuncti adsint sorores vtrinq; coniunctæ, quamuis ipsę de iure communi admitterentur ad successionem prædefuncti fratris vnà cum alijs fratribus vtrinque coniunctis, & cum parentibus communibus, vt in d. Auth. defuncto. quia secundum ius commune non fit distinctio bonorum, nec sexus, sed gradus proximitas attenditur, vt in l. maximum vitium. C. de liber. pręter. & alibi passim: tamen quia de hoc iure consuetudinario sorores excluduntur à successione fratrum, & solum dotandæ sunt de paragio, vt sæpissimè replicatum est. Cùm igitur ex prudentum interpretatione, rerum iudicatarum authoritate confirmata, parentes solùm non excluduntur à successione liberorum, remanet firma dispositio istius iuris consuetudinarij contra sorores, vt quemadmodũ excluderentur per fratres, si parentes nõ essent in medio, eodem modo excludantur, dum parentes in medio sunt, quia in hoc remanet firma dispositio consuetudinum, dum expresse contrarium non introduxerunt, imò si contrarium diceretur, potius parẽtum existentia illis noceret, quod nullo modo asserendum est. Et hanc quæstionem sic in indiuiduo decidit Neapod. in consuet. sed si morienti. in verb. neptes. nu. 272. fol. 153. & in verb. proximiores. nu. 34. fol. 183. & alibi, vt per Præsid. de Franch. decis. 543. nu. 4. & 486. vbi Pisanellum, Naucler. & alios cumulat ad hoc confirmandum, quod etiam firmauit Cõsiliar. de Rubeis in suis addition. fol. 1. à ter. in Apostil. incip. Et quod dictum est. vers. vt dicamus.

4 † vbi sic decisum refert in Collaterali Consilio in anno 1563. die 12. Augusti, in causa Donnæ Isabellæ de Aragonia cũ Duce Mõtisalti eius fratre, de qua decisione meminit etiam Consiliar. de Bottis in consuet. sed si morienti. in princ. fol. 151. in addit. incip. In causa Illustrissimæ Donnæ Isabellæ, in fi. vbi Romanum consi. 399. & Ias. in l. 1. nu. 52. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. ad hoc probandum citat: & licèt in illa causa, quam refert Præs. de Franch. d. decis. 543. non fuerit hic articulus decisus, id euenit, ex quo soror petijt primum beneficium, quod illi concessum fuit; & quia fratris iura ad exclusionem sororis meliora, & potiora erant; ideò fuit illi liberatum depositum factum per debitores hæreditatis præmortui fratris, vt ibidem in fine decisionis ipse Præses refert, & veritatem articuli apparere dicit ex decis. 92. Vbi post longam discussionem, & disputationem factam in Sacro Consilio, fuit decisum in beneficium matris contra neptẽ, quæ excludebatur per consuetudinem, vt apparet d. decis. 92. in 3. dub. Et ratio

5 est manifesta, † quia non est inconueniens, vt alicui succedatur diuerso iure. l. 1. C. quand. non petent. part. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. & proinde succedunt parentes de iure communi, fratres verò de iure consuetudinario, ex cuius dispositione sorores excludũt, etiam si esset frater consanguineus, & vltra decisiones, & Authores relatos in præcedentibus, sic bis refert decisum in Sacro Consilio. Vrsill. in additiou. ad Afflict. decis. 38. nu. 12.

6 Hinc etiam dicimus, † quòd, licèt secundùm ius commune nemo decedere possit pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt est commune axioma. ex tex. in l. ius nostrum. ff. de regu. iur. cum vulg. alijs; tamen secundum has consuetudines potest aliquis decedere pro parte testatus, nempe ꝓ illa portione, de qua disponere potuit, & pro parte intestatus, nempè de illa portione, de qua dispo nere prohibebatur, vt testatur Neapod. in consuetu. & si testator, in verb. perueniat. num. 26. vbi Frecc. & Bucin. idem Neapod. in consuet. filius sam nu. 8. Naucler. in suis addition. fol. 13. in princ. & fol. 14. etiam in princ. cum vulgat. alijs; quod etiam quæst. præced. traditum est. Si enim quis disponit de omnibus bonis, & non seruat dispositionem consuetudinum, sine dubio testamẽtum valet quòad illam portionem, de qua potuit dispone-

re, seruata forma consuetudinum, & in ea decedet testatus: quo verò ad aliam partem, de qua non potuit disponere, non valet testamentum, & pro ea decedit intestatus.

7 Nec obstat, † quòd in simili statuto contrarium teneant in beneficium sororis. Bald. Anchar. & Socin. quos probat Deci. consi. 71. consi. 569. & 589. num. 5. Angel. consi. 200. post ipsos Alex. Imol. Ruin. & alios Surd. in consi. 100. nu. 7. & seqq. vol. 1. præcipuè ex tex. in l. fi. §. fin. autem. C. ad Tertull. qui omnes dicunt, quòd, si statutum non habeat locum con tra patrem, & matrem, simul cum eis intelliguntur habilitatæ sorores, & amitæ defuncti: quam etiam opinionem tenuit Ann. in allegat. 117. num. 14. versi. nec obstat, & hoc ea ratione; quia, dum mater habilitata est, habilitatio intelligitur quò

8 ad omnes alias fœminas: † Siquidem respondetur, & primò ex dictis eiusdem Annæ, qui in allegat. 119. dicit non esse curandum de Doctoribus, qui contrariũ tenent, & consequenter secundo loco scribens mutauit sententiam, quod sapientis est, negotio melius perpenso, mutare sententiam in melius. Secundò, quia in hac Ciuitate est receptissima sententia, vt ex habilitatione matris, & aliorum ascendentium, nullo modo intelligantur habilitatæ sorores, & amitæ, & ita semper seniores nostri interpretati sunt con suetudines, & Neapodani dicta, teste Præside de Franch. d. deci. 92. nu. 10. & patet etiam ex decisionibus relatis nu 4. & sub nu. 5. Quæ quidem interpretatio

9 optima est, † quia parentum existentia non includit ad successionem, quos consuetudo, vel statutum excludit, vt optimè firmauit Roman. consi. 399. quem sequitur Ias. in l. 1. nu. 52. ff. de offic. eius, & in fortioribus terminis idipsum probauit Castrens. in l. illam. C. de collat. quod etiam sequitur ipsemet Deci. sibi in hoc parum constans, consi. 507. & dum Anna prætendebat demonstrare contrarium in allegat. 70. contra se obtinuit sententiam.

10 Confirmatur, † quia ratio pietatis, & miserationis, ac rationes aliæ, quæ faciunt cessare consuetudinem in beneficium patris, vel matris, & aliorum ascẽdentium, quas congerit Neapod. in dict. consuetu. si quis, vel si qua, in verb. Præterquam. nu. 180. & seqq. & dixi aliqua supra quæst. præced. præcipuè nu. 4. 5. 8. 10 & alibi, non militant in sororibus, & alijs mulieribus, & consequenter à ratione cessante, remanet firma dispositio cõsuetudinum quoad eas: Si tamẽ consuetudines, vel statutum reducerent successionem ad ius commune per existentiam parentum, tunc essent habilitatæ aliæ mulieres, quæ simul cum fratribus succederent, & hoc modo potest procedere opinio eorum, quos nu. 7. citaui. Et hinc est, quod, dum mos Magnatum reduxit successionem ad ius commune, idcirco si matrimonium contractum sit more Magnatum, soror simul cum fratre admittitur ad successionem, & ita declarauit Sacrum Consilium in anno 1563. die 16. Nouembris, in causa Ducis Grauinæ, vt refert Consiliarius de Rubeis in suis additiion. fol. 2. à terg. in Apost. incip. limita nisi contractum sit matrimonium, de qua etiam decisione meminit Vrsill. ad Affli. decis. 137. nu. 7.

11 Dixi, si fratres adsint, † si enim adesset pater, & mater, & sorores defuncti fratris tantùm, tunc, quia in eodem gradu non adsint masculi, qui virtute istarum consuetudinum sorores excludant, & parentes vocantur secundum ius commune, nec adest ratio conseruationis bonorum in familia in hoc casu, vt dixi sup. q. præced. nu. 48. 49. & 56. Succedunt sorores cum ascendentibus prædefuncti fratris, attenta sola dispositione iuris cõmunis, & in hoc etiam calu puto etiam veram esse opinionem Doctorum, qui nu. 7. citati sunt, & hoc videtur habuisse pro absoluto Sacrum Consilium in anno 1591. die 15. Februarij in causa sororum de Minutulis, cùm iudicauit, testamentũ fratris fuisse nullum quoad medietatem, de qua non poterat frater disponere; quam quidem medietatem iddem Sacrũ Consilium sororibus dedit, quæ virtute consuetudinum succedebant, patri verò legitimam dedit, & hæredibus à fratre institutis illam assignauit portionem, de qua ipse disponere potuit, seruata forma consuetudinum, vt habetur in decis. 486. Præsid. de Franch. qui in decisio. 91. hoc

12 idẽ docet, ea ratione præcipuè, † quoniam parentum existentia operatur in eorum beneficium tantum, non autem in damnum eorum, qui ad bona defuncti vocantur ex beneficio consuetudinum, quę, non existentibus masculis in eodem gradu,

gradu, vocant sorores defuncti fratris ad illius successionem, vt pluries notatum est, sic etiam parentum existentia non includit eos, quos ipsæ consuetudines excludunt, vt patet ex dictis nu. 9. & ex dicendis nu. 41. Qualiter autem in hoc casu sit diuidenda successio inter fratres vtrinque coniunctos, & ascendẽtes, patet ex dictis quæst. præced. præcipuè num. 32. & seqq. & etiam quæstio. 38. & alibi.

Seruatur secundò hoc ius consuetudi-
13 narium in hoc alio, † quia, licèt de iure communi parentes excludant fratres, ex vno latere coniunctos à successione prędefuncti fratris, vt habetur in d. Authen. defuncto. tamen de hoc iure consuetudinario secus est, quia consuetudines non solùm considerant gradus proximitatẽ, sed etiam bonorum distinctionem, vt sępissimè replicatum est, & præcipuè ex præced. quæst. cernitur ex allegationib. Rouiti, & ex latissimè congestis per Vrsill. d. decis. 38. nu. 3. vers. ego autem vermis, & non homo. vsq; ad nu. 13. hoc est, parentes materni succedunt ad bona prædefuncti fratris ad bona materna, & ex linea materna peruenta, succedunt, inquàm, simul cum vterinis fratribus, vel eorum filijs tantum: paterni verò parentes succedunt cum fratribus consanguineis, & eorum filijs ad bona defuncti fratris consanguinei, quæ ex paterna linea ad eum peruenerunt, secus tamen esset de illorum pronepotibus, quia in istis cessat subingressio, & non succederent, vt dixi supra q. 41. patet etiam ex Neapodan. in diuersis locis ibid. allegatis, sic ẽt ex dictis q. præced. nu. 29. & seqq. ex Vrsill. loco citato; Quod etiam tenent Minad. deci. 38. §. hinc dubitabatur. Præses de Franch. ad Neapod. in d. consuetu. si quis, vel si qua. nu. 154. fol. 118. in Apost. incip. Ista verba, & sic patet deceptos fuisse eos, qui contrarium tenebãt, quos etiam modestissimis verbis reprehendit Vrsill. loco cit. quamuis propter modestiam noluit nominare Authores, sed dicit, vt tam Proceres de Sacro Consilio, quàm extra, contrarium defendebant, & eadem modestia ego eos omisissem; sed
14 nihil mali est, si eos recẽseã, † inter quos est Ant. de Alex. in d. consuet. si quis, vel si qua. sub nu. 242. fol. 145. in Apostill. incip. de iure istarum consuetudinum, & hic est de Sacro Consilio, qui Vir, alioquin doctissimus, in hoc lapsus est inaduertenter, quatenus affirmat, vt vterinus tantùm, vel consanguineus tantùm excludatur à matre, vel à fratre vtrinque coniuncto à successione defuncti fratris, quia mater succedit de iure communi, nam hoc eius assumptum non est verum, vt patet ex dictis, & ex decisionibus relatis, quam etiam sententiam defendit Naucler. in suis addit. fol. 10. in princ. in addit. incip. In eadẽ consuetudine. vers. Ex his infero.

Vnum tamen notandũ est, quòd, licèt Capyc. decis. 210. nu. 5. versic. nec curo.
15 fuerit in opinione, † vt sola existẽtia matris, etiã si nolit succedere, excludat alios vocatos ex forma consuetudinis, & velit, vt solùm vocentur illi, qui de iure communi vocandi sunt, tamen contrariã sententiam iudico veriorem, vt existentia
16 sola non sufficiat, & probatur facilè. † siquidem, dum matrimonium contrahitur secũdum nouum vsum Capuanæ, & Nidi, hoc axioma commune non habet locum, ea ratione, quia parentes solent in vita successionibus filiorum renunciare etiam quòad legitimam, & per illam renunciationem excludunt se de medio, & faciunt locum alijs succedentibus ab intestato, secundum formam istarum consuetudinum, vt in specie docuit Ant. de Alex. in d. consuet. si quis, vel si qua. sub nu. 185. fol. 127. in Apostill. incip. Et nota, quòd hæc glos. quam seni ẽtiam sequitur ipsemet Capyc. d. decis. 210. circa fin. vers. imò quãdo apparet. Sequitur etiam Pisanell. in d. consuet. si quis, vel si qua. sub nu. 227. in addit. incip. Vide consuetudinem, in si. fol. 137. & dixi infra in tit. de renunciat. q. 15. & infra q. 57. nu. 6. &
17 hoc eatenus est verum, † ꝙ si filiusfam. faciat testamentum, non tenetur prædictis parentibus legitimã relinquere, quia habentur, ac si non existerent, vt dicam infra nu. 26. Igitur eodem modo procedere debent, quando mater renunciat successioni filiorum post illorum mortẽ: nam, vt docet Neapod. in d. consuetud. si moriatur. in verb præterquam. sub nu. 194. pater de medio dupliciter excluditur per pactionem, vel per formã renunciationis, vel per formam alienationis, faciẽdo se alienum a iure sibi competente, vel ius illud in alium transferendo. l. cum oportet. §. pen. C. de bon. quæ liber. cuius verba ponderat Neapod. loco citato,

tato, ſubdens hæc alia verba [& alibi di-
18 citur,† quòd,ſi aliquis ſpernit ius ſibi cō-
petens,dicitur deficere quoad illud. inſt.
de legat. §.ſi eadem res.] & ratio eſt manifeſta, quia dum ius ſibi delatū ſpernit, ſine dubio per neceſſariam conſequentiā definit eſſe in medio, & facit locum alijs ſuccedentibus per has conſuetudines,ad quas præſumitur transferre ius illud, quod ipſe ſpreuit, vt latiſſimè probatum eſt d.q.15.de renunciat.

Additur etiam alia ratio, quam tetigi
19 ſupra nu.12.† quia parentum exiſtentia operatur eorum beneficium tantùm, non autem in damnum illorum, qui ſeruata forma cōſuetudinum, ad ſucceſſionem bonorum defuncti vocantur: cùm ergo parentes ex facto proprio per renunciationem excludunt ſe de medio, ceſſat eorum beneficium,& habentur,ac ſi non eſſent in rerum natura, & ſucceſſio ad illos defertur,ad quos ſpectat,dum parentes non ſunt in medio. Et confir-
20 matur,† quia exiſtentia parentum eatenus intelligitur illis prodeſſe, quatenus ſuccedere velint, & quatenus beneficio exiſtentiæ vti velint.prout in ſimili dictū eſt de renunciatione,quæ in beneficium alterius fit, vt cernitur ex dictis infra in tit.de renunciat.q.2.num.3.4.5. & alibi, adeò vt,ſi fratres,in quorum beneficium fuit facta renunciatio,mortui ſint,vel ſuperſint, ſed nolint ſuccedere, renunciatio habetur pro non facta,quia ceſſat cauſa, ob cuius finem facta fuit, iddem igitur eſt in hoc caſu, dum parentes exiſtūt, ſed nolunt ſuccedere, vt illorum exiſtentia habeatur tanquam ſi non eſſet, vt patet ad ſenſum.

21 Poſtremò notandum eſt, † quod dum fratres,vel fratrum filij admittuntur vnà cum parentibus ad ſucceſſionem fratris, vel patrui defuncti, non admittuntur tāquam ex linea collaterali; ſic enim eſſent in tertio ordine ſuccedendi, & omninò excluderentur à parentibus, qui ſunt in ſecunda linea, ſeu ordine ſuccedendi. cuius eſt ſecunda cauſa, ſeu ſecūdus ſuccedendi ordo, vt in Auth. de hæred.ab inteſtat.venien. & alibi, vt pluries notatum eſt; Sed admittuntur ex priuilegio iuris tam communis,quo reputantur, ac ſi eſſent in ſecunda linea, vt in Authen. defuncto.C.ad Tertull.quàm etiam conſuetudinarij, quo iudicantur, ac ſi eſſent in eadem ſecunda linea aſcendentium, hoc enim ius conſuetudinarium in hoc præcipuè recipit interpretationem à iu-
22 re communi, † imò conſuetudines hoc priuilegium ampliarunt etiam ad fratres vterinos, & conſanguineos, & ad ipſorū filios tantùm;vt nu. 3. dictum eſt, & hoc propter bonorum diſtinctionem , quæ per ius ipſum conſuetudinarium conſideratur,vt conceptis verbis docet Neapod.in conſuet.ſi quis,vel ſi qua.nu.153. & melius nu. 225. ibi (Qui ex quodam priuilegio habent,vt cum aſcendentibus in gradu proximis ſuccedant.) Et hoc iddem docet ibid. nu. 226. quòad vterinos, & conſanguineos, & ita communiter omnes ferè Periti interpretati ſunt, & conſuetudines, & Neapodani dicta, vt patet ibid.nu.155. per omnes ferè addentes, & præcipuè per Gaſpar.de Leo. ſic etiam nu.241.& fuit etiam deciſum in Sacro Conſil.teſte Præſid de Franch. deciſ.99.cum alijs traditis ſupra num.13. & ſeq.

23 Nec obſtat, † quòd Neapod. aliquib. in locis dicat, vt linea aſcendens excludat collateralem,& quòd linea aſcendēs ſuccedit ſecundum ius commune: non enim mutauit ſententiam (vt eum malè interpretati ſunt Ant. de Alex. & Maricond.in d.conſuet. ſi quis, vel ſi qua.nu. 153.fol.117. qui in hoc, & ſi aliàs viri doctiſſimi, inaduertenter lapſi ſunt Sed verus ſenſus eſt, vt extra perſonas à iure priuilegiatas, nempè extra fratres,& fratrum filios etiam ex vno latere coniunctos, ſemper linea aſcendens excludat alios Collaterales; quod colligitur expreſsè ex dictis per eundem in d. cōſuet. ſi quis,vel ſi qua.nu.154.& ſeqq. fol.118. ſic etiam in conſuet. filiusfam. in verb. ſi nolit.nu.18.& in verb.ſaluo.nu.19. verſ. nota igitur.fol.189.vbi cùm dicit,lineam aſcendentem excludere collateralem, remittit ſe ad dicta per eum in d. cōſuet. ſi quis,vel ſi qua,vbi conceptis verbis affirmat eſſe intelligendum vltra fratres, & filios fratrum etiam ex vno latere cōiunctos,vt patet ibid.nu.154. cum pluribus ſeqq.nu.239.& ſeqq. & pręcipuè nu. 241.fol.144.& alibi pluries, itaque Neapod. ſibi non contradicit, vt rectè notarunt Viſill.d.deciſ.38.præcipuè nu.8.& ſeqq.vbi ex pluribus hoc comprobat; & Conſiliarius de Rubeis in ſuis addition. fol.1. à ter. in apoſtill. incip. & quod dictum eſt. & fol.2. in addit.incip. intellige,

ge, quòd excluduntur, & Consiliar. Melior locis citandis. nu. 37. & patet etiam ex decisionibus Sacri Consilij, & ex prudentum interpretatione, qui ita semper Neapodani dicta interpretati sunt, vt tot vicibus replicatum est.

24 Hinc etiam patet, † Ioannē Angelum Pisanell. (virum alioquin eruditissimum, & laboriosissimum, vt affirmare solebat Præs. de Franch. & in suis decisionibus scriptum reliquit, præcipuè decisio. 411. nu. 2.) inaduertenter esse lapsum in consuetu. prædict. si quis. vel si qua. sub num. 156. fol. 118. in Apostill. incip. Si ergo decessit, cùm dixerit, quòd si aliquis decederet, relicta matre, & fratre vtrinque coniuncto, ex quo sunt diuersæ lineæ, cessaret bonorum distinctio, & proinde si defunctus testari vellet, non cogeretur medietatem bonorum paternorum fratri suo relinquere, sed sufficeret, vt secundum ius commune relinqueret legitimā fratri, & matri: lapsus est, inquam, quia Neapod. ibid. num. 155. expressè docet contrarium, prout etiam contrarium iudicauit Sacrum Consilium, vt dicetur nu. 34. Nec est vera Pisanelli ratio, vt sola parentum existentia, cessare faciat cōsuetudinem, vt sæpe dictum est, præcipuè nu. 12. & 19. & etiam nu. 41. Solum eius opinio posset locum habere in feudis refutatis, tunc enim siue antiqua sint, siue noua, semper linea ascendens excludit collateralē, nulla facta bonorum distinctione, vt docet Andr. in constit. Regni. vt de successionibus in c. 1. §. fi. col. fin. de capit. Corrad. & alibi, & post ipsum Ioā. Vinc. de Ann. Frecc. & alios Reg. de Pōte in tract. de potest. Proreg. in tit. de refutat. feud in princ. à nu. 27. vsque in fin. vbi hoc explicat, an etiā locum habeat, si feuda aliunde obueniant, sed hoc non concernit hanc illationem, ideò ad eius dicta me remitto, & ad ea, quæ supra suo loco tractata sunt.

Deueniēdo ad secundum casum prin-
25 cipalem, † quando loquimur ex testamento, & in hoc magna fuit altercatio inter peritos huius Regni, adeo vt multi affirmabant, solam existentiam parētum esse causam sufficientem, vt eorum filij ad libitum disponerent de bonis suis, & quòd non sint subiecti dispositioni consuetudinum, sed sufficiat eos disponere secundum ius commune etiam in beneficium extraneorum, & contra fratres vtrinque coniunctos, sic expressè tenet Pisanell. loco cit. nu. præced. tenet etiā Capyc. in consuet. filiusfam. fol. 188. in fi. sub nu. 18. in Apostill. incip. Ista glosa videtur loqui, vbi dicit per Sacrum Consilium in causa Sancti Petri de Vrbe fuisse pro maiori parte votatum, vt existentia ascendentium, etiam extraneo hærede instituto, excludat agnatos, & cognatos, ex doctrina Bart. in l. 1. §. si pater. col. 3. vers. ex hoc cōcludo. ff. de coniungen. cum emancip. liber. quia de iure commuui hoc manifestum est, & sic aliàs fuit cōclusum in d. Sacro Consilio in casu simili, vt not. Vrsill. d. decis. 38. num. 2. & 3. quam opinionem dicit veriorem de stricto iure Minad. in repet. cōstit. in aliquibus. in 2. notab. nu. 104. & secundum eā iudicauit Sacrum Consilium in causa quorundam de Turri Octaua, vt testatur Præs. de Franch. decis. 91. in fi. qui à num. 11. vsque in fin. dictæ decisionis, & ex verbis consuetud. filiusfamil. ex verbis Neapodani, & ex Prudentum interpretatione hanc firmauit sententiam, & respondet etiam contrarijs: & aliquibus eatenus hæc sententia vera fuit visa, vt ausi fuerint dicere, non esse amplius dubitandum, & conferunt etiam dicta per eundem de Franch. decisio. 92. in 3. dub.

Vt igitur in hac Doctissimorum Virorum varietate, vt verbis Vrsilli vtar, ego vermis, & non homo, dicam, quid sentiā, & testor Deum, quòd in ea inuestiganda per plures laboraui dies, ipse faxit, vt veritatem attigerim, pono sequentes con-
26 clusiones, quarum prima sit, † Filiusfam. quando testatur nihil tenetur relinquere parentibus, si matrimonium contractum esset secundum vsum Capuanæ, & Nidi. Conclusio patet ex dictis num. 16. & est etiam omnium Peritorum super has consuetudines, præcipuè Ant. de Alex. Collutij Coppolæ, Capyc. Frecc. Pisanell. in d. consuet. si quis, vel si qua, in verb. præterquam, & aliorum, quos in vnum collegit Præs. de Franch. decis. 552. nu. 7. & seqq. qui omnes docent, vt etiam à legitima in hoc casu excludantur parentes, quia licèt consuet. filiusfam. permittat,
27 † vt filijfam. testari possent, saluo patri debito bonorum subsidio, illa tamen verba non sunt conditionalia, vt nempe pro forma sint adimplenda, adhoc, vt testamentum valeat, sed potius est quædam clau-

claufula referuatoria iuriū patris, vt loco vfusfructus bonorum aduentitiorum filij, pater legitimā habeat, vt ibid. Neapod. docet in d. verb. faluo, probat etiam Præf. de Franch. d. decif. 552. num. 20. & feqq. qui tandèm nu. 22. fic refert decisū in Sacro Confilio in anno 1595. die 5. Iunij in caufa Claudij de Aprano, in qua quidem caufa fuit quòad hanc conclufionem facta lōga difcuffio: Et ratio omnium, & à priori eft, quia parentes per renunciationem, quam faciunt, dum con trahunt fecundum hunc nouum vfum, tollunt fe de medio, & habētur pro mortuis etiam quòad legitimam, vt d. nu. 16.

28 dictum eft. † Verùm filiusfam. in hoc cafu tenetur feruare formam confuetu. fi aliquis moriens, & confuetu. fi teftator. nempe, vt medietatem bonorum relinquat proximioribus agnatis, & cognatis, feruata gradus proximitate, & bonorum diftinctione, & folum de alia medietate poteft ad libitum difponere etiam in extraneorum beneficium, & fi aliter difponeret, non valeret teftamentum, nifi de illa medietate, de qua potuit difponere, feruata forma confuetudinis, vt ex pluribus probauit Capyc. decifio. 210.

29 † vbi fic refert decifum in Sacro Confilio, probat etiam Minad. decif. 26. & 38. vbi fic etiam decifum refert in caufa Ioannellę de Orilia. Fuit etiam decifum, iūctis aulis de anno 1571. die 15. Februarij in caufa fororum de Minutulis, vt teftatur Præf. de Franch. decif. 486. vbi Sacrum Confilium iudicauit, dandam effe legitimam patri, quia nō renunciauerat, reliquum verò patrimonium obuentum filio ex linea materna, diuidi pro medietate inter hæredes extraneos inftitutos per filium, cùm de illa folùm medietate potuit filius difponere, reliquam verò medietatem Sacrum Confilium affignauit fororibus vtrinque coniunctis. Et quamuis non fuit ibi difcuffus hic articulus, quando matrimonium eft contractū fecundum vfum Capuanæ, & Nidi, eft tamen eadem ratio, vt dicam num. 47. & feqq.

Ad confirmationem prædictorum inter alias rationes vna ponderata fuit, quam prius confiderauit Minad. locis citatis, quia Neapod. in d. confuet. fi quis, vel fi qua. nu. 158. in vltimis verbis, quæ

30 referam infra nu. 40. docet, † vt fola parentum exiftentia non faciat ceffare con fuetudines in beneficium proximiorum, vt etiam fupra nu. 25. & albi replicatum eft: quo fit, vt dum filiusfam. teftatur, teneatur feruare difpofitionem ipfarum confuetudinum, & dum Neapod. fubdit, patrem habere bonorum fubfidium, & quòd feruatur difpofitio iuris communis, non intelligitur, vt ipfe filius, relicta legitima patri, de alijs bonis poffit ad libitum difponere fecundum ius commu-

31 ne, † fed quia pater priuatur vfufructu bonorum aduentitiorum filij, dum ipfe de illis bonis difponit, ideò loco vfusfructus datur legitima patri, in reliquo verò patrimonio feruandum eft ius commune, hoc eft, vt ad fucceffionem filij vocētur illi, qui ex Authen. defuncto. poffunt fuccedere, & ita debet filius per teftamentum difponere; nam licèt habilitatus fit per has confuetudines ad teftandum, eft habilitatus, & tenetur difponere in beneficium illorum, qui de iure cōmuni vocantur, vt patet ex decifionibus relatis nu. 29. Et ratio eft manifefta, quia, licèt confuetudines nō habeant locum, patre, vel matre exiftente in medio, hoc fuit introductum in illorum beneficium,

32 taliter tamen, † vt ipforum exiftentia non fit caufa defraudationis vocatorum per cōfuetudines, nempe, vt per eorum exiftentiam excludantur illi, qui per has confuetudines fimul cum parentibus ad illius fucceffionem vocantur, vt ex multis probauit etiam idem Pręf. de Franch. decif. 537. nu. 21. & ex his probata apparet prima conclufio.

33 Secunda conclufio eft, † filiusfam. poteft inftituere parentes, qui ab inteftato illi non fuccederent. Hæc conclufio eft limitatio primę conclufionis, quam probant omnes, quos in prima conclufione retuli, & præcipuè Minad. d. decif. 26. & 38. vbi fic refert decifum in dicta caufa Ioannellæ de Orilia, probat etiam Præf. de Franch. in decif. 552. vbi nu. 22. de dicta decifione meminit, probat etiam decif. 537. tota, vbi nu. 19. iterum meminit de eadem decifione, & ratio omnium eft, quia parentes non dicuntur omninò mortui per renunciationem, fed ex hac parte tantùm, vt habeātur pro mortuis, ne ab inteftato fuccedere valeant, fed vt fuccedere poffint ex teftamento, tunc ceffat ratio renunciationis, quæ nec etiā ad hunc cafum extenditur, vt dixi fupra quæft. o. 25. & dicetur etiam in materia

de

de renunciatione quæstio. 12.

34 Illud tamen notandum est, † vt hæc institutio solum fieri valeat in præiudicium illarum personarum, quæ non possent succedere cum parentibus ab intestato, & ratio est manifesta, quia ipsi parentes ab intestato illos agnatos, & cognatos excluderent, & quamuis illis obstet renunciatio, hæc tamen vt concernens beneficium filij potuit ab ipso filio remitti in beneficium parentum, non tamen procedit in præiuditium illorum, qui per has consuetudines simul cum parentibus ipsi filio succederent, vt patet ex dictis nu. 12. sic etiam nu. 24. contra Pisanell & faciunt etiam discutienda infra in 3. conclusione.

Declaratur secundo tunc tantùm habere

35 locum, † si parentes cum effectu bona prædicta haberent, sed si grauati essent bona illa restituere extraneis, secus esset: nam diceretur dispositio facta in fraudem consuetudinis ad exclusionẽ illorum, qui per ipsam consuetudinem ad illius successionem vocantur; Parentes enim per renunciationem non existunt in medio, dum igitur pater filium ad succedendum habilitantur, debet habilitatio esse in beneficium ipsorum parentum, non autem extranei, tunc enim existentia parentum esset causa defraudationis eorum, qui per consuetudinem vocantur, contra dicta superius, præcipuè nu 32. & ita in specie iudicauit Sacr. Consilium in d. causa Ioannellæ de Ortia, quæ vti auia, & quæ contraxerat matrimonium secundu vsum Capuanæ, & Nidi, non succedebat ab intestato, fuit tamen hæres instituta, & simul grauata, vt extraneo hæreditatem restitueret, tamen Sacrum Consilium declarauit testamentum nullum, quia non fuerat habilitata cum effectu, vt refert Minad. d. decis. 38. vt alios omittam; potest enim confirmari ex traditis per Præsid. de Franch. in locis citatis nu. 33.

36 Tertia conclusio, † filiusfam. habens filios, & parentes, tenetur testari secundum consuetudines istas, videlicet, mulier de decima parte tantùm dotis, & bonorum ipsi obuentorum, masculus verò de sola medietate bonorum antiquorũ, conclusio est Neapod. in consuet. filiusfam. in verb saluo. vers. item quòd si haberet parentes sub nu. 24. fol. 189. & aliorum, quos probat Præs. de Franch. decis. 606. tota, & in specie nu. 9. & in fi. eiusdẽ decisionis sic refert decisum de anno 1596. die 11. Decembris, videlicet, vt testamentum factum à filiafam. nupta, quæ per matrimonium sui iuris effecta erat; in quo quidem testamento filio reliquit legitimam, fratres verò, & matrem fecit sibi vniuersales hæredes, patri autem nihil reliquit, iudicauit, inquam, Sacrum Consilium testamentum non valuisse, nisi pro decima parte tantum, quia de hac sola portione, dum filios habebat, poterat secundum consuetudines testari; nec parentum existentia aliquid operabatur in præiudicium filiorum, quorum est prima causa succedendi, & hæc decisio confirmat ea, quæ dicta sunt num. 34. & 35. vt parẽtum existentia non noceat illis, qui per consuetudines ad successionem filiorum, præcipuè in præiudicium eorum, qui simul cum ipsis parentibus ad successionem filij vocantur. Itaque filiusfam. vt valdè testetur debet relinquere legitimam, debitam filio non secundum ius commune, sed secundum hoc ius consuetudinarium, quia solùm in bonis nouiter acquisitis tenetur seruare dispositionem iuris communis, & hanc ẽt sententiam per plures annos antequam facta fuerit prædicta decisio 606. Præsid.

37 de Franchis, † defendit Io. in. Baptista Melior, nunc ob eius excellentem doctrinam, perspicacitatem ingenij, honestissimos mores, aliasque insignes virtutes, meritissimus Consiliarius, defendit, inquam, in consuet. si aliquis moriens. q. 42. & in consuet. & si testator. q. 13. quas quidem quæstiones manu scriptas Vir ille integerrimus ex sua solita, & innata benignitate mihi commodauit, ex quibus multa etiam desumpsi ad corroborationem illorum Commentariorum. Et pro hac eadem conclusione faciunt dicta infra q. 51. dum discussa est quæstio, num valeat testamentum filiæ, in quo patri nihil reliquit.

Notandum est tamen in casu prædi-

38 ctæ tertiæ conclusionis, † quod parentes materni nihil habebunt, paterni verò parentes solum vsumfructum bonorum aduentitiorum, eorum tamen vita durãte tantum, & non amplius, vt expressè docet Neapod. in d. consuet. filiusfam. nu. 23. vers. sed tunc pater, & num. 24. & probant plures alij, quos congerit, & simul comprobat Præs. de Franch. dict.

decis. 606. tota, & præcipuè num. 9.

39 Ampliatur hæc conclusio, † vt procedat etiam si non haberet filios, sed solùm haberet fratres, vel saltem sorores vtrinque coniunctas, adhuc enim cùm disponit, tenetur seruare dispositionem consuetudinum, vt iudicauit Sacrum Consilium in causa sororum de Minutulis, vt retuli num. 11. & nu. 29. quia parentum existentia, vt sæpe inculcatum est, solùm operatur ipsorum parentum inclusionem, non autem exclusionem illorum, qui simul cum ipsis parentibus per hoc ius consuetudinarium ad successionem alicuius vocantur. Et dum Sacr. Consilium hoc sæpe iudicauit, est quòad hoc introducta consuetudo iudicandi, vt patet ex dictis in prima par. supra cap. 5. num. 18. & 27. & ideò non est amplius in hac conclusione immorandum.

40 Quarta conclusio, † si filius non haberet filios, nec fratres, vel sorores vtrinq; coniunctas, sed solùm parentes ex vtraq; linea, tenetur testari, seruata forma istarum consuetudinum, nempè de bonis maternis, vel ex materna linea ad eum peruentis, relinquat paternis parētibus legitimam, maternis verò parētibus medietatem, de alijs verò disponit ad libitum. conclusio est Neapodani in d. consuet. si quis, vel si qua. nu. 158. fol. 118. vbi de filiafam. in prædicto casu testari volente, subdit hæc verba (si verò vellet testari, tunc medietatem ipsorum bonorum maternorum habet necessitatem relinquere auo materno virtute legis, seu consuetudinis, & si testator infra titu. r. Auo verò paterno solum bonorum subsidium de ipsa medietate sibi restante: & sic de duodecim vncijs bonorum maternorū auus maternus habet sex, auus paternus de reliquis sex, habet tertiam de iure naturæ, & sic duas vncias; ergo testator nō poterit disponere, nisi de quatuor. Nec est bonum dicere, quòd auus paternus prius eleuet de omnibus duodecim vncijs tertiam suam, & sic quatuor vncias, & postea auus maternus eleuet sex vncias, & sic remanebunt duæ tantùm testatori, quia de eo, quod potest disponere, habet necesse filius relinquere parentibus bonorum subsidium infra in consuet. filiusfam. & non de eo, quod datur ex prouidentia consuetudinis alijs proximioribus, quia illud est velut debitum, quod habet diminuere debitum iure naturæ, vt not. C. de rei vendic. l. cùm à matre. in fin. magn. glos.) Hęc Neapod. qui non poterat clarioribus verbis loqui ad hanc conclusionem firmandā, & faciunt dicta superius nu. 30. ex ponderatione Minad. ad hæc Neapodani verba.

Ex his Neapodani verbis plura deducuntur, & primò ponderatio toties repli-

41 cata, † vt parentum existentia non noceat illis, qui ex iure communi, vel ex iure consuetudinario vocantur cum parētibus ad successionem, & clarè hoc deducitur, dum filius relicta legitima patri, tenetur medietatem bonorum maternorum relinquere parentibus maternis.

42 Deducitur secundò, † quantum sit bonorum subsidium debitum paternis parentibus secundum istas consuetudines, nempe duæ vnciæ ex toto patrimonio filij, & ita iudicauit Sacrum Consilium in dicta causa sororum de Minutulis, teste Præside de Franch. d. decisio. 486. sub nu. 1. Sic enim debet intelligi, cùm ait, (& idcircò iussimus legitimam dari patri, & reliquum hęreditatis, obuentum filio ex bonis maternis, diuidi inter institutos pro medietate, de qua poterat testator disponere, & aliam medietatem dictis sororibus dari) nam debet intelligi, vt medietas totius hæreditatis sit sororum, de alia medietate deducatur legitima patris; hoc est, deducuntur duæ vnciæ, reliquæ verò quatuor vnciæ diuidi debent inter institutos: sic enim expressè docet Neapod. in verbis citatis, & sic intelligi debet decisio prædicta, legitima enim semper deducitur de illa portione, de qua testator poterat disponere, vt dicam infra q. 60.

Cùm igitur istæ conclusiones claræ

43 sint, tota controuersia esse potest, † si mortui sint omnes parentes paterni, adsint tamen ascendentes ex linea materna, vt mater, vel alij; & quia in hoc casu filius est sui iuris, quia parentes materni non habent liberos in potestate, num igitur in hoc casu, dum non habet filios, fratres, vel sorores, qui, vel quæ ex forma consuetudinis illi succederent, an, inquam, possit disponere ad libitum de bonis suis etiā in extraneorum beneficium, relicta solum legitima matri, vel maternis parentibus, vel teneantur illis relinquere medietatem bonorum; seruata forma consuetudinis? In hac quæstione si attendamus opinionem Capycij, & Pi-

sanelli,

fanelli, pars affirmans est certa in beneficium extraneorum: ipsi enim affirmant, vt existẽtia matris faciat cessare consuetudinis dispositionem, vt filius, relicta legitima matri, possit ad libitum de alijs bonis disponere etiam in extraneos, sic affirmat Pisanel. in consuet. filiusfam. sub nu. 12. fol. 187. in apostill. incip. Ista glos. in verb. tantum. ibi (quæ ratio militat, etiam quando mortuus esset pater, & viueret auia, & vellet de bonis paternis disponere) quam etiam opinionem videtur defendere Vrsill. d. decis. 38. sub nu. 11. vbi conatur reducere opinionẽ contrariam ad concordiam, vt tunc teneatur filius seruare ius commune, siue tunc succedant parentes secundum ius commune, quando esset successio ex testamento.

44 Hoc iddem videtur velle Neapod. in d. consuet. filiusfam. in verb. testari, sub nu. 14. fol. 188. ibi (tamen ex beneficio huius consuetudinis permittitur filio testari de ipsa plena proprietate fauore vltimæ voluntatis, saluo tamen patri debito bonorum subsidio, si extraneum sibi fecit hæredem) & postea subdit, vt loco vsusfructus detur patri bonorum subsidium.

45 Iddem videtur probare magis expressè Præs. de Franch. decis. 91. præcipuè à nu. 11. vsque in fin. & decis. 92. in fi. quia parentibus sufficere debet habere bonorum subsidium; alij verò agnati, vel cognati non possunt conqueri, quia ipsi nec de iure communi, nec ex verbis consuetudinum, nec ex Neapodani, vel Prudentum interpretatione possunt simul cum parentibus succedere, & consequenter nulla fit illis iniuria, si illis nihil relinquatur, cùm si filius decederet ab intestato, ipsi excluderentur per existentiam parentum: excludi igitur etiam possunt, dum filius disponit per testamentum, & in hoc casu possunt habere locum omnes decisiones Sacri Consilij, & Doctorum authoritates, quas retuli supra nu. 25. vt valeat dispositio facta per filium in beneficium extraneorum, relicta parentibus legitima, vt expressè tenet Naucler. in indiuiduo in suis addition. fol. 13. in verb. si nolit. subdens hæc verba. (mater enim nihil dicere potest, quia ipsa habet legitimam) itaque in particulari determinat quæstionem istam.

46 Vltimò hoc iddem videtur magis expressè sentire Neapod. in consuet. & si testator, in verb. proximiores, cùm enim consuetudo illa mandet, vt testator, qui filijs caret, non posset disponere de bonis antiquis, nisi de medietate, quia alia medietas debetur proximioribus agnatis, & cognatis secundum bonorum distinctionem, & proximitatem gradus, subdit Neapodanus hæc verba (intellige hic, patre, vel matre non existente, aliàs si existeret pater, vel mater, dico habere locum ius cõmune, vt puta decessit quis sine liberis, relictis fratribus, & matre, vel patre, vel vtroque, certè dico, tũc habere locum Auth. defuncto. C. ad Tertull. quod hic correctum non est.) Ex quibus verbis non potest inferri, vt debeatur patri, vel matri ea portio, quæ illis deberetur, si ab intestato simul cum fratribus defuncti parẽtes succederent, iuxta dicta superius nu. 3. & 13. nam Sacrum Consilium in causa sororum de Minutulis iudicauit, vt quando filius disponit per testamentum, sororibus, & iddẽ esset in fratribus, detur medietas, patri verò legitima tantùm. Igitur eodem modo dicendum est de matre.

47 Verùm, prædictis non obstantibus, contraria sententia mihi probatur, quæ salua pace tenentium contrariũ, verior existimatur, quã probo ex infrascriptis. Et primò ex ratione sæpius citata, quia consuetudines cessant in beneficium parentum. sed si filius posset nunc aliter disponere in extraneum; iam existentia matris retorqueretur in eius odium, quod nullo modo dicendum est: est enim vulgatum axioma, vt quod est introductum in fauorem, & beneficium alicuius, non debeat retorqueri in eius odium. l. quod fauore. C. de legib.

Secundò ex traditis per Minad. in dictis decisionibus 27. & 38. vbi ex diuersis Neapodani locis probat, vt existentia matris, vel patris, non sit causa defraudationis consuetudinum, vt filius possit ad libitum de bonis suis disponere in extraneos, & non seruare dispositionem consuetudinum, quod latius probatum est supra nu. 25. & seqq. nu. 32. nu. 35. & alibi sæpe. At nunc esset hoc modo, quia in fraudem consuetudinis fraudaret matrẽ medietate bonorum. Tertiò confirmatur ex dictis supra nu. 40. in 4. conclusione, vbi filius, disponens de bonis suis, tenetur necessario relinquere medietatem

bonorum parentibus maternis, non autem legitimam, posset denique ex alijs rationibus desuper cumulatis cõfirmari.

48 Nec vrgent contraria, & primò, † quod dum filiusfam. disponit de bonis maternis, teneatur solùm patri relinquere bonorum subsidium, ergo eodẽ modo dum disponit de bonis paternis, teneatur tantum relinquere bonorum subsidium matri; siquidem negatur cõsequentia, & ratio negationis est, quia in patre hoc inuenitur dispositum per cõsuet. filiusfam. qua disponitur, vt filiusfam. possit disponere de bonis maternis: verum, quia parentes paterni priuãtur vsufructu dictorum bonorum filij, ideò loco vsusfructus deperditi disposuit, vt paterni parẽtes haberent bonorum subsidium, vt di-

49 ctum est supra nu.27. & 31. † & ita procedit Neapodani locus nu.44. relatus, & decisio Sacri Consilij facta in causa sororum de Minutulis, nu.29. & alibi relata: sed in matre, & parẽtibus maternis contrarium inuenitur dispositum, vt etiam si adsint paterni parẽtes, & filius disponat, teneatur necessariò relinquere medietatem bonorum maternis parentibus, aliàs testamentum non valet; itaque habilitatio disponendi, reseruata legitima, non procedit indistinctè quòad omnes parẽtes, sed solum quò ad parentes paternos tantùm, vt dictum est nu.40. & seqq. & cõsequenter etiam secundum Neapod. & secudum decisiones Sacri Conf. tenetur filius seruare dispositionem consuetudinũ quòad maternos parentes: & iure quidem, quia est ratio admodum diuersa, vt patet ex dictis; cùm habilitatio filij sit quoad certas personas tantùm, nempe quòad paiẽtes paternos, ergo in alijs remanet dispositio consuetudinum.

50 Confirmatur, † quia nunc nõ disponit, vt filiusfam. mater enim non habet illum in potestate, sed disponit tanquam paterfamil. nempe vt agnatus, & cognatus, & consequenter cessat dispositio consuet. filiusfam. quæ est personalis quòad filiosfam. & quòad parentes paternos tãtùm, vt dictum est, & consequenter dum est agnatus, & cognatus, debet seruare dispositionem aliarum consuetudinum, nempe consuet. & si testator, vt solùm de medietate disponat, prout, etiã existente patre, de sola medietate disponit quòad parentes maternos, & sic decipitur Pisanellus relatus nu.43. dum ait, esse eãdem rationem in parentibus paternis, & maternis, cùm sit admodum diuersa, vt ex dictis patet.

51 Nec vrgent alia Neapodani verba nu.46. relata, quoniã Neapodanus supponit adesse patrẽ, vel matrem, vel vtrũque simul vnà cum fratribus, vel sororibus defuncti: qualiter autem tunc sit valida dispositio, & nũ solùm teneatur relinquere solum legitimam patri, vel matri, iam dictum est supra nu.39. nu.28. & seqq & alibi, itaque Neapod. non tractat hunc articulum, de quo nũc disputatur, quem Sac. Conf. in causa Ioannellæ de Orilia, determinauit in fauorem auiæ, vt patet ex dictis nu.47. nu.28. & 29. nè, vt dixi, fauor illorum, retorqueatur in ipsorum odium.

Potest denique cõfirmari ex doctrina Bal. in conf.473. circa quæstionem, in fi-

52 nal ib. verbis, vol.5. † cuius verba ad hoc propositum refert Præf. de Frãch. decis. 91. nu.16. in fi. videlicet [respondeo, seruetur practica, & interpretatio consuetudinum, quæ si non appareat, mater habet æquitatem, amita verò ruditatem.] Si igitur succederet amita, quæ habet ruditatem, necessariò habebit medietatem bonorum, nec aliter testamentum valeret, cur mater, quæ habet æquitatem, debeat minus habere? certè nullo modo. Nec dicatur constare nunc de consuetudinum interpretatione contra matrem, vt cernitur ex interpretationibus relatis nu.43. cum trib. seqq. quia illæ interpretationes non sunt veræ, & Neapod. potius docet oppositum, vt à nu.47. vsque huc probatum est, & Sac. Conf. iudicauit in beneficium auiæ, & multò magis iudicandum est in beneficium matris, cùm vtriusque existentia cessare faciat cõsuetudines, vt cernitur ex dictis q. præced.

53 Nec obstat motiuum factum ab vno ex Consiliarijs, quod refert Præf. de Franch. in ead. decis.91. sub nu.19. vers. nam hoc nõ procedit, videlicet, consuetudines hunc casum non consideralle, ergò remanere debet sub dispositione iuris communis, quo sancitur, vt matri sufficiat legitima: Æ quidẽ respõdetur motiuum hoc non esse ex omni parte verũ, sed in vno casu tantũ procedere, si nempe mater, vel alij parentes succederent liberis ab intestato decedentibus, & admitterentur ad successionem cum illis personis, cum quibus succederẽt de iure com-

communi, & hic casus non est consideratus per consuetudines. Prudentes postea ex rationibus relatis à nu. 3. ferè ad nu. 43. extenderunt consuetudines etiam ad coniunctos fratres ex vno latere tãtùm: quo verò ad testamentum, assumptum non procedit, quia, si haberet filios, teneretur seruare dispositionem consuetudinum, vt patet ex dictis nu. 36. Si haberet parentes, & fratres etiam ex vno latere coniunctos, vel etiam sorores, tunc respectu ipsorum fratrum, & sororum teneretur seruare dispositionem consuetudinum, & solùm paternis parentibus teneretur relinquere legitimam, vt cernitur ex dictis nu. 28. 29. & seqq. Et denique si haberet parentes paternos, & maternos, teneretur etiam relinquere integram medietatem bonorum maternis parentibus, & solum paternis esset debitum bonorum subsidium, vt cernitur ex dictis nu. 40. & seqq. Plus dico, vt etiam si auia adsit in medio, iam Sacrum Consiliũ determinauit, vt quoàd ipsam etiam seruetur dispositio consuetudinum, vt multoties replicatum est, itaque argumentando inductiuè ex casibus relatis, semper cernitur, vt dum filius disponit, teneatur seruare dispositionem consuetudinum, vt semper teneatur relinquere medietatem bonorum illis, quibus debetur per consuetudinem, non obstante existentia parentũ, duobus tantum casibus exceptis. Primus est, vt disponendo de bonis maternis, teneatur parentibus paternis tantùm relinquere legitimam, quia sic habilitatus est per consuetudines, & secundus, si non adessent personæ, quæ ab intestato, vel de iure cõmuni, vel secundum istas consuetudines simul cum parentibus succederent, posset filius omnia bona sua ipsis parentibus relinquere, vt patet ex dictis num. 33. cum seqq. Vnde quoàd omnes alios casus remanet firma, & inconcussa istarum consuetudinum dispositio, etiam dum sola mater adest, & ita iuris esse censeo, salua in omnibus censura melius sentientis.

SVMMARIVM.



Pater, vel mater tripliciter dicuntur non existere, interemptione, passione, & præscriptione nu. 1. Non petens infra legitimum tempus hereditatem filij facit locum alijs successoribus nu. 2.

Mors naturalis est separatio corporis, & animæ, & est triplex, & quænam sit, explicatur. nu. 3.

Mors omnia soluit. nu. 4. & ab omnibus, & vbique timenda est. nu. 5.

Mortis ciuilis plures sunt species, & singulæ recensentur. nu. 6.

Foriudicatio non est cognita de iure communi, sed de iure Regni tantùm. nu. 7. Non potest fieri ex omni delicto; sed vbi pœna mortis, vel deportationis erit imponenda, & ita seruari in praxi, & decisum per Sacrum Consilium iũctis omnibus Tribunalibus, recensetur nu. 9. Regulariter fit post annum, sed ob criminis atrocitatem fieri potest infra annum, & Prorex tantùm abbreuiat tempus nu. 10. Facta, pendente seueritate, siue indultu, nulla est, & ita plu-ries decisum refertur. nu. 12.

Foriudicatus legitimè habetur pro mortuo. nu. 7. Eius bona partim fisco, & partim filijs ipsius, ante sententiam tamen conceptis, applicantur. num. 8. & 13. Licèt impunè occidi possit, non tamen ab vxore, & ratio traditur. num. 32. Pendente appellatione à foriudicatione, potest testamẽtum facere, quamuis appellatio esset deserta, & sic decisum recensetur. num. 16. Ei succedunt agnati, & cognati secundum formam istarum consuetudinum, non autem fiscus. nu. 26.

Publicatio bonorum si fiat secundum ius cõe, vbique bona sita sint, publicantur, sed si fieret ex forma statuti, solùm publicata censentur bona, sita in territorio statuentium, & rationes afferuntur. num. 14. Non habet locum in hac Ciuitate Neapolis, sed bona dantur illis, qui per consuetudines ad illa bona vocantur. nu. 15.

Feuda non publicantur. n. 17. Nec etiam feudi fructus, & rationes solidissimæ traduntur. num. 19. Præcipuè hoc procedat.

ccdit in hoc Regno. num. 20.

Feudo deuoluto ad Dominum ob delictũ vassalli. an Dominus teneatur ad onera contracta per vassallum? sub numero 20.

Quæ non transeunt in extraneum successorem, nec etiam in fiscum transeũt. num. 18.

Dos, consistens in pecunia, statim vxori restitui debet post mortem viri. In stabilibus verò existens, post annum, & hoc etiam secundum consuetudines. nu. 21. Consuetudo solùm addit, matrem primis sex mensibus habere alimenta, quibus elapsis habet pro qualibet vncia tarenum vnũ, & hoc à filijs tantùm. non autem ab alijs, & ratione comprobatur. nu. 22. Procedit etiam si maritus sit foriudicatus. nu. 23. Sed an tunc debeatur interesse? nu. 24.

Maritus insidians vitam vxoris, & dotẽ & antefatum tenetur illi restituere. si illam occidat, etiam proprietatem antefati tenetur soluere hæredibus vxoris. nu. 25.

Filij nati post fornicationem, non sunt cogniti a lege, nec faciunt deficere conditionem fideicommisso adiectã, si sine filijs decesserit. nu. 27.

Deportatus, & foriudicatus licèt priuentur eis, quę sunt iuris ciuilis, non tamẽ priuantur iure eligendi, vel nominãdi aliquem in officialem. nu. 28. & 29.

Officialis electus ab vno, & confirmatus ab alio, recipit iurisdictionem à confirmante. qui priuilegium subscribit. sub num. 29.

Contumax non amittit ius nominandi aliquem in officialem. nu. 30. Ob solam contumaciam non priuatur successione bonorum. nu. 31.

QVÆSTIO XLVII.

QVadragesimoseptimo q̃ro,
1 ro, † pater, vel mater
quando dicantur non
existere, vt locum habeat
dispositio consuetudinis.
Respõdet Neapodanus in d. consuet. si quis, vel si qua, sub nu. 187. fol. 129. hoc euenire tripliciter, videlicet. interemptione. Secundò, pactione, & Tertiò præscriptione. Et post alios eum sequitur Reg. de Ponte consi. 61. nu. 48. & seqq. & omissa pactione, de qua dicetur infra suo loco in titu de renunciatione; de præscriptione nec
2 etiam plura agenda sunt. † nam etiam
præscriptio concernit renunciationem,
si nempè pater, vel mater infra tempus, à lege determinatum, non petant hæreditatem filiorum, tunc ex iuris præsumptione censentur renunciasse hæreditati prædictę, & faciunt locũ alijs veniẽtibus ab intestato per successoriũ edictum, vt ꝓbat tex. in l. 1. §. quibus ex edicto. ff. de success. edict. l. 2. ff. quis ord. in possess. seruet. & l. hæreditatis petitionem. C. de petit. hæredit. Quæ iura ad hoc propositũ citat Neapod. loco cit. sub nu. 224. vers. tertium autem membrum. fol. 136. & de hoc etiam secundo membro non existentiæ hic non est agendum, sed aliqua dicentur infra in eod. tit. de renunciation. Itaque agendum est de primo membro, nempe de peremptione, hoc est de morte tàm naturali, quàm ciuili.
3 Mors igitur naturalis est separatio
corporis, & animæ, & triplex est. Prima dicitur acerba, vt est mors infantium, quia illius ætatis non est propriũ mori, & isti tales dicuntur mori intestabiles. Secunda dicitur mors immatura, vt est mors iuuenum, quorum etiam non est propriè mori in illa ætate, quãuis mors sit omnibus communis. & Tertia dicitur matura, quæ est in senibus, huius enim ætatis est propriè mori, & proinde corũ mors dicitur matura, vt scripsit Isidor. lib. 11. ethymolog. cap. 2. & post alios Gulielm. Lerouille in tract. de iust. & iniust. lib. 2. cap. 8. toto, & in specie nu. 3. vt alios omittam. Mors ista naturalis dicitur à morsu, quia ꝑ morsum pomi prohibiti mors introducta est: tunc enim Adam communis omnium Pater, & nos simul cum eo mortẽ incurrimus, vt post Archidiac. & alios testatur Lerouille loco cit. nu. 3. in fi. & etiam Camill. Salern. in consuet. si moriatur. in princ. fol. 74. in addit. incip. in verb. moriatur, & de hac morte non est disputãdum vlterius, clarum est enim, vt parenres non solùm desinant esse in medio ex fictione iuris,
4 sed desinunt esse in rerũ natura; † mors
enim omnia soluit, & successionem, & desideria, ac omnem aliam cogitationẽ iuxta tex. in §. deinceps. Auth. de nupt. & vt ait Psalmista, In illa die peribunt omnes cogitationes eorum, imò & si se-
5 num sit propriè mori, † nihilominus

mors

mors ab omnibus timenda est vbique, & semper, & vltra scripturas, & patres hoc docentes, ipsamet lex hoc admonet, vt in l. Senatus. §. donidatio. ff de donat. cau sa mort. cum vulgat. alijs; agendum est igitur de morte ciuili.

6 Ciuilis mors multipliciter in iure accipitur, vt si aliquis esset capite diminutus, vel vendidisset se ad prætium participandum, vel esset deportatus in insulã, vel dãnatus ad triremes in perpetuum, vel esset foriudicatus, & alijs modis, vt videri potest ex traditis per Neapodanum in dict. consuet. si moriatur, in verb. moriatur. fol. 74. vbi omnes. & in cõsuet. viro mortuo, tradunt etiam Andr. Afflic. & alij in Constit. Regn. foriudicatorum bona. de Franch. decis. 213. & alibi Surd. consi. 90. per tot. & consi. 99. nume. 17. & alij infra cumulandi. Nos tamen hic solum agemus de foriudicatione, quia infra q. 49. agemus de alijs causis.

7 Notandum est igitur, † foriudicationem esse introductã de iure Regni, quia de iure communi non habebat locum, vt habetur in d. constit. foriudicatorum bona. Neapod. loco cit. Præs. de Franch. d. decis. 213. decis. 560. nu. 14. & alibi. Et quando aliquis est foriudicatus, tunc ex dispositione iuris habetur pro mortuo, adeò vt possit impunè occidi, & si perueniat ad manus Curiæ, facta tantummodo recognitione ipsius foriudicati, an ipse sit, qui fuit foriudicatus, sine alia probatione decapitatur, quod latius post alios explicat Præs. de Franch. locis citatis, & etiam Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de prouisionib. fieri

8 solit. §. 4. nu. 46. † Quod est intelligendũ, dummodo foriudicatio legitimè processerit, vt quia seruata essent omnia requisita, quæ in ea seruari solent, inter quæ

9 est hoc vnum, † vt non fiat ex omni delicto, sed solùm, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel pœna ciuilis deportationis, siue condemnationis perpetuò ad Regias triremes: secus autem si veniret imponenda delinquenti pœna abscissionis alicuius membri, vt scripsit Andr. in constit. Regni pœnam eorum, vbi Afflict. nu. 48. vers. decimoquartò requiritur. & nu. 77. vers. tertia quæstio. ita esse de consuetudine, & ex ritu Magnæ Curiæ, & sic etiã fuisse decisum per Sacr. Consil. iunctis omnibus Tribunalibus, testatur Regens de Ponte d. §. 4. nu. 47.

10 Plus dicunt, † vt quãdo delicti qualitas exposceret, vt foriudicatio fieret, potest abbreuiari tempus anni, assignatum per dictam constitutionem, quæ temporis abbreuiatio fieri nequit, nisi à Regni Prorege, & de illius expresso mandato, vt prædicti omnes tradunt, & hoc fuit introductum ob publicum bonum, vt respub. in pace, & quiete viuat, & delinquentium coerceatur audacia; quod etiã tradit ipsemet de Ponte decis. 22. nu. 1.

11 2. & 15. † Quo etiam loco tradit, vt receptator rebellium possit foriudicari, qa iste talis de iure communi plectitur pœna deportationis.

12 Secundò requiritur inter alia, † vt vltima contumacia incusetur tempore legitimo, nè fiat securitate pendente, si enĩ delinquenti data esset securitas, Indultus, siue guidaticus, eo pendente, nec iudicialiter, nec extraiudicialiter molestari potest, nec directè, nec indirectè, vt habetur in l. 1. C. de nauicular. lib. 11. vbi Ioan. de Plat. col. 1. vers. quartò quæ securitas, & post eum, Angel. Ias. & alios Præs. de Franch. decis. 258. 673. & 674. vbi dicit pluries Sacrum Consilium, etiã iunctis aulis, annullasse sententias foriudicationis latas, securitate pendente.

13 Dum igitur legitimè processum fuit ad sententiã foriudicationis, tunc foriudicatus fit incapax ad succedendum, vt notant omnes præcitati Authores, imò de iure Regni amittit bona, & diuiduntur inter fiscum, & filios ipsius foriudicati, conceptos tamen ante sententiam foriudicationis non autem postea, & fiscus habebit tertiam partem dictorum bonorum, filij verò duas partes consequentur, vt habetur in d. constit. Regni. foriudicatorum bona, vbi Andr. Afflict.

14 & alij. Benè tamẽ notandum est, † quòd hæc bonorum publicatio, quia fit secundum ius Regni, & consequenter secundum statutum loci, nõ autem secundum ius commune, idcircò foriudicatus non priuatur bonis alibi sitis extra Regnum, ad illa enim statutum non extẽditur; sed solùm bonis sitis intra Regnum priuatur; sed quando publicatio bonorum fieret sm ius cõe, tũc priuaretur bonis vbicunq; sitis, quia ius cõmune, vbicunque viget, & successiuè in omni loco illum inhabilitat, vt est doctrina Bart. communiter recepta in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit. quem sequitur Abb. præ

alios

alios in c. postulasti. de for. compet. quòd etiam nouissimè probauit Reg. de Pont. decis. 23. vbi sic refert transmissam esse consultationem ad inuictissimum Regē nostrum Philippum omnium Catholicorum catholichissimum.

15 Hæc autem publicatio bonorum non habet locum in hac Ciuitate, quia Neapolitanorum bona non publicantur, sed tanquam si pater, vel alij foriudicati mortui essent naturaliter, bona ipsorum ad filios, & ad alios proximiores, qui secundum istas consuetudines succedunt, deuoluuntur, vt probauit Vinc. de Franch. decis. 202. tota. 212. 213. 276. 562. & 563. Ann. consi. 9. vol. 1. & dixi supra par. 2. in titu. de bonis q. 4. Itaque Neapolitani per foriudicationem solum dicuntur nō existere in medio, vt faciant locum alijs ab intestato succedentibus, vt cerni potest ex prædictis.

16 Illud tamen notandum est, † quòd si foriudicatus appellasset à sententia foriudicationis, posset, pendente appellatione, testari, quia appellatio suspendit iudicatum, & facit eum verum Dominum suorum bonorum, vt testari valeat. l. qui à latronibus. §. si quis capitali. ff. de testam. quod eatenus est verum, vt locum habeat, etiam si appellatio esset deserta, sufficit enim esse appellatum, & ita determinauit Sacrum Consilium de anno 1591. die 18. Nouembris, teste Præs. de Franch. decis. 501. in fin. vbi in tota illa decisione illationem istam latissimè confirmat.

Dum sermo accidit de publicatione
17 bonorum, illud notādum est, † vt feuda nullo modo publicentur, sed deuoluātur illis, ad quos ex lege feudorum, & ex tenore inuestituræ pertinent, l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. vbi om-
18 nes, & ea ratione hoc procedit, † quia illa non transeunt in fiscū, quæ non transeunt in extraneum successorem, vt latissimè probauit Roland. cōs. 29. vol. 3. Imò
19 multi voluerunt, † vt nec etiam fructus feudi publicentur: si enim fructus dantur propter seruitium, ad illum debent transire fructus feudi, ad quē feudum ipsum trāsit, quia dum ex feudo tenetur domino seruire, non est conueniens vt vnus seruiat, & alius habeat commoditatem fructuū, nec domini seruitium debet esse in suspēso, vt, durante vita feudatarij delinquentis, non habeat seruitium, vt ex multis post Camerar. in c. 1. q. 17. in tit. an agnatus, Afflictum decis. 282. Farinac. & alios ꝓbauit Reg. de Pont. d. decis. 23.
20 nu. 5. & seqq. † & in particulari in hoc regno, nec feuda, nec feudi fructus publicantur, sed si delinquens nō haberet successorem, deuoluerentur feuda ad dominum, qui dum ex lege feudi illa habet, nō teneretur ad onera contracta per feudatariū, vt per And. in c. 1. §. quid ergo. vers. quid si vassallus. de inuest. de re alien. fact. nisi tamen essent onera cum Reg. o assensu, vt post eūdem Andream, Capyc. Frecc. & alios testatur Præs. de Franch. d. decis. 213. nu. 32. 33. & alibi. & de ista materia, enumeratis Theologis, & Iuris peritis. latius tractat Salas. in tract. de legib. disput. 15. sect. 4. nu. 53. per septem ferè columnas.

Quæstio tamen fuit, quia tam de iure cōmuni, vt in l. 1. § exactio. C. de rei vxor. act. quàm etiam secundum has consuetudines, vt in consuet. viro mortuo. sub tit.
21 de iure dot. † soluto matrimonio per mortem viri, si dos consistat in pecunia, hæredes viri tenentur dotem illam infra annum restituere vxori; si vero in bonis stabilibus, statim fieri debeat restitutio, quod post alios confirmat Vincent. de
22 Frāch. in decis. 562. † vbi subdit, per consuetudinē esse additum, quòd, decedente viro cum filijs, teneātur filij hæredes patris ipsam matrem alere primis sex mensibus, quibus elapsis, teneantur eidē matri per alios sex menses sequentes pro qualibet vncia soluere tarenum vnum, quod etiā post Neapod & alios probauit prius decis. 489. & hoc fuit inductum, vt mater alliceretur & induceretur illis sex mensibus ad morandum cum filijs, tum ad suam, tum etiam ad eorundem filiorum consolationem, & in hoc casu propter dictam consolationem communem filij sunt deterioris conditionis, quàm agnati, & alij extranei, qui non tenentur ad alimenta illis sex primis mensibus, vt docuit Neapod. in d. cōsuet. viro mortuo. vers. hæredes, & alibi, vt testatur idem de Franch. d. decis. 562. à num. 1. vsque ad num. 5. Limitatur tamen, si mulier non habeat vnde se aleret, quod in dubio præsumitur, & in hoc casu etiam extraneus tenetur ad alimenta, vt secundum ius commune, & secundum ius consuetudinarium firmauit Præs. de Franch. decis. 489. tota.

Fuit

Fuit, inquam, quęstio, si hoc procedat,
23 † si maritus sit mortuus ciuiliter, vt quia esset deportatus, vel foriudicatus: Et respondeo affirmatiuè, sic enim determinauit Sacrum Consilium, teste Præside de Franch. d. decis. 562. vbi ex pluribus hoc confirmat, quia, licèt deficiat actio de dote, habet tamen mulier conditionem generalem, per quam dotem repetit, vbi actio deficit, iuxta tex. in l. quemadmodum. §. 1. ff. de iur. dot. Neapod. in d. consuet. viro mortuo: in verb. mortuo. vers. sed quid de deportato. num. 53. fol.
24 238. † Quæ quidem conditio, licèt sit stricti Iuris, quo casu non datur exactio interesse, vt notauit glos. in l. 1. in verb. vsuras. C. de condit. indeb. tamen in eadem causa fuit per Sacrum Consilium decisum, deberi interesse ad minus pro parte, quia restitutio dotis, promitti solet in omni casu restitutionis, vt testatur idem de Franch. d. decis. 562. vbi in fine decisionem prædictam refert, quæ fuit
25 in anno 1595. die 15. Septembris. † Restituitur insuper vxori dos, & etiam antefatum, si vir machinatus esset mortem vxoris, vel eius vitam insidiatus fuerit. l. consensu. C. de repud. Imò si vxorem ipsam occiderit, tenetur nō solùm dotem, sed etiam antefatum restituere hæredibus vxoris, ac si ipsa vxor superuixisset, & proprietatem illius antefati lucrata esset, vt ex multis fundauit Reg. de Pōt. decis. 24. vbi nu. 7. sic decisum refert in Collaterali Consilio.
26 Redeundo ad foriudicationem, † si foriudicatus non habeat filios, nec parentes; ꝓximiores illi succedunt secundum formam consuetudinum, nempe agnati ad bona paterna, cognati verò ad bona materna, & hoc in pluribus locis docet Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua, nēpe in verb. proximiores. vers. ego autem dico. in verb. materna. vers. item quid de foriudicatis, & alibi, vt per Pręs. de Franch. decis. 563. & etiam decis. 213. vbi sic refert esse decisum; & hoc procedit quoad omnia bona, quia habetur pro mortuo ex dispositione iuris, quod etiā probauit Anna consi. 10. & 11. volum. 1.
27 † Et eatenus habetur pro mortuo, quòd filij nati ab eo post foriudicationem non sunt cogniti à lege, & consequenter non faciunt deficere conditionem adiectam fideicommisso, si sine filijs decederet, vt probauit Bart. in l. 1. in fi. ff. de bon. damnator. Salycet. in Auth. sed hodie. C. de donat. int. vir. & vxor. Alex. in l. ex facto. §. ex facto, vbi Rip. nu. 11. ff. ad Trebell. Pręs. de Franch. decis. 102. post alios Cōsiliar. de Anna in consi. 9. toto. & in specie num. 37. & seq. & consi. 10. & 11. vt alios omittam.
28 Bene verum est, † vt licet foriudicatus, & deportatus admittant successionem, vt non sint in medio ad succedendum, & simul amittant alia, quæ sunt iuris ciuilis. l. 1. vbi omnes. C. de hæredib. instit. cum alijs supra cumulatis; tamen,
29 † si ante deportationem, vel foriudicationem habuisset ex priuilegio potestatem nominandi, vel eligendi aliquem in officialem, cuius confirmatio ad alium pertineret, vt ad Proregem, vel alium, non obstante foriudicatione, vel deportatione posset nominationem illam facere, quia illa nominatio non est iuris, sed potius est nudi facti ministerium, & actus electionis denominatur ab eo, qui illi talē facultatem ex priuilegio fecit, & Iudex ille dicitur postea creatus ab eo, ꝗ illi priuilegium firmauit, vt est tex. in l. cùm pater. §. hæreditatē. ff. de leg. 1. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Andr. in c. 1. nu. 50. de pace iuram. firmā. Deci. consi. 525. cum alijs cumulatis per Surd. consi. 394. præcipuè num. 22. vol. 3. & post alios Regens de Pont. in tract. de potest. Proreg. in titu. de prouisionib.
30 fier. solit. §. 1. num. 7. & seqq. † Vbi hoc magis habere locū dicit, si talis elector, vel nominator esset solum contumax, & ita iudicatum refert in facti contingētia in causa Marchionis Burgensiæ, vt
31 per eum, & iure quidem; † nam contumax ob solam contumaciam, nec bonorum successione priuatur, vt in l. contumacia. ff. de re iudic. Præs. de Franch. d. decis. 213. nu. 29. in fin. vt alios omittam, prout etiam omitto alias illationes in hac materia, quæ penes præcitatos Authores inueniri possunt.
32 Illud solùm notandum est, † quòd, licèt foriudicatus possit impunè offendi, & occidi, hoc tamen non procedit in vxore, nam ipsa non potest occidere virum foriudicatum, & si occiderit, vel mandauerit ab alio occidi, potest puniri, seruata forma iuris, vt scripsit Capod. consi. 5. & post eum, Andr. Afflict. in Con stit. Regn. pœna carere. Menoch. Gigas, Garciam, & alios Præs. de Franch. decis.

Pp 276. &

276. & præcipuè nu. 8. & ſeqq. quia vxor in omnibus tenetur ſeruare fidem marito, & ob alias rationes, vt per eoſdem DD. & hæc haſtenus pro hac quæſtio.

SVMMARIVM.



Ater naturalis an gaudeat beneficio conſuetudinum. nu. 1. Recentior opinio, gaudere ſimili ſtatuto. nu. 4. Negatiuè tamen concluditur in materia iſtarum conſuetudinum. nu. 6. Et ex particulari deciſione Neapodani. nu. 7. Non debet cum filio in ſucceſſione iudicari ad imparia. ſub nu. 6.

Omnis mater eſt ante partum onerosa, in partu doloroſa, & poſt partum laborioſa. nu. 2. Non tamen omnis potitur Iuris priuilegio, & mater ex illicito coitu potius à iure punitur. nu. 9.

Argumentum à contrario ſenſu validũ eſt in iure. nume. 3. Procedit tamen ſi adeſſet eadem ratio in ſenſu contrario. num. 10.

Concubina dicitur aliquid habere de ratione vxoris. nume. 5. Non tamen hoc procedit in materia iſtarum conſuetudinum, & ratio affertur. nu. 12.

Concubinarij grauiſſimis hodie afficiuntur pœnis ex diſpoſitione Sacri Tridentini Concilij. nu. 11.

QVÆSTIO XLVIII.

1 

Vadrageſimooctauò q̃ro, † an mater naturalis tantùm non dicatur non exiſtere, vel etiã in beneficium ipſius procedat illud axioma cõmune, vt, patre, vel matre exiſtente in medio, non habeat locum conſuetudo? & videbatur affirmandum. Primò, quia mater eſt, † & ad inſtar matris eſt ante partum oneroſa, in partu doloroſa, & poſt partum laborioſa, vt de omni matre hoc ſancitur in l. aſſiduis. C. qui potior. in pignor. habean. Neapod. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. nu. 183. fol. 127. & num. 186. & ibid. omnes, eſt enim hoc commune, & vulgare dictum.
2

Secundò confirmatur argumento à contrario ſenſu, † quod in iure validum eſt, vt in l. ſi legatum purè, & l. legata inutiliter. ff. de adimen. legat. Mant. lib. 3. de coniect. vlt. volunt. tit. 17. Anna conſ. 117. vol. 2. Sed mater ex damnato coitu tantùm, vt eſt adulterina mater, fuit declarata non compræhendi in materia iſtarum conſuetudinum, teſte Præſid. de Franch. deciſ. 645. ergo à contrario ſenſu mater naturalis admitti debet, † ſic enim habetur in ſimili ſtatuto, vt p Guttier. lib. 5. quæſtion. ciuil. q. 55. vt, licèt mater adulterina, & alia ex damnato coitu non ſuccedat filijs ad bona truncalia, mater tamen naturalis ſuccedat, vt præcipuè ibid. affirmat nu. 36. & 37.
3
4

5 Confirmatur denique, quia concubina ſolet haberi loco vxoris, nam aliquid habet de ratione vxoris, & conſequenter olim habebantur concubinæ loco vxorum, & paſſim habetur in Sacra Scriptura, notant etiam Archidiac. & alij per illum tex. in c. is, qui. 34. diſt poſt D. Tho. & alios. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. caſ. 418. Igitur non erit inconueniens, ſi etiã in materia iſtarum conſuetudinum, quòad ſucceſſionem mater naturalis habeatur pro vera matre.

6 Contrariam tamen ſentẽtiam amplector tam ex traditis ſupra q. 43. de filio naturali, vbi concluſum eſt, vt naturalis filius nullo modo ſit comprehenſus in materia iſtarum conſuetudinum, & conſequenter nec etiam mater; nam filius, & mater in ſucceſſione non debent ad imparia iudicari iuxta commune dictum, vt per Præſ. de Franch. deciſio. 552. & 645. Quã ẽt cõfirmo ex particulari deciſ. Neapod. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. nu. 76. vbi formauit quæſtionem iſtam, & poſtquã arguit in beneficium matris, ita concludit, vt legitur fol. 129. videlicet, † (Sed hodie ſecundum conſtitutionem Regni talis mater non ſuccedit, cùm non ſit legitima mater, niſi probetur matrimonium ſolemnite., & legitimè contractum, vt in conſtit. ſancimus) itaque apertis verbis Neapod. determinauit quæſtionem iſtam.
7

8 Probatur etiam, † quia Periti, & Epiſcopus, qui has conſuetudines in ſcriptis reduxerunt, de veris, & legitimis filijs locuti fuerunt, & in eorum tantum beneficium voluerunt eſſe introductas has conſuetudines, vt d. q. 43. probatum eſt, ergo etiam de vera, & legitima matre debet

debet intelligi illud axioma, prout Neapod. intelligit, & quando filio succederet, nam iam secundum has consuetudines, sed secundum ius commune succedit, prout è contra filius naturalis ad successionem ipsius matris admittitur, vt loco citato dictum est, & consequenter mater naturalis in materia istarum consuetudinum, habetur, ac si non existeret, & sic alij succedunt, & filius ad libitum disponit, seruata consuetudine.

9 Nec obstant contraria, ad primum enim respondetur, quòd etiam mater adulterina, incœstuosa, & ex alio damnato coitu mater est, & ante partum onerosa, &c. iuxta argumentum num. 2. relatum, sed non tamen habent priuilegia iuris, imò potius mater ex coitu illicito punienda est, & ad summum non potest aliud prætendere de bonis filij, nisi alimenta ex æquitate canonica, put determinauit Sacrum Consilium, vt testatur Præf. de Franch. d. decis. 645. vbi alios cumulat.

10 Ad secundum respondetur, non valere argumentum à contrario sensu, quando est diuersa ratio, vt notant Authores pro eodem argumento citati num. 3. Sed hic est diuersa ratio, vt dictum est, & consequenter non vrget, sicut nec etiam vrget ponderatio ex doctrina Guttier. nu. 4. relata, quia bona truncalia in eius statuto non debent redire ad veram lineam, & ideò, & filius, & mater naturalis ad illa bona vocantur, quòd secùs est secundum has consuetudines, vt dictum est in allegat. q. 43. & consequenter termini non sunt pares.

11 Tertium etiam ruit, quia, licèt concubina habeat aliquid de ratione vxoris secundum ius commune, non tamen hodie potest hoc habere, quia grauissimis pœnis concubinarij puniuntur, cùm sit hodie omninò damnatus etiam hic coitus, vt habetur in Sacro Triden. Concil. sess. 24. de reform. matrim. cap. 8. vt alios omittam, prout relinquo alias ponderationes ad confirmationem huius quæ-

12 stionis, † quæ clarissima est in materia istarum consuetudinum, ex traditis per Neapodan. loco cit. num. 7. & sic cessat omnis controuersia.

SVMMARIVM.

Pater hæreticus dicitur nō existere, vt ad successionem filij admittatur. nu. 1. Sic etiam si de crimine rebellionis, vel læsæ Maiestatis humanæ damnatus esset. nu. 8. Recensentur omnes modi, quibus existere non dicitur. nu. 28. An dicatur non existere per professionem emissam? nu. 29. remissiue.

Bona hæretici, ab Ecclesia damnati, ipso iure applicantur fisco. nu. 2. Sed num fisco Ecclesiastico, vel sæculari? recensetur distinctio. num. 7. Est necessaria sententia condemnatoria quicquid alij teneant. nu. 3.

Hæreticus est incapax ad succedendum, & ad acquirendum? sub nu. 1.

Bonis suis nemo seipsum priuare debet ante sententiam Iudicis, & ratio recensetur. nu. 4.

Andreæ Facchin. opinio, tenentis bona hæreticorum hodie non publicari, num vera sit? nu. 5.

Contractus, & alienationes Hæretici? et ex causa dotis solutæ filiæ sanctimoniali, an nulla sint ipso iure, vel annullanda veniant per sententiam. numero 6.

Receptans rebellem, tanquam rebellis puniri potest, nec Principis indultu gaudet. nu. 9.

Excommunicatus maiori excommunicatione consortio fidelium, & Ecclesiæ suffragijs priuatur. nu. 11. Dicitur etiā non existere ex Neapodani sententia ad instar hæretici, & rebellis. num. 10. Cuius opinio solùm habet locū in duobus casibus, & qui nam sint, recensentur. nu. 16. & 17.

Excommunicatus, declaratus per Canones inhabilis ad succedendum, non priuatur totaliter successione, sed succedendi ius manet in suspenso, donec resipiscat. nu. 25.

Excommunicato denegatur iuramentum fidelitatis. num. 14. Non excluditur à successione. nu. 15. Tam ex testamento, quàm ab intestato succedit. num. 21. Potest donare, & etiam testamentum facere. nu. 18. Potest constituere Procuratorem. nu. 23. Excipiendo potest se defendere. nu. 26.

Iudicium, agitatum ab excommunicato, validum est, donec à iudicio repellatur. nu. 19.
In iudicijs quasi contrahitur. nu. 20.
Qui hæreditatem alterius adire velit, talem probare se debet, qualem se esse fatetur. nu. 12.
Mors naturalis dissoluit omnia, quæ naturalia sunt, ciuilis verò, quæ ciuilia sunt. nu. 13.
Fideles possunt testimonium proferre, & perhibere in beneficium excommunicati, quamuis cum eo non possint habere commercium. nu. 22.
Hæreditas non potest adiri per procuratorem. nu. 23.
Constituens procuratorem ad hæreditatem adeundam, an ipse præsumatur hæreditatem adire? sub nu. 23.
Æquiparatio excommunicati cum hoste læsæ Maiestatis, qua ratione non procedat? nu. 24.
Vxor excommunicata, vergente viro ad inopiam, potest dotem, & iura dotalia recuperare, non obstante excommunicatione, & ratio assignatur. nu. 27.

QVÆSTIO XLIX.



Vadragesimo nono quæro, quot alijs modis dicatur aliquis nõ existere? Respondeo duobus
1 alijs modis, † & primò in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vt est crimen hæresis: hæreticus enim dicitur nõ existere, quia est incapax hæreditatis, & consequenter alteri non succedit, vt in l. Manichæos C. de hæretic. plura alia cumulat Tell Fernand. l. 4. Thauri. num. 34. Simanch. Vasq. & alij, quos probat Salas in tract. de legib. disput. 15. sect. 4. sub nu. 53. §. vigesimoprimò hæreticus exterior habetur etiam in §. si quis de parentibus. Authẽ. vt cum de appellat. cognosc. eum alijs cumulatis per Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua sub num. 188 vers. idem in patre hæretico damnato. fol. 129. latissimè Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iud. cas. 508. vt alios omittam.
2 † Imò bona ipsius hæretici, ab Ecclesia damnati per sententiam, ipso iure applicantur fisco, vt habetur in iuribus allegatis, & in Auth. idem de Nestorianis. & in Auth. Gazaros. C. de episco. audien. & secundùm leges. de hæretic. in 6. Alphõs. de Castr. Simanch. Director. inquisitor. Gomez. & alij quos probat Azor. par. 1. moral. lib. 8. cap. 12. qua st. 1. Salas loco cit. Et eatenus hoc verum aliqui habue-
3 runt, † vt procedere dixerint etiam ante sententiam cõdemnatoriam, inter quos fuit Felin. in c. 1. nu. 44. extra de constit. & alij, quos citat Salas d. sect. 4. num. 54. quamuis receptior sit opinio, vt requiratur sententia condemnatoria, sic enim communiter tenẽt Theologi, & Iuristæ,
4 præcipuè illa ratione, † quia nulla lex humana obligat aliquem se bonis suis spoliare ante sententiam condemnatoriam iudicis, vt post antiquos, & recentiores notauit Salas loco cit. Quod latiùs confirmat, & varijs probat argumentis à nu.
5 55. vsque in fi. sectionis. † Itaque non est audiendus Faechin. qui lib. 9. controuersiarum iuris, cap. 87. dixerit, hodie non habere locum confiscationem bonorum in crimine hæresis; loquitur enim contra iura, & contra receptissimam omnium sententiam, & eius opinio solùm potest locum habere in hæreticis, qui non sunt subiecti Principi Christiano, vt post Diuum Greg. & alios probauit Castr. lib. 6. de iust. hæret. punit. cap. 14 & post alios Azor. par. 3. moral. lib. 2. cap. 7.

Plus dicunt, quia dum ipso iure, post
6 hæresim, bona applicãtur fisco, † omnes alienationes, omnes contractus, qui postea fierent, essent nulli, vel ipso iure, vt multi docent, vel saltem declarandi sunt nulli per sententiam iudicis tanquã alienationes, & contractus facti in fraudem fisci, & procedit etiam quoad dotem datam filiæ sanctimoniali, nam hæreticus tantum habet, quãtum ad suæ, & eius familiæ sustẽtationem sufficit, vt scripserunt Archid. Ioan. And. & alij in d. c. cum secundùm leges. de hæret. in 6. & post alios Azor. d. par. 1. lib. 8. cap. 12. q. 6. post Valent. Syluestr. Vasq. & alios Theologos, & Iuristas probat Salas d. sect. 4. nu. 57. & sect. 5. nu. 70. & alibi. Et voluerunt nõ
7 nulli, † vt bona prædicta indistinctè applicarentur fisco ecclesiastico, sed distinctione vtendum est. tex. in c. excommunicamus. §. damnati. de hæret. clem. 1. de hæret. Nempe vt hæretici sæcularis applicentur fisco sæculari in terris Principis sæcularis; hæretici verò ecclesiastici applicentur fisco ecclesiastico. In terris verò subiectis Romanæ Ecclesiæ indistinctè

directè applicentur fisco ecclesiastico. Qua etiam distinctione vtitur Director inquisit. par. 3. q. 152. vbi eius addentes alios cumulant, sic etiam Azor. d. cap. 12. q. 14. & latissimè Salas d. sect. 4. nu. 53. per septem ferè columnas, vbi explicat, quænam bona publicëtur, & quibusnam applicëtur. Estq; quædam Bulla Pij Quinti incip. si de protegëdis quam inserit Quarant. in eius Bullario in verbo hæretici, fol. mihi 178. & hæc pauca de hac materia amplissima adnotare volui, & citare Authores, penes quos reliqua videri possunt.

8 Secundo, in crimine læsæ Maiestatis humanæ, vt quia declaratus sit hostis Principis, aufugiës ad hostes, vel per sententiam declaratus sit hostis Principis, vt in l. amissione. ff. de capit. dimin. Neapod. d. nu. 188. vers. itë deficere dicuntur. vbi ait, hoc procedere in omni crimine læsæ Maiestatis, ob quod priuatur delinquens ciuitate, de qua materia latissimè disputant And. & alij in constit. Reg. Pateranorũ. & in const. pœna eorũ. Bart. in extrauag. qui sint rebelles, & oës in tit. quæ sint regal. in verb. bona committentium crimen læsæ Maiestatis: quibus etiã
9 in locis tradunt, † vt receptãs rebellem, vt rebellis puniatur, adeò vt nec etiam indultu Principis gaudeat, de qua materia facit particularem, & elegantem decisionem Reg. de Ponte, & est decis. 22. vbi in fi. sic decisum refert in Collater. Cons.

10 Quæstio esse potest † in excõmunicato, an ille dicatur non existere, & Neapod. sub d. nu. 188. vers. iddem si esset excommunicatus, videtur hoc affirmare, si esset excommunicatus maiori excõmunicatione, ex quo talis excommunicatio separat hominem à communione fidelium, ex tex. in c. excommunicatos. 11. q. 3. c. si verò. c. si quando. de sent. excom.
11 cum vulg. alijs, & subdit Neapod. † quia taliter excommunicatus nõ potest communicare cũ Christifidelibus, quia separatus est à Christi corpore, & extra Ecclesiã dicitur, & eius suffragijs priuatus est, adeo vt nec fideles possunt cum illo communicare, nisi quòad ipsius excommunicati correctionë, & quòad alia concernëtia necessitatem officij, vt in dictis iuribus habetur, & etiam in c. cũ voluntate, & c. cum desideres. extra de sent. excomm. de qua quidem materia latius dixi in tract. 1. de censur. cap. 20. & consequenter si separatus est à communione fidelium, dicitur etiam quòad illos non existere.

12 Confirmatur, † quia, vt parentes filiorum adeant hæreditatem, debent ex testibus in iudicio se probare tales quales se asserũt. l. apud Iulianũ. in fi. ff. ex quib. cau. in poss. eat. cum alijs, quæ cumulaui in §. fin. instit. de hæred. qualit. & differ. sed excommunicatus priuatur aliorum commercio, nec talem probationë facere potest, consequenter dicitur non exi-
13 stere, † quia sicut mors naturalis dissoluit ea, quæ naturalia sunt, sic mors ciuilis, vt est hæc excommunicatio, tollit ea, quæ ciuilia sunt, & consequëter excommunicatus babetur, ac si non existeret, & hæc sunt, præcipuè motiua Neapodani.

Potest etiam eius opinio confirmari,
14 † quoniam excõmunicato, tanquam extra gremium Ecclesiæ existenti, denegatur iuramentum fidelitatis, durante excommunicatione. c. sanctorum. iuncto cap. seq. 15. q. 6 Luc. de Penn. in l. colon. q. 14. C. de agricol. & censit. lib. 11. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 15. sub nu. 6. Intrigliol. in tract. de feud. cent. 2. art. 5. nu. 47. & seqq. De qua materia post Nauarr. Suar. & alios dixi d. tract. 1. de censur. cap. 18. nu. 10.

15 Prædictis tamen nõ obstantibus, contrariam sententiam amplector; nam existentia, vel non existentia excõmunicati, sit capax, vel incapax ad succedendũ, debet iudicari secundum ius canonicũ, quo
16 priuatur fidelium cõmunione, † sed per sacros canones solum illi, qui hostiliter insequũtur Episcopum, vel Cardinalem, vel cœperint, occiderent, vel alteri id facienti auxilium præstitissent, isti declarantur incapaces ad succedendum, & ad acquirendum, nec perpetuo, sed solum donec pœnitentiam peregerint, vt habetur in c. fœlicis. de pœn. in 6. & iddë procedit contra percutientem, capientem, vel bannientem Episcopum, vt habetur in clem. 1. de pœn. & dixi in tract. 2. de censur. in explicatione bullæ Cœnæ: alij verò excommunicati nequaquam priuã-
17 tur iure succedendi, † & consequenter opinio Neapodani, vt excommunicati dicantur non existere, intelligitur de his, qui non existunt secundum ius canonicum: discant ergo Iudices sæculares, qui Episcopos bannire solent, dum etiam Ciuilitæ

uilistæ illos priuant successione bonorum teporalium, & Deus eos priuat hæreditate æterna, vt sint Deo fideles.

18 Secundò probatur, † quia excommunicatus potest diminuere patrimonium suum, & alteri illud donare, vt ad literā habetur in c. inter dilectos. de donation. potest etiam testamentum facere, vt scripsit Archidiac. in c. pia. de exceptio. in 6. Io. Andr. in c. decernimus. de sent. excō. in 6. Abb. Ant. Gabr. & alij, quos probat Brunor. à Sole in compend. proposition. iur. in verb. excommunicatus, l'vltimo. & alios cumulaui d. tract. 1. de censur. cap. 15. & seq.

19 Tertiò, & vltimò comprobatur; † nam iudicium agitatum ab excommunicato, antequàm repellatᵣ à iudicio, validū est. c. 1. de sent. excom. in 6. Abb. in c. veritatis. extra de dol. & contum. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 12. num. 22. post alios Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priui-
20 leg. 83. † Sed in iudicijs quasi contrahitur. l. 3 §. iddem scribit. vbi Bart. ff. de pecul. cum alijs cumulatis per Surd. decis. 13. nu. 6. in fi. vt alios omittam. Si igitur excommunicatus contrahit, ab eo agitatur iudicium, facit testamentum, alienat
21 per donationem, † ergò multò magis est capax successionis, vt tam ex testamēto, quàm ab intestato succedat, prout in indiuiduo hanc sententiam probant Archidiac. in d. c. pia. nu. 4. de exceptio. in 6. Federic. de Sen. consi. 74. Ioan. And. in d. c. decernimus, & alij innumeri, quos probat Aquilin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. in verb. quid enim si aquæ. nu. 3. & seqq. ff. de liber. & posthum. & consequenter excommunicati regulariter nō sunt incapaces ad succedendum, & vtuntur beneficio istarum consuetudinum, nisi essent personæ, quæ per Sacros Canones successione priuarentur, vt superius dictum est.

Nec obstant contraria, quia, licèt priuetur communione fidelium, sic etiam suffragijs Ecclesiæ, vt latius explicaui d.
22 tract. 1. de censur. cap. 15. & seqq. † non tamen per hoc prohibentur alij, vt possint in beneficium excommunicati testimonium perhibere in iudicio, & extra, dum enim contrahere potest, iam in casu necessitatis potest cum alijs communicare, & constituere procuratorem, qui in iudicio potest iura ipsius excommunicati defendere. glos. in c. intelleximus, vbi Felin. num. 3. de iudic. post Dec. & alios Hierony. de Ceuall. in tract. pract. quæstio. commun. contra communes q. 545.
23 † quamuis hæreditas non possit adiri per procuratorem, tamē eo ipso, vt procuratorem constituerit, dicitur eius animum declarasse ad adeundum, & adire dicitur, vt in l. Paulus, vbi omnes. ff. de acquir. hæred. Ioann. Vincen. de Ann. in Constitu. Regn. Constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 275. & ad summum, si non valeat aditio per procuratorem, valent tamen alij actus gesti per ipsum, & postea dum ipse principalis gerit se pro hærede, hoc sufficit ad adeundam hæreditatem. l. gerit. ff. pro hęrede. cum vulgat. alijs.

24 Nec denique concludit æquiparatio excommunicati cum eo, qui incidit in crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, vel humanæ, quia in illis expresſè reperitur dispositum, vt sint incapaces ad succedendum, priuentur etiam proprijs bonis, vt in principio dictum est, sed in excommunicato potius contrarium inuenitur expressum per Sacros Canones, quibus in
25 hoc standum est: † imò excommunicati, qui successione priuantur, non sunt omninò priuati successione, sed potius illud ius succedendi manet in suspenso, donec pœnitentiam egerint, vt habetur in c. fœlicis. in §. verum. de pœn. in 6. & in d. clem. 1. de pœn. sed Hostis omnino priuatur iure succedendi, nec illud recuperat per solam pœnitentiam, sed restitutio Principis est necessaria, vt dicetur
26 q. seq. † Additur etiam, quia excommunicatus excipiendo agere potest, & in ius vocatus se defendit. c. dilecti. & c. dilectè. de exceptio. c. pia. de exceptio. in 6. Abb & alij, quos probat Andr. Gail. d. lib. 2. de pace publ. cap. 12. n. 22. & Surd. d tit. 8. de alimen. priuileg. 83. nu. 6. Vbi ad plures quæstiones infert, & pręcipuè. quòd, si res aliqua tempore esset peritura, etiam ad agendum permitteretur, de qua materia latiùs disserui d. tract. 1. de censur. cap. 15. & seqq. Plus dicit Surd.
27 loco cit. † quòd, si vxor esset excommunicata, & maritus vergeret ad inopiam, posset vxor dotem, & iura dotalia repetere, non obstante excommunicatione, viri, & ratio est manifesta, quia ēt cum excommunicato manifesto possunt fideles communicare, & sic è contra excommunicatus potest communicare cum

fide-

fidelibus, vt ratione necessitatis, ratione vtilitatis, & esset in hoc casu, vt mulier dotem, & iura dotalia consequatur, & ob alias causas, quæ discussæ sunt in d. tract. 1. cap. 20. quas omitto, quia non pertinent ad hanc materiam.

Ex dictis in hac quæstione, & duabus
28 præcedentibus, colligitur, † quando aliquis dicatur non existere; & primò non dicitur existere ob deportationem. Secundò ob foriudicationem. Tertiò, ob condemnationem ad Regias triremes in perpetuum, vt patet ex dictis quæst. 47. Quartò, si esset mater naturalis tantùm, vt dictum est q 48. Quintò, ob crimen hæresis. Sextò, ob rebellionem, vel aliud crimen læsæ Maiestatis humanæ, vt patet ex dictis in hac quæst. à nu. 1. vsque ad num. 10. Septimò, ob excommunicationem, eo tamen modo, vt num. 15. & seqq. declaratum est, & hæc satis sint pro declaratione non existentiæ parentum.
29 † nam qualiter dicatur non existere per professionem, dicetur infra in tit. de renunciatione. q. 17. & consi. 1. nam per absentiam non dicitur aliquis non existere quoàd successionem.

SVMMARIVM.



Excommunicatus nō priuatur iure succedendi nu. 1.

Delicto declarato nullo, foriudicatus, & omnis alius sententiam passus, recuperat ex iustitia omnia pristina iura. nu. 2.

Sententia nulla non est sententia, nec sententiæ nomen meretur. nu. 3.

Deportatus, simpliciter restitutus, etiam bona recuperat, foriudicatus verò secus; quia solùm crimen censetur ei remissum. nu. 4. & 6. Vt bona recuperet, expressa restitutio requiritur, & sic decisum refertur. nu. 7.

Restitutus ex Principis indulgentia nec honores, nec dignitates, nec bona recuperat, sed solùm consequitur remissionem criminis. nu. 5.

Restitutio est in pristinum statum repositio, si verba restitutionis id patiantur. nu. 8. Non potest peti per procuratorem, & ratio traditur. nu. 11.

Alienata, & distracta, pendente foriudicatione, vel alia sententia condemnatoria, si bona fide fiant valida sunt num. 9.

Priuilegium Principis nunquam concessum præsumitur in præiuditium tertij, etiam in restitutione criminosi num. 10.

QVÆSTIO L.



Qvinquagesimò quæro, si deportatus, hostis, foriudicatus, vel aliter desuper criminosus, restituatur, an bona sua, & etiam ius succedendi recuperet, prout ante sententiam ha-
1 bebat? † hæc quæstio in excommunicato nullam habere potest contradictionem, quia, vt dictum est quæstio. præced. nume. 15. & seqq etiam ille excommunicatus, qui successione priuatur, non est priuatus simpliciter, vt eius ius succedendi sit extinctum, sed potius manet in suspenso donec pœnitentiā egerit; itaq; in eo non cadit hæc quæstio: cadit igitur in alijs criminosis, & in illis examinanda est.

2 Dico igitur Primò, si crimen declaratur nullum, quia iniustè fuisset deportatus, foriudicatus, vel aliter condemnatus, sine dubio recuperat omnia, quia illa sententia fuit iniusta, & ex iustitia fuit facta cancellatio illius sentētiæ, & sic omnia recuperat. l. fin. vbi Bart. col. fin. vers. circa hunc legem. C. de senten. pass. post eum, Iul. Clar. Salycet. Hippolyt. Andr. Gail. & Peregrin. sic testatur Præs. de Franch. decis. 213. nu. 52. & in addit. citat etiam Michael. Palaez. in tract. de maiorit. par. 1. q. 12. nu. 3. vers. & hoc magis, & hoc clarè colligitur ex dictis supra q. 47.
3 † quia sententia nulla nomen sententiæ non meretur, saltem secuta declaratione nullitatis, iuxta notata in l. fi. vbi Barto. Salycet. & alij. C. de vsur. rei iudic. vt alios omittam, quia hoc clarum est.

Dico secundò, si aliquis esset deportatus, & pœnam passus, & tunc si restituatur generaliter, intelligitur restitutus quoàd omnia, itaque etiam bona amissa, honores, & dignitates recuperet, vt fir-
4 mant infrascripti Doctores: † Si verò esset foriudicatus, & tunc, nisi in specie esset restitutus etiam ad bona, non recuperaret bona prædicta, & ratio diuersitatis est inter deportatum, & foriudicatum; quia deportatus non est ita exosus legibus,

legibus, ficut eſt foriudicatus, & conſequenter, reſtituto deportato generaliter, etiam ad bona præſumitur reſtitutus, foriudicatus verò quoad crimen tãtùm, ſic ſcripſit Andr. in pluribus locis, ſic etiã Afflict. & alij, quos recenſet, & probat Præſ. de Franch. d. deciſ. 213. num. 25. & ſeqq. & vltra per eum cumulatos addo Iul. Clar. §. fi. q. 59. vbi Baiard. alios cumulat, Franc. Marc. deciſ. 537. tota. Anna conſi. 9. cum trib. ſeqq. plures alios cumulat, Aquilin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. in verb. quid enim ſi aquæ, & igni. nu. 82. & ſeqq. ff. de liber. & poſthum. qui ad plures quæſtiones circa hanc materiã infert, quas omitto, cùm penes eum videri poſſint.

5 Dixi, ſi eſt reſtitutio generalis; nam tripliciter fieri ſolet reſtitutio. Primò, vt ſit ſimplex indulgentia delicti, nempè, vt ſolùm delictum remiſſum ſit, & in hoc caſu taliter reſtitutus nec honores, & dignitates, nec bona omiſſa recuperat, ſed ſolum habilitatur in poſterum ad ſuccedendum. l. 2. C. de ſenten. paſſ. poſt Bart. & alios Præſ. de Franch. d. deciſ. 213. nu.
6 39. & 42. in fi. & ſeqq. † Secundò, ſit reſtitutio ſimpliciter, & generaliter, quòad omnia, & in hoc caſu in deportato etiam bona reſtituuntur. l. 1. C. de ſent. paſſ. l. fi. eod. tit. Præſ. de Franch. loco cit. nu. 40. & ſeqq. quod ſecus eſt in foriudicato, vt dictum eſt: in eo enim eſt neceſſaria ter-
7 tia ſpecies reſtitutionis, † nempe, vt fiat reſtitutio cum adiuncto, videlicet, cum reſtitutione bonorum, vt notant præcitati Authores, & Præſ. de Franch. d. deciſ. 213. in fi. ſic refert deciſum in cauſa Andrææ de Ebulo cum Aurelia eius filia primogenita in Collaterali Conſilio de anno 1579. die 11. Octobris cum interuentu nouem Conſiliariorum, Præſid. Sacri Conſilij, & trium Regentum Cancellariæ; fuit enim Andræas foriudicatus reſtitutus, ſed non ad bona, quæ delata eſſent filiæ, & conſequenter dictum fuit, non eſſe reſtitutum ad illa bona.

8 Nec obſtat illud commune dictum, vt reſtitutio ſit in priſtinum ſtatum repoſitio. d. l. 1. C. de ſent. paſſ. & reſtit. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. cum alijs cumulatis per Borgnin. deciſ. 14. nu. 12. & ſeqq. par. 1. Nam reſpondetur eſſe repoſitionem in illum ſtatum, ad quem per verba reſtitutionis reponitur, vt rectè poſt alios aduertit Præſ. de Franch. d. deciſ. 213. num. 43. & ſeqq. & hinc eſt,
9 † quòd alienata, & diſtracta per filios, ad quos bona peruenerunt per publicationem, vel per proximiores, qui ſucceſſerunt fiſco, excluſo patre deportato, vel foriudicato, valida ſunt, ſi bona fide fuerunt alienata. l. fi. C. de ſenten. paſſ. cum alijs cumulatis per Neapoda. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. num. 193. fol. 130. cùm enim bona ad alios trãſlata ſunt, ad illa non ſit reſtitutio, niſi in ſpecie id exprimatur, quo caſu ptiũ reſtitui deberet,
10 † dum priuilegium principis nõ debeat eſſe in præiudiciũ tertij. iuxt. tex. in l. nec auus. C. de emancip. liberor. Nec Princeps debet facere reſtitutionem in ſubditorum præiudicium, quibus per publicationem erat ius quæſitum, ſed debet requirere ſubditorum cõſenſum, vt ſcripſerunt Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Abb. in c. quanto, de iur. iuran. poſt alios Præſ. de Franch. loco cit. nu. 46. & ſeqq. ad quem me remitto pro reliquis circa quæſtionem iſtam.

11 Illud ſolùm notandum, † vt reſtitutio peti nequeat per procuratorem, ſed debeat eſſe præſens is, qui illam petit; nullus enim pro contumace loqui poteſt, ipſe enim contumeliam purgare debet, vt poſſit à Principe gratiam obtinere, eſt aureũ dictum Bald. in l. 1. §. pen. in fi. ff. de poſtulan. quem pôſt Aret. ſequitur Hippolyt. de Marſil. ſingul. 221. & poſt alios Decian. conſi. 18. nu. 235. in 1. vol.

SVMMARIVM.



Eſtamentum factum per filiam, in quo legitimã filio reliquit, patrem præterijt, extraneum ſibi fecit hæredem, eſt nullum quòad nouem partes. nu. 1. Procedit etiam ſi patrem, matrem, & fratres ſibi feciſſet hæredes, relicta legitima filijs, & ſic deciſum refertur. nu. 4.

Mulier, habens filios, non poteſt diſponere, niſi de decima parte, nã quoad alias eſt inteſtabilis, etiam patre, vel matre exiſtente in medio, nu. 2.

Patre, vel matre exiſtente in medio, non ſit præiudicium vocatis per conſuetudines. nu. 3.

Portiones, de quibus mater diſponere nequit per exiſtentiam filij, ſunt filioriũ

cu

ex prouidentia consuetudinum. num. 5. & 8.

Filius præteritus, vel iniustè exhæredatus, vel non probata causa exhæredationis, annullat testamentum. nu. 6.

Clausula codicillaris, quando testamentum est nullum operatur bona esse restituenda hæredibus scriptis, deducta legitima filiorum. num. 7. Non tamen procedit secundum has consuetudines, & ratio assignatur. nu. 8.

QVÆSTIO LI.

1 Vinquagesimoprimò quæro, † si patre, vel matre existente in medio, filia testamentum faciat, in quo reliquit filijs honorum subsidium, patrem, vel matrem prætereat, num valeat testamentum illud, si extraneum fecisset sibi hæredem? hæc quæstio fuit discussa supra q. 46. nu. 36. & seqq. vt testamentum non valeat, nisi quòad decimam partem tantum, de qua filia poterat disponere, seruata forma consuetudinis, & ita facta longa discussione, determinauit Sacrum Consilium in anno 1596. die 11. Decembris ad relationem Consiliarij Vespuli, in causa cuiusdā Iustinæ Palombæ, vt testatur Presf. de Franch. decis. 606. Quæ quidem deci-
2 sio præcipuū fundamentum habuit, † quia mulier, habens filios, nō potest disponere secundum has consuetudines, nisi de decima parte tantùm, quia in alijs nouē habet os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, adeò vt iudicetur quòad illas nouem partes intestabilis, vt testatur Neapod. in consuet. si qua moriens, in verb. tantum. Præs. de Franch. loco cit. sic etiam decis. 537. 435. nu. 36. & hoc sæpe dictum est.

3 Nec obstat, † quòd, patre, vel matre existente in medio, cessat consuetudo; nam hoc assumptum, declaratum est supra q. 45. & melius q. 46. vbi dictum est procedere in beneficium patris, vel matris, non autem ad exclusionem eorum, qui per consuetudines patrem, vel matrem excludunt, vel simul cum ipsis parentibus admittuntur ad successionem; sed in hoc casu filius excluderet parentes à successione, quia ipsorum est prima
4 causa, vt dixi supra q. 46. nu. 36. † Imo Sacrum Consilium annullauit testamentū prædictum, in quo filia instituit sibi matrem, & fratres hæredes, patri nihil reliquit, & filijs reliquit legitimam, hic enim est casus dictæ decisionis. vt ibidem legitur: siquidem existentia filiorum reddidit illam matrem intestabilem quòad nouem vncias quòad quascunq; personas, vnde nihil attinet, quòd etiam patrem hæredem fecisset simul cum matre, &
5 fratribus, † quia illæ nouem vnciæ ex prouidentia consuetudinum sunt ipsorum filiorum, sic enim mandat consuet. si qua moriens. fo. 194. quod latiùs explicatum est supra in 3. par. quæ hic repetenda non sunt, & consequenter in hoc casu parentes materni nihil habebunt, paterni vero vsumfructum solùm eò modo, vt dixi supra in hac 4. par. quæst. 46. nu. 36. & 38.

Ex dictis cerni potest, hic non habere locum disputationem doctorum secun-
6 dum ius commune, † quòd, si filius esset præteritus, vel sine iusta causa exhæredatus, siue causa esset iusta, sed non fuerit probata per hæredem scriptum, quo casu testamentū est nullum, quia nā deberet testatori succedere? & communiter con-
7 cludunt, † si in testamento adsit clausula codicillaris, per illam clausulam censentur rogati venientes ab intestato, vt, deducta legitima sibi debita, non autem Trebellianica, reliquum patrimonium restituant hæredibus scriptis in testamēto sic, reprobata glosa in Auth. ex causa. C. de liber. præterit. tenet ibid. Cyn. & Bart. nu. 13. & 24. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 16. vbi testatur de communi, plures alios cumulant Sim. de Petr. lib. 3. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dubit. 6. solut. 4. nu. 18. Facchin. lib. 4. controuers. iur. cap. 11. Borgnin. decis. 28. nu. 21. & decis. 29. nu. 11. par. 4. Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 3. nu. 24. &
8 49. † Sed, vt dixi, hoc non habet locum secundum hoc ius consuetudinarium, quia ab illo determinatum est, quorum debeat esse illa portio, de qua testator nequiuit disponere, & pro illa portione decessit intestatus; potest enim aliquis secundum consuetudines decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt sæpissimè repetitum est; & hæc sunt satis, nam quæstio patet ex dictis supra d. quæst. 46. sæpius citata, præcipuè num. 46. & seqq.

QV SVM.

SVMMARIVM.



*Vus paternus an exclu
dat auum maternum
à successione libero-
rum.nu.1.& 3.*

*Regula, vt qbus ab in-
testato defertur suc-
cessio, debeatur legi-
tima, an semper vera sit.nu.2.*

*Monasterium succedit monacho, non ta-
men potest in bonis monachi habere le-
gitimam. nu.4.*

*Bonis, deuolutis fisco ob delictum patris,
datur filio legitima.nu.5.*

*Filia exclusa per renunciationem à suc-
cessione, etiam a legitima excluditur,
& solùm haberet supplementum do-
tis.nu.6.*

*Neapodani opinio seruatur pro lege in
hac Ciuitate. nu.7.*

*Bonorum subsidium in bonis maternis
debetur paternis parentibus etiam cũ
liberi ab intestato decedunt.nu.8.*

QVÆSTIO LII.



Vinquagesimosecundò
quæro, an auus pater-
nus præferatur auo ma
terno in successione li-
berorum? De hac quæ-
stione plura tradit Nea
podan. in d. consuet. si quis, vel si qua.
nu. 155. & seqq. vbi etiam Addentes, sic
etiam Gaspar. de Leo in consuet. filiusf-
fam. in princ. fol. 185. incip. Pro intelli-
gentia, de qua etiã quæstione dixi supra
1 q.46.n.40. & seqq.† Veritas est, quòd in
bonis paternis, & ex paterna linea ad li-
beros peruentis succedit auus paternus,
in bonis verò maternis, & ex materna
linea peruentis succedit auus maternus,
deducto tantùm debito bonorum subsi-
dio ex illis bonis in beneficium aui pa-
terni, & hæc est veritas adeo vt nec per
testamentum possint liberi alio modo
disponere de bonis maternis, vt loco ci-
tato dictum est.
2 Nec obstat si dicatur illis deberi bo-
norum subsidium, quibus ab intestato
competit successio. l. nam & si parenti-
bus. ff. de inoffi. testam. Salycet. in Auth.
nouissima.nu.11.C.eod.Alex.consi.168.
nu.3.vol.7.Neapod. in d. consuet. filiusf-
3 fam.num.26.vt alios omittam.† Sed auo
paterno nulla competit successio ab in-
testato in bonis maternis, dum concur-
rit cum auo materno, quia solus mater-
nus. Procedit etiam secundum ius com-
mune, vt scripsit Bar. in l. quod scitis.§.si
autem.nu.1.C.de bon.quæ liber.& alibi,
quem post Ferron.& alios probant Pisa-
nell.& Salern.in d.consuet. si quis, vel si
qua.dict.fol.118. Siquidem respondetur
multas esse personas, quibus de iure non
debetur successio, & tamen debetur
4 legitima, & in particulari, † si pater in-
grediatur monasterium, & professionem
emittat, tunc monasterium illi succedit
in omnibus bonis, filijs tamen ipsius in-
gressi debetur legitima. Auth. si qua mu-
lier.C.de sacrosan. eccles. vbi omnes, &
hoc est certissimum apud omnes. Secun-
2 dò, † confiscatis bonis alterius propter
delictum, successio deuoluitur fisco, filijs
tamen ipsius delinquentis debetur legi-
tima, ad tex. in l. cum ratio. ff. de bonis
damnato. l. si deportatus. C. de bon. pro-
scriptor. cum alijs cumulatis per Thesau.
decis. 104.& 198. quod etiam procedit in
alijs casibus, in quibus vni debetur suc-
cessio, & alteri datur legitima, vt not. Sa-
lycet. in d. Auth. nouissima. Alex. in l.
Gallus.§.& quid si tantum. nu. 17.ff.de
liber.& posth. Ruin.consi.27.nu.7.vol.3.
vt alios omittam: itaque ex data instantia
argumentum non subsistit.
Ex hoc etiam responderi potest ad
6 aliud axioma, † vt illis, qui ab intestato
non succedunt, nec etiam debeatur legi-
tima, quod axioma verum est regulari-
ter, vt post alios probat Alexan. d. consi.
168.nu.7.Ruin.loco cit. Salycet. in dict.
Auth. nouissima, & hinc est, quòd dum
filia dotata excluditur à successione ab
intestato propter masculos, excluditur
etiam à legitima, & ad summum, non po-
test aliud petere, nisi supplementum do-
tis, vt notant communiter DD. in d.§.&
quid si tantùm. & post alios Hieronym.
Gabr. consi.3. vol. 2. & dixi supra in hac
4 par.q.16.& alibi. quæ omnia adnotare
volui ad tollendam ambiguitatem. non
enim sunt necessaria in hac quæst. quia
per consuet. filiusfam. expressè sancitur,
vt si liberi testari velint valide de bonis
maternis, debeant relinquere legitimam
7 paternis parentibus.† Neapodanus po-
stea, cuius authoritas in hac Ciuitate ser-
uatur pro lege; vt lepidissime notatum est,

sic

sic etiam alij Prudētes interpretati sunt consuetudinem loquentem de successione ab intestato, vt etiam liberis ab intestato decedentibus, debeatur paternis parentibus bonorum subsidium ex bo-
8 nis maternis, & ratio est eadem: † cùm enim illud successit loco vsusfructus, quem habent, durante ipsorum vita, in bonis maternis liberorum, iam per illorū mortem, dum auus maternus succedit, priuantur vsufructu: meritò igitur loco ipsius vsusfructus deperditi datur illis legitima in dictis bonis maternis: & cùm hæc conclusio sit clara, transeo ad alias quæstiones.

SVMMARIVM.



Estamentum factum per liberos, in quo parentibus paternis, & maternis legitimā reliquerunt, & extraneos sibi fecerunt hæredes, vt valeat, Doctores recensentur. nu. 1. Et sic decisio refertur. num. 2. Contrariam sententiam defendit Author, & validissimis rationibus comprobat. nu. 7. 9. & seqq. Decisio relata expenditur, & ponderatur. nu. 15. & vt solùm vendicet sibi locum si adessent paterni parentes tantùm, & nemo alius qui secūdum has consuetudines cum parentibus succederent. nu. 16.

Filij secundum ius cōmune, relicta legitima parentibus, possunt de alijs bonis ad libitum disponere. nu. 3.

Actus priuationis vbi est idem cū actu trāslationis, priuatus à successione excludit alios remotiores. nū. 4.

Existentia sola proximioris excludit remotiorem, licèt proximior non succedat. nu. 5. Declaratur habere locum, si proximior remotiores excluderet. numero 12.

Filius naturalis patri ab intestato decedenti succedit in duabus vncijs, si patris vxor sit mortua, viuente tamen vxore nihil habet. num. 6. Declaratur procedere ob reuerētiam transacti matrimonij, & in propriam vltionē vxoris. n. 13.

Existentia parentum qualiter cessare faciat consuetudines. nu. 8. remissiuè.

Patri habenti filios ex diuersis vxoribus, filij ex primo ad bona primæ vxoris, filij verò ex secundo matrimonio ad bona secundæ vxoris vocantur. nu. 10.

Fratres consanguinei succedunt cum vtrinq; coniunctis, quando sunt bona eiusdem patris. nu. 11.

Pisanellus dicitur impressor, siue Author impressionis decis. 210. Capyciȷ. vt suā sententiam confirmaret. num. 14.

QVÆSTIO LIII.

1 Q Vinquagesimotertio quæro, † si aliquis habeat parētes paternos, & maternos, quibus reliquit bonorum subsidiū, & extraneum sibi fecit hæredem, num testamentum valeat, vel eo non obstante, prænarrati parentes succedant? Hæc quæstio debebat examinari in 3. par. vbi actum est de successione ex testamento, sed occasione nō existentiæ parētum, & etiam occasione præcedentis quæstionis, hic opportunius venit discutiēda: quam quæstionem examinat Capyc. decis. 210. vbi eius addentes ad confirmationem citant Bal. cons. 197. & 339. vol. 4. Dec. cōs. 481. Afflict. & Vrsill. decis. 237. Idem Capyc. in consuet. filiusfam. nu. 18 fol. 188. in apostill. incip. Ista glosa, vbi etiam Pisanell. Minad. & alij, quos enumeraui supra q. 46. præcipuè
2 nu. 25. & seqq. † Capyc. igitur dicit valere testamentum in beneficium extranei, & ꝙ ita fuit decisum in Sac. Cons. in causa Sancti Petri de Vrbe, quæ sententia confirmatur ex dictis in præfato nu. 25. & ea præcipuè ratione, quia existentibus ascendentibus, seruari debet per liberos ius commune, nam, illis in medio existentibus, habet locum ius commune, vt di-
3 ctum est q. 44. & 45. † sed attenta dispositione iuris communis, liberi (emancipati tamen) dum disponunt per testamētum, non tenentur aliud relinquere parentibus, nisi bonorū subsidium, vt in §. cautæ. Auth. vt cùm de appellat. cognosci. cum alijs cumulatis per Peregr. in tract. de fideicomm. art. 36 ergo taliter per hoc ius consuetudinarium censentur habilitati.

Secundo cōfirmatur ex doctrina Bar. in l. 1. §. si pater. ff. de coniungend. cum
4 emancip. liber. vbi ait, † ꝙ dum actus priuationis est idem cū actu translationis, priuatus facit partē taliter, quòd alij ex eius existentia excluduntur, quod etiam ad literā probatur in l. 1. §. fin. ff. de assig.
5 libert. vbi disponitur † sufficere aliquem

extare, quamuis hæreditatē non habeat; de quo dicto latius tradit Dec.cons.297. & dicetur infra in tit.de renunciat.q.16. vbi explicabitur qualiter hoc dictum locum habeat.

Tertiò denique, omissis alijs, confirmatur ex tex. in Authent.licet.§.ab intestato. C.de natur.lib. Quò loci sancitur,
6 † vt, non existente vxore defuncti, filij naturales succedant patri in duobus vncijs, sed si vxor existeret, licèt illa nō succedat viro, filij tamē naturales excluduntur à dictis duabus vncijs, vt habetur in d.§.ab intestato. vbi glos.in verb coniux legitima, & alij. Iddē igiť erit in hoc casu.

7 Verùm, his non obstantibus, & salua pace tantorum virorum, contrariā sententiā amplector, prout etiam amplexus fui supra d.q.46.à nu.26. vsque in fi. Quæ opinio hodie receptissima est, vt patet ex decisionibus Sac.Cōs. & Neapodani, sic etiam ex aliorum prudentum authoritatibus, ibidē cumulatis, & præcipuè,
8 † quia parentum existentia non facit in totum cessare consuetudines, sed solùm non procedunt in beneficium ipsorū parentum, nō autem vt excludant illos, qui simul cum ipsis parentibus ad successionem vocantur, vt discurrendo per singulos casus, & singulas personas latissimè comprobatum est d.q.46.nu.26. & seqq. vsq; in fin. ita ꝙ principale motiuū aduersariorum non militat, nec subsistit, quia nō seruatur in totum ius commune, sed etiā seruatur dispositio istarum consuetudinū, & particulariter in auo, & proauo materno, vt patet ex dictis q. præced. & etiā d.q.46.nu.40. vbi ex Neapod.decis.
9 & alijs fundatum est, † non valere testamentū, in quo liberi non relinquunt medietatem bonorum maternorum parentibus maternis, & consequenter non est habenda ratio dictorū per Capyc. prout etiam secundum talem distinctionem loquitur Præs. de Franch. decis.619. nu.4. & 11.

Confirmatur, quia semper in materia istarum consuetudinum attēditur distinctio bonorum, & proximitas illius lineæ
10 vnde bona prouenīut, adeò vt † si pater habeat filios ex diuersis matrimonijs, quamuis omnes isti fratres sint inter se consanguinei, nihilominus ad dotem primæ vxoris, & ex bonis peruentis ab ea, succedūt filij primi matrimonij, sic è contra filij secundi matrimonij succedūt ad dotem, & ad bona secundæ vxoris, quia licèt omnes tam primi, quàm secūdi matrimonij sint coniuncti ex parte patris quòad lineam, non tamen sunt coniuncti quòad bona, nempe quòad lineam, vnde bona perueniunt; ita est particularis decisio Neapodani in d.consuet.si quis, vel si qua. nu.127.fol.113. & seq. vbi Ant.de Alex.in apostill.incip. Si ergo quis moritur. Pisanell.in addit.incip. Nota in hoc versiculo. Præs.de Franch.d.decis.619.
11 post nu.4.& nu.5. † & consequenter decisiones factæ per Sac. Cons. vt consanguineus simul succedat de iure cōsuetudinario cum vtrinque coniunctis, procedunt quando sunt bona eiusdem lineæ, vt dixi supra q.39. & 40. Sublato igitur principali fundamento aduersariorum, totum ipsorum ædificium ruit.

Nec obstant contraria, primum enim solutum apparet ex dictis nu.8. vbi dictū est, qualiter sit seruandum ius commune, vel ius consuetudinarium in hoc casu.
12 † Ruit secūdum relatum nu.4. & 5. quia procedit quòad exclusionē illorum, qui per existentiam parentum excluduntur à successione vt sunt agnati, & cognati, qui nō possent cum parentibus succedere ab intestato, vt ex discussis in sæpius citata q.46. cernitur; & patet etiā ex eodē argumento, quod fundatur in existentia eorum, qui excluderēt alios à successione, quamuis ipsi non possent succedere, itaque non militat. Nec etiam militat tertium, † quia existētia vxoris excludit
13 naturales à duabus vncijs propter honorem transacti matrimonij, vt habetur in d. §. ab intestato, vbi omnes, præcipuè Salyc. qui dicit hoc procedere in vltionem propriæ iniuriæ ipsius vxoris, prout latius dictum est supra q.43.à nu.1.vsque ad nu.8. Surd.in tract.de alim.tit.7 q.10. & seq. & dum in hoc casu est ratio diuersa, non potest dispositio illius tex. habere locum in hoc casu.

14 Nec denique obstat decisio relata per Capyc. & primò, quia multi tenēt, vt Pisanellus fuerit, qui decisionem illā fecit imprimere ad confirmationem suæ opinionis, etiam quia ipsemet Pisanell.loco cit. nu.1. dubitat de doctrina Bart. dubitat, inquam, in consuet.filiusfam. nu.18. fol.188. in apostil.incip. Nec te decipiat. vbi hoc reliqui cogitandum, dum casus euenerit, tanto magis, quia doctrina illa non potest locū habere contra parentes, sed

folum contra illos, qui per parentes inteftato excluderētur à fucceffione.
† Decifio poftea relata ab eodē Capyc. d. fol. 188. in fi. in caufa Sancti Petri de Vrbe. non poteft habere locum in præiudicium parentum; fed in præiudicium aliorum agnatorum, & cognatorum, & patet ex illis verbis [Sacrum Confilium pro maiori parte votauit in caufa Sancti Petri de Vrbe, ꝙ exiftentia afcendentis etiam extraneo inftituto, etiā taliter, ꝙ afcēdēs excludatur, excludit ipfus agnatos, & cognatos] itaq; decifio illa, & doctrinæ ibidē relatæ, procedunt ad exclufionem agnatorum, & cognatorum, non autem ad exclufionem ipforum afcendē-
16 tium. † In vno tamen cafu puto fufficere afcendētibus legitimam, etiam extraneo inftituto hærede, nempe quando effent paterni parentes tantum, quibus fecundum has confuetudines bonorum fubfidium debetur, & liberi folum difponerēt de bonis maternis, & ratio eft, quia filiusfam. fic eft habilitatus per has confuetudines, vt, relicta legitima paternis parentibus, poffit de alijs bonis maternis ad libitum difponere, & in hoc cafu vigēt rationes ex aduerfo, quia parentes côqueri non poffunt; nam habent legitimam illis debitam per has confuetudines: alij verò agnati, & cognati nec etiam rationabiliter conqueruntur, quia per exiftentiam parentum excluduntur à fucceffione, & fic procedunt doctrina Bartholi, & ponderationes defuper factæ a nu. 2. vfq; ad nu. 7. Et hæc fatis funt pro ifta quæft. nam alia videri poffunt fupra d. quęft. 46. fæpius citata.

SVMMARIVM.



Ilius legitimus fecundum formam confuetudinū intelligitur de legitimo, & naturali fimul. nu. 1. & 2.

Adoptiuus, & arrogatus non fuccedunt fecundum iftas confuetudines, & ratio traditur. nu. 9. Nec etiam in feudis. nu. 11.

Filius naturalis non fuccedit fecundum has confuetudines. nu. 3. Ex voluntate teftatoris dependet, an faciat deficere conditionem fideicommiffi, fi fine filijs deceſſerit. fub nu. 3. facit illam deficere, fi teftator erat naturalis. num. 7. fuccedit in emphyteufi laicali. num. 4. Non tamen in ecclefiaftica. nu. 5. Nifi acquifita effet à naturali. nu. 6.

Ecclefia odio habet omnes natos ex illegitimo coitu. fub nu. 5.

Naturalis poteft habilitari ad fuccedendum ex forma ftatuti. nu. 8.

Adoptio vt legitimè fiat, & vt adoptiuus fuccedat, citandi funt agnati, & cognati illius, qui adoptat. nu. 10.

QVÆSTIO LIIII.



1 Vinquagefimoquartò quæro, filius legitimus qualiter intelligatur fecundum formā iftorum cōfuetudinum? Hęc quæftio facilè foluitur ex dictis per Neapod. in d. confuet. fi quis, vel fi qua, nu. 170. vbi omnes addentes, nempè vt intelligatur filius legitimus, & na-
2 turalis, † nam hoc modo intelligitur filius legitimus ex difpofitione iuris, nempè legitimus, & naturalis, vt toto tit. ff. & C. de legit. hæredib. legitimum enim dicitur, quod à lege tale habetur, vt fuo loco dictum eft, & in hoc cafu eft, vt ex legitimo matrimonio filius nafcatur; vt docet poft Paleot. in tracta. de not. & fpur. cap. 32. Vinc. de Franch decif. 640. num. 10. par. 4. Quæ quidem conclufio eft indubitata, & facilè probatur excludendo duas alias fpecies filiorum, de quibus poteft effe aliqua dubitatio.
3 Primò igitur, quòd attinet ad filium naturalem, clarum eft, vt non fuccedat fecundum has confuetudines, prout latius demonftratum eft fupra q. 43. tota, & in alijs locis ibid. citatis: qui quidem naturalis an faciat deficere conditionem fideicommiffi, fi fine liberis deceſſerit; pendet à voluntate teftatoris fideicommittentis, cuius voluntas fi non repugnat, fuccedit, & facit deficere conditionem, vt notant communiter DD. in l. ex facto. §. fi quis rogatus ff. ad Trebel. Alexan. confi. 202. vol. 6. Ruin. confi. 97. vol. 2. Iul. Clar. in §. teftamentum. q. 91. Menoch. de præfumptio. lib. 4. pręfump. 78. vbi plures ampliationes, & limitationes ad hanc illationem ponit: tradit nonnulla Thefaur. decif. 163. Facchin. lib. 4. controuerfiar. iuris cap. 52. Surd. decif. 37. & in cōfi. 89. & confi. 279. nu. 6. & 16.
4 & alij; fic etiā fuccedet in emphyteufi laicali, fi inueftitura non mandat contrarium,

rium, vt notauit Specul. in titu. de emphyth. §. nunc aliqua. verf. 67. Barto. in d. §. si quis erogatus. num. 8. vbi Alex. num. 17. Rip. nu. 62. Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 50. & patet ex Menoch. & alijs Au-
5 thoribus: in Ecclesiastica tamen secus esset, quia Ecclesia eos, & omnes alios ex illegitimo coitu natos, abhorret, & solum ex benignitate, & æquitate prçlare iubet illis alimenta in bonis progenitorum, vt notant præcitati Authores, & post Abbat. Bero. Couarru. Garz. Vasq. & alios Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 9. nu. 16. & alibi passim, & dicam infra
6 de alimentis præstand. † nisi tamen emphyteusis Ecclesiastica esset acquisita à filio naturali, quia dum Ecclesia dispensauit cum filio naturali in prima acquisitione, censetur habilitasse omnes alios naturales in successione illius emphyteusis, vt scripsit Bal in c. quæ in ecclesiarum. col. pen. extra de constit. post alios Rip. in d §. si quis rogatus. num. 56. & alij
7 præcitati DD. † Sic etiam præsumitur habilitatus ad fideicommissum, si fideicommittens esset naturalis, quia non censetur abhorrere alios eiusdem conditionis; imò potius censetur illos diligere, nam omne simile appetit sibi simile, iuxta text. in l. sed si nolit. §. mancipia ff. de ędilit. edicto, prout in particulari hoc notant post alios Dec. in c. in præsentia. num. 43. extra de probation. Roland. à Vall consi. 76. nu. 23. vol. 3. plures alios cumulat, & probat Menoch. loco cit nu. 34. nam esset habilitatio ex voluntate fi-
8 deicommittentis: † & etiam succederet si ex statuto habilitatus esset ad succedēdum iuxta tradita supra d. q. 43. num. 22. potest enim statutum illos habilitare ad succedendum, etiam si nati essent ex nobili persona, vt probat Bart. in l. hæredibus. §. vlt. nu. 4. ff. ad Trebell. post ipsum Alex. Rip. Ruin. Dec. Paleot. & alios plures Menoch d. præsump. 78. nu. 32. quæ omnia hic locum habere non possunt, dum exclusi sunt per has consuetudines, secundum quas vnusquisque præsumitur acquirere, & vocare filios ad successionē, vt multoties notatu est, & successiuè dum consuetudines istæ naturales excludunt, nec in contractibus, nec in vltimis voluntatibus comprehenduntur naturales tantum; sed solum includuntur filij legitimi, & naturales, qui ex forma istarum consuetudinum vocati sunt ad successionem.
9 Secundò poterat esse dubitatio de filio legitimo tantùm, vt est adoptiuus, siue arrogatus filius, & in hoc verissima est etiam opinio, vt nō excludat proximiores adoptantis, vel arrogantis patris, & ratio est manifesta, quia talis adoptio, & arrogatio præsumitur facta in fraudem proximiorum agnatorum, & cognatorum, qui per consuetudines ad bona illius vocantur, ita ex tex. in l. cum ratio. §. ex bonis. ff. de bonis damnator. & alijs probauit Ferron. in consuetudinib. Burdigal. in tit. de testam. §. 8 in prin. & post alios Camill Salern. in d consuet. si quis, vel si qua. sub nu. 170. & seqq. fol. 123. in
10 apostill. incip. si quis liberis carens. † vbi post Iacob. de Beluis. Alex. Deci. Iacob. Philipp. Port. & Ferron. loco cit. affirmat, necessariam esse citationem agnatorum, & cognatorum in illa adoptione, & arrogatione ad hoc, vt valida sit ad exclusionem ipsorum agnatorum, & cognatorum plures alios cumulat pro, & contra Aquilin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, in verb. quid enim. num. 157. & seqq. ff. de liber. & posthu. vt alios omittam, tradit etiam Iaf. in l. generaliter. §. 1. nu. 8. C. de instit. & sub. tit. ad quem se remittit Vinc. de Franch. in consuet. si moriatur. in princ. fol. 71. in Apostill. incip. An hæc consuetudo, habetur etiam in commun. opin. Rubric. de magistrat. tit. de statutis cap. 6. limit. 8. vbi Decium, Tiraquell. & alios citat Viuius, & hoc est clarum in materia istarum consuetudinum, quæ in filio duplicem qualitatem
11 requirunt, vt dictum est; † Sic etiā procedit in feudis, vt legitimi tantum nullo modo succedant, quia de iure feudorum sancitum est, vt filius sit natus ex legitimo matrimonio, vt ad feudi successionē admittatur, & adoptiuus, & arrogatus omnino excludantur, vt in c. adoptiuus. vbi omnes. si de feud. defunct. milit. fuer. controuers. cum alijs cumulatis per Regentem de Ponte in suo opere feud. lect. 1. nu. 108. & lect. 10. sub nu. 29. & iddem est in naturali tantum, respectu cuius, naturalis an, & quando ad feudum admittatur, dixi supra par. 2. in titu. de personis. quæst. 10. & alibi, & de adoptiuo constat expresse ex Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 161. vbi Pręs. de Franch. fol. 119.

SVM-

SVMMARIVM.



Dictio Seu, Vel, aut, & similium importat disiunctionem. nu. 1. Aliquando importat copulationem. num. 2. Varijs alijs modis accipitur. num. 5.
Si apponatur in substitutionibus num disiunctiuè, vel copulatiuè præsumatur apposita. nu. 6.
Legans fundum, seu domum, an vtrunque legasse præsumatur. sub num. 2. & num. 3.
Testator in dubio præsumitur minus grauasse hæredem, quàm fieri potest. numero 4.
Substitutio facta alicui, si sine filijs legitimis, & naturalibus, seu naturalibus decesserit, qualiter intelligatur. nu. 6.

QVÆSTIO LV.



Quinquagesimoquintò quæro, dictio (seu) qualiter intelligatur. Responsio patere potest ex dictis per Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua. num. 159. fol. 119. & post alios per Anto. Gabr. lib. 4. commun. opin. in tit. de substit. concl. 3. & 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 82. fere per totam. Facchin. lib. 5. cōtrouers. iur. cap. 68. vt alios omittam; ex quorum dictis notatur pri-
1 mò regulariter, † talem dictionem, Seu, Aut, Vel, & similes importare disiunctionem; dicuntur enim coniunctiones disiunctiuæ, quia, licèt coniungant verbis, disiungunt tamen sensu, & aliquando etiam verbis disiungunt, iuxta tex. in l. hæc verba. ff. de verbor. & rer. signific. quem ad hoc propositum pōderat Neapod. loco cit.
2 Notatur secundò aliquando poni copulatiuè, & idem significare ac dictionem (&) iuxta tex. in l. si quis ita legauerit. ff. de auro, & argento leg. & est quando præcedit species, & subsequitur genus, vt etiam habetur in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. Neapod. loco cit. in 5. regul. & in prohem. consuetud. in verb. seu. num. 338. & ideò in legatis semper præsumitur posita copulatiuè, causā ampliandi, non autem diminuēdi legatum, & consequenter si quis legasset alicui domum, seu fundum, vtrunque legasse præsumitur, ac si dixisset, lego domū, & fundum, sic colligitur ex tex. in d. l. si quis ita legauerit, vbi Bar. & Alberic. sic etiam Cyn. Bal. Castr. & Ias. in l. cum quidam. C. de verb. signif. Alex. Cremens. & Alc. de quibus meminit Facchin. loco cit. & vltra prædictos Præs. de Franch. decis.
3 153. nu. 22. † Id, quod procedit, nisi contrarium constet de voluntate legantis, vt quia colligi posset ex verbis legati, nā regulariter etiam in legatis ponitur disiunctiuè, vt stet in propria natura disiunctionis, vt notat Neapod. in d. 5. regu. ex tex. in l. Lucio. ff. de lega. 2. probant etiā Bal. Dec. Socin. & alij, quos probat Couarr. lib. 2. var. resolut. c. 5. num. 10. post alios Facchin. loco cit. quæ opinio ve-
4 rior videtur. † quia testator in dubio præsumitur minus grauasse hæredem, quàm fit possibile fieri, iuxta tex. in l. Seio. §. medico. ff. de annuis legat. cum vulg. alijs, & iura alleg. num. 2. locum habent, quando contrarium constet saltem ex coniecturata mente testatoris, clarum est enim, vt verba improprianda sint, vt seruatur testatoris voluntas. l. vxori ff. de legat. 3. post Alciat. & alios Præs. de
5 Franch. decis. 307. nu. 12. † & ideò Neapod. in d. consuet. si moriatur. ponit nouem regulas ad cognoscendum, quando hæc dictio stet disiunctiuè, vel copulatiuè, quas breuiter reassumā. Prima est, si ponat̄ dictio illa inter personas ad eorū commodum, regulariter importat coniunctionem tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. Secunda est, si ad onus apponatur, stat disiunctiuè. Tertia, si adijciatur inter personas in casu simpliciter odioso, vt damnetur ad mortem Seius, aut Caius, stat disiunctiuè, vt nullus præsumatur damnatus ad mortem. Quarta, si ponatur inter cōtractus vnius personę, vt dedi, aut donaui, tunc contra proferentem importat coniunctionem. Quinta; quando ponitur inter res, vel bona, regulariter importat disiunctionem ex dictis nu. 2. & 3. Sexta, in conditionibus potestatiuis, vel causalibus etiam disiunctionem importat, sic etiam in arbitrarijs, sic etiam in illis, quæ simul esse non possunt, vt est dies, aut nox, Et denique vltima in delictis potest stare illa dictio coniunctiuè, vt ex varijs, & particularibus iuribus probat Neapodanus d. num. 159.

In

6 In fubftitutionibus verò fuit maxima controuerfia, fi ftet disiunctiuè, vt fatis fit vnum effe adimplendum ex requifitis, vel ftet copulatiuè, vt omnia adimplenda fint, & communis eft refolutio, vt ponatur disiunctiuè, fic probat Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. quem Doctores communiter fequuntur, tefte Ant. Gabr. d. concl. 3. & 4. † Sin
7 autem teftator in fubftitutione dixerit, inftituo Antonium hæredem, & fi fine filijs legitimis, & naturalibus, ac legitimis, feu legitimatis tantum deceffent, fubftituo Caium, illa dictio (Seu) coniungit verba, fenfum verò disiungit, adeò vt filij adoptiui, vel arrogati tantùm non cenfeantur vocati per talem fubftitutionem, nec faciant deficere illam conditionem, vt ex vera fententia probauit Menoch. d. præfump. 82. num. 14. & 15. qui, & etiam Gabriel loco cit. ponunt alias ampliationes, & limitationes ad intellectionẽ, & declarationem dictarum dictionum, qui videri poffunt, clarum
8 eft enim, † quod in materia iftarum confuetudinum, fi hoc modo fieret fubftitutio, inftituo Petrum hæredem, & fi fine filijs legitimis, feu naturalibus deceffent, fubftituo Antonium, illa dictio (Seu) non ponetur disiunctiuè, fed copulatiuè, & ftet pro dictione (Et) ac fi diceret, & fi fine filijs legitimis, & naturalibus deceffent, &c. Et ratio eft, quia fecundum has confuetudines nec legitimus tãtum fuccedit, vt patet ex dictis q. præced. nu. 5. & feqq. Nec naturalis tantum, vt patet ex dictis ibid. & etiam q. 43. Sed debet effe legitimus, & naturalis fimul, vt d. quæftio. præcedenti explicatum eft, & ita præfumitur voluntas teftatoris, cum femper interprætetur fecundum loci confuetudinem, & ftatutum, vt fæpiffimè notatum eft; an autem, & quando ponatur copulatiuè, vel disiunctiuè cerni poteft ex regulis traditis per Neapod. num. 5.

SVMMARIVM.



Roximus dicitur ille, fic etiam propinquior ad fuccedendum, quem nemo præcedit in gradu. nu. 1.

Conditio adiecta, fi fine filijs deceſſerit, dicitur adimpleta, fi cum vno filio ille decedat. nu. 2.

Proximus in materia iftarum confuetudinum confideratur in gradu, & in linea vnde bona proueniunt. nu. 3. & 4.

In proximitate fecundum has confuetudines attenditur tempus mortis teftatoris, non autem tempus teftamenti. nu. 5. Quid autem fecundum ius commune. nu. 6.

Fœminæ exclufæ à fucceffione à proximioribus intelligitur de proximiori etiam in remotiori gradu. nu. 7. ubi explicatur, an hoc fit verum.

Non dicitur decedere fine liberis, qui cum vno filio, vel filia decedit. fub nu. 2.

QVÆSTIO LVI.



Vinquagefimofextò quæro, proximitas qualiter intelligatur fecundum iftas confuetudines, & an fit attendenda proximitas afcendentium, vel defcendentium? Hæc quæftio latius examinatur per Neapod. in d. confuet. fi quis, vel fi qua, in verb. proximiores. nu. 163. fol. 120. & in eod. verb. num. 249. & feqq. fo. 148. & vtrobiq, Addentes. Præf. de Franch. decif. 619. præcipuè num. 11. decif. 102. nu. 28. decif. 169. nu. 9. & alibi,
1 & omiffa difputatione. † Dico primò, proximum illum dici, quem nemo præcedit in gradu. iuxt. tex. in l. proximi. & in l. in vulgari. ff. de verb. & rer. fignif. & in hoc cafu intelligitur proximus, non indiftinctè, & fecundum vulgarem acceptionem, vt mihi eft proximus omnis populus Chriftianus iuxta fecundum præceptum Domini, Dilige proximum, ficut te ipfum, fed proximus dicitur ratione fanguinis, hoc eft, ratione agnationis, vel cognationis, & idem eft proximus, fiue proximior in hac materia fucceffionum, ac propinquior, vt qui mihi effet propinquior agnatus, vel cognatus ad fuccedendum. l. 1. §. fi quis proximior ff. vnde cognat. l. iureconfultus. §. 1. ibi, proximiores ex agnatis fui dicuntur. ff. de gradib. Dec. in l. fi bonorum. C. qui admitt. cum alijs cumulatis per Neapodan. d. num. 163. & vt dixi fupra quæft. 44. nu. 14. & feqq. Proximus dicitur filius, frater, & fic de alijs.
2 Dico fecundò, appellatione proximiorum vnicum tantum comprehendi, itaq; fi vnicus fit, ille folus fuccedit. l. qui duos. in fin. ff. de reb. dub. ficut etiam quando fubfti-

substitutioni adiecta esset conditio, si sine filijs, vel liberis decesserit, succedat Petrus, quãuis institutus decesserit cum vno filio, ille facit deficere conditionem l. 1. vbi glo. & communiter omnes. C. de condition. insert. l. cum vxori. C. quan. dies legat. ced. Et hoc ea ratione, quia sine liberis non dicitur, qui vnicum filiũ, vel filiam reliquit, vt in l. non est sine liberis. ff. de verbor. & rer. signif. cum alijs cumulatis per Iacob Menoch. in tracta. de præsumpt. lib. 4. præsump. 89. & latissimè præsumpt. 186. vbi ad plures quæstiones infert, & hic vnicus filius etiam si sine filijs moriatur, facit deficere conditionem illam, vt dixi supra quæst. 32. nu. 16. & seqq.

3 Dico tertio proximitatem dupliciter considerari posse, vel quoad lineam, vel quoad gradum; & vtroque modo consideratur in materia istarum consuetudinum, diuersis tamen respectibus, si enim essent proximi respectu lineæ, vna linea excluderet alteram, hoc est, si bona peruenirent ex linea materna, proximiores ex illa linea excluderent proximiores ex linea paterna, vt sæpissimè dictum est, & post alios notat Præs. de Franch d. decis. 619. nu. 11.

4 † Si tamen essent proximitas respectu gradus, hoc idem erit; nam descendentes excludunt ascendentes, quia sunt in gradu proximiores, & eadem ratione ascendentes excludunt transuersales, & vnus ascendens proximior excludit alium remotiorem, vt pater auum, auus excludit proauum, & sic de alijs, quod est indubitatum non solum de iure communi, sed etiam per has consuetudines, vt in consuetud. si quis, vel si qua, vbi Neapod. nu. 156. & seq. & in consuet. sed si morienti, vbi omnes. Præs. de Franch. loco cit. & dixi superius, præcipuè q. 45. & alibi; solùm tamen habetur ratio lineæ, vnde bona proueniunt, & sic proximior illius lineæ excludit remotiorem eiusdem lineæ.

5 Dico quartò, vt quis dicatur proximior secundum istas consuetudines esse inspiciendum tempus mortis, nõ autem tempus ipsius testamenti. Neapod. in d. verb. proximiores. num. 165. fol. 121. ex tex. in §. 1. instit. de success. cognat. & est etiam text. in l. post consanguineos. §. proximum ff. de suis, & legiti. l. 1. §. proximus. ff. vnd. cognat. l. cũm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. vbi gl. in verb. moreretur. subdit, quoties per plures gradus ad proximos descendit successio requiri, aliquem esse proximum tempore mortis, quia tunc temporis defertur hæreditas. arg. tex. in l. fi. C. de verb. signif. cum alijs latissimè cumulatis, & probatis per Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 5. & alibi: nam hoc est clarum in materia harum consuetudinum, quæ vocant succedentes secundum proximitatem gradus, & distinctionẽ bonorum, & sic proximitas attenditur, habito respectu ad tempus delationis hæreditatis, & sic ad tempus mortis.

6 Dico quintò secundum ius commune esse distinguendum, nam in legatis vna consideratur proximitas, sic etiam in successione ab intestato, scilicet, proximitas tempore mortis, sed in institutionibus in psonis extraneis tria tpa cõsiderãtur, nempe testamenti, mortis testatoris, & aditionis hæreditatis: In suis verò hæredibus duo tempora considerantur. nempè testamenti, & mortis, sed ab intestato tempus tantum mortis attenditur; quæ omnia notant Scribentes per illum tex. in l. vnic. C. de his, qui ant. apert. tab. & in l. cũm pater. §. hæreditatẽ. & l. cũm ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. 2. & faciunt etiã notata per Præsid. de Frãch. in locis citatis. & præcipuè d. decis. 619. nu. 10. & 11.

7 Postremò notandum, † quòd, licèt in similibus statutis, exclusiuis fœminarum, proximior in gradu dicatur masculus, etiam in remotiori gradu existens, qui excluderet fœminã etiam in gradu proximiori existentem, quia fœminæ vocantur post masculos, vt notarunt Socin. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. Ruin. consi. 154. num. 3. vol. 2. post ipsos Sanch. & alios Alex. Raudens. decis. 24. num. 10. Sic etiam Surd. consil. 370. vol. 3. tamen in materia istarum consuetudinum secus esset, quia fœmina solùm excluditur per masculos in eodem gradu existentes, prout latius dictum est supra q. 27. & alibi.



SVMMARIVM.



Fideicommissum relictum familiæ, lineæ, vel agnationi, intelligitur de familia testatoris, nō autem hæredis. nu. 1.

Fœminæ censentur vocatæ secūdum ius commune ad fideicommissum relictum familiæ, nu. 2. Secus dum per statutum excluduntur per masculos à successione. nu. 5. Succedent tamen, si masculi nollent succedere. nu. 6. Vel si bona essent sita extra territorium statuentium. n. 7. An succedant in bonis concessis a Principe cum qualitate feudali. nu. 4.

Priuilegium, concessum familiæ, an etiā fœminis censeatur concessum. nu. 3.

Non subditi non tenentur ad onera Regni. nu. 9. An ligentur statuto alterius pro bonis sitis in territorio statuentis, sub nu. 8. & nu. 10.

Bona non circunscribuntur loco. nu. 8.

Religiosi non succedunt ad fideicommissum relictum familiæ. sub nu. 5.

QVÆSTIO LVII.



1 Vinquagesimoseptimò quæro, an in fideicommisso relicto familiæ, stipiti, cippo, lineæ, agnationi, vel domui succedāt fœminæ? Hęc quæstio latissimè post alios examinatur per Menoch. in tract. de præsumptionib. lib. 4. præsump. 88. per Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 25. & 26. qui omnes dicunt, fideicommissum intelligi relictū familiæ testatoris, & descendentibus ipsius, non autem transuersalibus, imo nullo modo intelligatur de familia hæredis; & hoc supposito ipse Menoch. ibid. nu. 3. ex tex. in l. fi. C. de verb. signif. Angelo,
2 Corn. Parif. & alijs affirmat, † vt secundum ius commune fœmina vocetur ad tale fideicommissum, quia, attento iure communi fœmina compræhenditur, & venit appellatione familiæ, quod est clarum, secundum ius commune: imò Rebuff. in l. pronunciatio. §. mulier autem. ff. de verb. & rer. signif. quem probat Me-
3 noch. loco cit. nu. 4. docuit, † vt priuilegium concessum familiæ, et fœminis intelligatur cōcessum; quod an sit verum, dixi supra q. 30.

4 Plus dicunt DD. vt fœminæ succedāt etiam in bonis à Principe alicui donatis cum qualitate feudali, vt firmauit Gozadin. consi. 8. nu. 17 Purpur. consi. 357. à nu. 33. vsq; ad nu. 38. vol. 1. quos probat Alex. Raudens. decis. 49. nu. 33. & 40. & latius probat Nicol. Intrighol. cent. 2. q. 4. in suo tracta. feud. nu. 234. q. 25. & alibi Hartman. Pistor. in 2. par. quæst. iur. q. 34. 36. 37. & 39. vbi latissimè illationem istam fundat, tradit etiam aliqua Peregr. loco cit. Quod an verum sit in hoc Regno docet Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de refutation feudor. in princ. nu. 15. & seqq. & in titu. de success. mulier. ferè per tot. & dixi supra q. 31 & alibi.

5 Omissa igitur disputatione secundum ius commune, quando quærimus, vt fœminæ excludantur per masculos ex forma statuti, & in hoc casu appellatione familiæ non veniunt fœminæ, si adsint masculi, & eo modo fœminæ compræhenduntur, quo per statutum vocantur. Sic post Anchar. Socin. & Ruin. respondidit Cephal. consi. 252. nu. 23. lib. 2. quos probat Menoch. vbi supra nu. 4. in fi. vbi nu. 5. & seqq. affirmat, si fideicommissum relictum esset pro cōseruatione familiæ, nec fœminæ, nec Religiosi succederent, quia non possunt conseruare familiam; quod etiam probauit eodem lib. 4. præsumpt. 82. 84. & 85. vbi ad plures quæstiones infert circa hanc materiam, ad quem me remitto, vt breuitati studeam, tradit etiam aliqua Reg. de Pont. consi. 39. nu. 32 & seqq. & dixi aliqua supra d. q. 32. sic etiam q. 34. & 37. & in pluribus alijs locis.

6 Verum in duobus casibus fœminæ omnino succederent. Primò, si masculi superstites, quorum fauore, & contemplatione excluduntur, succedere nollēt, vel non possent, quia tunc cessat causa existentiæ masculorum, nam sola non sufficit, si nollent, vel non possent succedere, vt dixi supra q. 46. præcipuè nu. 16. & sæpè alias, ac probant Bar. in l. 1. §. qui habebat. nu. 5. & 7. ff. de bonor. possess. contr. tab. post ipsum, Salycet. Castrens. Socin. & Corn. Brun. in tract. de stat. excluden. fœm. art. 12. nu. 2 14. plures alios cumulat, quos etiā probat Surd. in tract. de alimen. tit. 2. q. 15. nu. 93. & etiam in consi.

consi. 416. nu. 14. cum seqq. vol. 3.

7 Secundò, quando fœminæ non essent subiectæ statuentibus, vt quia essent extra eorum territorium, & iurisdictionē, & hoc, quando etiam bona sunt extra territorium, res est clara, quia tunc seruatur ius commune, vt dixi supra par. 2. in tit. de bonis q. 1. Sed aliqui dicunt, hoc etiam locum habere, si bona essent sita in territorio statuentium, & fœminæ essent extra territorium, & hoc ea ratio-
8 ne, † quia bona non circunscribuntur loco. l. Caius Scæuola. & l. vxorem. §. legauerat. ff. de legat. 2. Et pro hac opinione scripsit Alex. consi. 44. nu. 6. & 8. vol. 5. post eum, Barbat. Anchar. Calder. Marzar. & alios. Anton. Gabr. in commun. opin. in tit. de stat. concl. 8. nu. 24. & conclus. 9. num. 31. & nouissimè post Felin. Paul. Leon. & Parisi. hoc iddem probauit Alex. Raudens. decis. 41. nu. 42. & vltra per eum cumulatos. Menoch. iddem probat consi. 351. nu. 15. & consi. 390. nu. 47. vol. 4. Qui quidem Raudens. hoc pluribus comprobat rationibus, & præci-
9 puè, † quia non subditi non ligantur statuto, nec tenentur ad onera Regni, cùm sint extra iurisdictionem statuentium il-
10 lius Regni; † Sed ratio ista non militat, quia communi consensu, & interpretatione prudentum fuit introductum, vt exteri sint ligati seruare dispositionem istarum consuetudinum quoad bona sita in districtu huius Ciuitatis, quia ratione bonorum fiunt subiecti statuentibus, vt dixi supra d. par. 2. in tit. de personis. q. 1. & alibi etiam contra Farinat. & aliorum sententiam, & ne bis iddem repetatur, ad ibidem dicta me remitto.

SVMMARIVM.



Abnepos iure repræsentationis alios ascendētes excludit à successione. nu. 1.

Verbum, liberi, omnes descendētes includit. num. 2.

Nepos an possit repudiare hæreditatem patris, & acceptare hæreditatem aui. num. 3. Exhæredatus à patre succedit auo, etiam in feudo auito. nu. 4.

Iuniores non debent balbutire, vbi seniores, & eloquentissimi viri loquuntur. Sed ab illis discere debent; quandoque tamen senes discunt à iuuenibus. n. 6.

Nepos succedit auo, si pater ipsius indignus esset successione aui, & ita secundum veras decisiones, reprobato consil. 128. Consiliarij de Anna firmatur ex limpidissima doctrina Marchionis de Pontenu. 5.

Nepos subingreditur in locum filij in fideicommisso relicto ab auo; secus in linea transuersali. nu. 7.

QVÆSTIO LVIII.

1 Quinquagesimooctauò quæro, an abnepos excludat auum à successione? Respondeo affirmatiuè ex decisione Neapodani in d. consuet. si quis, vel si qua. nu. 152. fol. 117. Vbi hoc dicit esse manifestum, ex tex. in consuet. si moriatur. in princ. & iam manifestum est, qa prima causa successionis est lineæ descendentis, & ascendentem, & collateralem excludit, & consequenter licet abnepos sit in quarto gradu, & auus in secundo, nihilominus iure repræsētationis abnepos subingreditur primū locū, & prorogatiua illius, in cuius locū subingreditur, vtitur ad aliorū exclusionē. Patet ēt ex dictis supr. q. 56. n. 4. quo loci dictū est, vnā lineā alteram excludere: colligitur etiam ex verbis eiusdem consuet. si quis, vel si qua, quæ tunc vocat ꝓximiores ex parte patris, si filij, vel liberi non existerent ibi (filijs, seu liberis legitimis
2 non extantibus) † hoc enim verbum, liberis, est valde extensiuum, quia omnes descendentes vsque in infinitum comprehendit. l. liberorum appellatione. ff. de verb. & rer. signif. &, vt dixi, quæstio est indubitata, quando tractatur de successione ascendentis, respectu abnepotis, vel nepotis, clarum est enim, vt nepos in locum filij, & sic deinceps subingrediatur, adeò vt nepos auo, abnepos proauo sit præferendus, & sic deinceps.
3 Fuit tamen quæstio, † si nepos simul vocetur ad hæreditatem aui, & etiam ad hæreditatem patris, si posset hæreditatē patris repudiare, & aui hæreditatem petere, & retinere: & quamuis secūdum legem duodecim tabularum, & ius ciuile non esset ei hoc permissum, ob reuerentiā patris, vt necessariò esset eius hæres; nihilominus de iure prætorio, & ex Prætoris æquitate est illi concessum: siquidē

duplex eſt hęreditas; vna patris,& altera aui; & dum datur beneficium ſeparationis bonorum, & vna ſeparatur ab altera, idcircò vnã petit, & alteram repudiat, vt habetur in l.qui ſe patris, vbi cõmuniter DD. C.vnde libe.& poſt alios nouiſſimè Facchin.lib.6. controu.iur.c.66.& eatenus viget hodie beneficium ſeparationis
4 bonorum, & hæreditatum, † quòd ſi nepos eſſet exhæredatus à patre ſuo, adhuc ſuccederet auo ex propria perſona, non ſolùm in bonis burgenſaticis, ſed etiã in feudo hæreditario, quãdo pater prędeceſſerit, vt poſt Ardizon.in tit.de ſucceſs.feu. verſ.ſed adhuc quæro. And.in c.præterea ſi vaſſallus.n.12.quæ ſit prim.cau.beneſ. amitt.Io.Thom.de Marin.Aluar.& Pet. de Greg.probauit Reg.de Pont.in tract. de poteſt. Proreg. in tit.de refut.feudor. §.9.præcipuè nu.18.& ſeqq.

Eatenus Doctores hoc habuerunt pro
5 vero, † quòd, licèt filius occiderit patrẽ feudatariũ, quo caſu, vt parricida priuatur ſucceſſione feudi, & multi tenuerint, vt etiã nepos eſſet excluſus à feudi auiti ſucceſſione, vt conatur probare Conſ.de Anna conſ.128. nihilominus poſt Bar.in l.3.ff.de interdict.& releg. Bal.Ardizon. Saly c.Pereg.Aluarot.Camerar.& alios plures contrariũ fundauit ipſe Marchio de Ponte d.§.9.à nu.2. vſq; in fin. ſic etiã in ſuo opere feudali lect. 13. num.46. & ſeqq. & lect.22.nu.3. cum ſeqq. & d.§.9. in fi. ſic refert deciſum per Reg. Camerã Summariæ in beneficiũ nepotis contra fiſcũ, facta relatione in Collaterali Conſ. in cauſa illorum de Cenſis, & ibidem ex profeſſo, & doctiſſimè reprobat d.conſ. 128. Fabij de Ann. qui non diſtinxit terminos indignitatis, & inhabilitatis; quãdo enim pater eſſet priuatus ſucceſſione propter inhabilitatẽ, & incapacitatem, tunc omnes deſcendentes ab eo ſunt excluſi, vt notauit Bal.in l.emancipatũ §.1. ff.de Senatorib.quem cõmuniter ſequuntur Scribentes, teſte Marchione de Põte d.§.9. nu.16. & 17. vbi etiam ex cõmuni ſecùs eſſe dicit, quando pater non ſuccederet, quia eſſet indignus, quia per delictũ efficitur indignus ſucceſſione, vt eſt in hoc caſu: ſi tamen eſſet cõceptus poſt mortem aui, nõ ſuccederet nepos, prout nec etiam ſuccedet, ſi pater commiſiſſet crimen læſæ Maieſtatis, quod latiſſimè, & doctiſſimè pariter fundat ipſe oculatiſſimus Marchio in locis citatis, & ad eũ me remitto; dixiſſem enim aliqua ad prę-
6 dictorum confirmationem, † ſed vbi doctiſſimi, & eloquẽtiſſimi viri loquuntur, non debent iuniores balbutire, pręcipuè dũ nullus addendi locus ſupereſt, prout in hac illatione mihi eſſe videtur. dicit enim Scriptura Eccl.32. Vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. & cap.8. dicitur, Non te prætereat narratio ſeniorũ, ipſi enim didicerũt à patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum. Meminiſſe tamen debent ſenes, quòd ſi ea, quę tradunt iuniores, bona ſint, non dedignentur à iuuenibus ediſcere, iuxta ſententiam Diui Gregorij relata in c. de Conſtantinopolitana.22.diſt. vbi glo.in verb.diſcere, notat alia iura concordantia.

7 Inſuper † nepos ſubingreditur in locũ patris in fideicommiſſo relicto ab auo, & hoc omnes docent, niſi contrariũ cõſtet expreſsè de voluntate teſtatoris, vt dixi ſupra q.36. nu.7.& 8. in dubio tamen nõ præſumitur, & conſequenter ſicut in aui hæreditate ſecundum ius cõmune filius tenet locum patris, ita etiam verba teſtatoris debent interpretari. glo.in l.cũ ita. §.in fideicommiſſo. ff.de legat.2. vbi omnes. l.fin. C.de verb.ſign. Auth.ceſſante. C.de legitim.hæred.cum alijs cumulatis per Dec.conſ.1. ſub nu.5.& nu.6. Nam in fideicommiſſo agitur de ſucceſſione teſtatoris, iuxta tex.in l.cohæredi.§.cùm ita.ff.de vulg.& pupill. prout latius hanc illationem ſubingreſſionis confirmant Dec.d.conſ.1.conſ.217. Theſaur. deciſ. 65. Pereg.in tract.de fideicomm. art.2 t. nu.3 t. Morot.conſ.91. Quod eò magis locum habet, quando filius poſitus erat in conditione, vt poſt alios probant Peregr. & Morot. locis citatis, vbi in linea tranſuerſali in legato relicto familiæ ſecùs eſſe dicunt: tunc enim non habet locum ſubingreſſio, ſed proximior tantùm in gradu ſuccedit, & hæc hactenus pro hac quæſtione.

SVMMARIVM.



Atus in ſexto, vel octauo menſe, ſiue in alia ætate, in qua ſecundum Medicorum iudiciũ viuere nõ poteſt, ſi illicò moriatur, nec prodeſt, nec nocet alijs, quia pro non nato habetur. nu.1. 2.& 7.

Natus

Natus in decimo mense, primi, vel secundi viri præsumatur filius, Medicorum iudicio statur. nu. 3. ex omnium senten tia, etiam si ex primo viro sit, legitimus iudicatur. nu. 5. 6. 8. & 11.

Sententia qualiter formetur quando iudex declarat aliquem legitimum. nu. 4.

Mulier, secundum aliquos, etiam vsq; ad decimumquartum mensem potest gestare partum in vtero, & exemplum, à Plinio relatum, recensetur, cuius sen tentia improbatur, vt solum paucis diebus vndecimi mensis gestet partum in vtero. nu. 6.

Natus in septimo, nono, vel decimo mense iudicatur legitimus, & prodest, & nocet alijs, etiam si illicò moriatur, & ratio traditur. nu. 8. Procedit secundum aliquos etiam in feudis. nu. 10. Contraria tamen sententia fundatur verior, præcipuè in hoc regno. nu. 11. & sic iudicatum recensetur nu. 9.

Existẽs in vtero, habetur pro nato, quando de eius commodo tractatur, si tamen postea reuera nascatur. nu. 12. Quatenus in vtero est, non succedit. nu. 13. & ad summum mater, ventris nomine, in possessionem bonorũ mittitur. n. 14. In electione facienda de aliquo ex genere, pro non nato habetur, nec eius natiuitas expectatur, nisi competat illi dignitas per successionem. nu. 15.

Non nati, nec concepti tempore testamenti, vel mortis testatoris, num succedãt. num. 16.

Filij minores, mortui simul cum matre, præsumũtur præmortui ante matrem, & sic decisum refertur. nu. 17.

Titulus succedendi vnd. vir, & vxor. non est correctus per has consuetudines. nu. 18.

QVÆSTIO LIX.

Qvinquagesimonono quæro, an natus, sed illicò mortuus, noceat alijs circa successionem? Hæc quæstio potest dupliciter agitari; Primò, si nascatur in tempore illegitimo. Secundò, in tempore le-
1 gitimo. In primo casu, † si aliquis nascatur in tempore illegitimo, nempe in illa ætate, in qua verisimiliter non posset viuere, nempe in sexto, vel octauo mense, sine dubio hic partus est illegitimus, quia ex dispositione legis, tanquam natus in tempore non legitimo, non habetur pro filio successibili, & consequenter non rumperet testamẽtum paternum, & proinde alijs nõ noceret quòad successionẽ; sic scripserunt Alberic. & plures alij in l. septimo mense. ff. de stat hom. Affl. decis. 236. vbi addentes alios numerant: verùm multi in hoc casu cõtrarium tenuerunt, quos ꝓbat Dec. cõs. 623. Boer. dec. 224.
2 † Sed mihi magis placet illorum opinio, quam defendit Franc. Marc. decis. 168. nu. 1. sic etiam Affl. loco cit. & post alios Mascard. in tract. de probat. concl. 1084. & 1146. & vltra per ipsum cumulatos Surd. decis. 83. nempe hoc esse relinquẽdum iudicio expertorũ, vt sunt Medici, & obstetrices, quorum iudicio standũ est in hac materia: multi enim nascuntur in sexto, & octauo mense, qui moriuntur in senectute, quãuis regulariter partus iste dicatur illegitimus, adeò vt si illicò moriatur, mortuus præsumitur, quia non natus est tempore legitimo, nisi tamen expressè constaret de superueniente infir-
3 mitate. † Sic etiã statur Medicorum iudicio, si aliquis nascatur in decimo mense, an sit filius primi, vel secũdi matrimonij, quod euenit, si, mortuo primo viro, infra mensem, vel vltima die mensis vxor tran siuit ad secũda vota, adeò vt decimo men se post mortem primi viri peperit filium, statur iudicio Medicorum, an iudicãdus sit filius primi, vel secundi viri: Medici enim habent quasdam regulas, & coniecturas, ex quibusdã motibus, quos dicunt sentire mulieres, dum cõcipiunt, & possunt arbitrari, si mulier in primo, vel in secundo matrimonio illos habuerit: itaque omninò ipsis Medicis standum est, vt post Bar. Bal. Alex. & alios scripsit Ias. in l. Gallus, in princ. nu. 73. ff. de liber. & posthum. plures alios cumulat, & probat Surd. d. decis. 83. nu. 11. faciunt etiam cumulata per Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cas. 89. præcipuè n. 34. & seqq. vbi nu. 45.
4 tradit modum, † qualiter in hoc casu for mari debeat sententia, siue, vt rectius loquar, quæ debeat considerare iudex, vt sententiam legitimè proferat, nam prolatio sententiæ nõ potest alio modo fieri, nisi dum partus est legitimus, iudex dicit, declaramus partum esse legitimum, sic è contra, dum partus est illegitimus, & proinde haberi pro nato, si esset legitimus, & pro non nato, si esset illegitimus.
5 Non defuerunt tamen, qui dicant, imò

est

est receptior sententia, vt mulier possit gestare partum in vtero spacio non solum decem mensium completorum, sed etiam vndecim, hoc est per paucos dies vltrà decimum mensem, & hæc sententia recepta est ex dispositione Iuris; Fuit enim sententia Hyppocratis, quam recepit Iureconsultus in l. intestato. §. vlti. ff. de suis, & legit. sic etiam Iustinian. vt habetur in §. vlt. & per tot. Auth. de restitu. & ea quæ par. in vndecim. mens. cum alijs cumulatis per Menoch. dict. cas. 89. nu. 49. & seqq. vbi Plinij, Alciati, & alio-
6 rum refert sententias, † vt fuerit quædā mater, quæ spatio quatuordecim mensium partum in eius vtero gestauerit, & statim vt natus fuerit, emiserit dentes, quamuis istorum sententia improbetur à multis, & præcipuè per Menoch. loco cit. vbi alios cumulat, & vt dixi, receptior sententia est illa Hyppocratis, quæ in iure recepta est, nempè quòad vndecimum mensem, hoc est quòad decimum completum cum paucis diebus vndecimi, quod medicorum arbitrio relinquitur.

7 Cùm igitur ex medicorum iuditio declaratum fuerit, partum esse illegitimū, hoc est natum non fuisse tempore congruo, vt potuisset viuere, iste talis habetur pro non nato, & consequenter, vt nunquam fuisset in rerum natura, vt alijs prodesse, vel obesse posset circa successionem: si autem fuisset declaratus partus legitimus, erit totum oppositum, vt in 2. casu dicetur, prout etiam cernitur ex hucusque dictis.

8 In secundo verò casu, quando nascitur tempore legitimo, nempè septimo, nono, vel in decimo mense, & tunc de iure reputatur partus legitimus, adeò vt etiam si illicò post natiuitatem moriatur, & prodest, & nocet alijs, nam faciet expirare fideicōmissum factum alicui, si sine filijs decederet: sufficit enim, vt tpe congruo viuus nascatur, quamuis illicò deinde moriatur. sic habetur in l. vxoris ab ortu. & in l. quod certarum. C. de posthum. hæred. instit. Socin. in l. cùm auus. nu. 109. & seqq. ff. de conditio. & demonstrat. & in hoc omnes DD. concordant, teste Boerio decis. 220. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 236. Cott. in suis memorabilib. in verb. momentum. itaque transmittit etiam hæreditatem ad hæredes, si contrarium non constaret de voluntate testatoris, vt dixi infra consi. 6.

9 Fuit tamen maxima controuersia in materia feudali, si inuestitura dictaret pro descendentibus ex masculis, & aliquis moriatur relicto filio, & filiabus, si filius illicò moriatur post mortem patris, an illæ filiæ fœminæ succedere valeant ad feudum, vel sint exclusæ per existentiam masculi, in cuius persona fuit radicatum ius post mortem patris, & dum non habet filios, ageretur nunc de successione fratris, & communis opinio est, fœminas non esse exclusas, sic scripsit glo. in cap. 1. §. quin etiā, in tit. Episcopum, vel Abb. quam ibidem sequuntur Bald. Nicol. de Neapol. Aluarot. Martin. Laudens. qui testatur de communi, sic etiam Iacob. de Beluis. vbi ait, sic fuisse iudicatum in hoc Regno Apuleæ, eandem sentētiā sequitur Iacobi de S.Georg. in tract. de feud. in verb. fœminis. num. 11. amplectuntur etiam Zas. in eod. tract. de feud par. 8. nu. 56. Curt. Iun. eod. tracta. par. 3. q. 27. Tenet etiam nouissimè Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de assensib. Reg. §. 4. nu. 21. vbi sic refert decisum in causa Marchionis Briatici, quàmuis masculus vixerit per octo dies, de qua quæstione ipsemet Regens agit decis. 4. vbi ponit prænarratam decisionem. itaque dum adest bina iudicatura, non debet amplius dubitari de hac sententia in beneficium fœminarum.

10 Contrariam tamen sententiam defendit nouissimè Facchin. lib. 7. controuers. iur. cap. 45. defendunt etiam addentes ad Andr. in d. §. quem etiam. Episc. vel Abbat. sub nu. 4. in verb. hanc glosam, & videtur, quòd Ysern. ibid. nu. 4. hoc iddem affirmet ex verbis illius tex. ibi. [relicto masculo, fœminæ vlterius non admittuntur] tenet etiam *Brun.* in tracta. de stat. excluden. fœmin. art. 10. q. 5. & hoc ea præcipuè ratione, quia dum masculus semel extitit tempore mortis patris, licèt illicò moriatur, tamen reddit fœminas inhabiles ex tenore inuestituræ, quia nunc ageretur nō de successione patris, sed de successione fratris, qui, vt masculus ad alios masculos vocatos ex tenore
11 inuestituræ transmittit feudum. † Attamen in hoc Regno non est recedendum ab opinione primo loco relata, & in iudicio recepta, præcipuè dum fœminæ non sunt omninò exclusæ per masculos, sed quatenus masculi extitunt, & sic interpre-

terpretari debet tenor inuestituræ, put
tribunalia istius Regni ita interpretata
sunt. Aliæ verò probationes hincinde vi-
deri possunt penes præcitatos Authores,
& pro sororibus præcipuè videatur Re-
gens de Ponte in locis citatis, & contra
easdem videri potest Facchin. d. cap. 45.
qui conatur etiam respondere contra-
rijs.

12 Occasione prædictorum duo alia no-
tanda sunt. Primò illud commune dictũ,
vt existens in vtero dicatur natus ex iu-
ris præsumptione, quando agitur de il-
lius commodo, tunc tantùm habet locũ,
si reuera viuus nascatur; quia tunc nati-
uitas retrotrahitur ad præambulum tem
pus, quando in vtero existebat, & ita in-
telligitur tex. in l. qui in vtero. ff. de stat.
homin. prout sic illum intelligunt Aret.
in l. posthumo. C. de collation. Melch. Pa
laez. in tract. de maiorat. par. 3. q. 2. & alij
13 infra citandi: † Sed dum est in vtero,
nullo modo succedit, nec pro nato habe-
tur, vt scripsit Alex. consi. 123. nu. 2. vol.
1. & post ipsum, Socin. Dec. Roland. Me-
noch. & plures alios Surd. cõs. 369. n. 23.
14 & seqq. vol. 3. Et ad summũ † dum est in
vtero venter matris nomine ipsius po-
sthumi mittitur in possessione bonorum,
& ne aliqua deceptio oriatur, vt mulier
illa fingatur grauida, & sit prægnans de
vento, vel per simulationem, vt multo-
ties euenit, adhibenda est per Iudicem
maxima diligentia, & custodia, ne sup-
ponatur aliquis partus, & dicatur natus
ex illa muliere, vt in l. 1. vbi omnes. ff. de
ventr. in possess. mitten. & tot. titu. de
ventr. inspic. euentus enim expectandus
15 est natiuitatis, vt re vera succedat. † Sic
etiam non reputatur natus existens in
vtero in electione facienda, vt si aliquis
eligendus esset ad aliquod officium, vel
dignitatem aliquam, & eligendus esset
ex genere, vel familia certæ personæ, nõ
posset eligi existens in vtero, nec expe-
ctari debet illius natiuitas, vt scripsit An-
gel. in l. Aretusa. ff. de stat. homin. & post
alios Surd. in consi. 375. nu. 44. vol. 3. &
hoc procedit, si electio ad dignitatem
illam ei non competeret per successio-
nem, vt est in successione status, siue feu-
di titulati, tunc enim expectatur natiui-
tas, & procedunt ea, quæ dicta sunt nu.
præceden. prout euenit in facti contin-
gentia post rebellionem Principis Sa-
lerni, dum enim prætendebatur, vt eius
vxor prægnans remansisset, fuit cum ma
xima vigilantia custodita per honestissi-
mas matronas, & adhibitæ fuerunt dili-
gentiæ non solùm nu. præcedenti rela-
tæ, sed aliæ plures, prout Præs. de Frãch.
de prædictis facit particularem decisio-
nem.

16 Notandum secundò, quòd non nati,
nec concepti tempore testamenti, vel
saltem tempore mortis testatoris, non
succedunt, nisi contrarium constet ex te-
statoris voluntate, vt quia esset dispositio
conditionalis, tunc enim sufficit, si essent
concepti tempore euenientis conditio-
nis, vt probauit Ioan. Andr. in addition.
ad Specul. in rubr. de testam. in verb. itẽ
Lambertus, post ipsum, Socin. Paris. Al-
ciat. Tiraquell. Mantic. Roland. & alios.
Surd. in consi. 125. toto, & præcipuè nu.
33. Quod procedit, quando tractaretur
de succedẽdo extraneo, siue alteri, quàm
patri; clarum est enim, vt partus suo patri
succedere valeat, debeat esse conceptus
ad minus tempore mortis patris, vt in l.
Gallus. ff. de liber. & posthum. & patet ex
dictis in princ.

17 Vltimò notandum, † quòd si adessent
filij minores, qui simul cum matre mor-
tui essent, & pater superstes esset, & præ-
tenderet succedere filijs, non obtineret,
& ratio est, quia dum filij sunt minores,
præsumuntur præmortui ante matrem,
vt probat tex. in l. si mulier cum filio. ff.
de reb. dub per quẽ tex. ita fuit decisum
in Sacro Consil. dum in anno 1587. die
13. Nouembris in Arce S. Herami in hac
Ciuitate, quædam mulier cum duobus
filijs minoribus mortua fuit, vt testatur
Præs. de Franch. decisio. 454. qui dicit,
18 † quòd, dum mulier non apparebat ha-
bere alios propinquiores, qui seruata for
ma consuetudinum possent illi succede-
re, Sacrum Consilium reseruauit ius suc-
cedendi viro per titul. vnde vir, & vxor.
Ex quo cernitur titulum illum non esse
correctum per has consuetudines.

SVMMARIVM.

F*ilius vltra medietatem in bonis patris, & nouem partes in bonis matris, habet legitimam de bonis alijs. num. 1. & seqq. ad id probandum decis. 667. Præsid. de Franch. põderatur nu. 10. Sed declaratur, & interpretatur. nu.*

nu.22. Contrariam sententiam defendit Author, & ex verbis consuetudinum, & Neapodani dictis confirmat. nu. 11. & seqq. Soluuntur contraria. nu.22. & seqq.

Medietas debita agnatis, & cognatis, ex prouidentia consuetudinum debetur. num.4. Sine onere debita est, & etiam sumptus funerum ex alia medietate deducenda sunt. num.5. & 19. An hoc procedat in dote, & alijs debitis nu. 6. remissiuè. Debita filijs per has consuetudines succedit loco legitimæ. nu. 18. Non tamen in omnibus, & per omnia. num.16.

Relinquere de suo non dicitur, qui relinquit alteri, quod illi debet ex dispositione iuris, & ratio traditur. nu.7.

Beneficium non dicitur alteri præstare, qui debitum soluit. nu.8.

Pater tenetur relinquere legitimam filijs de bonis proprijs, sic etiam mater. nu.9. Qualiter hoc procedat secundum consuetudines, declaratur. num.24. De bonis nouiter acquisitis, relicta filijs legitima, disponit ad libitum. num. 12. Sic etiam de alia medietate, nec de ea debet legitimam filijs. n. 13. Non potest filios in alia medietate præterire. nu.15.

Bonorum subsidium debetur filijs, deducto ære alieno. nu. 10. cur maius sit secundum has consuetudines in bonis matris, quam in bonis patris, ratione probatur. nu.23. Debitum per has consuetudines mirabile vocatur. nu.14.

Legitima, siue bonorum subsidium, debitum filijs per istas consuetudines, triplex est, & recensetur sub nume. 14. Qualiter autem dicatur mirabile, explicatur esse circa maiorem quantitatem, quam est legitima secundum ius commune. nu.17.

Consuetudines istæ factæ sunt Regis authoritate, nec possunt extendi vbi non loquuntur. nu.10.

Nemo duplici onere tam in persona, quàm in bonis grauari debet. nu.21.

Mater ad libitum disponit de integra decima dotium, & de bonis illi obuentis ab agnatis, & cognatis, & sic decisum recensetur. nu.22.

QVÆSTIO LX.



SExagesimò quæro, an filio, vltrà portionem illi debitam de bonis antiquis patris, vel matris, debeatur legitima de illa portione, de qua pater, vel mater disponere possunt? Hæc quæstio dupliciter agitari potest, vel in matre, vel in patre.
1 † Primò casu clarum est, vt filius nouem partes dotium, & aliorum bonorum obuentorum matri habeat præcipuas, & sine aliquo onere etiam substitutionis, vt latissimè probauit Neapod. in consuet. si qua moriens, in verb. tantum. à num. 13. vsque ad nu. 37. Vinc. de Franch. decis. 486. cum alijs cumulatis supra par. 2. in
2 tit. de bonis. q. 23. † Quò verò ad patrē, vt omninò teneatur relinquere integrā medietatem bonorum antiquorum filijs ad literam disponitur in cōsuet. si aliquis moriens: vbi Neapod. in verb. tenetur. nu. 24. & seqq. fol. 168. & ibid. omnes addentes, adeò vt nec substitutionem in illa facere valeat, de qua materia dictum est supra d. q. 23.
3 Plus dictum est supra par. 3. quæst. 2. & seqq. vt de illa medietate nullo modo valeat dispositio, etiam in beneficium alicuius Ecclesiæ; & si onus aliquod apponatur, non teneat, nec tenentur agnati in illa medietate habere ratum factum
4 defuncti, † quia non ex illius beneficio, sed ex prouidentia consuetudinis, & ex necessitate, etiam agnato inuito, illam consequuntur, vt not. Neapod. in consuet. & si testator. nu. 24. vbi Scipio Bucin. sub nu. 27. in addit. incip. An talem medietatem. fol. 181. & alij addentes. Præs. de Franch. decis. 295. nu. 2. & 3. cum alijs cumulandis infra q. seq. Imò addentes in locis citatis pluries decisum refe-
5 runt, † vt ex illa medietate, de qua poterat disponere testator, deducantur omnia onera, etiam sumptus funeralium, & Capyc. ibid. fol. 182. in Apostil. incip. Itē Sacrum Consilium in causa Berardæ Co-
6 chæ cum Antonio de Cutinarijs, † refert decisum, etiam dotem, & antefatum deducendum esse de illa medietate, de qua potuit testator disponere, & hoc vltimū an verum sit, dixi supra suo loco, vbi etiā actum est, si debita deducenda sint ex

portione

portione, de qua teſtator diſponere poterat, vel de toto patrimonio.

7 Cùm igitur hæc vera ſint, ſequitur clara cõcluſio, vt teſtator non dicatur exercere liberalitatẽ, relinquens alicui, quod illi debetur ex diſpoſitione iuris; q euim reddit, vel relinquit, quod ſoluere debet, non dicitur de ſuo relinquere, quia neceſſe habet illud ſoluere, vel relinquere, iuxta tex. in l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de leg. 2. vbi omnes. ſic etiam

8 † non dicitur aliquis beneficium præſtare alicui, cùm debitum impendit, ac ſoluit, vt ſcripſit Bal. in l. manumiſſionis. C. de operibus libertor. cum alijs cumulatis per Scipionem Bucin. in conſuet. & ſi teſtator. in princ. fol. 173. in fin. in apo-

9 ſtil. incip. circa hanc conſuetudinẽ. † Sed pater de bonis ſuis, ſic etiã mater tenentur relinquere legitimam filijs, vt in Authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. cum alijs vulgat. eſt enim commune axioma, vt etiam legitima debeatur deducto ære alieno: de qua re dixi ſupra par. 2. in tit. de bonis. q. 19. Cùm ergo medietas debita filijs in bonis patris, & nouem partes, filijs debitę in bonis matris, ſint ad inſtar

10 æris alieni, ſequitur, † vt de eo, quod ſupereſt, debeatur filijs legitima, & ita videtur iudicaſſe Sacrum Conſilium in anno 1573. die 28. Septembris, vt refert Præſ. de Franch. deciſ. 667. ſub nu. 5. ibi [& ex prædictis Sacrum Conſilium die 28. Septembris 1573. penes longum iudicauit in fauorem Monaſterij, reſeruata poſſeſſori, medietate decimæ, de qua potuit diſponere mater in beneficium Portiæ, &c.] ibi aderat quęſtio, an mater habens filiam in ſæculo, quam inſtituit hæredem, & habens denique filium religioſum profeſſum, iam diſpoſuit de bonis ſuis in beneficium filiæ, & Sacrum Conſilium declarauit non valuiſſe teſtamentum matris, niſi quòad decimę partis medietatem, & conſequenter videtur, vt alia medietas ſit debita tanquam legitima filijs.

11 Nihilominus contraria ſententia mihi verior videtur, vt nouem partes in bonis matris, & medietas in bonis patris ſit bonorum ſubſidium filiorum, & quod mater quòad decimam partem, ſic etiam pater quòad medietatem liberè, & integre diſponant ad aliorum beneficium.

12 Quòad patrem probatur facilè, † quia in conſuet. ſi aliquis moriens, expreſsè ſancitur, vt pater ipſe de bonis per eum acquiſitis teneatur relinquere liberis ſuis bonorum ſubſidium, & de alijs diſponat ad libitum: & hoc bonorum ſubſidium, vt ibid. not. Neapod. in verb. ſubſidio. nu. 9. Eſt debitum filijs de iure naturæ, & ſecundum diſpoſitionem iuris communis; nam in bonis nouiter quæſitis non habet locum conſuetudo, ſed iuris communis diſpoſitio ſeruatur, vt in d. conſuetu. habetur. & ſæpiſſimè notatum eſt.

13 Quò verò ad bona antiqua, cõſuetudo introduxit, vt pater diſponere nõ poſſit, niſi de medietate tantùm, & aliã medietatem teneatur liberis relinquere pro ęquali portione, vt habetur in d. conſuet. ſi aliquis moriens. vbi ſubdũtur hæc verba quòad aliam medietatem [de reliqua medietate poteſt diſponere pro ſuo arbitrio volũtatis.] Itaque dum diſponit pro ſuo voluntatis arbitrio, liberè diſponit, nec tenetur liberis de illa medietate legitimam relinquere, & Neapod. ibidẽ in verb. ſubſidio, ait, vt ſubſidium ſolùm intelligatur de bonis acquiſitis per teſtatorem, nam de bonis illi obuentis ab agnatis, & cognatis debetur liberis medietas,

14 & hoc in mare: † in fœmina verò ſunt de decem partibus nouem, vt in conſuet. ſi qua moriens. quod eſt mirabile bonorũ ſubſidium. Eſt ergo triplex bonorũ ſubſidium ſecundum has conſuetudines, licèt minus propriè. Hęc ſunt ferè verba Neapodani, & Ant. de Alex. in d. conſuet. in princ. ſic etiã loquitur, prout etiã loquuntur omnes addentes. & eandẽ diſtinctionem in pluribus locis facit Neapod. nam in ead. conſuet. nu. 31. & in verb. liberis.

15 dicit, † vt pater teneatur liberis relinquere medietatem illam, nec poſſit eos præterire; an autem neceſſariò debeat filios in illa medietate inſtituere, dicetur infra q. 62. Alia autem Neapodani loca ad hoc propoſitum cumulat Præſes de Franch. deciſ. 374. vbi examinat articulũ,

16 † an medietas, debita per cõſuetudines, ſucceſſerit loco legitimæ in omnibus, & per omnia, & nu. 13. & ſeqq. ex diuerſis Neapodani locis affirmat, nõ eſſe in omnibus, & per omnia æquiparatas; nã legitima debetur iure naturæ, medietas verò, vel nouem partes ex prouidẽtia conſuetudinis. Secundò, in quantitate, quia minor eſt legitima, quàm portio debita

17 ſecundum has conſuetudines, † & cõſequenter bonorum ſubſidium debitũ per

conſuetudines, licèt mirabile ſit, quia excedit quantitatem legitimæ in maxima quantitate; minus propriè tamen dicitur bonorum ſubſidium, quia non habet illa priuilegia, nempe hypotheeç, exactionis fructuum, & ſimilium, quæ habet bonorum ſubſidium debitum alicui ſecũdùm ius commune, vt poſt Neapod. & alios tractat Præſ. de Franch. d. decif. 374.

18 Ex omnibus prędictis cõcluditur, † vt dum medietas in bonis patris, & nouem partes in dote, & bonis obuentis matri, ſucceſſerunt loco legitimæ, debitæ filijs ſecundum ius commune, adeò vt multi teneant, prout etiam Neapod. docet in locis citatis, legitimam eſſe auctã ſecundum has conſuetudines, & quod eſt mirabile bonorum ſubſidium, quia ſic auctũ eſt, non poteſt opinio contraria habere fundamentum ſubſiſtens.

19 Ad primum igitur reſpondetur, † ex prouidentia conſuetudinũ eſſe introductum, vt legitima filiorũ in bonis patris ſit medietas, & in bonis matris ſint nouẽ partes, vt toties replicatũ eſt, & ex portione, quæ ſupereſt, ſint deducenda onera, vt probant argumentum, & eius confirmationes; negatur tamen conſequentia, vt vltra portionem, taxatam per conſuetudinem, debeãt liberi habere legitimam de illa portione, quæ remanet in libera diſpoſitione patris, & matris, nam, vt rectè notat Neapod. in d. cõſuetud. ſi

20 qua moriens, nu. 12. fol. 199. † iſtæ cõſuetudines factę ſunt authoritate Regis, ſeu Prætoris, & conſequenter nõ poſſumus illis aliquid addere, iuxta tex. in l. in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. de Franch. decif. 640. num. 11. eſſet enim additio in hoc caſu, quia dum conſuetudines dant liberam facultatem diſponendi patri de medietate, & matri de decima parte, magna eſſet additio, vt de hac decima, & illa medietate deberetur liberis legitima.

21 Additur prædictis, † quia iuxta illud cõmune dictum ex l. nauis onuſtæ. ff. ad leg. Rhod. de iact. nemo duplici onere grauari debet, & hoc tam in bonis, quàm in perſona; at nũc duplici onere & pater, & mater grauarentur, quod dũ expreſsè non eſt ſancitum per cõſuetudines, non eſt hoc dicendum fuiſſe introductum, ſed potius contrarium.

22 Nec deciſio illa 667. Pręſidis de Frãch. viget, nam ibi expreſsè nõ dicit, vt de illa decima debeatur legitima filijs, ergo declarari debet ex dictis per eundẽ in alijs locis; ſed decif. 374. expreſsè dicit, vt mulier ad libitũ diſponat de decima parte, quod etiam probat decif. 606. vbi in fi. ſic dicit deciſum in anno 1596. die 11. Decembris, vt valuerit diſpoſitio pro decima parte: iddem probat decif. 639. nu. 1. 640. nu. 1. & alibi paſſim. ergo nõ potuit de hoc dubitare d. decif. 667.

23 Ratio autem, cur maior portio debeatur filijs in bonis matris, nõ ſolùm eſt exiſtẽtia liberorum, ſed etiã fragilitas ſexus fœminei matris, ne ſcilicet ſuaſione mariti, vel alterius, vel ipſa fragilitate ſexus, circũueniatur, & in beneficiũ alterius diſponeret de dictis bonis, quæ ſeruare debebas in beneficium filiorum: ſed dum filios non habet, tãquam maſculus diſponit de medietate, vt ferè per hæc verba probauit Neapod. in d. cõſuet. ſi qua moriens. nu. 24. fol. 200. Et hęc hactenus pro iſta quæſtione: quod enim dictũ eſt ſupra

24 nu. 9. & 10. † legitimam debitã eſſe filijs in bonis patris, vel matris, & deducto ære alieno, ac oneribus hęreditatis, verũ eſt, ſed nunc de bonis patris, vel matris datur illis legitima, quia de bonis patris habent medietatem, & de bonis matris nouem partes: onera verò ſunt aliena debita, non autem, vt ipſa legitima pluries deducatur, vt pluries debita.

SVMMARIVM.



Ortio debita vigore cõſuetudinis, deberi iure hæreditario. nu. 1. Cõtrarium vt debeatur ex prouidentia cõſuetudinis. nu. 2. 3. & 7. quid in hoc teneat Neapod. nu. 9. 10. & 11. Prima tamen opinio iudicatur probabilis. nu. 14.

Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis ſuæ, deducto ære alieno. nu. 3.

Hæres non eſt, qui particulariter, & non vniuerſaliter habet aliqua bona. nu. 3. in fine.

In hæreditate continentur iura actiuè, & paſſiuè, non ſic in portione debita vigore conſuetudinum. nu. 4.

Hæres tenetur habere ratum factum validum defuncti. nu. 5.

Hæres reuocat factum inualidum defuncti tam in feudis, quam in alijs nu. 6.

Decedere quis poteſt pro parte teſtatus, & pro

& pro parte intestatus vigore statuti, secus de iure communi. nu. 8.
Doctrina Neapodani in consuet. & si testator. in verb. perueniat, declaratur. sic etiam in consuet. si quis, vel si qua. in verbo materna. vers. sed an bona. nu. 10.
Heres institutus in toto patrimonio defuncti an possit medietatem adire, & aliam repudiare. nu. 12. Quid in filio. num. 13.
Substitutus filio pupillariter in bonis patris, an consequatur alia bona, obuenta pupillo aliunde. nu. 15. 17. 19.
Substitutio recipit declarationem ab institutione. nu. 16. Pupillaris an etiam extendatur ad bona pupilli, aliunde illi obuenta. nu. 18. & 19.

QVÆSTIO LXI.



Exagesimoprimo quæro, hæc portio, quæ debetur ex his consuetudinibus, quo titulo debeatur? Hæc quæstio habet cōtradictionē, quia nonnulli tenent, vt sit debita iure hæreditario, nonnulli verò ex prouidentia cōsuetudinis;
1 † Vt debeatur titulo hæreditario, & illam agnati nō consequantur, nisi sint hæredes defuncti, tenet Capyc. ad Neapod. consuet. si moriatur. in §. ea autem. in addit. incip. ad Neapodanū, in fi. fol. 91. & sequitur hoc idem Præs. de Franch. decis. 89. 384. 374. nu. 8. vbi allegat Neapodanū in consuet. & si testator. in verb. disponere. & idem Præs. in decis. 525. nu. 8. in 3. par. & decis. 536. num. 1. in 4. par. Minad. in const. Reg. in aliquibus. in 4. notab. nu. 15. Reg. de Pont. cons. 52. nu. 21. & 22. & cons. 73. num. 29. & seqq. Hanc eandem sententiam amplexū fuit Sac. Cons. in anno 1558. die 16. Februarij, & idem Præs. d. decis. 536. nu. 1. dicit, hoc esse indubitatū, vt nunquā debeatur hæc medietas, nisi agnita sit hæreditas.
2 Contrariam sententiam, † vt debeatur ex prouidentia cōsuetudinis, & transmittatur ad hæredes, etiam quod non sit adita hæreditas, tenet Neapod. in consuet. si moriatur. nu. 11. ibi [Primo, quia medietas debetur proximioribus, vt debita iure natura, quia iure cōsuetudinis, quę est altera natura.] vbi Capyc. in apostill. incip. An monasteriu. veri. & ex hac glosa. iddem tenet, prout etiam Neapod. iddē defendit in cōsuet. sed si morienti. n. 246. fol. 146. vbi expressè dicit, vt ex mera virtute cōsuetudinis, & pactionis, & cōmunis consensus, & concordia ciuium, approbata tam per Principem, quàm ex persona defuncti, debeatur. sic etiam in consuet. & si testator. in verb. perueniat. nu. 33. fol. 182. quamuis postea in fi. videatur concludere, non transmitti ante aditionem hæreditatis, nihilominus Scipio Bucin. ibid. sub nu. 27. fol. 181. in apostill. incip. An talem medietatem, cōtrarium defendit, nempè esse debitam virtute, & prouidentia consuetudinis, & transmitti ad hæredes etiam quòd non sit adita hæreditas: eandem sententiam expressè defendit Naueler. in suis addition. fol. 10. in princ. Sic etiam Salern. in consuet. si aliquis moriens. fol. 161. in Apostill. incip. Tu autem ad hoc. vbi ad hoc probādum plura Neapodani loca affert, prout etiam videtur ibid. affirmare Anton. de Alex. & etiam Consiliarius de Rubeis in suis addition. fol. 4. in apostill. incip. filius institutus. & in alia incip. quæro in materia. Quam etiam sententiam necessariò sequuntur omnes, qui tenent, medietatē istam deberi sine onere, & vt onera deducātur ex alia medietate, vt notant plures addentes in d. consuet. si aliquis moriens. in princ. fol. 161. & seq & in d. consuet. & si testator. sub num. 27. in apostill. incip. fuit iudicatum, & alibi passim: quorum sentētiam pluries approbauit Sacr. Consil. vt retuli q. præced. & alibi.

In hac Doctorum controuersia, & si multum detuli semper, & defero, prout omnes deferre debent Præsidi oculatissimo, ac meritissimo pariter, de Franch. hæc vltima sententia mihi probatur ex diuersis rationibus, quas cōgerit *Bucin.* loco cit. & etiam, quia Sacrum Consiliū pluries declarauit, medietatem illam deberi sine onere, & consequenter, si deberetur iure hæreditario, deberetur cum onere, quia hæres teneretur habere ratum factum defuncti, iux. tex. in l. cum à matre. C. de rei vendic.
3 Probatur denique ex infrascriptis alijs rationibus, & primò, quia hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis suæ, deducto ære alieno. l. hæreditas. ff. de reg. iur. l. nihil aliud. ff. de verb. & rer. signif. sed filij, & alij agnati, & cognati partem tantum bonorum habent, vel medietatem

in bonis paternis, vel nouem partes in bonis maternis, vt præcedenti quæst. dictum eft, illamq; portionem habent contra patris, & aliorum voluntatem, non igitur iure hæreditario, etiam quia hæres non dicitur, qui particulariter, & nõ vniuerfaliter alterius bona habet, vt fcripfit Bald. in l. 2. col. fin. C. de hæreditar. action. Caftrenf. in l. fi cùm dotem. nu. 5. ff fol. matr. Bucin. loco cit. vt alios omittam, eft enim commune axioma, adeò vt, fi aliquis inftituatur hæres in parte, vt fit hæres, habet totam hæreditatẽ, dum alius non eft datus cohæres.

4 Secundò, in hæreditate continentur iura actiua, & paffiua. l. fi quis feruum. §. fi. ff. de leg. 1. cum alijs vulgat. Sed hæc medietas nulla continet onera, imò debetur deducto omni onere, vt toties replicatum eft, & confequenter deberi nequit iure hæreditario, fed ex prouidentia legis municipalis, vt legitima debetur filijs de iure communi ex prouidentia legis, & fic debetur fine onere, vt fuo loco dictum eft.

5 Tertiò, quia hæres tenetur approbare factum defuncti, ac illud habere ratũ, & firmum. d. l. cùm à matre. Quod tamen procedit, fi factum illud validum effet ex iuris difpofitione. Secùs tamen fi effet inualidum, vt ex pluribus probauit Surd. decif. 11. & decif. 99. num. 6. cum alijs cumulatis fupra par. 2. in titu. de perfonis.

6 quæft. 10. in fin. & confequenter † quando factum effet nullum, poffet hæres illud reuocare, prout eft in feudis, & in fimilibus alijs, quia factum nullum improbatur de iure, vt fcripfit Andr. in c. Imperialem. nu. 15. de prohib. feu. alien. per Federic. Probant etiam Anna pater fing. 236. Anna filius confi. 127. nu. 39. & feqq. vol. 2. Lanar. confi. 69. probauit etiã Decian. confi, 117. nu. 37. vol. 3. Simon de Petr. lib. 3. de interpret. vltim. volunt. interpret. 2. dubit. 2. nu. 64. qui omnes dicunt, vt nec contractum nullum feruare teneatur, quod, vt dixi d. q. 10. in fin. locũ haberet etiam fi teftator appofuiffet pœnam, vt teneretur hæres factum illud feruare, fed agnati, & cognati circa iftam medietatem non tenentur defuncti factum feruare, & confequenter dici nequit, vt illam habeant iure hæreditario. Nec dicatur hoc euenire, quia factum effet nullum; nam non poffet aliunde probari nullitas, nifi vt debita effet non iam ex prouidentia teftatoris, & ex illius beneficio, fed ex prouidentia confuetudinis, & hoc modo non tenentur habere ratum tale factum.

7 Quartò omiffis alijs, quæ tradit Bucin. loco cit. probatur ex verbis confuet. & fi teftator. ibi [Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos, prout in cap. de fucceffionib. ab inteft. dictum eft] & Neapod. in d. verb. perueniat. difputat, vt dixi, articulum, vt perueniat fine facto teftatoris, & vt ex propria authoritate capi poffit, quod probauit Ann. fingu. 19. incip. Agnatus feudum. Si enim deberetur iure hæreditario, diceret confuetudo quòad aliam medietatem, agnati, & cognati fuccedant, nam per fucceffionem debetur hæreditas, vt rectè probauit Caftren. in d. l. fi cum dotem. nu. 12. ff. fol. matrim. quem probat Bucin. loco cit. & faciunt dicta fuperius par. 3. q. 1. quia dũ locuti fumus de hoc verb. perueniat. itaque etiam fecundum verba confuetudinum hæc opinio vera cernitur, vltra quod omnes di-

8 cunt, † & ex forma iftarum confuetudinum poffit aliquis decedere pro parte teftatus, & ꝓ parte inteftatus, quod multoties replicatum eft, & hoc ex forma ftatuti fieri poteft, vt probauit Bart. in l. fi arrogator. nu. 11. oppofitione 10. ff. de adoptio. cum alijs cumulatis per Hieronym. Gabr. confi. 7. num. 7. vol. 2. Et hoc fæpiffimè replicatum eft: Sed hoc effe nõ poffet, nifi, vt teftatus decedat pro illa portione, de qua poffit difponere, inteftatus autem quòad illam portionem, de qua difponere non potuit, vt pluries fuit declaratum per Sacr. Confil. prout ferè fupra in fexcentis locis replicatum eft. Si igitur medietatem iftam haberent titulo hæreditario, iam effent hæredes defuncti, qui quòad omnia decederet teftatus, cùm igitur pro parte inteftatus decedat, & fic Sacr. Confilium femper declarauit, fequitur concludendum, hanc medietatem non iure hæreditario, fed ex prouidentia confuetudinis effe debitam.

9 Nec obftat Neapodani loca, quæ pro fua fententia citat Præf. de Franch. fiquidem Neapod. in multis locis, vt nu. 2. retuli noftram firmauit fententiam, & confequenter in locis citatis per Præfid. de Franch. fic etiã debet intelligi; tantò magis, quia illa loca expreſsè non videntur pro-

probare opinionem dicti circumspecti Præsidis, quia in cõsuetud. & si testator. in verb. relinquere. non negat Neapod. medietatem istam nõ esse debitã ex prouidentia cõsuetudinis, nam hoc expressè firmatur sub nu. 5. vers item quia medietas. vsque ad nu. 6. sed solùm disputat articulũ, an sit permissa alienatio inter viuos, & concludit affirmatiuè, si fraus cesset, quia licèt lex ciuilis prouiderit filijs quoad legitimam, & Prætor agnatis, & cognatis quoad successionem, nõ tamen per hoc prohibita est patri, & agnatis, & cognatis alienatio inter viuos, & consequenter solum docet Neapod. ꝙ etsi medietas debeatur ex prouidentia cõsuetudinis, nõ tamẽ per hoc est prohibita alienatio inter viuos, cessante fraude, vt etiã dixi supra par. 3. q. 1. & dum Neapod. subdit nu. 9. dicens [ergo non potest venire contra factum defuncti, cuius est hæres] non loquitur de ista medietate, sed loquitur de feudo; nam supra in vers. prætereà. dixit, omnia feuda esse hodie hæreditaria, & consequenter de hærede in feudis loquebatur.

10 Locus postea eiusdem Neapod. in ead. consuet. in verb. perueniat. nu. 33. in fi. nec etiã vrget, sic enim dicit, [Sed contra videtur, quia certæ sunt personæ, quæ possunt trãsmittere hæreditatẽ non aditam, scilicet de parentibus ad liberos, & è cõtra. C de ijs, qui ante aper. tabul. l. r. & vide, quæ dixi supra in consuet. si quis, in glos. subaudi tãtum &c. circa fin. vers. sed an bona &c.] Itaque Neapod. in illis verbis nõ loquitur decisiuè, sed remittit se ad dicta per ipsum in d. cõsuet. si quis, vel si qua. in verb. materna. Qui quidem vers. sed an bona. est nu. 246 fol. 146. vbi, discusso articulo, & arguẽs, cõcludit, medietatẽ istã deberi ex prouidẽtia consuetudinis, vt patet ex verbis illius, q̃ retuli nu. 2. affirmat deberi ex pacto ciuium, & ex mera virtute cõsuetudinis, nõ tamen transmitti ante aditionem, & subdit hæc verba [Prætereà hic proximiores admittuntur iure successionis, vt id patet, quomodo ergo succedent in hæreditate nõ adita per defunctũ? secus in legato. ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. surdo. & dic, vt ff de acq rer. dom. l. substitutio. sed certè licèt non admittatur ex persona defuncti non adeuntis, admittitur ex persona sua, si inuenitur proximior, virtute huius consuetudinis.] Ex his verbis vnum colligitur certum, nempe istã medietatẽ debitam esse ex prouidentia consuetudinis, quia tam in ipsis verbis, quàm etiã in alijs locis relatis num. 2. hoc expressè Neapod. docet. Alterum etiam certum colligitur quoad liberos, vt per eos transmittatur hæc medietas ad suos hæredes, quamuis adita non sit, & iddem est respectu parentum, quia sic inuenitur dispositum de iure communi: sed quoad alios agnatos, & cognatos dubium est, secũdum Neapod. an transmittatur medietas non adita, & ait, ꝙ quis iure proprio admittitur, quãuis nõ succederet iure transmissionis, & negari non potest, quin hic Neapodani locus dubius sit, & proinde standum est interpretationi aliorum prudentum, qui pro maiori parte, & Neapodanũ, & consuetudinem interpretati sunt, vt hęc medietas transmittatur ad hæredes etiã respectu agnatorum, & cognatorum, vt patet ex authoribus relatis num. 2. & solus Capyc. super has consuetudines expressè contrarium tenet, vt dixi nu. 1.

11 Quodq; hic Neapodani locus dubius sit, patet, quia idem Capyc. ibidem sub d. nu. 246. in apostill. incip. Vide glosam. in ver. perueniat. fol. 147. dicit se cassasse illam dictionem [non] quia in libris antiquis, & præcipuè in pergameno non habebatur; quo casu, si dictio [non] tolleretur, facerent hunc sensum illa verba; sed certè licèt admittatur ex persona defuncti non adeuntis, admittitur ex persona sua, &c. & cõsequẽter clara esset opinio, quam defendimus, esse transmissam hanc medietatem ad hæredes, quamuis non esset adita, quæ quidem opinio, vt dixi, mihi verior videtur.

Posset tamen opinio contraria habere locum, quoties agnati essent instituti in
12 toto patrimonio, † tũc enim nõ possent medietatẽ habere ex testamento, nempè illam, de qua testator disponere potuit, & alteram medietatem recipere ex prouidentia cõsuetudinis, sed si velint adire, adeant simpliciter totam hæreditatẽ, reseruatis sibi iuribus vigore cõsuetudinis, vt probauit Marin. Frecc. in d. consuet. & si testator. sub nu. 26. in apostill. incip.
13 Nota, ꝙ potest. fol. 181. † Possunt tamẽ medietatem retinere iure proprio virtute consuetudinis, & alteram repudiare, quod nõ negat Frecc. loco cit. & expressè probat Consiliarius de Rubeis in ius addit. fol. 4. in apostill. incip. filius institutus

tus, vbi citat Brun. pro hac eadem sententia, quæ verior est: hoc enim faciunt cōsuetudines, vt quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & etiam vt hæc medietas debita sit agnatis, & cognatis ex prouidentia consuetudinum, quamuis Salern. in consuet. si aliquis moriens. sub num. 17. in apostill. incip. Vide Afflictum. fol. 166. in fin. teneat oppositum, sed immeritò; nam alioquin nullum præstarēt beneficium agnatis, & cognatis istæ consuetudines; si cogerentur esse hæredes defuncti, & grauari litibus, &
14 alijs defuncti oneribus. † Et ex his omnibus cerni potest probabilitas istius secundæ sententiæ, quam defendimus, quamuis etiam prima opinio probabilis sit, quia illa ponderatio ad consuetudinē & si testator. in verb. perueniat, posset intelligi hoc modo, nempe perueniat iure successionis, & sic iure hæreditario, quēadmodum loquuntur cōsuetudines, loquētes de successione ab intestato, ad quas consuetudines se refert d. consuet. & si testator, clarum est enim, vt relatū sit in referente. Accedit etiam ad confirmationem dictæ primæ sententiæ authoritas maximorum Doctorum, qui illam defendunt, quos d. nu. 1. retuli; & eò fortius, quia, licet medietatem illam haberent iure hæreditario, haberent tamen sine onere, vt ex dictis cerni potest; sed, vt dixi, secunda opinio mihi verior videtur.

Sumpta occasione ex prædictis, vt possit aliquis secundum has consuetudines decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, decidi potest alia quæ-
15 stio, † si testator instituat sibi hæredem eius filium minorē in omnibus bonis ipsius testatoris, cui filio, si in pupillari ętate decesserit, substituit verbi gratia Tobiam, si ipsi pupillo ex bonis maternis, vel aliunde alia bona peruenerint, an substitutus debeat etiam ista bona habe-
16 re, Et respondeo negatiuè. † Primò, quia substitutio recipit declarationem ab institutione, & in illis bonis censetur facta, in quibus fuit facta institutio. l. 3. & l. cū de lainonis. ff. de fund. instr. & instrum. legat. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 1. vbi omnes. C. de impub. & alijs substitutionibus, & hoc procedit, quoties sumi potest hæc interpretatio, & non obstat contrariū de voluntate testatoris, vt ex pluribus probauit Menoch. consi. 106. nu. 329. lib. 2. Cacheran. decis. 187. nu. 8. & cons. 71. num. 19. plures alios cumulat, & probat Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 34. nu. 46. Secundò, quia, vt sæpe dictum est per has consuetudines potest quis decedere, pro parte testatus, & pro parte intestatus,
17 † & consequenter ita interpretari debet substitutio facta per patrem, vt valeat quoàd illa bona, de quibus poterat, & pater, & filius disponere; nam sic præsumitur fuisse in dubio voluntas patris, vt voluerit se conformare cum dispositione istarum consuetudinum, vt sæpissimè dictum est, & proinde non potest substitutio patris extendi, nisi quoàd bona propria, & ad summum, si contrariū appareret, vel per coniecturas colligeretur, solum se extenderet ad illa bona, de quibus pupillus posset testari, si ad pubertatem peruenisset, vt dixi supra par. 2. in tit. de bonis. q. 23.
18 Nec obstat, vt multi teneant, pupillarem substitutionem trahi etiam ad bona pupilli, vndecunque prouenient ea ratione, quia per hanc substitutionem voluerit testator, vt substitutus pupillariter haberet omnia bona pupilli, ac si ipsemet pupillus disponeret iuxta tex. in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pupill. Barto. in l. 2. num. 30. vbi Rip. num. 43. ff. eodem. post Paul. Leon. Menoch. & alios Peregrin. d. artic. 34. num. 46. & 50. & etiam artic. 11. num. 51. Nam respondetur etiam de iure communi multos tenuisse contrarium, nempè Angel. Socin. Sfort. & alios, quos numerat
19 Peregrin. dict. artic. 34. num. 55. † vt solum ad illa bona trahatur substitutio, de quibus facta est institutio, & quando trahitur ad alia bona non est ex vi pupillaris, nempè vt valeat tanquam pupillaris. sed tanquam fideicommissaria, & volunt hoc habere locum, quia nemo potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quæ quidem ratio hic cessat, & consequenter cessat etiam disputatio, & vt solum valeat substitutio quoàd bona paterna, & ad summum quoàd illa bona, de quibus pupillus maior effectus disponere potuisset, & hæc hactenus de præsenti quæstione.

SVM-

SVMMARIVM.



Egitima debita filijs secundum has consuetudines an debeatur titulo institutionis, non consuetudines, vt quadam additio somniauit, sed ius commune debet attendi. num. 1. Iure antiquo sufficiebat relinqui quouis titulo. nu. 7. At secundum ius Authenticorum, & receptiorẽ sententiã titulo institutionis hodie relinqui debet. num. 9. & seqq. Aliqui dixerunt, totam quantitatem hoc titulo relinquendam esse; contrarium fundatur, satis esse, vt etiam in obulo sit filius institutus. nu. 13. Hoc modo saluari potest Neapodani sententia, quatenus fundat, sufficere quemlibet titulum. num. 10. Nam alio modo eius opinio reijcitur. nu. 12.

Lex noua debet intelligi secundum legẽ veterem, & ita interpretantur simplicia verba legis nouæ, vt ius antiquum intelligit. nu. 2.

Princeps non præsumitur in dubio testamentorum obseruantiam euertere, & ratio traditur. nu. 3.

Pater nulla actione tenetur relinquere medietatem filijs, nec agnatus agnatis, sed solum ex consuetudinum dispositione ad id astringitur. nu. 4. Si vni ex filijs legitimam non reliquit, multi tenent valere testamentum. nu. 18. Contrarium fundatur. nu. 20. & seqq. Nõ debet aliquem ex filijs priuignum facere. num. 21. Relinquens aliquid filio pro legitima, titulo institutionis relinquere præsumitur. nu. 24. Procedit in specie, si pater ante professionem emissam in suo testamento legitimam filijs tali modo reliquerit. nu. 25. Præcipuè locum habet stante clausula codicillari, & clausula omni modo meliori, & ratio traditur. nu. 26.

Titulus legati est honorabilis, institutionis verò est honorabilior. num. 8. & num. 5.

Filius non honoratus à patre titulo institutionis in aliqua portione, dicitur ab eo iniuria affici. sub nume. 5. Habens aliquid pro legitima, non potest agere querela inofficiosi testamenti, sed solum petit supplementum legitimæ. nu. 17. Iniustè exhæredatus, vel sine causa legitima, qualiter saluetur testamentum patris. nu. 23.

Ius accrescendi locum habet inter cohæredes, quandoque tamen etiam inter legatarios, & quando sit, recensetur. nu. 6. Locum sibi vẽdicat etiam in hærede instituto in re certa. nu. 16.

Honoris medela sequitur ad morbum dedecoris. nu. 11.

Quod medicamenta morbis, hoc iura negotijs exhibent. sub nu. 11.

Tex. in §. aliud quoque capitulum. Auth. vt cũ de appellat. cognosc. declaratur, omnino loqui de institutione filiorum ad minus in parte legitimæ. nu. 12.

Alex. Turamin. in Neapolitano Gymnasio primarius lector, ac Authoris magister, laudatur. nu. 17.

Testamentum imperfectum seruatur inter liberos. nu. 19. Si tamen imperfectio esset circa solemnitates ipsius, non autem si inæqualitatem inter filios contineret, & ratio traditur. num. 22.

Clausula codicillaris, & clausula omni modo meliori saluant testamentum à multis imperfectionibus. nu. 23. Procedit etiam si modus expressus in testamento esset ineptus. nam sustinent illud ex modo apto, & qualiter fiat, explicatur. sub nu. 26.

Disposita circa legitimam filiorum, circa modum relinquendi, procedunt etiam in legitima parentum. nu. 27.

QVÆSTIO LXII.

1 

Exagesimosecũdò quæro, legitima debita filijs, num titulo institutionis debeatur, vel sufficiat, vt quocunque alio titul. relinquatur? Hæc quæstio examinãda est secundum ius commune, nam ad ipsum se remittit Neapodan. loco citando, & consequenter quod est dispositum in hac materia secundum ius commune, locum habebit secundum has consuetudines; nam, vt citat Neapod. in consuet. si aliquis moriens, in verb. relinquere. sub
2 nu. 33. † hæc lex noua consuetudinis debet intelligi secundum legem veterem, tantò magis dum simpliciter dictum est per consuetudinem, vsque ad medietatẽ tenetur liberis relinquere pater de bonis

nis

nis antiquis, hoc verb. relinquere. intelligi debet secundùm habilitatem iuris cõmunis, nempè vt ius illud intelligit ex tex. in l. 1. C. de sacros. eccles. & eò for-
3 tius quoniam non est credẽdum, † Principem, qui iura tuetur, huiusmodi consensu obseruationem testamentorum, multis vigilijs excogitatam, & inuetam, velle euertere. C. de inoffic. testam. l. si quando, & per hæc, & per alia similia probat Neapod. ibid. esse attendendam dispositionẽ iuris communis in hac quæstione; nam eius ferè verba hucusque retuli.

4 Pro dicendis notandum Primò, patrẽ nulla actione teneri ad relinquendam hanc medietatem liberis, nec agnatos, vel cognatos alijs agnatis, & cognatis, quòd multis modis, excludendo omnem actionem, probauit Neapod. in d. consuet. si aliquis moriens. In verb. tenetur. fol. 168. sed solùm ex dispositione istarũ consuetudinum esse astrictos liberis, siue alijs agnatis, & cognatis portionem, illis debitam per has consuetudines, relinquere; quod latiùs etiam prosequitur Pręs. de Franch. decis. 374. vt alios omittam: est enim hoc manifestum.

5 Notandum secundo, titulum institutionis esse honorabiliorem, & fauorabiliorem omni alio titulo, vt in l. filium. §. fin. ff. de legat. præstan. & consequenter filio censeretur facta iniuria per patrem, si institutionis titulo non esset honoratus in aliquà portione bonorum in suo testamento, vt habetur in §. aliud quoq; capitulum. vers. hæc autem. Auth. vt cùm de appellat. cognosc. quod etiam probãt omnes infra cumulandi.

6 Notandum tertiò, ius accrescendi habere locum inter coheredes, non autem inter legatarios regulariter, vt in l. eam; quam. C. de fideicom. nisi tamen legatarijre, & verbis simul, vel saltem re essent coniuncti, vt in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. vbi omnes, & l. vnica. §. vbi autem, & §. si verò. C. de caduc. tollen. quod etiam docent omnes infra cumulandi.

His ergo notatis, sequitur, vt deueniamus ad quæstionem, quæ dupliciter agi-
7 tari potest, † Primò secundum ius antiquum, & tunc clarum est, vt sufficeret, legitimam esse relictam quocunque titulo, vt habetur in §. fi. vbi omnes. instit. de inoffic. testam. quia omnis titulus tunc erat honorabilis, & fauorabilis filio, cui sufficiebat habere legitimam illi debitã,
8 † & de titulo legati; vt sit honorabilis, probat tex. in l. sed si mortis. §. 1. ff. de legat. præstand. quamuis honorabilior sit titulus institutionis, vt dictum est nu. 5.

9 Secundò agitari potest secundum ius nouissimum Authenticor. & in hoc casu verior, & communior est sententia, vt legitima sit relinquenda filijs titulo institutionis, sic probat tex. qui tergiuersari nõ potest in d. §. aliud quoque capitulum. ibi (Sancimus igitur non licere penitus patri, &c. Liberos præterire, vel exhæredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationẽ, vel legatum, &c. Eis dederit legibus debitam portionẽ.) Et sic hunc textum DD. communi calculo intellexerunt, vt parentes teneãtur relinquere legitimam liberis suis titulo institutionis, quos Doctores quasi in vnũ congerit. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 38. & Peregrin. in tract. de fideicom. art. 36. nu. 55. & seqq. sic etiam Couarr. in c. Raynutius. §. 1. per totum, & præsertim nume. 5. & 6. extra de testamen. vt alios omittam: nam in materia istarum consuetudinum iddem probat Camill. Salern. in consuet. si moriatur. sub num. 58. in apostill. incip. Adde quod filius. fol. 98. vers. quando autem. vbi remissiuè loquitur, quamuis Neapod. cõtrarium teneat, vt dicetur nu. seq. Mouentur autem omnes rationibus præcitatis in principio, quia titu. institutionis est honorabilior, & secundo propter maiorem vtilitatem filij, nempe propter ius accrescendi: de qua quidem opinione, tanquam communiter recepta, non est hodie disputandũ, etiam secundum has consuetudines.

10 Contrariam tamen sententiam defendit Neapod. in d. consuet. si aliquis moriens. nu. 35. & seqq. fol. 171. non iam, vt malè notat quædam additio ibid. incip. Vide supra in consuetud. si moriatur, vt Neapoli sufficiat, quòd pater relinquat filio legitimam iure legati, & sic per has consuetudines sit introductum, vt titulus legati sufficiat, nam Neapod. in locis citatis in princ. dicit per has consuetudines nihil esse quòad hoc innouatum, sed attendi dispositionem iuris communis, & secundum ius commune fundare conatur Neapodanus, vt non sit necessarius titulus institutionis, & conatur ostẽdere, vt tunc sit necessarius titulus institutionis, quando filius esset exhæreda-

tus,

11 tus, quod probat ea ratione, † quia ad
morbum dedecoris honoris medela se-
quitur (quod enim medicamenta mor-
bis hoc exhibent iura negotijs, vt in Au-
then. hæc constitutio innouat, &c. in
princ. collat. 6. At cùm non exhæredat
expresè non facit dedecus filio; & sic
non tenetur ipsum honorare titulo insti-
tutionis, sed sufficit quocunque relicto
titulo curare naturam, idest, relinquere
portionem debitam iure naturæ, &c.)
Hæc Neapod. loco cit. sub num. 37. Sed
12 salua reuerentia illi debita, † hæc inter-
pretatio destruit tex. in d. §. aliud quoq;
capitulum, vbi ad literam disponitur, vt
parentes teneantur instituere liberos,
quamuis legitimam alio titulo illis reli-
querint, & tex. expresè mandat, vt vel
liberos exhæredes faciant cum iusta
causa, vel instituant, quamuis alio titulo
bonorum subsidium illis reliquerint, &
dum liberi exhæredantur iam à legitima
exhæredantur, hæc enim sola illis debe-
tur secundum ius commune, itaque dum
tex. ait, filios esse instituẽdos, vel exhære
dandos cum iusta cã, dum exhæredãtur,
nihil accipiunt, dum instituuntur, in ali-
qua portione sunt instituendi, quamuis
alio titulo legitimam habuerint, & suc-
cessiuè Neapodani interpretatio non
subsistit.

Plus dixerunt DD. & est communior
13 sententia, † vt liberi totam legitimam
habere debeant titulo institutionis, vt le
gi potest penes authores relatos per Co-
uarr. Iul. Clar. & Peregr. in locis citatis
nu. 9. quamuis defendi possit opinio, vt
sufficiat, filium esse institutũ in vno obo-
lo, dummodo habeat legitimam, quouis
alio relicti titulo, & hoc modo saluari po
14 test Neapodani opinio, † quam etiam
opinionem defendit Magister meus Ale
xander Turaminus Doctor maximæ au-
thoritatis, & acutissimi ingenij, vt omni-
bus patet non solum in hac Ciuitate, sed
alijs, qui eius opera legerunt, defendit,
inquam, Neapoli in publico studio, dum
in lectura vespertina interpretaretur
text. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid.
15 † quam opinionem per prius defendit
glo. in l. 3. §. sed vtrum, in fin. in verb. pa-
trimonium. in fin. ff. de minor. ibi (cum
cautela tamen instituat eam filiam in
duodecim imperialibus vnà cùm dote,
vt secundum omnium opiniones valeat
testamentum) & de hac glos. ad hoc pro-
positum meminit Syluest. Aldobran. in
additio. ad glo. in §. fin. instit. de inoffic.
testam. in verb. pro viril. ibi (sufficit ta-
men vel in obolo eum instituere) & hãc
etiam opinionem ex mente dictorum de-
fendere videtur Iul. Clar. in §. testamen-
tum. q. 8. nu. 7. ibi (etiam in testamento
inter liberos debet omnibus filijs aliquid
relinqui titulo institutionis) & expresè
defendit Peregrin. in tract. de fideicom.
artic. 36. sub num. 55. ibi (iure nouo filio
oportere legitimam, seu aliquid relinqui
titulo institutionis) de quibus quidem
Doctoribus non meminit dictus meus
Magister. Ratio autem est manifesta, vt
hoc sufficiat, quia hoc modo satis fit præ-
cepto Imperatoris, vt filius honoretur
titulo institutionis, nam honoratus est,
dum in obolo est institutus, & secundo
16 † quia filius haberet ius accrescendi, qđ
locum habet in institutione, quamuis sit
institutio in re certa, nam adhuc totum
patrimonium consequitur, vt in l. quo-
ties, vbi Barto. & omnes. C. de hæredib.
instituen. cum alijs cumulatis per Andr.
Facchin. lib. 4. controuers. iur. c. 15. qui
etiam cap. 21. asseuerat, institutum in re
particulari posse in dicto casu mitti in
possessionem omnium bonorum ex re-
medio tex. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr.
tollen. & in particulari in hoc casu pro-
17 bat Peregrin. d. art. 36. nu 60. † Quo ca-
su filius non agit quærela de inofficioso
testamento, sed agit ad supplementum
legitimæ, ex regula tex. in l scimus, & in
l. omnimodo. C. de inoffic. testam. cum
alijs ab eodem Peregrino cumulatis d.
art. 36. nu. 55. & 58.
18 Ad confirmationem prædictorum
adducitur; quia, licèt plures dixerint, vt
si pater vni filio non reliquerit legitimã
titulo institutionis, & omnes alios filios
sibi hæredes fecerit, vt testamentum sit
validum iuxta opinionem glosæ in Au-
then. nouissima. in verb. titulo. vbi Ias.
nu. 16. alios cumulat. C. de inoffic testam.
19 ea ratione. † quia inter liberos, etiam
testamentum imperfectum seruatur. l.
hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de
testam. & hoc videtur expresè decidere
tex. in cap. Raynutius. de testamen. vbi
erat relicta legitima filijs iure legati,
& tamen testamentum fuit declaratum
validum, ex quo inter liberos factum
20 erat: † Nihilominus contrariam senten
tiam defendunt communiter DD. quos

probant Couarru.in d.c.Raynutius.§.1. num.2.& seqq. Iul. Clar. d.q.8. num.7. vers.sed pone testator. & post alios Facchin.d.lib.4.cap.24.quia rationes respectu omnium filiorum, militant etiam respectu singulorum, & dum iura mandāt, & pa. communiter tradunt, filios debere consequi legitimam titulo institutionis, non est aliqua ratio vrgens, vt quò ad omnes ratio non vigeat, vt etiam considerauit Boer.decis.240. num.11. quod tamen non discussit Mantic. lib.6.de coniect.vltim.volunt.tit.2. nu.3. etiam quia
21 omnes sunt filij, † nec pater debet aliquos filios, & aliquos priuignos facere, vt suo loco notatum est ex tex. in l.cùm pater. §.euictis.ff.de leg.2.l.fi.C. comm. vtriusq.iud.§.illud quoq;.Auth.de nupt. Præs.de Franch.decis.607.nu.8.& seqq.

Nec vrgent contraria, illa enim aptissimè soluuntur per Couarr. & Facchin.
22 in locis cit.illud enim quod dicitur † testamentum imperfectum inter liberos seruandum esse, procedit, quando imperfectio esset circa solemnitates, vt circa subscriptiones, & signacula testium; quo casu si inter filios seruata sit æqualitas, testamentum sustinetur, aliàs secus, vt post Specul.probauit Roman.consi.179. nu.16. probant etiam Socin. Sen. consi. 5.num.10.vol.3.Deci.consi.105. num.6. Mantic. d. lib.6.tit.2.nu.16.& seqq.quāuis nu.19. videatur amplecti contrariam sententiam, tanquam de iure veriorem: sed immeritò, salua eius pace; si enim filij ex iuris dispositione institui debent in legitima, & inter omnes filios debet seruari æqualitas, vtique omnes filij sunt instituendi in legitima, vt inter omnes eadem æqualitas seruetur, nè aliquis ex eis fiat priuignus, quod iura abhorrent, vt nu.præced.dictum est.
23 Posset tamen contraria opinio pro validitate testamenti defendi ex clausula codicillari, & ex illa clausula communi, quæ solet apponi in testamentis, nempè, vt valeat omni modo meliori, quo de iure valere potest, nam istæ clausulæ saluant testamentum à multis imperfectionibus, vt etiam si filius esset exhæredatus sine causa, vel cum causa, & non legitima, adhuc testamentum valeret in hoc sensu, quia filius vti veniens ab intestato, censetur rogatus, deducta sua legitima, restituere totam hæreditatem hæredibus institutis in testamento sic, te proba-ta glo.in Auth.ex causa. C.de liber.præter.tenet ibid. post Cynum Bart. nu.23. & 24. plures alios cumulant, & probant Simon de Petr.lib.3.de interpret.vltim. volunt. interpret. 1.dubit.6.solut. 4. nu. 18.Andr.Facchin.d.lib.4. cap. 11. Peregrin.d.art.36.nu. 56. confirmat etiam ex multis Borgnin. decis. 24. nu.1. par.3.& decis.29.nu.10.& 13.par.4.vt alios omittam, & successiuè ex omnibus dictis cerni potest, quàm vera sit conclusio, & opinio contra Neapod. legitimam debitam esse filijs titulo institutionis.
24 Notandum est tamen, quòd, si pater reliquerit filio centum.v.g.pro legitima, nec expresserit se relinquere titulo institutionis, in dubio hoc titulo præsumitur illam relinquere, vt se conformet cum dispositione iuris, & vt faciat testamentum validum omni meliori modo, quo de iure valere potest, sic consuluit Bart. consi.151.probauit etiam Decius in l.humanitatis.C.de impuber.& alijs substitu. Iul.Clar.in d.§.testamentum.q.38. num. 10.& hæc opinio tanquam communior, & receptior fuit recepta per Senat.Pedemont.teste Thesaur.decis.58. tota, vbi Mantic. Simon. de Petr. Bursat. & alios plures ad hoc probandum affert, & vltra per ipsum cumulatos hoc idem nouissimè probat Peregrin.d.art.36.nu.59.& probāt alij, quos recenset Facchin. d.lib. 4.c.25.quāuis ipse cōtrarium teneat, sed non est recedendum ab opinione Bar.& addētes ad Thesaur.d.decis.58.in fin. sic dicūt esse sæpius iudicatū in illo Senatu.
25 Ampliatur secundò, vt locum habeat, quando aliquis ingrederetur Religionē, & testamentum faceret, in quo aliquid reliquisset filijs ꝑ legitima, adhuc enim præsumitur illam relinquere titulo institutionis, & omninò, vt fauore piæ causæ valeat testamentum, quamuis non sit relicta legitima titulo institutionis, vt post Bart.in Auth. si qua mulier.nu.7.& seqq. C.de sacrosf.eccles.& alios plures proba-
26 uit Iul. Clar. d.q.38.num.6. † Et hoc eò magis procedit, quando in testamento adesset illa clausula, vt testamentum valeat omni modo meliori, quo de iure validum esse poterit; tunc enim etiam si titulo legati legitima fuisset relicta, adhuc testamētum sustinetur, & ratio est quoniam per illam clausulam testator non censetur fecisse actum, prout secundum verborum corticem factus apparet; sed

co

eo modo, prout de iure melius fieri potuiſſet, adeò, vt, ſi modus per teſtatorem expreſſus, fuerit ineptus, ſubſtineretur diſpoſitio ex alio modo apto, licèt non expreſſo, ita poſt Angel. Imol. Feli. Dec. Bero. Rimin. & alios plures probat Peregri n. d. art. 36. nu. 57. & penes eoſdem authores plures ampliationes, & limitationes quoad iſtam quæſtionem videri poſſunt, præcipuè penes Iul. Clar. d. q. 38. penes Mantic. d. tit. 2. penes Peregri. Facchin. & Borgnin. in locis cit. Nam hæc, quæ dicta ſunt, ſatis, ſuperque ſufficiunt ad confirmationem huius quæſtionis, & ad enucleationem veritatis eiuſdem.

27 Illud ſolum notandum eſt, vt diſcuſſa quoàd legitimam liberorum, procedant etiam quoàd legitimam aſcendentium, vt probant prædicti Authores, & ratio eſt eadẽ, prout poſt alios notat Peregri. dict. art. 36. num. 58. §. difficultas. & hæc hactenus.

SVMMARIVM.



Vbrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum facta eſt ſubrogatio. n. 1. Procedit, vt ſubrogatio fiat cum omnibus qualitatibus rerum, & perſonarum, in quarum locum fit. num. 2. Sapit naturam præcedentis diſpoſitionis. nu. 3. Fit tamen quoàd primordialem, non autem quoàd accidentalem naturam. nu. 4.

Subrogatio, vt locum habeat, neceſſe eſt, ſubrogatum habere omnes qualitates ſubrogantis, & ratio traditur. num. 9. An locum habeat in feudis? nu. 10. & 11. Fieri dicitur quoàd expreſſa tantũ. n. 13. Nõ ſolum de perſona ad perſonã, ſed etiam de re ad rem fieri poteſt. num. 18. & ſeqq. Locum habet etiam in correctorijs, ſi contrarium non conſtet de voluntate ſubrogantis. nu. 19.

Subrogatio non habet locum quoties electa eſt induſtria perſonæ, vel ſubrogatum haberet diuerſas qualitates à ſubrogante. nu. 12. Nec etiam quando non ſuccedītur iure hæreditario, ſed aliunde. nu. 17. Nec etiam hæc tacita voluntate contrahentium. num. 25. Nec etiam in Iudice diuerſæ qualitatis. nu. 27.

Actio legis Aquileæ creſcit per inficiationem. num. 5.

Actio realis non mutatur quamuis mutetur perſona, cui actio illa à principio competebat, & ratio traditur. nu. 6.

Adoha in Regno, & ſi ſubrogata ſit in locum ſeruitij perſonalis, poteſt tamen Dominus feudi exigere ſeruitium perſonale à feudatario. nu. 7.

Inuito creditore, nõ poteſt vnum pro alio ſolui. nu. 8.

Res allodialis an ſubrogari poſſit in locũ rei feudalis? nu. 10. & 11.

Fœmina an ſubingrediatur in locum patris. num. 14.

Statutum non præſumitur fœminas vocare, dum adſunt maſculi. nu. 15. Quid ſi mulier vocaret filios alterius ad ſucceſſionem. nu. 16.

Fœmina proprium ſexum non præſumitur odiſſe. ſub num. 16.

Res empta ex pecunia rei ſubiectæ fideicommiſſo, vel antiquæ, an efficiatur eiuſdem naturæ cum prima re? nu. 17. & 22. Empta ex pecunia rei antiquæ, eandem habet immunitatem, & priuilegium. nu. 20.

Caſtrum, reædificatum in locum prioris, eadem priuilegia, & immunitates habet, quas primum caſtrum habebat. num. 21.

Fideicommiſſario, ſaltem in ſubſidium, datur actio contra tertios poſſeſſores pro re empta ex pretio rei fideicommiſſo ſubiectæ. nu. 22. Recenſentur tenentes contrarium. nu. 23. & rejciuntur. num. 24.

Fideiuſſor, de iudicatum ſoluendo in vno iudicio, non tenetur ſi cauſa remittatur ad aliud tribunal, vel ſuperior cauſam illam ad ſe auocet. num. 24. & fit deciſum refertur. nu. 26. vt fideiuſſio præſtita in Sacro Conſilio expiret, ſi cauſa fuerit remiſſa ad Regiam Cameram.

QVÆSTIO LXIII.



Exageſimotertio quæro, ſubrogatio qualiter fiat virtute iſtarum cõſuetudinũ. De hac quæſtione multa diſcuſſa ſunt ſupra hac eadem 4. par. q. 36. Quò loci tractatũ eſt, qualiter filius ſubingrediatur in locum patris, & ſic de ſubingreſſione fuit diſcuſſum, nunc agendum eſt de ſubroga-

rogatione circa alias materias, Pro qua
notandum primò, regulam eſſe vniuer-
1 ſalem, † ſubrogationem eſſe huiuſmodi
naturæ, vt ſubrogatum ſapiat naturam
eius, in cuius locum facta eſt ſubrogatio,
ſic habetur in l. eum qui ita §. qui iniuria-
rum. ff. ſi quis caution. §. fuerat. vbi Ioan.
Faber, & poſt alios Iaſ. num. 4 & ſeqq. in-
ſtit. de action. Bart. in l. 3. §. hæc actio. ff.
ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſt. fuer. Neapod.
in conſuetu. ſi mulier. in verb. ſi non ex-
tant. fol. 232. addentes ad ipſum in con-
ſuet. ſi moriatur. nu. 92. præcipuè Frecc.
& Vincen. de Franch fol. 103. & hoc eſt
2 vulgatum, † adeò vt fiat ſubrogatio cum
omnibus qualitatibus, quæ inhærent rei,
in cuius loco cenſetur facta, & hoc tam
reſpectu rerum, quando vna res eſt ſub-
rogata in locum alterius, quàm etiam
reſpectu perſonarum, quando vna per-
ſona aliam repræſentat l. fin. C. de pro-
xim. ſacr. ſcrinior. lib. 12. Caſſan. conſil.
22. num. 22. poſt eum, Dec. Cephal. &
alios Surd. conſi. 424. nu. 26. vol 3. Mo-
rot. conſi. 20. nu. 7. Peregrin. in tract. de
fideicom. art. 16. num. 30. vbi poſt alios
3 ſubdit habere etiam locum, † vt ſapiat
naturam præcedentis diſpoſitionis, in
cuius locum facta eſt ſubrogatio, prout
latius hoc ibidem confirmat.
Verum hoc non intelligitur indiſtin-
4 ctè, † ſed ſolum quòad primordialem na-
turam, non autem quòad accidentalem,
vt ſi aliquid accideret ex poſt facto, nēpe
poſt rem ipſam principalem, in cuius lo-
5 cū fieri dicitur ſubrogatio, † vt eſt actio
l. Aquiliæ. quæ per inficiationē creſcit,
ſic etiā in alijs ſimilibus, quæ naturā acci
dentalem reſpiciunt, prout ſcripſit gloſ.
in l. certi cōditio. in verb. ex omni parte.
ff. ſi cer. pet. quam ibid. Bart. & alij cōmu
niter ſequuntur Iaſ. in d. §. fuerat. num. 6.
poſt alios Surd. conſ. 221. nu. 52. & conſ.
6 254. nu. 21. vol. 2. † Et in his rebus, quam-
uis mutetur perſona, cui per prius actio
competebat, nō tamē mutatur ipſa actio:
ſufficit enim, vt prima perſona repræſen-
tetur per ſecundam; nam alia mutatio re-
ſpicit accidentalia, non autem naturalia,
& ſubſtantialia, vt ex tex. in d. §. qui iniu-
riarum, & alijs probat Surd. conſ. 222.
nu. 21. vol. 2. vbi ex hoc infert, vt hæres
ligetur inſtantia cępta cum defuncto, de
quo axio nate dixi ſupra par. 2. in tit. de
bon. q. 8. & ad ibidem dicta, me refero.
7 Notandum ſecundo, † quòd dum in hoc
regno adoha eſt ſubrogata in locū ſerui-
tij perſonalis, quod vaſſallus domino ſuo
pro feudo præſtare tenetur, tamen ſi do-
minus vellet ex primæua natura ſeruitij
vaſſallus perſonaliter ſeruiret, ita ſeruire
cogeretur, tum quia attenditur primor-
dialis natura, vt dictum eſt, tum etiā, quia
ſubrogatio iſta ſucceſſit de volūtate do-
mini, & eatenus viget, quatenus eſt in be
neplacito domini, qui in hoc creditor eſt
ex primæua natura, & ſic ſeruitij perſo-
8 nalis; quo caſu ſuccedit alia regula, † vt,
inuito creditore, non poſſit vnū pro alio
ſolui. l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. And. in cap. 1.
§. fin. nu. 14. verſ. cogit frequenter curia
Regis. de Capitan. qui cur. vend. Capyc.
deciſ. 10. nu. 15. & deciſ. 32. nu. 2. Conſ. de
Ann. conſ. 3. nu. 15. vol. 1. vt alios omittā.
9 Notandum tertio, † vt ſubrogatio lo-
cum habeat, neceſſe eſt, illam habere oēs
qualitates ſubrogantis; ſi enim diuerſas
haberet qualitates, nullo modo fieret
ſubrogatio: ſic ſcripſit Bal. in l. Parabola-
ni. C. de Epiſc. & cler. poſt ipſum Alex.
Marſil. Gozad. Dec. & alios plures Surd.
conſ. 31. nu. 41. conſ. 138. nu. 21. cōſ. 143.
nu. 48. vol. 1. & conſ. 269. nu. 30. volum. 2.
10 Ex quo fit, † vt ſi res allodialis ſubroga-
ta ſit in locū rei feudalis, nō procedat re-
gula ſubrogationis, quia res ſunt diuerſæ
qualitatis, & conſequenter res allodialis
libera nō efficitur feudalis, & ſic ſerua, vt
probat And. in c. 1. §. cū autē. de controu.
inueſt. & eſt tex. in l. Lucius. ff. de fideic.
hæred. & poſt ipſum Iſer. Frecc. & alios;
ſic etiam ſcripſit Surd. conſ. 53. num. 14.
vol. 1. & conſ. 311. nu. 54. & ſeq. volum. 3.
11 † Quod procedit ſi ſubrogatio fieret ſi-
ne cōſenſu domini, ipſe enim hoc poſſet,
quia in eius arbitrio eſt, rem allodialem
efficere feudalem, vt poſt Andr. & alios
probat nouiſſimè Io. Franc. de Ponte in
tract. de poteſt. Proreg. tit. 1. de prouiſio-
nib. fier. ſolit. §. 2. nu. 10. ipſe enim domi-
nus ex allodio facit feudum, ſegregat, &
vnit, vt dicam infra in tit. de renunciatio-
ne, q. 4. nu. 24.
12 Infertur ſecundo, † vt quando eſſet di-
ſpoſitio perſonalis, quia nēpe electa eſſet
induſtria perſonæ, vel eſſet aliud ſpecia-
le in illa re, in cuius locum fieri deberet
ſubrogatio, tunc nec etiam regula proce
deret, quia deficiūt qualitates ſubrogan-
tis, ſic poſt Bar. in d. l. 1. §. hęc actio. Alex.
& alios, probauit Surd. conſ. 31. nu. 42. &
conſ. 53. nu. 15. vol. 1. & cōſequenter eſt
regu-

regula vniuerſalis, vt quoties mutaretur
qualitas ſubrogãtis, vel adeſſet aliqua ra-
tio diuerſitatis in ſubrogante, quæ non
eſſet in ſubrogato, tunc nullo modo ſub-
rogatio locum habere poteſt, vt poſt in-
numeros Doctores probauit idẽ Surdus
13 conſ.440.num.51.vol.3. † Quo fit, vt ex
ratione prædicta ſubrogatio non habeat
locũ, niſi in illis, in quibus expreſsè facta
reperiretur, & extra illa extendi nõ poſ-
ſet, vt ex multis probauit Alex.cõſ.106.
nu.15.& 16.volum.3.Dec.conſ.38.in fi.
& poſt alios Surd.conſ.152.nu.32.vol.2.
& conſ.311.nu.53.vol.3.

14 Infertur tertiò, † q licèt filius ſubro-
getur in locum, & gradũ patris, hoc non
procedit ſemper, ſed ſolùm quando in fi-
lijs adeſſet eadem ratio, & qualitas, quæ
eſt in patre, & ideo, ſi ex diſpoſitione ſta-
tuti vocarentur maſculi ad ſucceſſionẽ,
excluſis fœminis, tunc filia nõ ſubingre-
deretur in locũ patris, ex quo non poſſet
aſſumere qualitatem maſculinitatis, nec
rationem cõſeruationis bonorum in fa-
milia, quæ ſunt in patre, & hac de cauſa
fęmina ex maſculis in huiuſmodi ſtatutis
non nocent alijs maſculis; innumeros ad
hoc propoſitũ cumulat Doctores Surd.
15 conſ.403.nu.61.vol.3. † nunquam enim
cenſetur ſtatutum vocare fœminas, qua-
tenus adſunt maſculi, vt ſcripſit Dec.cõſ.
164. nu.2.poſt ipſum, Brun.Menoch. &
alios plures idem Surd. conſ.416. nu.24.
vol.3. Peregr.in tract.de fideicõ. art.25.
num.57. vbi loquitur in fideicommiſſis:
qualiter autem hoc procedat ſecundùm
has conſuetudines dictum eſt ſup. q. 28.
30.32.& alibi.

16 Verùm etiam ſtatuta aliorũ locorum
hoc limitant, quando fœmina eſt illa, quę
diſpoſitionem facit, tunc enim, quia non
pręſumitur propriũ ſexum odiſſe, cenſe-
tur etiã fœminas vocare appellatione fi-
liorum, quod dicunt procedere, quãuis
ipſa teſtatrix propriam filiã excluſiſſet,
potuit enim illam excludere ex alijs cau
ſis, non autem in odium ſexus, vt ſcripſit
Anchar.conſ.336.& poſt eum, Soc.Gab.
Tiraq. Ruin. Alban. Molin. & Menoch.
Pereg.d.art.25.nu.18. vbi pro contraria
parte citat Fulg. conſ.18. & 38. Corneũ,
Dec.Curt.iun.Ruin.ſibi cõtrarium, Soc.
iun.Roland.& Paul.Leonium, & ipſe ẽt
Peregr.nu.22. hanc tandem ſententiam
amplectitur in tota Italia, quia teſtatrix
pręſumitur ſe conformaſſe cũ diſpoſitio-
ne ſtatuti, vt eos tãtùm vocaret, quos ſta-
tutum habilitat, vt multoties replicatum
eſt, & in dubio licèt proprium ſexum nõ
præſumatur odiſſe, minus tamen præſu-
mitur propriam filiam odio habere: cum
igitur illam excluſerit, maxima eſt conie-
ctura voluiſſe ſolùm maſculos, per ſtatu-
tum vocatos, & habilitatos, ad bona ſua
vocare, & ad ſummum omnia illa, quę vi-
gent in teſtatore, vigent etiam in ipſa te-
ſtatrice, & conſequenter remitto me ad
diſcuſſa ſuperius in quæſtionibus citatis,
præcipuè q.30. & 32.

17 Infertur quarto † regulam ſubroga-
tionis locum habere quoties ſucceditur
iure hęreditario, ſecùs autem ſi alio iure,
vt ex priuilegio, ex contractu, & ſic de
alijs, vt ex pluribus firmauit Iaſ. in l. ſi
auiæ.nu.1.C.de ſucceſſor.edict.ſic etiam
Bart.io Auth.poſt fratres.C.de legit.hæ-
redib Molin.lib.3.de Hiſpan primogen.
c.16.nu.47.& poſt alios Surd.d.cõſ.403.
nu.54.55.78.& alibi, vbi ad plures infert
quæſtiones circa hanc illationem, quas
proſequi non curo; ſufficit enim regula
generalis, vt quoties nõ ſucceditur cum
qualitate hæreditaria, non detur ſubin-
greſſio: cum illa verò qualitate detur.
Itaque ſolùm inſpici debet, quãdo ſucce-
ditur iure hæreditario, & conſequenter
acquiſitio patris attenditur, ſic etiã con-
cedentis intentio, vt colligitur ex dictis
ioſra conſ.2.

Infertur quintò ſubrogationem fieri
18 poſſe etiam circa bona, † & conſequẽter
vna res præſumitur in locũ alterius ſub-
rogata, quoties imponitur ei iddẽ nomẽ,
quod habebat res illa, in cuius locũ facta
fuit ſubrogatio: l.filiæ.§.Titia.ff. de con-
dition.& demonſt. vbi Socin. nu. 2. poſt
Beci. Roland. Menoch.& alios Surd. in
conſi.311.nu.29. & ſeqq vol.3. Dum ta-
men non appareat variatio; ſi enim res
illa eſſet ſubmiſſa ita, & aliter, vt ſit noua
res; tunc ceſſat regula, & attenditur no-
ua forma, vt patet ex dictis ſupra nu. 12.
quod etiam probauit Neapodan.in con-
19 luet. ſi moriatur. num. 88. † quoties ta-
men expreſsè non apparet contrarium
de voluntate ſubrogantis, ſemper regu-
la locum habet, quamuis eſſemus in cor-
rectorijs. §. reliquam. Authen. de hære-
dib.& falcid. Natt.conſi. 345.num. 3. &
poſt alios idem Surd.conſi.42.num. 11.
volum. 1.

20 Ex his deducitur, quòd ſi aliquis ha-
beat

beat immunitatem à solutione gabellarum respectu alicuius rei, si rem ipsam venderet, & ex prætio illius illicò rem aliam emeret, illa res, empta ex pecunia rei antiquæ, cēsetur subrogata in locum rei antiquæ, & ex regula subrogati habebit eandem immunitatem, quam res illa antiqua etiam ex priuilegio habebat, sic post Bald. scripsit Boss. in tit. de Principe, & priuileg. eius. nu. 154. Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 32. glos. vnica. nu. 12. in fin. & num. 21. Morot. consi. 20. nu. 3. & consi. 84. nu. 2. cum alijs cumula-
21 tis supr. par. 2. in tit. de bonis. q. 5. † Iddē etiam procederet, si aliquod Castrum debebat excubias facere, nempè si homines illius tenebantur ad custodiam Castri, quod castrum postea fuit dirutum, & deinde reædificatum esset, deberetur illi eadem custodia, quia præsumeretur subrogatum in locum prioris castri cum omnibus qualitatibus primi, & hac de causa omnia eius priuilegia consequitur; vt scripsit Alberic. in l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfruct. amittit. post eum, Iacobin. de S. Georg. Petr. Antibolum, & alios Boer. decis. 212. nu. 14. quos nouissimè probat Morot. d. consil. 20. per tot. & in specie nu. 3. & 10.

22 Cùm autem vna res in locum alterius subrogatur, vt in fideicōmissis, & in alijs iuxta doctrinam Bart. in l. Imperator. §. fin. nu. 2. ff. de lega. 2. Ias. Crauet. Decian. Bursat. Menoch. Peregri. & alioi ū, quos probat Morot. d. consi. 84. nu. 2. est quæstio non modica, si fideicommissario detur aliqua actio contra tertium possessorem, & quamuis aliqui id negent, meliorem tamen iudico opinionem affirmatiuam, vt saltem in subsidium detur actio contra tertium possessorem, & hanc opinionē defendunt Socin. Iun. consi. 90. lib. 3. Alciat. Bursat. & alij, quos probat Peregrin. in tract. de fideicom. art. 44. num. 31. Moronus etiam in tracta. de treg. &
23 pac. q. 28. † quamuis Castren. consi. 463. lib. 1. Alex. consi. 186. lib. 5. teneant oppositum, quos probat Morot. d. consi. 84. & etiam consi. 37. toto, ea ratione, quia nec hypothecaria, nec actio ex testamēto illi competit pro re, empta ex prætio
24 rei antiquæ, sed non bene dicunt, † siquidem Castr. supponit rem emptam, vel permutatam, cum re antiqua non esse subrogatam in locum prioris, quod nūc suppono factam esse subrogationem, vt dixi supra par. 2. in tit. de bonis. q. 5. cùm igitur facta sit subrogatio, ex vi subrogationis successit in locum prioris, & eisdē subiacet oneribus, quibus res illa subiecta erat, & consequenter datur fideicommissario illam et actio, quæ illi dabatur pro illa re antiqua; tantò magis, quia vti minister hæreditatis, & bonorum subiectorum fideicommisso, præsumitur ille, & emptionem, & permutationem facere, vt latissimè disputant DD. quos pro prima sententia retuli nu. 22.

25 Postremò notandum, subrogationem non habere locum etiam ex tacita voluntate contrahentium, & hinc est, quòd, si aliquis cautionem præstitit in vno iudicio, & consequenter de soluendo iudicatum coram vno Iudice in beneficium Petri. v. g. si illam causam aduocet ad se Superior, quo casu suspēditur iurisdictio inferioris, sic etiam si vnus Iudex causam illam ad alium Iudicem remittat, expirat fideiussio ex præsumpta voluntate fideiussoris, qui primo Iudici tantùm, & non alteri se subdit. l. 3. ff. de iudicat. solu. Aretin. consil. 87. num. 4. Thesaur. decisio. 202. & post ipsos, Ioan. Andr. Alexan. &
26 alios. Morot. consil. 49. toto; † Et hac ratione fuit annis elapsis decisum in Sacro Consilio, quòd, si aliquis in dicto Tribunali fideiussit de iudicatum soluendo in beneficium alterius, si causa remittatur ad Regiam Cameram, extincta est fideiussio ex voluntate fideiussoris, cum Sacrum Consilium, & Regia Camera sint duo Tribunalia distincta, de qua decisione meminit Præs. de Franch. decis. 601. ex tex. in l. non à iudice. §. 1. ff. de iudit. Ysern. Roma. Hyppoly. Imol. & alijs, quibus addo Morot. d. consi. 49. vbi plures alios cumulat: & ratio est etiam
27 manifesta, † quia subrogatio non potest habere locum in Iudice diuersæ qualitatis, prout cernitur esse in hoc casu, prout etiam scripsit Alexand. in consil. 106. num. 17. volum. 5. post eum, Gabr. & alios. Morot. dict. consil. 49. num. 3. Et hæc hactenus pro ista quæstione, nam alia, quæ dictam materiam concernunt, videri possunt penes prædictos Authores, præcipuè penes Surd. in dictis consilijs 403. 416. & in alijs citatis, & Peregr. d. art. 25. 44. & alibi, & penes Morot. in locis citatis.

SVM-

SVMMARIVM.



Onasterium, incapax bonorum, non succedit religioso. num. 1. Capax bonorum saltem in communi succedit etiã nouitio morienti intra annum probationis, qui expresse bona sua dicauit monasterio. nu. 2. In tacita oblatione idem procedit, si constat ex coniecturis. nu. 3. 11. & 12. Secus si ex coniecturis non appareat. nu. 4.

Religiosus non dicitur, nisi professione secuta nu. 5. Et ideò interim non acquirit Monasterio. nu. 10.

Nouitij dispositio qualiter fiat, vt sit valida. nu. 6. remissiuè.

Ingressus in religionem præsumitur secundum aliquos perseuerare in eadem voluntate. nu. 7. Contrarium defendit Author, nam multa accidunt, vt voluntas mutari possit. nu. 9.

Voluntas finitur morte. nu. 8.

Religio Theatinorum quid seruare soleat in renunciatione Nouitiorum, sub numero 9.

Professio tacita quænam dicatur, & num locum habeat in religione clericorum regularium. nu. 12.

Pia causa quando in dubio facundum sit. nu. 13. vbi traditur non habere locũ in successione aliorum, quorum bona ad ipsam non pertinent.

Regula taciti, & expressi non habet locũ, quando in casu tacito non esset eadem ratio, quæ erat in expresso. nu. 14.

Nouitius, moriens intra annum probationis, non monasterium, sed et succedentes ab intestato vocasse præsumitur ad successionem, sub num. 14.

Religiosus, transiens de vno monasterio ad aliud cum licentia Superioris, transit vna cum bonis per eum acquisitis primo monasterio, siue primæ religioni. nu. 15. Secus si ex delicto ipsius, vel ob eius culpam, tunc enim sola alimenta consequitur secundum monasterium. num. 16.

Religiosorum alimenta taxari debent secundum institutum monasterij, & secundum qualitatem, & complexionem cuiuslibet religiosi. nu. 17.

Bona, donata Ecclesiæ, quando præsumantur donata Deo. nu. 18.

Bigamus potest professionem emittere sine dispensatione, & monasterio acquirere, & substitutum excludere, licèt ad ordines promoueri nequeat sine dispensatione. nu. 19. & 20.

Episcopus secundum consuetudinem loci potest facere testamentum morienti ab intestato, sed qualiter hoc procedit. num. 21. Dicitur protector miserabilium personarum. nu. 23. An pœnas, ac mulctas possit sibi amplicare? nu. 24.

Testamentum non potest dependere ab alieno arbitrio. nu. 22. Factum ab Episcopo de portione bonorum morientis ab intestato, qualiter valere dicatur, sub num. 21.

QVÆSTIO LXIIII.



Exagesimoquartò quæro, si Religiosus moriatur intra annum probationis; an bona sint monasterij, vel proximiorum dicti Religiosi?

1 † Hæc quæstio nõ potest habere locum, quando monasterium nõ esset capax bonorum, saltem in communi; clarum est enim in illo casu, monasterium esse exclusum, vt ex pluribus probauit Paris. in c. in præsentia. num. 188. de probation. Menoch in tract. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 44. nu. 2. consi. 396. nu. 2. vol. 4. & de arbitrar. iud. lib. 2. cas. 436. nu. 9. Facchin. lib. 6. controuersiar. iur. cap. 19. Sed solum locum habet, quando monasterium esset capax bonorum in commu ni; quo casu Menoch. d. præsumpt. 84. plures casus considerat, qui tamen ad duo capita reuocari possunt. Primus est in oblatione expressa. Secundus in obla-

2 tione tacita. In primo casu, † si ingressus exprese se ipsum, & bona sua dedicauerit monasterio, animo ibidem emittendi professionẽ, ac in ipso moriendi, & tunc indistinctè vera est opinio, bona prædicta pertinere ad monasterium, quia dum nouitius habebat facultatem reuocandi donationem, & oblationem illam, & nõ reuocauit, dicitur in eadem voluntate perseuerasse ex regula tex. in l. 3. ff. de probat. l. 3. C. de inoffic. testam. Abb. in cap. statuimus. de regularib. post Paris. & alios Menoch. d. præsum. 84. nu. 3. quod etiam probant DD. cumulandi seq. casu.

In

3 In secundo casu, quando oblatio esset tacita, vt quia essemus in dubio, an voluerit bona sua monasterio relinquere, & an in eodem monasterio perseuerare voluerit, & tunc probabilis est sententia, monasterium succedere, vt post alios tenet Deci. in d. c. in præsentia. nu. 73. vbi Bero. nu. 553. de probation. & post alios Surd. decis. 303. nu. 8. Stephan. Gratian. decis. 35. nu. 13. & 15. ea ratione, quia nouitius præsumitur perseuerare in eadem voluntate moriendi in monasterio, & illi, & Deo, cui se ipsum dicauit, etiam sua bona dicasse præsumitur. Quam quidem opinionem indistinctè amplector, si aliqua adesset coniectura pro tali dicatione, præcipuè si ingressus non habebat filios, quorum pietas, & fauor possent mouere Iudicem ad aliud iudicandum, nempe vt bona debeant assignari filijs, relicta tamẽ aliqua portione in beneficium Monasterij: nam omnis æquitas suadet, hoc modo illum ingressum disposuisse de bonis suis per testamentum, vel per renunciationem.

4 Contrariam vero sententiam ad exclusionem monasterij in beneficium proximiorum defendũt Abb. & alij, quos probant Paris. loco cit sic etiam Menoch. d. cas. 436. nu. 11. & d. præsumpt. 84. nu. 3. vers. diuersum est. & nu. 13. & seqq. Facchin. d. cap. 19. & hanc eandem sententiã videtur defendere Camill. Salern. in consuet. si moriatur. sub nu. 6. in apostill. incip. Quid si ingressus? fol. 76. ex doctrina Bart in Auth. si qua mulier. nu. 58. C. de sacrosan. eccl. qui omnes ea ratione mo-
5 uentur, † quia Religiosus non dicitur, nisi professione secuta, saltem tacitè ex tex. in c. religioso. de sẽten. excom. in 6. Imo ex Concil. Triden. sess. 25. de regularib. cap. 15. cum alijs suo loco cumulan-
6 dis in tit. de renunciat. † dispositio nouitij, vt valida sit infra annum probationis, certas habere debet qualitates, quibus non adimpletis, dispositio non tenet. At nunc nulla talium solemnitatum fuit in hoc casu adhibita, igitur non potest nouitius dici disposuisse de bonis suis.

7 Nec obstat, quatenus tenentes contrarium dicunt, † vt ingressus præsumatur perseuerasse in eadem volũtate, iuxt. tex. in cap. maiores. de baptism. & consequenter sicut in principio præsumitur habere animum emittendi professionẽ, & bona sua monasterio dicare, & omni futuro tempore monasterio acquirere, sic etiam perseuerare præsumatur: Nam tripliciter respondent contrarij? Primò morientem non præsumi perseuerare in
8 eadem voluntate, † voluntas enim finitur morte. l. 4. ff. locat. Bart. Capy. & alij, quos probat Menoch. d. præsum. 84. nu. 17. Secundò, quia licèt perseueratio eiusdem voluntatis possit præsumi, tamen
9 habetur pro non impleta; † multa enim accidere potuerant, vt possit Nouitius voluntatem mutare, & de religione exire, & quod multoties accidit, quia illa religio, vt de multis esse solet, non detineat nouitium propter interesse pecuniarum, sed vt Deo seruiat, nouitius ille disponat ad libitum de bonis, nihil monasterio relinquẽs, prout iam disponere potest, iuxta tex. in Auth. ingressi. C. de sacrosf. eccles. & videmus hoc in dies fieri in nostra religione, quæ in libera facultate profitentium relinquit dispositionẽ bonorum etiam in extraneorum beneficium, licèt in aliquibus seruetur contrarium, vt dum nouitij non renunciant in eorum beneficium, illos eijciunt de reli-
10 gione, † Et tertiò, quia dum est nouitius, religiosus non est, & consequenter non potest monasterio acquirere, nam regula est, vt religiosus professus acquirat suo
11 monasterio, † & hanc, vt dixi, sententiã veriorem existimo, si ex coniecturis non appareat contrarium, tunc enim aliter esset saruandum, vt nu. 3. dictũ est, prout etiam post Ioan. Andr. Abb. Nauarr. Tiraquell. Molin. Iesuitam, & alios probat Menocb. d. cas. 436. nu. 14. & 15. vt alios
12 omittam, † & inter alias coniecturas ponunt professionem tacitam, vt quia per annum gestasset habitum religionis, faciens omnia illa, quæ solèt alij professi eiusdem religionis facere, hæc enim est tacita professio ex canonum dispositione, vt notãt omnes præcitati Authores, quod tamen verum est, si in illa religione non seruaretur contrarium, vt euenit in nostra religione, vbi per nullam habitus delationem, quouis tempore factam, quis censetur professus, nisi expresśe ad illã admittatur; & hoc cuilibet nostrum protestatur, quando habitu religionis induitur.

13 Nec obstat secundum, † in dubio fauendum esse piæ causæ. l. sunt personæ. ff. de religios. sumpt. funer. quia procedit hoc assumptum, quoties tractatur de re-

bus

bus pijs, & religiosis, non autem de interesse pecuniarum, quòad aliorum successionem, tunc enim potius filijs fauendum est, sic etiam alijs venientibus ab intestato, si contrarium non appareat de voluntate defuncti, vt benè post alios aduertit Menoch. in locis citatis.

14 Vltimò non viget illud commune dictum, taciti, & expressi eandem esse virtutem, procedit enim, quando eadem esset virtus in tacito, quæ erat in casu expresso, & quando tacitum inest expressè, & præcisè in casu expresso, vt post alios probauit Ioan. Marc. Aquilin. in l. centurio. par. 3. nu. 52. ff. de vulg. & pupill. quæ quidem ratio hic non adest, siquidem in expressa oblatione bonorum adest enixa voluntas ipsius ingressi, volentis bona sua monasterio dicare; sed in oblatione tacita, vel quando sumus in dubio non adest eius enixa voluntas, & consequenter non est eadem ratio, & si ex coniecturis non appareat bona sua voluisse monasterio dicare, potius præsumitur vocasse ad eius successionem venientes ab intestato. Crau. consi. 70. nu. 13. & alibi, vt per Camill. Salern. in consuet. si moriatur, incip. Vltra. vers. intestatus. fol. 78. inter quos sine dubio non connumeratur monasterium, & ita, vt dixi, mihi verius de iure videtur, ne videar propriam causam defendere, & mutare sententiam illius, quod in sæculo defendi.

15 Ad confirmationem prædictorum adducitur, quòd si professus exeat de illo monasterio, in quo professionem emisit, recuperat bona oblata primo monasterio, & transmittit ad illud, ad quod ipse transit ea ratione, quia sub conditione illa bona oblata præsumuntur, si ibi permansisset, ad instar dotis datæ viro, quæ eandem habet conditionem, vt ex tex. in l. vnica. §. eùm autem. C. de rei vxor. act. probauit Cardin. in c. quod à se, vbi Abb. num. 8. de cleric. coniug. & post alios Surd. consi. 333. nu. 62. & consi. 445. nu. 36. vol. 3. Quamuis contrarium teneat Menoch. consi. 193. nu. 1. & 11. Nihilominus d. lib. 2. de arbitrar. iudic. dict. cas. 436. nu. 37. & seqq. hanc sententiam con

16 firmat, † si de licentia sui Superioris transierit ad aliud monasterium, secùs tamen, si ex causa delicti, vel ob aliam eius culpam, tunc enim illud secundum monasterium solùm haberet de fructibus dictorũ bonorum quantum sufficeret ad sustentationem illius monachi, ex tex. in c. de lapsis. 16. q. 6. & hoc non negant Authores in contrarium relati, nam fundantur in illo axiomate, vt datum ob causam, repetatur, cessante causa, sed nunc causa cessaret, non culpa monasterij, sed ex de-

17 licto monachi. Benè verum est, † taxationem in hoc casu relinquendam esse arbitrio Iudicis, vt pro qualitate aliorum religiosorum dicti secundi monasterij, & attenta quantitate cuilibet ex illis sufficiente, & attenta etiam dispositione, & complexione dicti religiosi sitne sanus, vel infirmus, ac alijs consideratis in alimentorum taxatione, quantitatem prædictam determinat, vt post Archid. in c. si quis rapuerit. 17. q. 1. notauit Menoch. d. casu 436. nu. 41. & seqq. & successiuè, dum nouitius moritur, durante tempore probationis, transit iam de hoc mundo ad alium, nec durat causa ingressus: ideò nec durat causa acquisitionis. Et quàmuis dici posset, bona etiam transire ad alium mundum, vt ipse transiuit, nempè

18 vt transeant ad Deum, † ad quem dicuntur transire bona, quæ relinquuntur Ecclesiæ: hoc enim verum est, quando voluntariè quis bona sua donat Ecclesiæ, sed in dubio hoc non præsumitur, & proinde dum Ecclesia est cultrix iustitiæ, nunquam præsumitur velle bona aliena in præiuditium succedentium ab intestato, vt suo loco notatum est.

19 Occasione prædictorum duo alia notãda sunt. Primum est, quod notauit Angel. consi. 80. nu. 5. quòd si aliquis ingrederetur religionem, & esset bigamus, monasterium illi non succedere, sed substitutum; cuius opinionem rectè confutauit Mantic. lib. 11. de coniect. vltim. vol. tit. 7. nu. 17. post Franch. in c. 1. nu. 2. de bigam. in 6. & ratio est manifesta; nam bigamus est habilis ad acquirendum, & ad omnia alia, præterquam ad promo-

20 tionem ordinum, † & consequenter licèt bigamus non possit ad ordines promoueri sine dispensatione, potest tamen professionem emittere, qua emissa, re vera religiosus est, saltem vt alij conuersi, & vt sic acquirit Monasterio, & omnis alius religiosus professus, & taliter illi monasterium succedit, vt colligi potest, vltra prædictos ex tex. in c. quisquis. 84. dist. quo loci sancitur bigamum posse professionem emittere, quod latius etiã

Vv post

post alios probauit Sayrus lib. 6. de censur. cap. 5. num. 5. & seqq. Suar. in eodem tracta. disput. 49. sect. 6. num. 16. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 86. & consequenter, si est verè religiosus, verissima est reprobatio Angeli.

21 Secundum quòd episcopus ex consuetudine alicuius loci potest facere testamentum morienti ab intestato, & potest certam portionem bonorum illius assignare, siue distribuere alicui loco pio, vel inter plura loca pia; quæ quidem distributio non habet vim te-
22 stamenti; clarum est enim, † testamentum non posse dependere ex alieno arbitrio. l. illa institutio. & l. captatorias. ff. de hæred. instit. sed potius est mera quædam distributio illius quantitatis, quam re vera defunctus ille distribuisset in beneficium locorum piorum pro anima sua, si casum inopinatæ mor-
23 tis præuidisset: † qui quidem Episcopus tanquam protector omnium miserabilium personarum, quibus subuenire debet. cap. super quibusdam. de verbor. signific. idcirco taliter defuncto, omni alio destituto auxilio, meritò hoc modo subuenit, & ita seruatur in pluribus locis, vt testatur Episcopus Montismarani in prax. episcop. Neapolit. in impressione anni 1611. cap. 79. Caueant tamen Episcopi auaritiam, ne in eorum commodum bona illa applicent, hoc enim non esset sine populi murmuratione, & sine suspitione auaritiæ, quam
24 semper euitare debent, † si tamen essent pauperes possent bona illa suæ Mensæ Episcopali applicare, vt est etiam in alijs pœnis, & mulctis, quas, & quæ de iure tenentur regulariter applicare locis pijs, si tamen sunt pauperes etiam sibi ipsis applicant, vt habetur in Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 3. & ita annis elapsis fuit declaratum per Cõgregationem illustrissimorum Cardinalium dicti Concilij Tridentini, quamuis de iure communi poterat indistinctè pœnas prædictas sibi applicare, vt post Lap. Couarru. & alios plures affirmat Diaz in sua prax. c. 144. nu. 3.

SVMMARIVM.



Onasterium an habeatur loco filij est quæstio potius laboriosa, quàm industriosa, & cur hoc sit explicatur. nu. 1. Recensentur Doctores de hac quæstione disputantes. num. 2. & sub nu. 7. vt loco filij habeatur non ex natura descendit, sed ex iuris fictione venit. nu. 16. Quæstio præcipuè disputatur ad exclusionem substituti. num. 6. Regulariter substitutũ excludit. nu. 7. & tenentes contrarium reijciuntur. nu. 8. & seqq. locum habet regula etiã si dictum esset, si sine filijs legitimis, & naturalibus institutus decesserit. n. 14. Tenentes cõtrariũ recensentur. nu. 15. Sic etiam si dixerit, si sine veris filijs decesserit, quicquid alij senserint. n. 36. Locum habere dicitur etiam si institutus ingressus sit religionem, vt substitutũ bonis priuaret, & ratio assignatur. nu. 44. Locum habere ostenditur, etiã si filius in sacris, vel in aliqua religione professus taliter fuerit institutus, & contrarium tenentes reijciuntur. nu. 45. & seqq. Num regula locum habeat, si in illo loco adesset statutum, excludens Ecclesiam à successione. nu. 32. Quid si statutum mandaret, vt testamenta intelligãtur ad literam. nu. 33.

Monasterium non excludit substitutum, quando testator id expressit, vel bona sua in familia conseruari voluit, & sic de ipsum refertur num. 23. Nec etiam quando alius filius esset substitutus. nu. 26. Nec etiam, si alia causa pia immediatè, vel mediatè substituta esset. nu. 27. & 28. An hoc procedat, si simul cum causa pia aliquis extraneus esset substitutus. nu. 30. Nec etiam substitutum excludit, si testator certum quid instituto reliquerit, si religionem ingrederetur. nu. 34. & 35. Nec etiam, quãdo ex restitutione facienda substituto, etiam instituti filius excluderetur. nu. 37. Idem esset, si institutus intra annũ probationis decederet. nu. 38. Vel monasteriũ nollet succedere. n. 39. Vel esset bonorum incapax. nu. 42. Vel Abbatis suasionibus institutus religionem ingrederetur, quia in pœnam monasterium priuatur bonis. nu. 43.

Monasterium an rumpat testamentum, si in-

si ingressus nihil illi reliquisset. nu. 3. & sub nu. 53. Qualiter succedat virtute consuetudinum. num. 4. remissiuè. Durante vita instituti, etiam si non habeatur loco filij, percipit omnes fructus bonorum, quæ institutus restituere tenetur. nu. 17. Locum habere ostenditur etiam si fideicõmissum relictum esset pro conseruatione bonorum in familia, & Pereg. contrarium defendens, optimis rationibus confutatur. nu. 19. Explicatur habere locum etiam in fructibus feudi, & maioratuum. nu. 21.

Religiosus professus excludit fœminas à successione, stante statuto, excludente fœminas propter masculos. nu. 5. Gaudet beneficio istarum consuetudinum. nu. 22. Factus Episcopus, licitè exire dicitur de religione nu. 47.

In foro conscientiæ nõ fictio iuris, sed veritas attendi debet, & hoc tam secundum Iuristas, quàm etiam secundum Theologos verum esse aperitur. nu. 9.

In fideicommisso conseruatio bonorum in familia ex præsumpta voluntate testatoris adesse præsumitur. nu. 10. Qualiter autem hoc eueniat, explicatur sub nu. 13.

Fideicommissum in bonis testatoris, non autem in bonis hæredis, nec in fructibus locum habet. nu. 20.

Familia nec per fœminas, nec per monasterium conseruari potest, & ratio assignatur. nu 11.

Testator, in dubio, præsumitur vocare illum filium instituti, qui ex dispositione iuris filius reputatur. nu. 12. Quod non expressit, velle non præsumitur. nu. 13. Eius voluntas debet interpretari secundùm legem. nu 46. Si esset contra bonos mores, reijceretur. sub nu. 46. & 51.

Mors naturalis instituti grauatè restituere, non autem ciuilis, vt est professio, expectanda est in substitutione fideicommissaria. nu. 18.

Fructus bonorum fideicommisso subiectorum, sunt hæredis, & in illis non cadit fideicommissum. sub nu. 20.

Quilibet de bonis suis potest ad libitum disponere. nu. 24.

Nemo cogitur benefacere. nu. 25.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum. nu. 27. Sed an hoc semper sit verum. ibid. remissiuè.

Priuilegio vnius potest alius vti, si causa esset indiuidua, secus autem si diuidua. num. 31.

Beneficium deliberandi, introductum à lege in beneficium hæredum, cur sit introductum. nu. 40.

Prælati monasteriorum non possunt in bonis acquisitis præiudicare monasterijs, in acquirẽdis verò possunt. nu. 41.

Apostata ab aliqua religione, nõ est membrum illius religionis, & ideò non monasterio, sed Cameræ Apostolicæ acquirit, durante apostasia. nu. 48.

Menochij ponderatio quoad conditionem explicitam, & implicitam, quando pater filium in sacris constitutum instituit, cui substituit, si sine filijs decesserit, recensetur. nu. 49. Et optima ratione confutatur, & contra ipsum ponderatur in beneficium monasterij ad exclusionem substituti. nu 51.

Leges nostræ, nõ quod incidenter, & consequenter fit, sed quod principaliter agitur attendunt. nu. 50.

Institutus si sibi testamentum fecisset ante ingressum monasterij, num monasterium loco filij habeatur. nu. 52.

Consuetudines habere locum in bonis ecclesiasticorum, ab intestato morientiũ, indubitatum esse, & sic decisum refertur. nu. 54. Doctores contrarium tenentes recensentur. nu. 57. & 58. Eorum rationes soluuntur nu. 59. & seqq.

Obseruantia tã loci consuetudines, quàm etiam statuta declarat. nu. 55.

Mutari non debet, quod certam habuit interpretationem. nu. 56.

Consuetudines laicorum ob defectum iurisdictionis nõ possunt facere hæredem ecclesiasticis, ne etiam illis hæredem faciant, quem ipsi nollent. nu. 58. Sed an hoc sit verum, aperitur. nu. 59. & seqq. & præcipuè nu. 67.

Bona ecclesiasticorum, mortuis ecclesiasticis, sunt laicorum. num. 59. Solum gaudent immunitate, viuentibus ecclesiasticis; illis autem mortuis, subeunt onera, sicut bona laicorum. nu. 60.

Mutata persona, mutatur conditio rei. num. 61.

Decedens ab intestato, præsumitur ad sua bona illos etiam collaterales vocare, quos ius commune, & consuetudines loci vocant. nu. 62. Procedere ostenditur etiam in ecclesiasticis, & ratione probatur. nu. 63. 65. & 66.

Ius commune ciuitatis dicuntur statuta, & consuetudines loci. nu.64.
Inter succedentes seruanda est aequalitas etiam inter ecclesiasticos, qui ita velle praesumuntur.nu.66.
Ecclesiastici dicuntur cultores iustitiae, & semper quod iustum est, velle praesumuntur. nu.67.

QVAESTIO LXV.



1 Sexagesimoquinto quaero, occasione praecedentis quęstionis,† an monasterium habeatur loco filij? Haec quaestio hodie potius laboriosa, quã industriosa est; sunt enim plures casus, & plures ampliationes, & limitationes quoad regulam istam,& consequẽter, cumulatis Authoribus, qui quaestionem istam discutiunt, fundabo regulam cum ampliationibus,
2 & limitationibus. † Disputãt igitur quęstionẽ post antiquos Bart.cons.1. & alij, quos recenset Gab. in tit.de fideicomm. concl.2. Affl.decis.83. Menoch.de praesumption.lib.4.pręsumpt.83. Mantic.de cõiect.vltim.volunt.lib.11.tit.7.Cacher. decis.126. Praes. de Franch. decis.22.29. 409.&alibi,Peregr.in tract.de fideicom. art.28. Hierony. de Cęuall.pract.quaest. commun.contra cõmunes,q.192.& 193. Borgnin. decis.2.par.3. Palaez in tract. de maiorat. par.2.q.3. plures alios citat Guttier.lib.1.canonicar.quaest.c.32.tractãt etiam addentes ad Neapod. in consuet.si moriatur, sub nu.8.fol.77. vt alios omittam.

Pro dicendis est aduertendum, hic nõ
3 esse quęstionem, † qualiter religiosus disponere valeat, & si teneatur tunc, cùm disponit, aliquam portionẽ relinquere monasterio, nè, postquàm disposuit, & professionẽ emiserit,rumpatur testamentum, ex quo monasteriũ agnoscitur sibi quasi filius, & per eius natiuitatem rumpitur testamentum:nam de hoc agitur in Auth.ingressi.C.de sacrosc.eccl.vt monasterium tãquam filius debeat portionem habere; secus tamen, quando facta esset dispositio per cõtractum, vt dixi infra in titu. de renunciat.q.16. qualiter autem in hoc casu fiat renunciatio,ibidẽ dictum est;an autem sapiat naturam contractus vel vltimae voluntatis,patet ex dictis su-
4 pra par.3.q.8.† Nec quęstionẽ esse,qualiter monasteriũ ex persona religiosi succedere possit, & an comprehendatur in dispositione istarum consuetudinum; nã de hoc dictum est supra par. 2. in tit. de personis,q.7. vbi probatum est, compre-
5 hendi monasterium, † adeò vt religiosus professus excludat filiam, & sic sororem virtute consuetudinũ, & vltra Authores ibidem cumulatos, si monasterium esset capax bonorum,hoc probant Lap.alleg. 101. Cardin.Florent. in c. perpendimus. de sent.excomm.Paris.cons.47.num.62. vol.3.Dec.cons.333.nu.4.Brun.in tract. de statut.stantib.mascul.art.12. q.12.10. Lecier.in tract.de primog.lib.3.q.4.n.9. Molin.qui testatur de communi lib.1.de Hispan.primog.c.13.nu.80. Dec.in cap. Ecclesia S.Mariae.nu.57. alias num.217. de constit. Abb.in c.constitutus.de in integr.rest. Syluest. in verb.lex. Guliel.de Bened.in c.Raynuntius.in verb.duas habens vxores.nu.145.de testam. Innoc.in c.quod clerici.de foro compet. habetur etiam in communibus opinion. Rubric. de magistratu.tit.de statutis.c.6.ampliatione 2.& 5.amplia quarto etiam in moniali.num.54.& seqq.

6 Quaestio igitur est,† si monasteriũ habeatur loco filij quoad exclusionẽ substituti, vt si v.g. aliquis in suo testamento Petrum sibi fecisset haeredem, cui si sine filijs decesserit, Antonium Petro substituit, si Petrus ingrederetur religionem, bonorum capacem, saltem in communi, an Antonius substitutus, vel monasteriũ succedat, & habeatur loco filij dicti Petri? & in his terminis DD. relati num.2. quęstionem istam disputant,vt post alios aduertit Praes. de Franch. d. decis.469. sub nu.1.

7 Regula igitur est affirmatiua,monasterium excludere substitutum,tum quia ex dispositione iuris monasterium habetur loco filij; sic enim semper DD.hoc axioma interpretati sunt; tum etiã,quia semper facienda est cõiectura, ne aliquis detrahatur, ac diuertatur à seruitio Dei,vt esset in hoc casu: si enim institutus dubitaret, bona peruenire ad substitutum, & nõ ad monasterium, retraheretur à religionis ingressu, & sic non contraheret matrimonium cum Deo, animam ipsius cũ ipso Deo desponsando,sed potius carnale matrimonium contraheret, vt filios susciperet ad exclusionem substituti, ita

scripsit Glos. quamuis non ita expressis verbis in l. cùm acutissimi. C. de fideicō. vbi Iacob. Butricar. & Bal. quam etiam sententiā post Dyn. Riccard. Malumbr. Cyn. & alios antiquos defendit Bart. d. consi. 1. Parmensis quidam, sic etiā Socin. quem probat Gab. d. cōcl. 2. nu. 77. & 78. Couarr. lib. 1. var resolut. c. 19. nu. 8. Affl. d. decis. 83. vbi Addentes, Molin. d. lib. 1. de primog. Hisp. c. 1. nu. 28. & c. 9. nu. 41. Mantic. d. tit. 7. & omnes alij cumulati d. nu. 2. præcipuè Borgnin. decis. 1. 2. & 32. in 3. par. Palaez d. q. 3. vers. pro Bartholo facit. nu. 13. Guttier. d. cap. 32. nu. 24. & seqq. vbi Perez, Valas. & alios plures cumulat, ad hanc sententiā communē confirmandam, quam in his terminis probat etiam Præs. de Franch. d. decis. 469. sub nu. 1. & latius d. decis. 29. vbi aliquos ex prædictis, & alios etiam cumulat. Itaque regula inficiari iuridicè nequit, quā colligunt ex tex. in c. in præsentia. extra de probat. vbi omnes, quos etiā citat Præs. de Frāch. d. decis. 29. sub nu. 2. Menoch. etiam, & Mantic. in locis cit.

8 Nec obstat, † q̄ multi tenent contrarium pro substituto ad monasterij exclusionem, quam opinionē dicit cōmunem Boer. decis. 354. & hoc ea præcipua ra-
9 tione, † quia in foro conscientiæ veritas attendi debet, non autem fictio iuris, in hoc enim foro nō secundum fictiones, & coniecturas, sed secundùm veritatē iudicari debet, vt notant omnes prædicti Authores ex doctrina Ioan. And. in c. is, qui fidem. extra de sponsal. quam regulam communiter etiam Theologi probant, vt post alios affirmat Suar. in tractatu de censur. disp. 40. sect. 5. num. 16. Sed in hoc casu monasterium non est filius secundū veritatem, sed secūdum iuris fictionem, & consequenter Ecclesia, quæ cultrix iustitiæ esse dicitur, non debet contra veritatem habere alterius bona.

10 Confirmant secundò, quia in quolibet fideicommisso ex dispositione iuris præsumitur adesse testatoris voluntas, vt bona conseruentur in familia, vt ex pluribus probauit Crau. consi. 113. nu. 5. tradit etiam aliqua Mātic. lib. 6. de coniect. vltim. volunt. tit. 14. num. 21. & seqq. vt
11 alios omittam, † sed familia nequit per monasterium conseruari, est enim persona extra familiam testatoris, imò nec etiam per fœminam, testatoris filiam, conseruari potest, quia per mortem ipsius, familia extinguitur. l. voluntas. C. de fideicom. cum alijs cumulatis per Ann. consi. 109. nu. 15. & seqq. vol. 2. Sic etiam licèt in monasterio adsit familia testatoris, tamen per mortem illius religiosi, extinguitur illa familia, & consequenter monasterium contra testatoris voluntatem haberet bona sua.

12 Verùm argumenta non concludunt, non primum; quia, dum ex iuris dispositione, & ex communi Doctorum sententia, monasterium habetur loco filij, vt dictum est, testator de illo filio præsumitur locutus, si aliud non expressit, de quo ius, & DD. loquūtur; in dubio enim semper præsumitur se conformare non solùm cum dispositione iuris etiā municipalis, sed etiam secundum communem sententiam Doctorum, vt sæpissimè replicatum est. Cùm igitur, & ius, & communis Doctorum schola monasterium habeant loco filij, meritò etiam ex voluntate testatoris dicitur bona ingressi habere, quia secundum veritatem iuris habetur loco filij, licèt non sit filius secundum veritatem naturæ, & hoc modo respondet post alios Mantic. d. titu. 7. nu. 2. lib. 11.

13 Nec etiam secundum; nam, quod testator non expressit, voluisse non præsumitur; erat enim in eius potestate illud exprimere. l. quoties. & l. quidam cùm filium vbi Bal. Angel. & Imol. C. de hæred. instit. l. iubemus. C. de testamen. cum alijs cumulatis per Mantic. lib. 3. titu. 2. nu. 3. vt alios omittam: sed in hoc casu testator non expressit familiam, & in eius potestate erat illam exprimere, & consequenter non præsumitur familiam in hoc casu vocasse, & præcipuè hoc vendicaret sibi locum, si substitutus non esset de familia testatoris, etiam, quia multoties consideratur familia in vno casu, & non in alio, vt patet ex dictis supra q. 32. & consequenter bene dictum est, vt argumenta non concludant contra regulam.

14 Plus dixerunt DD. in ampliatione prædictæ regulæ, vt locum haberet, etiā si testator expressisset hæc verba, si absq; filijs legitimis, & naturalibus decesserit, adhuc enim monasterium succederet, & in his terminis consuluit Bart. d. consi. 1. consuluit etiam Alex. pluribus in locis, sic etiam Ruin. & Crau. defendunt etiam Couarru. Abb. & alij plures, quos refert Præs.

Præf. de Franch. d. decif. 29. nu. 2. & vltra per eum cumulatos defendit etiam Gabr. d. concl. 2. num. 77. & plures alij, quos refert Peregrin. d. art. 98. nu. 79. & plures dixerunt hanc esse magis communem sententiam, & in praxi seruandam, tanquam æquiorem, & locis pijs fauentem, & propter authoritatem, & numerum prædictorum Authorum, & etiam, quia hæc opinio fauet animæ defuncti, posset Iudex tuta conscientia secundum illam iudicare, qui enim contrarium tenent, sunt potius quidam recentiores, nec tantæ sunt authoritatis, nec in tanto numero, quod cerni potest si Doctores numerentur, quam numerationem vnusquisque facere potest.

15 Contrariam igitur sententiam defendit Iacob. de Beluis. quem sequūtur Bal. Saly cet. Crot Corne. Alciat. & alij, quos recenset, & probat Præf. de Franch. d. decis. 29. nu. 3. vbi num. 7. sic refert decisum in Sacr. Consilio, sed ibi erat factum contrarium, quia testator voluit expressè, bona conseruari in familia, & sic non erant sola verba, sine filijs legitimis, & naturalibus, & eandem sententiam in terminis etiam Præsid. de Franch. defendit Cacheran. d. decis. 126. nu. 24. vbi sic refert decisum in illo Senatu; tenet etiā Menoch d. præsumpt. 83. num 27. & 35. Cauall. d. q. 193. nu. 2. & seqq. Peregrin. d. art. 28. nu. 79. vbi in §. conclusiuè. dicit, opinionem istam esse vsu receptam, & ea

16 præcipua ratione mouentur, † quia vt monasterium habeatur loco filij, est quędam filiatio ficta, siue legitima, hoc est ex dispositione legis, non autem naturalis, vt sit a natura, idest, ex corpore ipsius, cui facta est substitutio, vnde dum testator dixerit, hanc qualitatem, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, præsumitur recedere à filiatione iuris, & voluerit filiationem à natura; nam testatoris verba in casu vero, non autem in casu ficto sunt intelligenda, iux. tex. in l. fideicommissum. ff. de conditio. & demonstr. Alex. consi. 2. vol. 1. Menoch. d. præsum. 83. num. 29. Præf. de Franch. d. decis. 29. nume. 4. & seqq. Sed, vt dixi, nume. 14. hæc sola coniectura non sufficeret, si alia non concurrerent, nam in facto relato per Præsid. de Franch. aderat conseruatio bonorum in familia, non autem sola filiatio naturalis.

17 Vtcunque sit, in omni opinione, etiam quando substitutus succedit, monasteriū omninò nō excluditur, secuta professione, sed solùm post mortem naturalem instituti, nam interim, durante vita illius professi, monasterium percipit fructus omnium bonorum, vt ex pluribus probauit Couarru. lib. 1. variar. resol. cap. 21. nu. 7. Mantic. d. tit. 7. num. 4. Menoch. d. præsump. 83. nu. 27. Cæuall. d. q. 193. nu. 7. & seqq Surd. consi. 238. toto; & in specie nu. 3. vol. 2. Peregrin. d. art. 28. nu. 81. faciunt etiam cumulata per Præsid. de Franch. d. decis. 14. nu. 14. vbi expressè docet, in substitutione expectandam esse mortem naturalem ipsius ingressi, & recensui istos tantùm; nam ipsi solùm limitant regulam generalem, & volunt, hoc modo intelligendam esse limitationem; quam tamen alij tenēt indistinctè ad exclusionem substituti, vt num. 14. dictum

18 est: † Eatenus tamen expectanda est mors naturalis instituti, qui professionē emiserit, quòd si substitutus moriatur, viuente ipso instituto, fideicommissum efficitur caducum, vt probat Præf. de Franch. d. decis. 14. nu. 14. Peregrin. post alios d. art. 28. nu. 83. Guttier. d. cap. 32. nu. 25 in fin. qui subdit, tunc succedere substitutum post professionem, quando monasterium esset incapax bonorum in communi, quod patet ex dictis nu. 1.

19 Ex his patet, malè locutum fuisse Peregrinum d. art. 28. nu. 82. quatenus dixit vt tunc solùm monasterium habeat fructus, durante vita ingressi, quoties non esset fideicommissum relictum pro conseruatione bonorū in familia; tunc enim quemadmodum nō succedet in proprietate, ita nec etiam in fructibus: Decipitur enim hic vir, alioquin doctissimus, quia, si testator respectum habuit ad veram familiam, & ad veram filiationem, ita etiam respectum habuisse dicitur ad mortem, non autem ad mortem secundum iuris fictionem, vt est professio, itaq; vir iste suis proprijs iugulatur. Secundò,

20 † quia testator fideicommissum fecit in bonis suis, nō igitur extēdi debet ad bona hæredis, vt sunt fructus dictorum bonorum: clarum est enim fructus fideicōmissi esse ipsius hæredis grauati, vt patet ex dictis supra par. 2. in titu. de bonis, quæst. 20.

21 Tertiò denique confirmatur, † quoniam in feudo, & maioratibus, maior ratio adesse dicitur tam respectu conser-

ua-

uationis bonorum in familia, quam etiã ex pacto primi acquirentis, siue institutis, & ex prouidentia dantis feudum, ac maioratum, & nihilominus, & feudi, & maioratuum fructus percipit monasterium, durante vita illius ingressi, quamuis fœminæ excludantur, vt ex pluribus probauit Molin. lib. 1. de primog. Hispa. cap. 1. nu. 22. & c. 3. nu. 15. Gamba decis. 6. vbi sic decisum refert in illo Senatu, sic etiam probat Molin. in tract. de iustit. & iur. disput. 14c. vers. regulam supra statutam. & post Boer. Tiraq. & alios Rodriq. tom. 2. quæst. regular. q. 78. art. 12. §. neq; etiam obstat. Capyc. decis. 10. num. 10. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. 7. de assensib. Regijs. §. 8. tot. & in specie num. 4. & dixi etiam in tract. de contract. par. 4. tit. 2. q. 15. ou. 16. & consequenter eò magis procedit in bonis subiectis fideicommisso. Quartò denique

22 confirmatur, † quia istæ consuetudines respiciunt conseruationem bonorum in familia, vt suo loco dictum est, & nihilominus Ecclesiastici gaudent beneficio istarum cõsuetudinum, vt dictum est supra par. 2. in titu. de bonis. q. 7. Imò masculi, etiam in aliqua religione professi, fœminas excludunt, vt patet ex dictis in hac q. nu. 5. & consequenter patet, Peregrin. somniasse in Parnaso, & fuisse locutum contra veram, & receptam sententiam.

23 Secundò, (supposita prima limitatione, intellecta, vt superius dictum est) limitatur, quando testator expressè mandauit, nè monasterium succederet, si institutus religionem ingrederetur, sed bona conseruarentur in eius familia, & in hoc præcipuè fundatur decisio Præsid. de Franch. 29. nu. 7. nempè in conseruatione bonorum in familia, & hanc limitationem probant Mantic. d. tit. 7. nu. 8. Menoch. d. præsump 83 num. 2. & seqq. Peregr d. art. 28. nu. 91. Cæuall. d. q. 193. nu. 10. & seqq. Guttier. d. cap. 32. nu. 26. & hos cumulaui, quia innumeros alios citant, & duplici mouentur ratione. Pri-

24 mò, † quia vnusquisque ad libitum disponit de bonis suis ex regul. tex. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. cum quilibet de re sua sit moderator, & arbiter, vulg. tex. in

25 l. re mandata. C. mand. & secundò, † quia nemo cogitur bene facere, & bona sua alteri relinquere. c. de Iudæis. 45. dist. c. ad hæc. 24. q. 5. cum alijs cumulatis per Authores huius limitationis, quæ clara est ob rationes prædictas.

26 Tertiò limitatur, quoties testator substituisset alium filium, vt quia duos habebat filios, quos ad inuicem substituit, si aliter sine filijs decederet; tunc enim ratione affectionis, & ex coniecturata voluntate testatoris erga filios, substitutus excludit monasterium; sic probant præcitati Authores, præcipuè Menoch. loco cit. num. 38. vbi etiam enumerat contrarium tenentes, & Ias. consi. 212. vol. 2. dicit non inuenisse contrarium tenentes in hoc casu, quem refert Præs. de Frãch. d. decis. 29. sub nu. 8. re vera tamen multi tenent oppositum, quamuis hodiè hæc limitatio videatur magis recepta, quam defendunt Decian. consi. 41. num. 31. & seqq. vol. 1. plures alij, quos probat Peregrin. d. art. 28. nu. 79. Cæuall. d. q. 193, nu. 4. & seqq. Qui etiam enumerant contrarium tenentes.

27 Quartò limitatur, quando esset substituta alia causa pia; tunc enim ipsa esset præferenda, ex quo monasterium, quod grauatus fuit ingressus, non potest exercere coniecturatam voluntatem testatoris contra aliam causam piam, expressè substitutam, sic scripsit gio. in authen. nisi rogati. C. ad Trebell. & in c. in præsentia, in fin. de probation. vbi Felin. nu. 54. Dec num. 56. iddem probant, prout etiam hoc iddem affirmant Mantic. d. tit. 7. nu. 11. Menoch. d. præsump. 83. nu. 47.

28 Peregrin. d. art. 28. nu. 84. † vbi hoc ampliat habere locum, etiam si alio mediante, causa pia fuisset substituta, vt quia substitutio de primo non habuerit locum, & ad hoc probandum allegat Corne. consi. 18. in 1. dub. vol. 4. Viget enim eadem ratio, vt in pari causa conquassentur priuilegia, nè ipsa pia causa vtatur suo priuilegio aduersus aliam piam cau-

29 sam, est enim commune dictum, † vt priuilegiatus non vtatur suo priuilegio aduersus alium æqualiter priuilegiatum; nam in pari causa cõquassantur priuilegia, & causa determinatur ex dispositione iuris sine restitutione, & sine alio priuilegio. l. sed & militis. ff. de excusat. tutor. §. sed & hac præsentia authen. de sanctiss. Episcop. Cyn. Bart. & alij in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. post alios Præs. de Franch. decisio 16. nu. 3 & decis. 553. nu. 4. & vltra per eum relatos probant Petr. Rebuff. in tracta. de priuileg.

leg. scholar. priuil. 115. Octaui. Simoncel. in tract. de decret. art. 5. inspect. 5. nu. 56. Maurit. Bol. in tract. de restit. in integr. cap. 217. nu. 2. Mandos. in tract. de priuileg. ad instar. q. 10. Ioã. de Sylua in tract. de benefic. par. 3. q. 29. penes quos videri possunt ampliationes, & limitationes quoàd axioma prædictum: nam ad illationem nostram non pertinet illas exa-
30 minare, sufficit indicasse Authores.† Verùm si simul cum causa pia substituta, esset etiam aliquis priuatus substitutus, & re, & verbis, vel verbis tantùm esset coniunctus cum causa pia, gauderet priuilegio causæ piæ ad exclusionem monasterij, priuilegium enim in hoc casu iudicatur indiuisibile, & ille priuatus gaudet beneficio dictæ causæ piæ, secus tamen si essent disiuncti, vt probauit Corne. d. consi. 18. nu. 11. & seqq. vol. 4. quem probat Peregrin. d. art. 28. nu. 86. quia non
31 est nouum, † vt vnus vtatur priuilegio alterius, quando causa est indiuidua, secus si diuidua esset, vt firmauit Afflict. ex pluribus decis. 213. vbi Addentes alios cumulant Capyc. decis. 173. Ann. singul. 73. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. cas. 371. nu. 15. & alij.

32 Quintò limitatur, si in illa Ciuitate, vel loco adesset statutum, vt monasterium non succederet, nam in hoc casu præsumitur testator se conformare cum dispositione dicti statuti, vt scripsit Alciat. cõs. 14. lib. 9. Boer. d. decis. 354. num. 8. & 9. Menoch. d. præsump. 83. nu 53. quam limitationem non puto veram, quia validum non existimo prænarratum statutum, prout post alios explicaui in tracta. 2. de censur. cap. 16.

33 Sextò limitatur, si in domicilio testatoris, in quo testamẽtum fuit conditum, adesset statutum, testamenta esse intelligẽda ad literam, nam tunc succedit substitutus, excluso monasterio, vt post Bal. Iaf. Feli. Mantic. & alios ꝓbat Menoch. loco cit. nu. 48. ea ratione, quia, vt monasterium habeatur loco filij, non venit ex litera, & verbis testamenti, sed per interpretationem legis, sumptam ex interpretata mente testatoris fauore pietatis, & religionis; sed nunc statutũ videtur reijcere hanc interpretationẽ, & consequenter reijcit monasterium. Verùm, si statutum aliud non mandet, defendi potest contrariũ, ex quo illos filios censetur vocasse statutum, quos lex vocauit, & dũ oẽ statutũ in casu dubio fauorabilẽ interpretationẽ recipit à iure communi, vt sæpissimè replicatũ est, ita etiam esset in hoc casu, vt præsumatur non excludere monasterium, quod ius commune non excludebat, etiam quando testator vocauit filios legitimos, & naturales, vt dixi supra nu. 14.

34 Septimò limitatur, quotiescunque testator certum quid reliquisset hæredi instituto, si ingrederetur in aliquã religionẽ; nam in hoc casu præsumitur testator excludere monasteriũ, & admittere substitutum, & solùm succedat monasteriũ in portione relicta ingredieti ꝑ testatorem, vt post Alex. conf. 121. nu. 13. vol. 2. Castren. Bero. Curt. Iun. & alios probat Menoch. d. præsumpt. 83. num. 50. & 51.
35 Guttier. d. cap. 32. cap. 26. & seqq. † qui quidem Doctores, præcipuè Menoch. loco cit. nu. 32. hoc etiam putat habere locum, si testator per hæc verba substitutionem fecisset, Instituo Petrum mihi heredem, & si sine filijs decesserit, vel religionem ingrediatur, substituo ei Antonium; & ratio clara est, testator enim in hoc casu expressè præuidit ingressum, & in dicto casu etiam substituit, & per necessariam consequentiam monasterium exclusit, & faciunt dicta superius nu. 23. & seqq.

36 Octauo limitatur, quoties testator dixerit, si sine veris filijs decessent, & ratio est, quia monasterium nõ est verus filius, sed interpretatiuè, vt post Dec. Barbat. Bald. & alios probat Menoch. vbi supra nu. 89. Verùm hæc limitatio eodẽ modo intelligit, vt prima relata. nu. 14. & seqq. & si ex alijs coniecturis, vt ex conseruatione bonorum in familia, vel aliunde nõ appareret, testatorẽ voluisse excludere monasterium, per illam solã coniecturã non esset exclusum; monasterium enim est verus filius ex iuris dispositione, & sic in dubio præsumitur testatoris voluntas, vt potius per illam clausulã voluerit excludere filios ex illegitimo coitu natos, qui non sunt veri filij ex dispositione iuris, & successiuè omnes Doctores, qui primã limitationẽ non admittunt, quando testator dixit, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, vt adhuc monasterium succedat, vt dixi num. 14. eo magis istam limitationem non admittent, sic enim minor est dubitatio, quàm ibi, ex quo monasterium est verus filius secundum

dum iuris dispositionem, non tamen est naturalis ex corpore procreatus.

37 Nonò limitatur, quoties institutus grauatus esset à testatore purè, vel sub conditione restituere hæreditatem alicui, vt post Bal. & alios probat Menoch. vbi supra nu. 56. & 57. Sed hæc limitatio debet intelligi, si per illam restitutionem etiam filij instituti essent exclusi, vt nempe etiā si institutus haberet filios, restitueret hęreditatem, deducta legitima: nam si tunc veri filij excludentur, eò magis excluditur monasterium, sed alio modo non admitto limitationem, prout nec etiam videntur illā admittere supradicti DD.

38 Decimò limitatur, † si ingressus decederet intra annum probationis, nam Monasterium habetur loco filij, secuta professione, vt patet ex dictis q. præced. nu. 14. & post alios Mantic. d. lib. 11. tit. 7 nu. 11. Menoch. d. præsump. 83. nu. 73. & 74. Et eò magis procedere dicit nu. 87. si nō sit ingressus monasterium causa emittēdi professionē, quod est clarum, quia tunc nec ēt acquireret monasterio quouis tēpore viuat, cum nunquā fit ꝓfessus.

39 Vndecimò limitatur, quoties monasterium nollet succedere, vt post Felin. & alios Mantic. vbi supra num. 10. Menoch. loco relato nu. 72. & ratio est clara; quia inuito, & nolenti non confertur

40 beneficium. l. inuitum. ff. de reg. iur. † & hac de causa introductum est beneficiū deliberandi, vt statuatur tempus hæredibus institutis, vel ab intestato venientibus, intra quod deliberent, velint, vel ne esse hæredes. toto tit. C. de iur. delib.

41 † & Prælatus licèt in acquisitis non possit monasterio præiudicare, potest tamē in acquirendis, vt post Federic. de sen. q. 9. Anchar. Ias. Rip. Lambertin. & alios probat Præs. de Franch. decis. 14. nu. 18. quamuis plures alij teneant contrarium, quos recenset, & probat Stephan. Quaran. in compend. Bullar. in verb. alienatio. nu. 23. & 43. præcipuè in foro conscientiæ, vt post alios notauit Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 4. nu. 8. cum seqq. quam disputationem relinquo, quia non est præsentis speculationis.

42 Duodecimò limitant, † si monasteriū esset incapax bonorum, quæ limitatio est indubitata, vt patet ex dictis q. præced. nu. 1. tunc enim nec volens, nec si expressè institutum esset, posset succe-

43 dere, limitant etiam, † quoties suasionibus Abbatis, siue cuiusuis Superioris Monasterij institutus sit ingressus religionē, siue Monasterium ipsius Abbatis, ita post alios Menoch. vbi supra nu. 87. vers. declaratur nonò: Attamen hæc non est vera limitatio, sed potius pœna, in pœnam enim Abbatis, qui propter bona induxit illum ad profitendum, Sacri Canones priuauerunt Monasterium bonis dicti ingressi, vt in c. fi. 20. q. 3. Abb. & And. Sicul. in c. prætereà. de offic. deleg. quod non negat Menoch. loco cit. nec negare potest, cùm sit pœna.

44 Insuper limitant, si ex parte ingredientis adesset hæc fraus, quia declarasset, se ingredi religionem in fraudem substituti, ita Mantic. d. tit. 7. nu. 15. Menoch. d. præsump. 83. nu. 76. & seqq. vbi etiam ponit modos probandi fraudem istam, & vt alleganti incumbat onus illam probandi: Sed nec etiam limitationem istam veram censeo; nam fraus est ipsius instituti, non autem Monasterij; vnde, si monasterium ex dispositione iuris habetur loco filij, & ex præsumpta voluntate testatoris succedit, non debet priuari sine facto, & culpa sua dictis bonis; eò magis, quia in arbitrio instituti erat ingredi Religionem, & illa bona Monasterio acquirere; igitur iure suo vsus fuit ingrediendo, quamuis habuit animum fraudandi substitutum: tantò magis, quia principalis intētio ipsius præsumitur ingredi Religionem, vt Deo seruiat, quāuis habuerit animum in consequentiam priuandi substitutum prædictis bonis.

45 Tradunt aliam limitationem, si testator instituit hæredem filium in sacris cōstitutum, cui substitutionem fecit, si sine filijs decesserit, sic post Paris. consi. 22. num. 6. & 7. vol. 3. Bero. Aretin. & Boer. probauit Menoch. loco cit. num. 54. & seqq. Quam limitationem veram non puto, & potius mihi placet contraria sententia, quam defendit Bart. in l. hæredibus, §. vlt. nu. 4. ff ad Trebell. quam etiam sententiam ibidem probant Ang. & Imol. probauit etiam Barbat. in d. c. in præsentia. nu. 96. extra de probation. &

46 probatur ea ratione, † quia semper voluntas testatoris interpretatur secūdum iuris dispositionem, vt rectè probauit Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. num. 4. ff. ad Trebellia. post alios Mantic. lib. 6. tit. 6. nu. 1. adeò vt si testatoris voluntas esset contra bonos mores, nullo modo

ſeruanda eſſet. l. conditiones. la prima, & ſeconda, & l. quidam in ſuo teſtamento. ff. de condition. inſtitut. poſt alios Mantic. lib. 3. tit. 3. 16. vt alios omittam in re tam clara; ſed nunc teſtatoris voluntas alia non poteſt eſſe ſecundum legem, quando inſtituit filium conſtitutum in ſacris, niſi vt tunc legitimè decedat cum filijs, ſi in aliquam ingrediatur Religionem, vt Monaſterium nanciſcatur ſibi verus, & legitimus filius, vt ſuccedat, & quando inſtitutus filius profeſſus erat in Religione, intelligatur habere filium, ſi
47 in Religione perſeueret; † poteſt enim eſſe, vt legitimè exeat, vel quia efficiatur Epiſcopus, vt dicam infra conſi. t. Quo caſu Monaſterium non poteſt haberi loco filij, & conſequenter ſubſtitutus ſuccederet: vel ſecundò, ſi per Apoſtaſiam, & tunc nec Monaſterium haberetur lo-
48 co filij, † quia Apoſtata non eſt membrum Religionis, à qua apoſtatatur nec religioni acquirit, ſed quicquid acquirit in Apoſtaſia, Cameræ Apoſtolicæ acquirit. Yſern. in conſtit. Regn. Apoſtatantes. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſ. 546. nu. 30. vbi nu. 31. ſubdit, eſſe incapacem ſucceſſionis, faciunt dicta per Maſcard. concluſ. 113. & adeſt Conſtitutio Gregorij XIII. & eſt Bulla tertia ipſius Pontificis, & in his caſibus cenſetur vocaſſe ſubſtitutum, non autē in alio caſu, qui eſſe alius nequiret, quàm ſi dictus Religioſus, vel Clericus in ſacris cōſtitutus filiū ſacrilegū haberet ex illegitimo coitu, & ex ſacrilegio, & nō eſt præſumēdū, teſtatorem ad hunc caſum illegitimum reſpexiſſe; eſſet enim voluntas contra bonos mores, & vltra, quod non præſumitur, quando adeſſet, nullo modo ſeruanda erit, vt patet ex dictis nu. 46.

49 Nec Menochij motiuum vrget, quatenus affirmat, hic duas adeſſe conditiones, explicitam vnam, implicitam alteram; explicita, ſiue expreſſa eſt, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine filijs; & in hoc caſu reſtituet hæreditatem ſubſtituto: quæ quidem conditio honeſta eſt, nec ad delinquendum inuitat: implicita eſt, vt quatenus cum liberis deceſſerit, non reſtituat hæreditatem; & hæc conditio, licèt inuitet ad delinquendum, venit cō-
50 ſequenter, & non principaliter, † & ius noſtrum non quod conſequenter fit, attendit, ſed quod principaliter, & ex primæua intentione, iuxt. text. in l. ſi quis nec cauſam, vbi notata. ff. ſi cert. pet. ſic reſpondet Menoch. d. præſump. 83. nu. 55. & etiam paulò ante.

51 Sed parcat mihi, eſt ſolutio improbabilis, & ponderatio contra ſe ipſum, quia reſtitutio fit conſequenter, & ſub conditione, ſi filius inſtitutus ſine filijs deceſſerit; nam principalis intentio teſtatoris eſt, vt filius inſtitutus, & ipſius filij bona illa conſequātur. In conſequentiā verò, & ſub conditione eſt, vt, ſi deceſſerit ſine filijs, reſtituat hæreditatem ſubſtituto, & conſequenter principalis conditio, & explicita eſſet inhoneſta, & inuitaret ad delinquendum, & proinde reijcietur, vltra quod non eſt præſumendum teſtatorem ſentire voluiſſe de actu illicito, & de filijs ex illegitimo coitu natis, dum poteſt eius voluntas interpretari de actu licito, vt eſt ingreſſus in Religionem, & perſeuerantia in ipſa, & dum poteſt intelligi de filijs legitimis, vt eſt Monaſterium, quod multi intellexerunt non ſolùm legitimum, ſed etiam verum, & naturalem filium, vt ex dictis cernitur, ēt ſic præſumitur teſtatoris voluntas.

52 Vltimò ſolent hoc limitare, ſi ipſe inſtitutus feciſſet teſtamentum, in quo ſibi inſtituerit aliquem hæredem, ita poſt alios Mantic. d. tit. 7. nu. 14. quamuis de hac limitatione plurimum dubitet Menoch. loco cit. nu. 75. & rectè, quia Monaſterium non ex voluntate inſtituti, ſed ex diſpoſitione Iuris, & ex interpretata voluntate teſtatoris habetur loco filij, & conſequenter non poteſt inſtitutus priuare Monaſterium bonis prædictis, quæ illi competunt tam ex diſpoſitione iuris, quàm etiam ex voluntate teſtatoris. Et quatenus dicunt, eſſe limitandam regu-
53 lam, † ſi teſtator ſibi ipſi ſubſtituiſſet, ſi ſine filijs deceſſerit, ſubſtituit ei alterum, & poſtea ingrederetur religionem, ſubſtitutus ſuccederet, excluſo monaſterio, vt probauit Abb. in c. in præſentia. num. 46. vbi Dec. num. 56. de probation. Menoch. vbi ſupra num. 86. Nihilominus, ſi Monaſterium in totum non excluderet ſubſtitutum, ſaltem in partem excluderet, vt patet ex dictis nu. 3.

Quoniam ſuperius nu. 4. & 5. contigit fieri mentio de ſucceſſione Eccleſiaſticorum, idcircò aduertendum eſt, me par. 2. in titu. de perſon. q. 7. num. 13. dixiſſe,
54 † in bonis Eccleſiaſticorum, ab inteſtato morientium, indubitatum eſſe habere

locum

locum dispositionem istarum consuetudinum. Dixi esse indubitatum; quia nemo, quem viderim, contrarium tenet in his consuetudinibus, & Neapod. hoc docet expressè, & secundum eius opinionem iudicatum fuit, de qua determinatione decisionem fecit Regens Reuerterius, qui solùm Neapodani doctrinam allegat: quã sententiam defendunt etiã Consiliar. de Bottis, & Reg. de Ponte, vt d. nu. 13. relatum est. Dico esse indubitatum, quoniam sufficeret Neapod. doctrina; quæ, vt pluries notaui, pro lege seruatur in hac Ciuitate, & ita videtur cõmunis obseruantia, dum in facti contingen-
55 tia ita iudicatum fuit, & clarum est, † obseruantiam loci consuetudines, & statuta interpretari, vt probauit Bald. in c. 1. de feud. sin. culp. non amitten. Dec. cons. 131. & post alios Surd. decis. 129. nu. 19. & successiuè, dum hæc est interpretatio Doctorum, & obseruantia in hac quæstione, non debet de boc amplius dubi-
56 tari; vulgatum est enim axioma, † mutãdum non esse, quod certam habuit interpretationem.
57 Nec obstat, quòd Consiliar. de Rubeis in suis addition fol. 2. à ter. in Apostill. incip. In eadem consuetud. vers. contrariũ videatur dubitare de Neapod. sententia. & in contrarium citat Imolã in c. quod clericis. col. 3. de for. compet. & Decium in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 53. alias, nu. 218. de constitution. qui docent, bona ecclesiasticorum, ab intestato morien tium, non esse subiecta loci consuetudinibus, & statutis, ea ratione; quoniam,
58 † dum statutum, siue consuetudines faciunt hæredes decedenti ab intestato, non possunt facere hæredem illi, in quẽ iurisdictionem non habent, & præcipuè ne illum hæredem facerent; quem ipsi Ecclesiastici nollent: quam etiam sen tentiam tuentur Natt. in repet. tex. in c. quamuis. nu. 318. de pact. in 6. Alexan. & alij plures, quos nouissimè probat Surd. decis. 20. tota. Vbi sic refert decisum in illo Senatu Mantuano, & probat etiam decis. 160. nu. 9.
59 Verùm ratio ipsorum nihil vrget. Primò, quia illa bona non sunt amplius ecclesiasticorum, sed sunt laicorum, qui ad successionem vocantur, vt d. q. 7. probatum est, & proinde optimo iure possunt consuetudines vocare laicos ad illa bo-
60 na, cum certa qualitate. † Nam persona-le priuilegium est Ecclesiasticorum, vt possint ad libitum disponere de bonis suis, & vt bona ipsorum sint exempta, nec subijciantur statuto, vel consuetudinibus loci; sed hoc priuilegium habent illa bona, donec permanent penes Ecclesiasticos, sed dum transeunt ad laicos, subijciuntur omnibus oneribus, & gabellis, prout cæteri laici de bonis suis soluunt; vt suppono ex materia de gabel-
61 lis; est enim vulgare dictum, † mutatione personę mutari conditionem rei iuxta tex. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poss.
62 Secundò quoniam † omnis decedens ab intestato præsumitur ad successionẽ bonorum suorum eos vocare collaterales, quos ius commune vocat, vt sæpissi-
63 mè replicatum est; † & hoc etiam in Ecclesiasticis procedit, vt ex pluribus probauit Nicol. de Vbald. in tracta. de success. ab intest. in tit. de success. regular. num. 8. & seqq. vt habetur tom. 8. tract. par. 1. fol. mihi 353. Ant. de Rosell. in tract. de success. ab intest. in prin. nu. 199. d. par. 1. fol. 368. & plures alij, quos citat Syluest. Aldobrand. in addit. ad Dec. in d. c. Ecclesia S. Mariæ sub nu. 218. Bursat.
64 & alij, quos citat Surd. d. decis. 20. † Sed ius commune Ciuitatis sunt istæ consuetudines, vt sæpissimè notatum est, & de omni statuto probant Bal. Ant. de Butr. Castr. & alij, quos probat Brunor. à Sol. in suo compend. proposit. iur. in verb.
65 statuta habentur, vt iura communia, † & successiuè censentur Ecclesiastici, eos collaterales ad successionem vocare, quas consuetudines vocant: tãtò magis, dum consuetudines istæ sunt rationabiles, & conseruationem bonorum in familia introducant.
66 Additur etiam alia ratio, quia inter succedentes debet seruari æqualitas, vt sæpissimè replicatum est, sed istæ consuetudines habent locum passiuè in beneficium Ecclesiasticorum, quia ipsi succedunt ab intestato simul cum laicis, vt d. quæst. 7. probatum est. Igitur dum ipsi Ecclesiastici ab intestato moriuntur, debent consuetudines seruari in eorum bonis, vt æqualitas seruetur, imò hæc præsumitur esse Ecclesiasticorum vo-
67 luntas, † cùm sint cultores iustitiæ, nempè, vt quemadmodum consuetudines locum habent in eorum beneficium, ita locum habere velint in beneficium aliorum, dum ipsi Ecclesiastici ab intestato

moriuntur, & cõfequenter ipfi laici funt hæredes ecclefiafticorũ fecundùm illorum voluntatem,nõ autem contra,& fic nullo modo viget ratio ex aduerfo ponderata, & fucceffiuè benè dixi effe hoc indubitatum in materia iftarum confuetudinum, dum etiã procedet in alijs ftatutis,quæ tam certam interpretationem non habuerunt. Et ex his expedita remaneat hæc quarta pars de fucceffione ab inteftato;nam quæftiones aliæ,quæ examinari poffent,ex hucufque difcuffis determinari poffunt. Reliquum eft,vt iuxta promiffa in operis diuifione,renunciationum materiam profequamur.

DE RENVNCIATIONE.

SVMMARIVM.



Cceptatio renunciationis, & donationis factæ abfenti,facit renũciationem tranfire in pactum. nu.69. Non fufficit, vt fiat per notarium ftipulantem, & acceptantem nomine abfentis, fed fieri debet ab eodem principali. nu. 70.

Appellans tenetur probare, fe appellaffe intra legitima tempora, & ratione probatur. nu.50.

Compenfatio dicitur fieri iudicis officio, & ideò non poffunt partes illi renunciare. nu.17.

Donare eft, qui de proprio donat. nu.15. Nec procurator bona Domini,nec Prælatus bona Ecclefiæ donare poteft. nu. 16. Donare eft perdere,& proinde in dubio non præfumitur.nu.42.

Donatio facta abfenti,poteft per donantẽ reuocari ante acceptationem factam per donatarium, quamuis notarius illã acceptaffet nomine abfentis. nu.70. An poffit acceptari per donatarium poft mortem donantis. nu.71.

Filia vt per has confuetudines,& fimilia ftatuta excludatur propter mafculos, requiritur mafculorum fuperexiftentia, & vt velint, & poffint fuccedere. nu.32.

Hæreditatem poteft aliquis fola voluntate acquirere,& fola etiam voluntate repudiare fub nu.48.

Inftantia perempta in regno Neapolis, infufflatur caufæ fpiritus vitæ, qualiter autem fiat,& à quibus fieri valeat, explicatur fub nu.53.

Ius congrui poteft renunciari in alterius præiudicium.nu.19.

Metus, & dolus præfumitur interueniffe in renunciatione continente enormiffimam læfionem.num.23. In dubio nõ præfumitur,& ab eo probari debet, qui metum ipfum allegat. nu.25.

Minor poteft renunciare beneficium reftitutionis in integrum,etiam in alterius præiudicium.nu.18. Vt validè renunciet, curatoris authoritas, vel iudicis decretum eft neceffarium. nu.62.

Mulier, non habens filios, poteft omnia bona fua dare in dotem viro, fi tamen effet minor,poffet bona mobilia, immobilia verò non poffet fine decreto iudicis in dotem dare.nu.65.

Obtinens in fui beneficium ceffionem, vel renunciationem, continentem enormiffimam læfionem, nulla cautela poteft effe fecurus. nu.24.

Omnis definitio dicitur in iure periculofa, & penes Legiftas vix dantur rigorofæ definitiones,fed potius defcriptiones dicuntur. nu.3.

Omnis difputatio debet à definitione proficifci,vt fciatur fubiectum,de quo difputatur.nu.1.

Pater, adhibens filium ad ftipulandum, & recipiendum renunciationem factã à filia, recepta dote, præfumitur illum adhibuiffe ad acquirendam renunciationem, etiam in omnium filiorum beneficium. nu.27. Alienans feudum in fecundogenitum, fciente primogenito, & infra annum non contradicente, validè alienare dicitur.nu.57.

Procurator nõ admittitur ad renunciandum fine fpeciali mandato.fub nu.19.

Refutatio cõplectitur bona burgẽfatica, &

pleatur. nu. 59. De aliqua lite facta, vt lis concordia terminaretur, non nocet, si concordia non sequatur. nu. 60. Si non acceptetur, non nocet renuncianti: & potest ab eo reuocari. n. 67. & 73.

Scientia sola iuris competentis alicui, iuncto lapsu temporis, inducit renunciationem illius iuris. nu. 57.

Vita militia an debeatur secundogenitis, quando feuda refutantur per patrem primogenito, contemplatione matrimonij cum clausula ex nunc, pro tunc, & è contra, secuta morte refutantis patris. nu. 7.

Voluntas donantis, & donatarij debent esse vnita, vt possit donatarius acceptare donationem. nu. 72. Sola sufficit ad adeundam, & repudiandam hæreditatem. nu. 48.

QVÆSTIO I.

1 CVm omnis disputatio à definitione proficisci debeat, vt sciat illud, de quo disputatur, vt scripsit Cic. lib. 1. offic. idcircò, cùm tractanda sit renunciationum materia, ab eius definitione exordium ducendum esse, non incongruum existimaui. Igitur.

2 Quæro Primò quid sit renunciatio? Respõdetur. Renunciatio est rei, vel iuris proprij spõtanea facta refutatio à persona idonea in alterius beneficiũ; sic colligitur ex traditis per Host. in eius summa in tit. de renunciatione, nu. 1. & seqq. Quæ quidem definitio, siue descriptio,

3 † [Clarũ est enim definitiones, secundùm Legistas, esse potius descriptiones, quàm rigorosas definitiones, & ideò dicit Iureconsult. in l. omnis definitio. ff. de reg. iu. omnem definitionẽ in iure periculosam esse, & multoties quot sunt Authores, tot tradunt definitiones alicui rei] optima esse videtur, constat enim ex genere, & differentijs, iuxta tradita in l. 1. ff. de

4 testam. vbi inter alios Bart. † Refutatio igitur stat loco generis, quia in plus se habet, quàm renũciatio, quæ in sua propria significatione bona burgensatica tantum complectitur, sed refutatio tam burgensatica, quàm etiam feudalia cõplectitur,

5 † & quando respicit bona feudalia, dicitur successionis præuentio, siue anticipatio, & vt valeat, fieri debet per aliquem titulum, nomen, siue speciem cõtractus, & in proximum successurum, & cũ causa, aliter enim non valeret, vt post Andr. probat Præs. de Franch. decis. 3. num. 9. Frecc. lib. 2. subfeud. q. 17. nu. 16. & lib. 3. in tit. de different. inter feuda ex pacto, & feuda hæreditaria, differ. 25. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de refutat. feud. in princ. num. 1. & seqq. vbi luculentissimè pariter materiã refutatio-

6 nis examinat. † Inter alias tamen conditiones hæc requirit, vt fiat refutatio simpliciter, nulla conditione adiecta, vt post And. in c. 1. §. & si libellus, col. 3. de alien. feud. pater. & alios scripsit Cõs. de Anna cons. 39. vol. 1. & cons. 131. vol. 2. ad quẽ me remitto, & etiam ad March. de Pont. loco cit. ne in alienam messem falcem immittere videar.

7 Illud solùm notandum est, ꝙ frequenter euenire solet in hac Ciuitate, quòd, si feuda contemplatione matrimonij refutarẽtur à patre filio cũ clausula ex nunc, pro tunc, & è cõtra, secuta morte ipsius, non deberetur vita militia secundogenito, nisi post mortem patris, vt fundauit Anna in alleg. 23. quamuis contrariũ decisum fuit in illa causa, pro qua consuluit Anna; & an eius opinio sit vera, dictum est supra suo loco. Benè tamen verum est, quia sæpius altercabatur inter Do-

8 ctores, † an ex tali refutatione feudum efficeretur nouum, & mutasset primæuã naturam, fuit necessaria supplicatio porrecta inuictissimo Regi nostro Philippo Secundo, vt dignaretur declarare, per talem refutationem feudi naturam non esse mutatam, & consequenter omnes illi, qui succedebant ad feuda ante refutationem, etiam postea succederent, refutatione non obstante, & Rex ille pijssimus annuit supplicationibus, dummodo duæ clausulæ in assensu talis refuta-

9 tionis adijcerentur. Prima est, † vt, mortuo donatore, siue refutante, debeatur releuium Regiæ Curiæ, ac si tunc donatarius successisset (quamuis re vera solã possessionem rei donatæ tunc adipiscatur, cum dominium consecutus fuerit à die donationis, vt dixi supra par. 3. q. 5.)

10 Secunda est, † quòd si feudum ob culpam donatoris ad Regiam Curiam reuerteretur, talis assensus, in refutatione præstitus, pro non præstito haberetur, vt habetur in dicta gratia registrata per Con-

Consiliarium Rouitum pragmatica 15. sub tit. de feud. qui quidem Rouitus ibid. pragmatic. 8. subdit, has clausulas hodie esse effectas de stylo Regiæ Cancellariæ, de qua materia latissimè tractat Reg. de Pont loco cit. §. 4. per tot.

11 Deberet etiam refutatio in quinternionibus Regiæ Cameræ infra 15. dies registrari, alias refutatio non teneret, vt habetur in pragmat. 21. sub titu. de feud. & ob hanc causam audiui à Præside Camillo de Curte feudista primario, dum legebat tex. in d. §. & si libellus, per Regiam Cameram plures refutationes fuisse annullatas ob defectum, inquam, dictæ registrationis: & vt ad nostra reuertar, relinquens feudalia feudistis, credo satis apparere, refutationem loco generis se habere dum & burgensatica, & feudalia

12 complectitur. Et quamuis refutatio ipsa non posset fieri de omni feudo, nam feudum ligium refutari nequit, vt est singulare dictum Baldi in c. cæterum. col. 8. de iudic. post ipsum Martin. Laudens. & Curt. Iun. Iacobutius de Franch. in præilud. feudor. num. 145. non tamen definit esse genus; nam alia feuda comprehendit simul cum burgensaticis.

13 Dicitur rei, vel iuris proprij, quia alienis rebus, quæ in sua facultate, & potestate non sunt, nemo renunciare potest, tùm quia renunciatio est quædam donatio, vt rectè probauit Bald. in l. pactum quod dotali. nu. 6. C. de collatio. post eũ, Castren. & alios, Surd. consi. 431. nu. 18. vol. 3. & vltra cumulatos per ipsum Menoch. in tract. de præsumptio. lib. 3. præsumpt. 45. nu. 13. lib. 6. præsump. 41. nu. 2. & cons. 371. nu. 17. vol. 4. vt alios omit-

14 tam; hoc enim est vulgatum, † adeò vt renuncians hæreditatem in beneficium alterius, vt renunciatio præsumatur valida, præsumitur renuncianti delata hæreditas, & vt delata etiam adita, & consequenter acquisitum ius in personà renunciantis, & ab ipso renunciante translatum in eum, cui facta fuit renunciatio, vt in l. fuit. ff. de acquir. hæred. Socin. cõs. 183. col. 2. vol. 2. Corne. Paris. Crau. Beci. & alij, quos probat Surd. decis. 14. nu. 2.

15 & seqq. † & successiuè cùm donare sit in eo, q. de proprio donat, & qui nò habet, donare non potest. l. filiusfam. ff. de donat. cum alijs cumulatis ab eod. Surd. decis. 288. nu. 53. Et ex hoc fit, vt procu-

16 rator non possit bona Domini donare, nec Prælatus cùm non sit Dominus, sed procurator bonorum Ecclesiæ, non potest bona Ecclesiæ donare, & si donauerit, non valeret donatio. cap. 2. de donat. cum vulg. alijs, & consequenter cernitur, nullo modo valere renunciationẽ de rebus alienis, vel earum rerum, quarũ non habet donas liberam administrationem, vel ab eius arbitrio non depẽdunt.

17 Hinc est, non posse aliquem renunciare his, quæ ex iudicis officio dependunt, vt post Hostiens. in summ. in tit. de offic. Iudic. §. verum desideret. Afflict. decis. 121. num. 6. vbi sic refert decisum, videlicet, posse fieri compensationem per Iudicis officium, quamuis fuisset huic beneficio renunciatum, quia ipsa compensatio nõ fit ex facto partium, sed Iudicis officio, & potest etiam opponi in causa appellationis. l. 1. in fi. ff. quæ senten. sin. appell. rescin. cum alijs cumulatis per Vrsill. d. decisio. 121. num. 6. vbi sic pluries refert decisum.

18 Debet insuper res renunciata ad solum renunciantem pertinere, si enim etiam alterius beneficium respiceret, nõ valeret renunciatio, quia esset in præiudicium tertij, nisi tamen de iure speciali res illa ad ipsum renunciantem pertineret, vt est restitutio in integrum, competens minori, iuxta tex. in l. si Iudex. ff. de minorib. cum alijs cumulatis per Tiraq. in tract. de retract. consanguin. glo. fi. nu. 24. & seqq. vbi fusissimè materiam istam examinat, de qua materia latissimè tractat Afflict. decis. 89. vbi etiam Vrsill. nu. 2. & seqq. qui meminit de Tiraquel. loco cit. de quo etiam meminit decisio. 378.

19 nu. 7. & 8. † Vbi etiam loquuntur de iure congrui, si valeat renunciatio in præiudicium alterius, & dicunt valere, quia iure speciali competit, sic & procurator non potest renunciare nomine alterius, si expresse non habet mandatum ad renunciandum: sic scripserunt Rolan. cons. 10. num. 18. lib. 1. & Puteus, quos probat Farin. decis. 57. nu. 6.

20 Dicitur spontaneà; quoniam renunciatio debet esse libera; si enim coactè facta esset, non valeret, & ipsa non obstante, posset renuncians rem renunciatam petere. c. Abbas, de eo, qđ metus caus. c. super hoc. de renuncia. & notant omnes in c. 1. de pact. in 6. quia deficit voluntas donandi in eo, qui coactè renunciare

21 compellitur. Hinc est, † vt si aliquis de-

tine-

tineretur in domo aliena, & inductus es-
set ad renunciandum beneficium, vel al-
teram rem, renunciatio diceretur meti-
culosa,& per vim, non autem ex mera,
& libera voluntate facta, vt ex pluribus
probat Flamin.Paris.lib. 13. de resignat.
22 benefic.q.1.nu.126.† sic etiam,si aliquis
inductus esset ad renunciandum ob car-
cerem fratris,vel ob aliquod aliud immi-
nens periculum,renunciatio esset nulla,
quia præsumitur facta metu, non autem
spontaneè, vt post Roman.Felin.Nauar.
& alios probat Paris.d.q.1.num.158. vbi
sic etiam decisum refert in Rota Roma.
23 Qui quidem metus etiam præsumeretur,
imò dolus re ipsa esset, quoties renun-
cians esset enormiter læsus per renun-
ciationē.vt ex tex.in l.omnes.§. Lucius.
ff.quæ in frau.cred.post Albericum, Bal.
& alios plures. Præs.de Franch. decisio.
247. vbi sub nu.4.in fin. sic pluries refert
decisum tam in Sacro, quàm etiam in
24 Collaterali Consilio,† & subdit num.5.
ex tex.in l.creditor §.Lucius.ff.mand.ex
Simoncel.Cassiodor.& alijs difficile esse
inuenire modum, quo hic, qui cessionē,
& renunciationem obtinuit, possit in
hoc casu esse securus,quia enormissima
læsio non potest quacunque verborum
generalitate remitti, & nec iuramētum,
nec aliæ clausulæ possunt illam sustine-
re,& ita pluries refert decisum, non ob-
stantibus iuramento, & clausulis prædi-
25 ctis.† Verum in dubio nec metus, nec
læsio, nec dolus præsumitur, & conse-
quenter qui metu, vel dolo dicit esse fa-
ctam renunciationem,debet hoc proba-
re,vt ex doctrina Baldi,Aret. & aliorum
in l.interpositas.C.de trāsact.Mascar. &
aliorū probat Paris.d.q.1.nu.74. vt alios
omittam,est enim vulgatum axioma,do-
lum,& metum non præsumi,& alleganti
incumbere onus probandi.
26 Dicitur in beneficium alterius facta,
renūciatio enim illi tantùm prodest, cui
facta est,& alteri prodesse nequit.l.iube-
mus.C. ad Velleia. cum vulg. alijs, est
enim hoc admodum vulgatum, renun-
ciationem non extendi vltra personam,
in cuius beneficium fuit facta, vt ex plu-
ribus probauit Paris.cons. 12.nu.90. vol.
1. Ruin. Bertran. Beci. & alij, quos pro-
bat Surd. decis. 163.nu. 10. & etiam in
consi. 179. nu.20. consi.124.nu.9. vol.2.
& consi.446.nu.13.vol.3. cum alijs infra
cumulandis.

Hoc tamen intelligitur regulariter,
sed si ex aliqua coniectura posset appa-
rere contrarium, extenderetur ad aliam
27 personam,vt v.g. † soror, accepta dote,
renunciauit vni fratri præsenti, & acce-
ptanti, & in ipsa renunciatione pater es-
set præsens, & filiam dotasset de bonis
suis,renunciatio illa etiam alijs fratribus
absentibus prodesset,vt scripsit Bal. in l.
pactum.q.8.nu.6. C. de collation. Boer.
decis.184.nu.3.post ipsos,Cyn.Io.Andr.
& Roderic.Suarez,probat Ioā.Guttier.
in c.quamuis.in princ.nu.7.de pact.in 6.
& hoc ea ratione.quia in hoc casu non
præsumitur renunciatio personalis quò
ad illum fratrem tantùm, sed fauore om-
nium fratrum præsumitur facta,& rece-
pta,pater enim nomine,& pro parte om-
nium fratrum præsumitur adhibuisse illū
filium ad stipulandum, & consequenter
omnibus prodest renunciatio, si tamen
ex eius verbis non appareret,fuisse emis-
sam in beneficium illius fratris tantum,
vt notant præcitati DD. tunc enim vi-
get ratio nu.præced.notata, quod etiam
firmant Castrens.consi.7.vol.2. Roman.
consi.472.in princ.& post alios iddem
Surd.consi.133.num. 11. vol. 1. & consi.
332.nu.9.vol.3.
28 Plus dicunt DD. tunc nocere renun-
ciationē, si ille, in cuius beneficium fuit
facta renunciatio, superuixerit renun-
cianti,& succedere vellet,nam eorum
altero deficiente,deficit etiam renuncia-
tio, vt in exemplo relato nu.præceden-
ti: si enim masculi, quorum contempla-
tione, & causa renunciauit soror, rece-
pta dote, præmorirentur sorori, vel nol-
lent succedere, renunciatio sorori non
noceret,& ea non obstante, succedere
posset, sic scripsit Baldus in dict. l. pa-
ctum. num.3. vbi Dec.num.9.C. de col-
lation. & post ipsos Imol. Roman. Ca-
strens.Alex.Crot.Couarru.Roland.Me-
noch.& alios Surd.decis.252.nu.4. & d.
consi.446.nu.20.vol.3.& vltra per ipsum
cumulatos Vrsill.in addit. ad Afflict. de-
cis.161.nu.5. Vinc. de Franch. decis. 32.
nu. 16.& faciunt dicta infra q.2. & q.17.
29 Ratio autem illa traditur † nam renun-
ciatio præsumitur facta, si hæreditas re-
nunciata deferatur renuncianti, vt
post alios probat idem de Franch. decis.
67.nu.3.Sed cum fratres præmoriuntur,
viuente patre, & viuente renunciante,
non est delata hæreditas ipsi renunciāti.
In

30 In secundo casu est alia ratio; † nam eatenus viget renunciatio, quatenus ille, in cuius beneficium fuit facta, vult illa vti, & sic succedere: sed quando succedere nolit, cessat causa renunciationis, & cessat etiam ipsa renunciatio, vt notant omnes præcitati DD. qui pro regula tradũt,
31 † renunciationem intelligi, re in eodẽ statu permanente, hoc est, si ille, in beneficium cuius fit renunciatio, poterit consequi iura renunciata, ad tex. in l. quod seruus. ff. de condit. ob caus. Dec. Bero. Tiraquell. Bursat. & alij, quos probat
32 Surd d. consi. 446. nu. 19. & 20. † Vbi nu. 21. post Bart. Tiraquell. & alios pro regula tradit, vt filia excludatur à successione propter masculos vigore statuti, duo requiri. Primò vt masculi superstint, & secundò, vt sint capaces successionis, ne scilicet per repudiationem, vel alio modo desinerent esse in medio, quod etiam probauit in tract. de aliment. tit. 2. q. 15. nu. 91. & 92.

33 Insuper renunciatio nec extenditur de causa ad causam; sed solùm habet locũ in causa expressa, vt post Authores relatos nu. 28. & alios plures, probat Surd. d. consi. 446. nu. 22. & 431. nu. 13. & 14. & vltra cumulatos per ipsum idem probat Menoch. consi. 1. num. 217. & consi. 328. nu. 19. vol. 4. Morot. consi. 22. num. 14. & 15. Paris. de resignat. beneficior. lib. 1. q. 3. n. 44. Præs. de Frãch. decis. 181.
34 præcipuè n. 4. † Vbi ex doctrina Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. q. 6. ff. de verb. oblig. Alex. Aret. & Croti ibid. affirmat, renunciationem, etiam generalem, iuribus de futuro factam, non comprehendere causam post instrumenta ortam, quia nunquam extenditur de causa ad
35 causam; & hinc est, † quòd, si filia renunciasset in beneficium patris in amplissima forma, & pater post renunciationem transijsset ad secundas nuptias, tunc filia, non obstante renunciatione, succedit in bonis, quæ pater habebat ex primo matrimonio, qa ex noua causa bona illa pertinent ad filium, nẽpe ob pœnã trãsitus patris ad secunda vota, & renunciatio solùm præsumitur ex causa, existente tempore renunciationis, scilicet iure sanguinis, vel iure successionis, vt scripserunt Oldra. Dec. & alij, quos probat Couarru. in d. c. quamuis. par. 2. §. 3. num. 1. de pact. in 6. quem probat Azor. par. 2. moral. lib. 2. cap. 29. q. 8. Molin. in tracta. de maiorat. disput. 579. num. 21
36 & 23. † vbi ex communi hoc etiam probat euenire, etiam si filia renunciasset nõ succedere ex testamento, adhuc enim succederet, & hoc ea ratione, quia est ius illi acquisitum ex noua causa, ad quam renunciatio non extenditur, & faciunt etiam ad hoc propositum, quæ cumulat Surd. consi. 15. nu. 28. consi. 13. num. 33.
37 vol. 1. & consi. 308. nu. 30. vol. 3. † Hinc etiam determinauit Sacr. Consilium teste Afflicto decis. 350. in prin. vt si filia renunciasset non succedere, nec ab intestato, nec etiam ex testamẽto, illa renunciatio non extenderetur ad successionẽ per contractum, vt per donationem, vel per alium contractum, præcipuè ex regula tex. in c. cum inter. de renunciat. cũ alijs cumulatis per eum, vbi etiam Vrsill. nu. 1. citat ad hoc propositum Roman. Alex. Deci. Cassan. Tiraquell. & alios, quos omitto, nam resolutio patet ex dictis, quia est successio ex noua causa, ad quam nunquam in dubio extenditur renunciatio.

38 Confirmantur prædicta ex alia ratione, siquidem renunciatio semper interpretanda est, vt minus noceat renuncianti, & potius eius verba interpretari debent contra eum, qui in ipsius renunciationis verbis se fundat, vt post Dec. Grat. Bursat. Gabr. & alios probat Surd. in sæpius citato consi. 446. nu. 23. sic etiam dicitur, vt renunciatio restringatur ad expressa tantùm, & ad alia trahi nequeat, vt probauit Alex. consi. 115. vol. 5. Dec. Natt. Crauett. Purpur. Cephal. Bursat. Bec. Rimin. & alij, quos probat idem
39 Surd. consi. 431. nu. 15. vol. 3. † & etiam quia renunciatio est stricti iuris, & in ea facienda est strictissima interpretatio. Dec. consi. 352. num. 7. Decian. consi. 45. num. 11. vol. 2. Tiraq. & alij, quos probat Surd. loco cit. nu. 20. Sic etiam consi. 133. num. 28. vol. 1. & vltra cumulatos per ipsum Menoch. consi. 281. nu. 8. & 9. vol. 3. Peregrin. in tracta. de fideicom. artic. 52. num. 25.

40 Hinc est etiam, vt simplex renunciatio solùm tollat iura de præsenti, non autem debita in diem, vel sub conditione, quoniam renunciatio est abdicatiua iuris, quod quis habet, dum renunciat, & ideo ad ius futurum non extenditur. l. is potest. ff. de acquir. hæred. probat etiam ex pluribus Paris. lib. 1. de resignat. beneficior.

ficior.q.18.num.24. cum alijs cumulatis fupra nu. 34. quod latiffimè probat Peregrin.d.art.52.nu.10.& 31.qui etiam nu.11.ex communi fententia hoc limitat, quando renunciatio tranfiret in pactum,hoc enim etiam ad futurum extenditur,prout dicam infra q.6.& 17. In renunciatione tamen hoc locum non ha-
41 bet, † imò fi aliquis nõ renunciauit fuccedere in futurum, non intelligitur renunciaffe ex omni caufa,fed folùm ab inteftato,in qua interuenit factum fuum, fed non præfumitur renunciaffe ex teftamento.nam poffet ex teftamento fuccedere,vt poft Bald.Salyc.Imol. & alios probat Afflict.d.decif.350.n. 8. cum alijs cumulatis fupra par.4.q.25.

42 Ex dictis plura inferunt Scribentes,& primò,vt renunciatio in dubio non præfumatur,& ratio eft, quia renunciare eft quædam donatio, vt fuperius dictum eft, & donatio eft bonorum dilapidatio, quæ in dubio non præfumitur,ex regul. tex.in l.cùm de indebito. ff.de probatio. adeò &, cùm nemo præfumatur iactare fuum, potius capienda fit aliqua coniectura,vt præfumatur error potius,quàm donandi voluntas,vt probauit Dec.cõfi. 177. num.1.Crau. confi. 77. & poft alios Surd.d.confi.431.nu. 19. & 21. & vltra per ipfum cumulatos hoc iddem probat Mafcard.in tracta.de probatio.conclus. 1272.Menoch.confi.256.num.27.plures alios cumulat, & etiam probat Flamin. in tracta.de refignat. beneficior. lib. 1.q. 18.nu.29.lib.8.quæft.9. num.7. & lib.9. q.20. nu.3.

43 Hinc etiam dicunt Scribentes, quòd fi alicui competat ius ex duabus caufis, & vni ex illis exprefsè renunciaffet, in dubio non præfumitur alteri caufæ renunciare,vt probauit Bart.in l.is poteft. §.hæres inftitutus. ff. de acquirẽ.hæred.
44 Dec.confi.467.nu.3.Sic etiam,fi aliquis haberet plures exceptiones, fi vnam repudiaffet,alteram repudiare non præfumatur ex tex.in c.nullus pluribus.de regu.iur.in 6.vbi Dyn.& alij, quos probat Mafcar.loco cit.n.5.cum feqq.Menoch. in tract.de præfump.lib.3.præfump. 13.
45 num.7. Et iddem effet fi haberet aliquis plura priuilegia, renuncians vni, non præfumeretur alteri renũciare: eft enim eadem ratio de omnibus, vt nunquam renunciatio extendatur de cafu ad cafum, & femper interpretetur, vt minus noceat renuncianti, vt poft alios probat Parif.d.lib.1.q.18. num.23. & lib. 8.q.1.
46 nu.14. Eatenus hoc eft verum,quod etiã fi effet renunciatio generalis, & quis renunciaffet omnibus iuribus fuis,& haberet aliquod ius particulare ex conuentione, & pacto particulari, nempe lucrũ dotis ex præcedenti pacto, & conuentione fibi delatum, in dubio non præfumitur renunciaffe lucro prædicto, tum ex rationibus prædictis, tum etiam nè præfumeretur mutaffe voluntatem, vt ex pluribus probauit Menoch. de præfump.lib.6.præfump.37.nu. 20. & confi. 317.nu.30.vol.4.

47 Inferunt fecundò, vt ex facto ambiguo nunquam præfumatur introducta renunciatio, & factum dicitur ambiguũ, quando poteft effe cum renunciatione, & fine,vt probat tex. in c. fuper hoc, extra de renunciat.poft Bald.Alex.Dec.& alios. Morot.confil.6.nu.27. Et patet ex prædictis, & etiam quia nunquam renunciatio præfumitur, quando poteft capi aliqua coniectura,vt etiam dicetur infra quæft. 19.

48 Inferunt tertiò renũciationẽ tã ex verbis,quàm ex factis poffe induci: ficut.n. fola voluntate poteft aliquis hæreditatẽ repudiare, vt in l.is poteft. ff.de acq.hæred.vbi poft alios Marãt. nu.91. & feqq. plures alios cumulat, & probat Mantic. lib.12.de coniect. vltim. volunt.titu.14. probat etiam Mafcard.vbi fupra num. 8. & feqq. Et ideò folo verbo poteft aliquis iuribus fuis renunciare, dummodo verba fint talia, quæ renunciationem importent.

Factis introducitur renunciatio, quotiefcunque aliquis facit actum contrariũ iuri,quod fibi competit, & ex hoc dedu-
49 cunt noftrates, † quòd fi aliquis in tempore præfixo, non facit quod facere debeat, iuri fuo renunciaffe præfumitur, fic probat tex.in l.fi ego.ff.de nego.geft. vbi Angel.& alij,quos probat Surd. cõf. 52.nu.25.confi.358.nu.10.confi.489.nu. 30.decif.106.nu.16. & feq. & decif. 203. nu. 3. nam tempus dicitur habere vim renunciationis,vt notauit Bald.in l.fi ea.
50 C.qui accufa. non poff. † Et hac de caufa appellans, tenetur probare infra legitima tempora appellaffe, ne per lapfum temporis appellationi renunciaffe præfumatur,vt in cap.Romana.§.fi verò.ext. de appellat.Alex.confi.87.vol.7. Rolan.

Ce-

Cephal. Tiraq. & alij, quos probat Surd. consi. 358. nu. 10. vol. 3. Verùm, † vt ex
51 facto præsumatur introducta renunciatio, illud factum debet esse necessariò tale, vt non possit aliter interpretari: nam si aliter interpretari posset, non præsumeretur renunciatio, sicut nec etiam introduceretur, si factum illud, inducens renunciationem, non esset à parte contraria acceptatum, sed potius impugnatum, vt probauit Anchar. cons. 106. Dec. cons. 460. nu. 7. & in c. gratum. in 3. limit. de offic. deleg. & plures alij, quos probat Morot. consi. 3. nu. 23. & consi. 40. nu. 12.

52 Deducunt secundò, quòd, si aliquis fuisset negligens ad prosequẽdam litem, præsumitur iuri suo renunciare, debet tamen longum tempus esse elapsum, & ita pluries iudicatum refert in Rot. Roman. Paris. lib. 2. de resignat. beneficior. q. 3. nu. 22. & 23. & dicit hoc aliquando euenisse per lapsum temporis triginta-septem, aliquando 29. aliquando 22. &
53 aliquando 18. annorum. † In Regno tamẽ perimitur instantia, & arbitrio Sacri Consilij relinquitur, an ex cursu temporis præsumatur renunciatum esse liti, regulariter tamen non præsumitur, sed potius ob peremptionem instantię insufflatur spiritus vitæ, vt dicitur in Regno, hoc est, vt non obstante peremptione instantiæ, possit actor litem prosequi: debet tamen haberi ratio expensarum, & ita fiunt decretationes per circunspectũ Præsidem Sacri Consilij; de qua materia latissimè tractat Capyc. decisio. 11. 16. & 206. Maran. in 5. par. ordin. iudic. num. 35. Carauit. in rit. 248. pręcipuè num. 6. Roland. à Vall. consil. 4. vol. 3. vbi dicit, hoc fieri non posse, nisi per Principem; & ideo in hoc Regno fit solùm per Sacr. Consilium nomine Regio, nam Regis personam represẽtat, vt est notissimum, & omitto cumulare alios Regnicolas, quia hæc est notoria praxis Sacri Consilij.

54 Redeundo ad propositam materiam renunciationis, ex lapsu temporis deducunt tertiò DD. quod si aliquis collationem beneficij infra triennium non acceptauerit, præsumitur renunciasse collationi, & hoc paruum tẽpus sufficit, quia non potest vlterius vacare beneficium, vt ex pluribus probauit Rebuff. consil. 186. nu. 2. & post alios Paris. lib. 10. de resignat. benefic. q. 8. num. 18. itaque an renunciatio præsumatur ex cursu temporis, in arbitrio Iudicis relinquitur, qui ex qualitate factorum, & causarum, ex impedimentis, ex tempore, & alijs circunstantijs arbitrari potest, sit vel ne introducta renunciatio, & in peremptione instantiæ præcipuè faciunt quæ tractat Præs. de Franch. decis. 250.

55 Deducũt quartò, quòd si aliquis obtinuisset sententiam in eius beneficium, & de ipsa sententia postea compromissum fecerit, quod compromissum nõ possit locum habere, nisi super re iudicata, præsumatur sentẽtiæ renunciasse; secus tamen si compromissum posset locũ habere in alijs capitibus extra sententiam; nam in dubio non censetur illi renunciatũ, quod præcipuè locum habet in dubio; nam si compromissum expressè factũ esset, non obstante sententia, non posset de hoc dubitari, vt illi sit renunciatum l. eleganter. §. si post. ff. de condit. indeb. c. exposita. extra de arbitr. Bart. Bald. Corn. Dec. & alij, quos probat Surd. decis. 165. nu. 9. & seqq. vbi reprobat Rom. & alios, qui contrarium tenent.

56 Postremò deducitur, renunciationem ex facto resultãtem maiorem esse, & potentiorem illa, quæ fit verbis, ex quo factum non potest habere varias interpretationes; verba tamẽ possunt diuersimodè interpretari secundùm mentẽ loquentis, ita ex doctrina Turrecrem. in c. sunt qui arbitrantur. nu. 1. de pœnit. dist. 1. & aliorum probat Paris. in d. tract. de resig. benefic. lib. 8. q. 2. nu. 3. Et ex his potest remanere expedita secũda particula definitionis ipsius renunciationis; possunt tamen circa eam duo alia notari. Primũ
57 est, † vt sola scientia iuris competentis alicui cum lapsu tẽporis, inducat renunciationẽ; & hinc est, vt si pater alienasset feudũ, vel alio modo de illo disponeret in beneficium secũdogeniti, vel in alium vlteriorem agnatum, & primogenitus, siue alius immediatè successurus, scientiã habuisset de illa dispositione, & tacuisset per annum, iuri suo renũciasse præsumeretur, vt probauit tex. in c. Titius, vbi gl. notab. si de feud. defunct. mil. fuer. cõtro. post Andr. & alios Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de refutation. feud. §. 10. nu. 26. & seqq. & in illo etiã §. explicat qualiter sit valida dispositio feudi, quę fit à patre in beneficium secundogeniti, dum primogenitus est in medio.

58 Secundum est, renunciationem etiam ex facto resultãtem, nullo modo nocere, si suum non sortiretur effectum, quia tūc cessaret causa, cuius intuitu, & ob cuius finem facta fuit. l. nihil. §. cùm filius. vbi Bal. ff. de inoff. testam. l. si quis ante. ff. de acq. poss. post alios Conf. de Anna cons. 127. nu. 20. vol. 2. Farinac. dec. 423. nu. 1. & ita pluries obtinui, fuisse nulliter declaratas renunciationes factas ab vniuersitatibus ad certum finem, & ad certam causam; nam, illa causa non secuta, renunciationes fuerũt declaratæ nullæ, vt etiã declarauit Rot. Rom. teste Farinacio d.
59 decis. 423. Et ratio est manifesta, † quia illa renunciatio præsumitur facta sub cōditione si effectus, ob quẽ facta est, sequatur in beneficium renunciantis; quo effectu non secuto, euanescit renunciatio. l. cedere diem. ff. de verb. & rer. sign. l. pecuniam. ff. si cert. pet. l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & demonst. post alios Surdus
60 cons. 332. nu. 6. vol. 3. Et hinc est, † quòd, si aliquis renunciasset liti, vt pluries fieri solet ad finem, vt iura litigantium amicabiliter componãtur, si concordia non sequatur, non teneret renunciatio, vt scripsit Bal. in l. diuersa. C. de transact. Alex. cōs. 22. nu. 1. vol. 1. plures alios cumulat, & etiam probat Farinac. in decisionibus antiquis decis. 33. nu. 1. faciunt etiam cumulata per Paris. lib. 1. de resignat. benef. q. 3. nu. 44. & 82.

61 Dicitur tertiò in dicta definitione, [à persona habili facta] quia in renunciatione duo præ alijs sunt necessaria. Primò, potestas renunciandi, vt nempe sit persona, quę habilis sit ad renunciãdum, & secundò requiritur potestas acceptandi, siuè recipiendi iura renunciata; & altero ipsorum deficiente, deficit etiam renunciatio. sic habetur in l. Pōponius scribit. ff. de neg. gest. probarunt etiam Bald. in l. 1. nu. 8. vbi Salyc. num. 7. C. de pact. Host. & alij, quos, pbauit Surd. cons. 398. nu. 30. vol. 3. & ex dicẽdis etiam fiet ma-
62 nifestum, siquidem † si minor vellet ius suum in alterius beneficium renunciare, & cum effectu renunciasset, nullius momenti dicitur esse renunciatio, tanquam facta à persona inhabili ad disponẽdum, vt ex pluribus probauit Surd. decis. 100. tota, & in specie nu. 6. & faciunt dicta superius, par. 3. q. 23. de renunciatione l. fœminæ. C. de secund. nupt. facta per filium minorem.

63 Hinc etiam dicitur, vt renunciatio beneficij, facta per furiosum, vel mentecaptum, sit nullius momenti, & possit ad libitum reuocari ab eodem renunciante, sanæ mentis effecto, vt scripsit Archid. in c. quod autem. nu. 1. 7. q. 2. quod etiam post alios firmauit Paris. lib. 3. de resign. benef. q. 8. nu. 7. & 8. vbi nu. 9. ex Turrecrem. in c. quamuis. nu. 2. 7. q. 1. Sarnan.
64 & alijs infert, † vt si renunciatio beneficij facta fuerit ab eo, qui habebat lucida interualla, quia tunc cessaret impedimentum furoris, valida esset, vt ad literã habetur in d. c. quamuis. vt si constaret factam esse tempore sanitatis, & consequenter, si adesset quæstio de validitate renunciationis, in dubio præsumeretur facta tempore furoris; nam furor durare præsumitur, & idcirco qui se fundat in validitate renunciationis, probare debet, illam esse factã tempore sanæ mentis, aliàs non obtineret, vt post Alex. cōs. 85. col. 3. vol. 2. Gabriel. & alios probat Paris. d. nu. 9. cũ pluribus seqq. Et ideò vt valeat renūciatio beneficij, debet fieri non solum à persona habili, sed etiã in manibus Episcopi, siue eius Vicarij, qui sunt personæ habiles recipiendi renũciationes, vt post Calderin. & alios Farin. decis. 529. nu. 6. & 7. vbi sic pluries refert decisũ in illa Rota.
65 Sic etiã, licèt mulier, non habens filios ex primo viro, possit, dum nubit, omnia bona sua dare in dotem viro, id tamen procedit, si maior esset, secùs tamen si minor; nam tunc propter ipsius inhabilitatem, vel curatoris authoritas, vel iudicis decretũ necessarium esset, ad tex. in l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. vbi Bar. nu. 3. Bal. num. 4. cum alijs cumulatis per Surd. decis. 287. tota, vbi sollemnissimè illationem istã examinat, & dicit ex vera sententia, decretum iudicis, vel curatoris authoritatem necessariam esse, quando bona essent immobilia; secùs tamẽ si mobilia essent, quæ, seruando, seruari non possent: & quia, & antiquos, & recentiores cumulat, omitto citationem Docto-
66 rum, & decis. 317. nu. 10. subdit, † posse renunciantem cōtrauenire renunciationi, dum nō erat persona habilis ad disponendum tempore renunciationis, quod patet ex dictis, præcipuè nu. 63. & seqq.

Denique ex defectu secundi requisiti, si nempe non adesset potestas acceptandi, esset etiam nulla renunciatio, & ratio
67 est manifesta; † si enim renunciatio non fuerit

fuerit acceptata, nullo modo nocet renuncianti, vt rectè probauit Ias. in l. postquam liti. nu. 1. vers. tertiò limita. C. de pact. vbi Dec. nu. 8. latius Menoch. consi. 380. nu. 27. vol. 4. & Surd. consi. 151. nu. 96. vol. 2. & consi. 136. num. 36. vol. 1. Sic etiam consi. 564. nu. 30. vol. 3. Et hac de
68 causa, † si litis renunciatio non esset acceptata ab aduersario, posset ipse renuncians reuocare per renunciationem, quia adhuc non est irreuocabiliter ius quæsitum aduersario, vt probauit Areti. in d. l. postquam liti. col. fi. vers. sin autem nondum, vbi Soci. nu. 5. Deci. num. 4. & alij, quos probat Surd. d. consi. 364. nu. 3. & etiam consil. 365. nu. 33. in eod. 3. vol.
69 † nam post acceptationem habet vim pacti, & tollit ius quæsitum irreuocabiliter, etiam ex contractu, iuxta tex. in l. tale pactum. ff. de pact. Bart. in l. 1. nu. 4. C. de pact. post ipsum, Angel. & alios, Surd. consi. 136. nu. 10. qui num. 52. hoc verum esse dicit, si renunciatio fuerit acceptata ante reuocationem, quod verum est, vt patet ex dictis, & clarus fiet ex dicendis.
70 Insuper acceptatio debet fieri ab ipsomet, cui fuit facta renunciatio; nec sufficit, vt notarius nomine illius renunciationem acceptasset, & hinc est, quòd si v.g. Petrus donasset mille aureos Francisco absenti, & notarius præsens stipulatus esset nomine Francisci absentis, cuius etiam nomine donationem illam acceptasset, posset Petrus donationem illam reuocare, antequam Franciscus illam acceptasset, & ratio est manifesta, quia stipulatio, & acceptatio notarij validant donationem de præsenti, non tamen simpliciter, sed sub conditione, quatenus Franciscus illam acceptauerit; in eius enim arbitrio est, nolle donationem illam acceptare, & consequenter conditio suspendit donationem, & dat facultatem reuocandi vtrique parti, etiā ipsi donanti, & renuncianti, vt vltra prædictos probat particulariter Dec. in l. contractus. nu. 12. ff. de regu. iur. Afflict. decis. 135. in fin. Menoch. alios cumulat, & probat cons. 380. nu. 27. lib. 4. Sanchez in tract. de matrim. lib. 1. disput. 6. nu. 2.
71 & seqq. † vbi etiam disputat articulum; an possit donatarius, mortuo donante, donationem illam acceptare; nam plures defendunt negatiuam sententiam, nempè Ysern. Castren. Dec. Tiraquell. Ant. de Butr. Rub. & Cassan. quos recenset Molin. lib. 1. de primogen. Hispan. c. 2. nu. 76. Gregor. Lop. ad leges Thauri. l. 4. in verb. *No lo puede*. tit. 4. par. 5. Azebed. ad easdem leges lib. 5. recopilat. tit. 7. l. 2. nu. 11. Brunor. à Sole in compend. proposit. iur. in verb. donatio facta notario pro absente, & plures alij, ea ratione,
72 † quia voluntas donantis, & donatarij debent esse vnitæ, quod hic esse nequit, quia mortui nulla est voluntas. c. gratiosè. de rescript. in 6. Molin. tamen d. cap. 2. nu. 77. Guttier. Couarru. alter Molin. & alij plures tenent oppositum. De qua re non attinet hic disputare, videndi sunt dicti Authores, & dicta per Sanchez in præcit. disput. 6. cùm hic agamus de materia renunciationis, & de reuocatione,
73 & clarum est, † vt etiam renunciatio possit reuocari ante secutam acceptationē ipsius, vt ex multis probauit Surd. consi. 136. nu. 36. & 40. vol. 1. consi. 151. nu. 96. vol. 2. consi. 364. num. 30. & consi. 365. nu. 33. vol. 3. & successiuè ex prædictis cerni potest, explicatam esse definitionem ipsius renunciationis, & eius occasione explicatas etiam esse nonnullas illationes, & simul requisita eiusdem renunciationis: reliquum est autem, vt ad eius diuisiones transitum faciamus.

SVMMARIVM.



Enūciatio, vel realis est, vel personalis, num. 1. Quæ sit Petro, & filijs, vel heredibus, personalis esse dicitur nec egreditur personas, quarum contemplatione efficitur nu. 2. Facta ab vno, alteri nec prodest, nec nocet. nu. 3.

Soror, renuncians in beneficium vnius fratris viuentis, non censetur renunciasse in beneficium nascendorum fratrum. nu. 4.

Renuncians non prohibetur succedere, etiam ab intestato mortuis illis, quorū contemplatione renunciauit. nume. 5. Multi tenent, vt si prius præmoriantur fratres, quorum causa facta fuit renunciatio, & postea, moriatur pater, soror prohibetur succedere; contrarium tamen fundat Author. nu. 6. & seqq.

Renun-

Renũciatio euanescit, mortuis illis, quorum intuitu facta fuit. num. 7. Facta per fœminas in beneficium fratrum multi tenent, vt intelligatur facta quoad fratres vtrinque coniunctos. nu. 8. Contrarium fundat Author secundum hac consuetudinem, talem renunciationem intelligi factam respectu omnium fratrum, qui ab intestato excluderent sororem à successione, sub num. 9. cum seqq.

Verba in dubio prolata intelligi debent in potiori significatu. nu. 9. Debent intelligi secundum subiectam materiã ita, & taliter, vt aliquid operentur. nu. 11. & 12.

Renunciatio realis est quando renunciãs in omnem casum, & causam renunciauit non succedere. nu. 13. Facit renunciãtem haberi pro mortuo, & vt faciat locum alijs succedentibus ab intestato. num. 14.

QVÆSTIO II.

1 

Ecundò quæro, quotuplex sit renũciatio. Respondetur esse duplicem, alteram realem, & alteram personalem, sic scripsit Innoc. in c. veritatis. extra de iur. iuran. Socin. consi. 38. vol. 3. Yfern. in c. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. de feud. pater. & alibi, plures cumulant, & etiam probant Menoch. consi. 323. nu. 61. & seqq. & consi. 335. num. 30. vol. 4. Surd. consil. 398. nu. 7. vol. 3. & alibi.

2 Renunciatio personalis est illa, quæ certæ personæ contemplatione facta est, vt v. g Petro, & eius hæredibus, siue Petro, & filijs; hæc enim certas personas respicit, & consequenter non extẽditur vltra personas compræhensas in ipsa renunciatione, & qui non est filius Petri, vel eius hæres, iuxta formam renunciationis, non succedit, vt in c. 1. §. vlt. vbi Bal. si de feud. defunct. milit. fuer. contr. Andr. in d. c. 1. per illum tex. num. 1. vers. quia refutatio personalis, de eo, qui fin. fecit agnat. de feud. pater. post Bar. Aret. & alios Menoch. d. consi. 323. num. 62. vt

3 alios omittam. Et hinc fit, † vt renunciatio facta ab vno non noceat alteri, & facta in beneficium vnius, non prosit alteri, vt dictum est q. præced. nu. 26. & latius probat Surd. consil. 446. num. 13. & 14.

4 Et proinde, si fieret pactum, vel renunciatio in beneficium vnius fratris, nati tempore renunciationis, illa non prodesset alijs fratribus postea natis, vt scripsit Ias. in l. auus neptis. ff. de actio. & obligat. nu. 4. Rip. in l. 1. §. denique. nu. 8. ff. ad Trebell. Saler. in addit. ad Neapod. in consuet. si moriatur, sub nu. 31. in apost. incip. Et si in hac materia. fol. 86. vers. si filia fecit pactum, vbi citat Ias. & Rip. locis cit. quam etiam illationem probant DD. relati q. præced. nu. 27.

Imò non solùm non egreditur personas, quarum causa facta est, sed requiritur; vt viuant, siue superuiuant renunciã-

5 ti, quo fit, † si filia renunciasset bonis paternis, accepta dote, contemplatione fratrum, qui postea præmoriantur ipsi filiæ in vita patris; talis renunciatio illi nõ noceret, quia, sublatis fratribus, quorum contemplatione renunciatio fuit facta, cessat finis renunciationis, & proinde filia renuncians nõ prohiberetur succedere etiam ab intestato, vt scripsit Bal. in l. pactum, quod dotali. nu. 3. C. de collat. vbi Deci. nu. 9. probant etiam Imol. Roman. Castren. Alex. & alij, quos probat Couarru. in 3. par. relect. §. 3. num. 4. Cacher. decis. 98. nu. 11. Surd. decis. 252. nu. 4. Salern. loco cit. in verb. Quod si renunciauit propter fratres. fol. 85. Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 161. num. 5. & patet ex dictis supra q. præced. num. 28.

6 Attamen, si pater prædecederet, viuentibus filia, & filijs, quorum causa facta fuit renunciatio, & tunc multi tenent, filiam esse exclusam, & nullo modo succedere fratribus ab intestato decedentibus, quoniã semel exclusa perpetuò exclusa permanet; sic tenet Pisanell. in d. consuet. si moriatur. sub nu. 31. fol. 83. in apostil. incip. nota quæstionem positam, ex doctrina Decij consi. 31. & remittit se ad decisionem Delphin. 192. ad Crauett. consi. 42. & ad Marant. disput. 10. & hoc iddem tenent Minad. consi. 22. nu. 2. & in repet. constit. Regn. In aliquibus. in 3. notab. nu. 3. Salern. loco cit. Sed horum opinio mihi non probatur: si enim fratres ab intestato moriantur, & sine filijs, soror potest illis succedere. quia ad hunc casum non se extendit renunciatio, vt dicam in quæstionib. seqq. & præcipuè q. 17. Nam si vera esset illorum ratio, vendicaret sibi locum, etiã dum fratres moriun-

riuntur, viuente patre, siquidem adhuc essent exclusæ per renunciationem; sed
7 ex illa ratione, quòd,† mortuis illis, quorum causa fuit facta renunciatio, euanescit eadem renunciatio, & succedit renuncians, vt notant Bald. Salycet. Dec. & alij communiter in d. l. pactum, quod dotali. probant etiam Neapod. in d. consuet. si moriatur. nu. 31. & 32. March. de Ponte consi. 39. num. 2. & seqq. & consi. 61. num. 39. cum sexcentis alijs, ita pariter eueniet in hoc casu, ad quem non solet extendi renunciatio, vt dicam præcipuè d. q. 17.

8 Denique, si soror renunciasset in beneficium fratrum, semper in beneficium fratrum vtrinque coniunctorum renunciasse præsumetur, adeò, vt non extendatur renunciatio ad fratres consanguineos tantum, nisi expressè constaret contrarium ex eiusdem renunciationis verbis, vt probauit Salyce. in l. pactum, quod dotali. nu. 5. C. de pact. post ipsum, Alex. Paris. Soc. Iun. Bero. Capyc. Beci. & alios Surd. consil. 244. per tot. & in specie nu. 2. vol. 2. quia appellatione fratrum semper intelligitur in potiori significatu, vt sunt fratres vtrinque coniuncti, est enim
9 clara regula iuris,† verba, in dubio prolata, esse intelligenda in potiori significatu. l. quæritur. ff. de stat. homin. Sed hoc posset habere dubium in materia istarũ consuetudinum, in quibus teneremus con-
10 trarium,† quia renunciatio sororum intelligitur secundum habilitatem iuris, & secundum habilitatem iuris consuetudinarij; sic enim omnes contrahentes præsumuntur inire contractum, vt sæpissimè replicatum est, & in materia istarum consuetudinum sorores excluduntur per fratres consanguineos tantùm, quia illi reputantur tanquam vtrinque coniuncti in materia consuetudinum, vt dictum est supra par. 4. quæst. 46. & pluries aliàs in alijs quæstionibus, & consequenter sorores renunciare præsumuntur in beneficium fratrum, ex quorum existentia excluderentur; hæc enim est
11 subiecta materia, de qua agitur;† & verba semper debent intelligi secundum subiectam materiam. l. insulam. ff. de præscript. verb. l. si vno. ff. locat. c. constitutus. de religios. domib. Surd. alios cumulans decis. 272. nu. 1. decis. 288. nu. 43. &
13 alibi;† etiam quia verba debent intelligi, vt aliquid operentur, l. si quando. vbi Bart. ff. de legat. 1. & consequenter si renunciatio non prodesset fratribus consanguineis, nihil operaretur secundum dispositionem istarum consuetudinum, & iddem esset respectu fratrum vterinorum, prout patere potest ex dictis infra q. 17. nu. 34. & seqq. & præcipuè sub nu. 45. quæ omnia submitto iudicio melius sentientis. dum ab alio in hac materia non inueni discussa.

13 Renunciatio realis est, quãdo renuncians in omnem casum renunciat, & vocari solet renunciatio facta per Aquilianam stipulationem, etiam per pactum de non petendo, quia prohibetur petere renuncians ex quauis causa illi deferretur successio, vt probauit Andr. in cap. 1. sub nu. 1. versi. & hoc nisi in duobus, de eo, qui fin. sec. agn. de feud. pater. vbi Liparul. in verb. omnino. allegat concordantia loca eiusdem Andrææ; sic etiam Alex. Afflict. Iacobin. Aluar. Crauett. Loffred. & Tiraquell. quibus addo Menoch. dict. consil. 323. num. 62. versic. secundus est casus. & alios cumulandos num. seq. hoc
14 enim vulgatum est,† adeò vt renunciatio realis tollat de medio renunciantem, & faciat illum haberi pro mortuo, & secundum aliquos excludat etiam descendentes ab ipsomet renunciante, vt scripsit Alexan. consi. 13. num. 5. vol. 5. Afflict. in dict. cap. 1. num. 11. Menoch. loco cit. num. 63. & 64. Præs. de Franch. decisio. 551. num. 7. & seqq. Pisanell. in consuetud. si quis, vel si qua. sub numero 185. in additio. incip. Et sic nota conclusionem. fol. 128. & ibid. Frecc. sub num. 195. fol. 130. in apostill. incip. Ad consuetudinem, & sub num. 202. fol. 133. incip. Nota ex dictis. Regens de Ponte consil. 40. nume. 11. Faciunt etiam cumulata per Surd. decisio. 14. & consil. 398. num. 7. & consil. 431. nume. 4. volum. 3. Sed quòad exclusionem descendentium ab ipso renunciante, tunc puto verum, si vellent succedere ex persona renunciantis, secus tamen, si possent, & vellent succedere ex propria persona, vt dicetur infra quæstio. 5. Alia autem, quæ circa renunciationem, & realem, & personalem desiderari possent, dicentur infra suis locis.

SVM-

SVMMARIVM.



Enunciatio an in dubio iudicanda sit realis, vel personalis, Doctores videntur contrarij, & recensentur.nu.1. Fundatur etiã secundùm Neapodani doctrinam, potius esse personalem. num.3. Et varijs rationibus confirmatur. num.4. & seqq.

Renunciatio, facta in iudicio, semper intelligitur esse realis. nu.2. Sic etiam, quando vassallus renunciat feudum in manus Domini, & ratio assignatur. num.11.

Personalis renunciatio minus nocere dicitur, quàm realis.nu.4. Pro se, & hæredibus facta tam expresse, quàm tacitè, semper dicitur personalis. nu.8.

In renũciatione nõ põt alia fieri arctissima interpretatio, quàm si personalis esse præsumatur.nu.5. Non acceptantis, sed renunciantis intentio, & finis inspicitur.nu.7.

Renunciatio in dubio non præsumitur, quando alia capi potest cõiectura.nu.6.

Renunciatio facta per pactum de non petẽdo, realis esse dicitur.nu.17. Sic etiã si facta esset per Aquilianam stipulationem, & ita decisum refertur.nu.18. Fundatur procedere, quãdo ille, in cuius beneficium renunciatũ est, reliquit descendentes, vel hæredes extraneos sibi fecisset.nu.19.

Expressa magis nocent, vel iuuant, quàm tacitè subintellecta. nu.9.

Voluntas expressa, magis interpretatur, quàm tacita. nu.10.

Filia, renuncians in beneficiũ patris tempore, quo non habebat filios masculos, renunciare præsumitur in beneficium masculorum nascẽdorum.nu.12. Non prohibetur succedere, si masculi nati non fuerint.nu.16. Multi tenent, filiã in hoc casu excludi etiam per hæredes extraneos.nu.20. Vel saltem per sororem in capillo, natam tempore renunciationis. nu.23. Contrarium fundat Author, vt nec per hæredes extraneos excludatur.nu.21. & 22. Nec etiam per sororem in capillo, & sic decisum refertur.nu.24.

Parentum commune votum est, thesaurizare filijs, & illis acquirere.nu.13.

Pater in dubio præsumitur acceptare in beneficium masculorum renunciationem, sibi factam per filios.nu.15.

Emens fructus futuros, intelligitur emere quatenus nascantur, & percipi possint.nu.14.

Pactum omni tempore excludit paciscentem.sub nu.17.

QVÆSTIO III.



1 Ertiò quæro, renunciatio an præsumatur realis, vel personalis in dubio? In hac quæstione DD. videntur sibi contrarij; nonnulli enim tenẽt, vt dicatur esse realis, quia sic præsumitur esse mens illius, qui renunciationem recepit, vt ex tex.in l.si quis pro reo.§.si nummos. ff.de fideiussorib.probauit Andr.in c.1.de vassall. decrep.ætat.Alexã.d.consi. 13. num. 5. vol.5.Ex pluribus etiam probauit Natt. consi.564.num.7.vol.3.Surd. consi.371.
2 nu.41. vol. 3. † Quamuis hic loquatur in renunciatione facta in iudicio, quæ semper præsumitur realis ex rationibus ab eodem cumulatis. Alij verò tenent op-
3 positum, † vt semper in dubio præsumatur personalis, vt probauit ipsemet Alex. consi.29. vol. 3.sic etiam Liparul. in d.c.1.in verb. vel simpliciter, de vass. decrep. ætat. Videtur etiam de mente Neapodani in consuet.si moriatur, in verb. ipsi successores. sub nu. 31. fol. 84. ibi. (Renunciatio enim generalis non trahitur, nisi ad personas, quarum contemplatione fit.C.ad Velleia.l.iubemus. & pro hoc est constitutio Regni, vt de successionibus. §. ex collaterali. in glos. coniugatæ.) tenet expressè Regens de Pont.consi.39.per tot.& consi.61. num. 36. & tenent alij, quos infra cumulabo, & hæc opinio mihi probatur in terminis quæstionis, quando sumus in dubio. Et suadetur mihi ex infrascriptis, Et

Primò, quia, vt dictum est q. 1. nu. 38. & seqq.semper renunciatio interpretan
4 da est, vt minus noceat renuncianti; † sed personalis renunciatio minus quàm realis nocet renuncianti, vt patet ex discussis quæstio. præced. & notum est etiam ex terminis; Sic igitur in dubio præsumenda est.

5 Secundò, quia, vt etiam d.q.1.nu. 39. di-

dictum est, in renunciatione semper facienda est arctissima interpretatio, vt ex innumeris probat Surd. consi. 431. num. 20. Sed non potest esse interpretatio magis stricta, quàm si personalis præsumatur: quia tunc non egrederetur personas quarum contemplatione fuit facta, & illis præmortuis, succedit renuncians, vt cerni potest ex dictis tam quæst. 1. quam etiam q. 2.

6 Tertiò probatur, omissis alijs, ex illo vulgato axiomate in hac materia, vt renunciatio nunquam fieri præsumatur, quando potest capi alia coniectura, & potius verba sunt improprianda, quàm vt ex illis introducenda sit renunciatio, vt ex pluribus probauit Ant. de Butr. in c. accedentibus. vers. & per prædicta, extra de priuileg. Alex. Dec. Imol. Crauet. Rimin. Decian. Menoch. & Beci. quos probauit Surd. d. consi. 431. nu. 21. vbi ex pluribus hanc sententiam firmat, & consequenter secundum mentem renunciantis semper personalis, non autem realis præsumi debet renunciatio.

7 Nec obstat, quòd intentio illius, cui fit renunciatio, præsumatur contraria; Quia non eius intentio, sed renunciantis attenditur in ipsa renunciatione: nam agitur de præiuditio renunciantis, & proinde ex eius intentione, & voluntate debet interpretari renunciatio, vt notāt prænarrati Authores, & magis patebit ex dicendis infra q. 17.

8 Nec obstat secundò, quòd in dubio præsumatur aliquis stipulari pro se, & hæredibus, vt dicetur q. seq. Non enim per hoc renunciatio dicitur realis, etiam si expresse fiat pro se, & hæredibus; sed debet esse ex propria natura talis, vt excludat renunciantem: imò, vt dixi q. præced. nu. 2. quando expresse fit renunciatio pro se, & hęredibus, est personalis, ergo eò magis personalis præsumitur, quando hęredes non sunt expressi à contrahentibus, sed veniunt ex interpreta-

9 tione iuris: † Siquidem expressa magis nocent, vel iuuant, quàm tacita, & subintellecta, vt ff. de reg. iur. l. expressa nocent. vbi Dec. alios cumulat, & Doctorū cumulum omitto, cùm sit axioma commune, adeò vt tacitum non interpretetur eodem modo, prout expressum in-

10 terpretaretur; Et hinc fit, † vt voluntas tacita non interpretetur tam latè, quàm interpretaretur voluntas expressa, vt probauit Crauett. consil. 34. num. 3. post alios Surd. consi. 10. nu. 24. & decis. 100. nu. 4. & 5.

11 Nec tertiò obstat doctrina Yserniæ in d. c. 1. de vassall. decrep. ætat. Nam loquitur, vt ibid. in verb. vel simpliciter, notauit Liparul. de renunciat. feudi facta in manu Domini: quo casu præsumitur vassallus abdicare à se omne ius, quod habebat in feudo, & in manu Domini feudum esset liberum ab omni prætensione, & ab omni iure, quod vassallus poterat in illo prætendere: itaque tam ex parte vassalli renunciantis, quàm etiā ex parte Domini, renunciationem accipientis, præsumitur renunciatio realis, & consequenter ille casus non potest, nec debet extendi ad omnem aliam renunciationem.

12 Hinc fit, vt si filia renunciasset in beneficium patris, recepta dote, tempore, quo pater nullos habebat filios masculos, adhuc renunciatio præsumatur personalis, quia præsumitur facta contemplatione fratris nasciturí, & consequenter, eo non nato non excluditur soror renuncians à successione patris, vt probauit Bal. consi. 437. vol. 1. quem videtur probare Capyc. in d. cōsuet. si moriatur. sub nu. 31. fol. 83. in apostill. incip. An ista portio renunciata. vers. quid autem in ea, quæ renunciauit, vbi, licèt hoc relinquat cogitandum; tamen videtur hoc affirmare, quia remittit se ad dicta per Neapod. ibid. in verb. renunciationem, qui vt dixi nu. 3. videtur affirmare, in dubio renunciationem esse personalem, & quamuis Alex. consi. 29. col. 3. in fi. vers. non obstat etiam vol. 3. teneat contrarium, vt etiam non natis filijs masculis, soror renunciās excludatur, de quo meminit Capyc. loco cit. de quo etiam meminit Pisanell. ad Afflict. decis. 161. & dicit esse notandum, quia non meminit se alibi hoc legisse, tamen Crauet. consi. 42. vol. 1. improbat Alexandri opinionem. de quo Crau. meminit ad hoc propositū Præl. de Frāch. ad Neapod. loco cit. sub d. nu. 31. fol. 84. in Apostill. incip. Vide Decium.

Confirmatur istorum opinio tum ex prædictis, quia renunciatio præsumitur personalis, & respectu certæ personæ facta; tum etiam respectu patris, qui semper renunciationem præsumitur reci-

13 pere fauore filiorum; † parentum est

enim thesaurizare filijs; & filijs acquirere, an autem vt filijs, vel vt hæredibus, dicam infra consi. 2. Et si in dubio præsumitur illam accipere, pro filijs, vt hæredibus, vt dicam q. seq. Multò magis illam præsumitur recipere pro filijs: quo fit, vt eatenus pro filijs recepta præsumatur, quatenus nascantur, & non aliter, vt etiā patet.

14 Quòd si aliquis emeret fructus futuros, intelligeretur illos emere, quatenus re vera nascantur, & percipi possent, & sic etiam præsumitur mens venditoris: & si non nascantur, vel percipi nequeāt, emptor non tenetur ad prętium, vt probat tex. in l. interdum. ff. de verb. oblig. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. l. ex cōducto. §. si vis. ff. locat. Bald. Natt. & alij, quos probat Surd. decis. 326. vbi pluribus rationibus illationem istam confirmat. A pari igitur eodem modo facta, præsumeretur renunciatio per sororem, si fratres nascantur, & non aliter.

Addi potest alia confirmatio, quia pater non expressit contrarium, ergo sic in dubio præsumitur acceptasse, ac si filios haberet, & successiuè tacitè se refe-
15 ret renunciatio ad hunc casum; † & cōsequēter non potest plus operari, quàm expressa, iuxta tradita per Præsid. de Franch. decis. 20. num. 8. nempè, ne plus operetur renunciatio tacita, quàm ex-
16 pressa: † Sed si soror expresśè renunciasset in beneficium masculorum, si illi pręmorerentur, vel non possent succedere admitteretur soror renuncians ad successionem, vt dixi supra q. 1. nu 28. & 30. & alibi, & vltra ibidem dicta, hoc etiam probat Neapod. in d. cōsuet. si moriatur. nu. 32. ibi (Sed quid si fecit promissionē, seu renunciationem bonorum paternorum tempore, quo filius masculus supererat, videtur non esse repellendam, eo mortuo, à successione patris postea morientis, non per vnd. liber. sed per vnd. legitim. ff. vnd. legit. l. 2. in princ. nam per renunciationem à numero filiorum videtur exclusa, quorum liberorum contemplatione dotata renūciasse videtur) itaque Neapod. apertissimè hoc probat, & secundum eius opinionem fuit iudicatum annis elapsis in Sacro Consilio, iunctis aulis, in causa sororum de Freccia ad relationem Consiliarij de Olzignano, & idcircò dum hæc renunciatio tacita præsumitur facta respectu filiorū nascendorum, nō potest habere locum, si illi non nascantur; nam dici potest, vt præsumantur nati, & præmortui renuncianti, & sic illi non noceat renunciatio, tanquam facta sub conditione.

17 Hoc autem præsumitur in dubio, sed si adesset pactum, tunc renunciatio esset realis, vt patet ex dictis quæst. præced. nu. 13. pactum enim omni tempore excludit paciscentem, vt in l. tale pactum, vbi gloss. ff. de pact. cum alijs cumulatis per Surd. consi. 398. num. 7. vol. 3. cum alijs cumulandis quæst. seq. num. 2. 15. &
18 alibi. Et ex his Sacrum Consilium in anno 1567. die 9. Aprilis, iunctis Aulis, referente Consiliario Altomare, iudicauit renunciationem factam à filia contemplatione duorum fratrum præmortuorum in beneficium patris, accepta dote, fuisse realem, ex quo facta fuit per Aquilianam stipulationem, & sic per pactum de non petendo, & excludere renunciantem, vt notauit Salern. in consuet. si qua moriens. sub num. 51. fol. 204. in apostill. incip. ad istud verbum, circa fin.
19 & benè aduertit, † vt decisio fundata fuerit, quod renuncians mulier erat viua tempore mortis patris, & quòd filij, quorum contemplatione fuerit renunciatum, decesserunt cum filijs; clarum est enim, tunc vt filij, & hæredes filiorum excludant ipsam sororem renunciantem, prout eam excludebat illorum pater, vt habetur in cap. 1. §. vlt. vbi Bald. si de feud. defunct. milit. fuer. controuer. cap. 1. vbi Andr. num. 1. vers. quia refutatio, de eo, qui fin. fec. agnat. de feud. pater. post Bart. Aretin. & alios Menoch. consi. 323. num. 6. & hoc procedit, etiam si in renunciatione non esset facta mentio hæredum, vt scripsit idem Ysern. in cap. 1. de gradib. succeden. in feud. post alios Menoch. consi. 197. nu. 73. & consi. 335. num. 42. Surd. consi. 244. num. 23. & consi. 355. nu. 40. quòd, qualiter hoc vltimum procedat, dicetur q. seq.

20 Potest hoc confirmari, quia quoties renuncians per pactum de non petendo promittit non succedere, tunc nō solùm per filios eorum, & hæredes testamentarios eorum, in quorum beneficium fuit facta renunciatio, excluderetur; sed etiā per alios agnatos, & cognatos remotiores etiam extraneos, vt scripsit Roman. consi. 22. quem probauit Afflict. decisio. 261. nu. 3. vbi Vrsill. num. 3. ad id probandum

dum citat Iaſ. Deci. Capyc. & Caſſan. Et ſi loquamur de hæredibus teſtamentarijs, eſt indubitatum, vt excludant renunciantem, vt dicetur infra quæſtio. 12. Sic enim pluries determinauit Sacrum
21 Conſilium † ſi tamen loquamur de extraneis, venientibus ab inteſtato, non puto veram prædictorum ſententiam, ſiquidem cenſetur facta renunciatio fauore fratrum, & filiorum, ſiue deſcendentium ex fratribus, & conſequenter, ſi illi, quorum intuitu renunciatum fuit, præmoriantur, nullis relictis deſcendentibus, filia renuncians ſuccedit, non obſtante pacto iurato de non ſuccedendo, quod procedit etiam ſi tempore renunciationis aliquid habuiſſet à patre, quia intelligitur renunciatio, vt dixi, realis, quoties fratres cum deſcendentibus decederent, aliter enim perſonalis eſt, vt rectè probauit Angel. conſi. 13. Natt. in repet. tex. in cap. quamuis. col. 11. verſic. vltimò limita. de pact. in 6. Loffred. in c. 1. col. 2. & 3. de natur. ſucceſſ. feud. Marant. diſput. 10. concluſ. 8. quos duos vltimos citat Vrſill. d. deciſ. 162. num. 4. & ſeq. vbi hoc iddem videtur defendere, prout etiam defendit ibid. Piſanell. qui tamen magis expreſsè hoc defendit in conſuetud. ſi moriatur. ſub num. 39. in apoſtill. incip. Bartholus in l. qui ſuperſti-
22 tis. circa fin. fol. 90. † vbi per tres vices ſic iudicatum refert in Sacro Conſilio, probat etiam Præſes de Franch. deciſio. 67. & dixi ſupra par. 3. quæſtio. 9. & dicam infra quæſt. 17. num. 9. & ſeqq. & in ſpecie nu. 15.
23 Inſuper aduertendum eſt, quòd, licèt ſuperius par. 4. q. 21. dictũ ſit, ſororẽ in capillo excludere ſororem renunciantẽ, dotatam, & maritatam, id procedit reſpectu bonorum feudalium, vt ibid. nu. 6. explicatum eſt; nam, licèt multi hoc iddẽ defendant habere locum in burgenſaticis, & hoc modo intelligant quæſtionem poſitam num. 12. & ſeqq. ſi nempe tempore renunciationis pater habebat duas filias, & ſpem ſuſcipiẽdi filios maſculos, & vnam ex filiabus dotaſſet, à qua obtinuit renunciationem, etiam per pactum, ſi poſtea non ſuſceperit filios, tunc filia in capillo excluderet filiam dotatam renunciantem, quia hæc ſoror in capillo ſupererat tẽpore renunciationis, hæc eſt tantum hæres legitima, quæ ſine obſtaculo ſuccedere poteſt, & in his terminis procedit Conſilium Alexandri relatum num. 12. & procedet etiam deciſio Affli-
ĉti 161. cum alijs relatis d. quæſt. 21. in
24 d. 4. par. † Verum, vt dixi, ſemper renunciatio præſumitur facta fauore maſculorum etiam naſcendorum, vt ſuperius nu. 13. & ſeqq. fundatum eſt, & conſequenter non poteſt prodeſſe filiabus, & ſic ſorori in capillo, & ideò quicquid defendat Afflict. d. deciſio. 161. iam ſoror dotata æqualiter ſuccedit cum ſorore in capillo, & ita de facto obtinuiſſe in Sacro Conſil. teſtatur ibid. Carauit. & fuit etiã aliàs iudicatum, vt dicam infra q. 5. nu. 8. & ſeqq.

SVMMARIVM.



Enunciatio etiã ad hæredes extenditur, quãuis de illis cõtrahentes nõ meminerint. n. 1.

Facta abſenti, & per pactum de nõ petendo, dicitur perſonalis, & reuocari poteſt ante acceptationem. nu. 9. & ſub nu. 10.

Pactum, in dubio, præſumitur eſſe reale, niſi probetur perſonale. nu. 2. Pactum inter abſentes, præſumitur eſſe perſonale. num. 8. Reale eſt eius natura, vt obliget paciſcẽtis hæredes. nu. 15. Secus tamen eſſe demonſtratur, ſi non eſſet tranſmiſſibile ad hæredes. nu. 19. Magis operatur, quàm rei natura. nu. 23.

Tranſactio, in dubio, præſumitur eſſe perſonalis, & ſolùm tranſigentes obligat. ſub nu. 2.

Vnuſquiſque ſibi, & hæredibus ſuis cenſetur proſpicere, dum contrahit. nu. 3.

Morientis intereſt habere hæredem, qui eius voluntatem adimpleat, diſpoſita exequatur, ac fidem ſeruet. ſub num. 3. Decedenti ſine hærede, magnum dedecus eſſe dicitur. ſub nu. 4.

Hæredem habere, dicitur alicui eſſe magnus bonor, & quinam ſit, recenſetur. num. 4.

Hæres ſoluendo debita defuncti, dicitur eius animam à peccatis liberare. nu. 5. Intelligit Ang. liberari à pœna Purgatorij, in quo detinetur ob non ſolutionem debitorum. Contrarium fundat Author, vt nec a pœna Purgatorij libe-

 retur,

retur, sed potius sit peccatum hæredis, & illi imputandũ, & ita intelligi tex. in c. in literis. de raptor. sub num. 5. & nu. 6. Intelligi potest contraria sententia, si soluat legata per defunctum relicta pro faciendis suffragÿs. sub num. 6. Non potest in plus obligari ex facto defuncti, quã erat ipse defunctus. nu. 11. Non tenetur seruare contractum nullum defuncti. nu. 12. Reuocat factum nullum defuncti. nu. 13. Non potest reuocare donationem, vel renunciationẽ absenti factam. nu. 14. Factum validũ defuncti an possit improbare, si veniat ex propria persona. nu. 16. Adeundo tã ex testamento, quàm ab intestato dicitur quasi contrahere ad obseruandum factum defuncti. nu. 17. Pro illa parte seruat contractum defuncti, pro qua est hæres. nu. 18.

Hæreditas quantò est pinguior, tantò facilius inuenitur hęres, qui illam adeat. num. 7.

Renuncians, in dubio, aliud agere nõ præsumitur, quàm abdicare a se ius renunciatum, & in alium transferre. nu. 10.

Officium dicitur esse personale ex propria natura, & ad hæredes non transit, nisi expressè sit acquisitum pro hæredibus. num. 20.

Fœmina non admittitur ad officium, etiã pro hæredibus acquisitũ, nisi possit seruire in officio per substitutum. nu. 21. Exclusa a successione alicuius rei ex tenore inuestiturę, nec in petitorio, nec in possessorio potest aliquid prætendere. nu. 22.

Rex solus segregata vnit, vnita separat, de allodio feudum, & de feudo allodiũ facit, & pacta ad libitum in concessionibus ponit. nu. 24. Potest, & debet reducere cõtractus annuorum introituũ ad minorem quantitatem, secundùm opportunitatem temporis, non obstante contractu maioris quãtitatis. nu. 26. Licèt sit legibus solutus, ex dictamine rationis, tenetur ad obseruantiam pacti. num. 27. Non reuocat priuilegium concessum, mediante pecunia. nu. 28.

Iustitia nulla maior esse dicitur illa, quæ ex pacto descendit. nu. 25.

Princeps, habens iura Imperÿ, siue nõ recognoscens superiorem, potest prohibere subditis, ne alibi victualia molant, vel panes coquant, quàm in furnis, & molendinis ipsius Principis. nu. 29.

Barones, siue domini villarum nõ possunt probibere subditis, ne panes coquant, & victualia molant, nisi in molẽdinis, & furnis Baronũ. sub nu. 29. Nec subditis probibere possunt, ne aquã ducãt ex flumine publico. nu. 30. Non dicuntur in damno, nec interesse pati, sed lucrum tantùm non acquirere, si vassalli in furnis, vel in molendinis Baronum panes non coquant, nec victualia molant, & ratione probatur. num. 31. Ob concessiones, quas habẽt a Regia Curia, petere solent remissiones causarum ad Regiam Cameram; sed remissio non debet fieri, nisi adsit præsentaneum interesse fisci. nu. 33. cum seqq. Qua ratione petere soleãt remissiones causarum ad Regiam Camerã, aperitur. sub nu. 37.

Lucrum nõ facere, & damnum pati, sunt diuersa. sub nu. 32.

Interesse, siue damnum emergens, & lucrum cessans quodnam sit, explicatur. num. 32.

Actio cessat, cessante interesse. nu. 34.

Causæ inter partes in Sac. Cons. agitari debent, nec de partium voluntate possũt in Regia Camera tractari, quod ex legibus Regni fundatur etiam si in futurũ posset fiscus aliquod interesse prętendere ex releuio, successione, iurepatronatus, vel alio modo. n. 35. 36. & 37.

Principes temporales ob timorẽ non amittendi terrena, etiam æterna bona, ex Augustini sententia, amittere solent. sub num. 37.

Prorogatio iurisdictionis non potest locũ habere; quoties iudex habet limitatam iurisdictionem in certis causis, vel certis personis. nu. 38.

Iudex non potest declarare se competentem in illa causa, in qua iurisdictionẽ non habet, & declaratio inde secuta, nulla esse ostenditur. nu. 39.

Regia Camera non potest declarare se iudicem competentem in causis inter partes. sub nu. 39. & 40.

QVÆSTIO IV.

1 

Varto quęro, si in renunciatione non esset facta mentio hæredum, an ad eos extendatur renunciatio? Respondeo affirmatiuè ex decisione Neapol. in consuet. si quis, vel si quæ. nu. 197. fol.

197. fol. 133. cum alijs cumulatis quæst. præced. nu. 19. in fi. Quibus addimus eũdem Surdum decis. 321. cum alijs cumu-
2 latis in si a cõs. 2. & hoc ea ratione, † quia, in dubio, omne pactum præsumitur esse reale, nisi probetur esse personale, vt in l. si pactum. ff. de probation. Quod secus est in trãsactione, quæ in dubio semper præsumitur esse personalis, si non probetur expressè, q̃ sit realis, vt post Berard. in c. cum venissent. extra de renunciatione. probat Neapod. loco cit. & faciũt cumu-
3 lata per Surd. decis. 176. † Et etiam, quia vnusquisque censetur sibi, & hæredibus suis prospicere, ex quo cuiuslibet valdè interest habere hęredem, qui ipsius adimpleat voluntatem, disposita per ipsum exequatur, & fidẽ seruet, vt probat tex. in §. 2. inst. quib. ex cau. manumitt. nõ lic. vbi omnes. Quod quidem interesse tam respectu honoris, & reputationis, quàm etiam respectu animæ eiusdem morientis
4 est: respectu honoris quidem, † quia magnus reputatur honor, vt decedat aliquis cum hærede, qui eius voluntatem adimpleat, vt dictum est, sicut è contra magnũ esset dedecus, sine hærede decedere; tũc enim præsumeret esse decoctus, & eius fama maximè læderetur, vt habetur in dicto §. 2.

5 Quòad animam quidem, quoniã hæres soluẽdo debita defuncti, liberat illius animã à peccato, vt ait Host. in c. tua. extra de vsur. post ipsum Alciat. & alios Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 48. nu. 3. & hoc intelligitur, non vt liberet animã à culpa peccati; si enim impœnitens decesserit, & sine animo restituendi, & soluẽdi, quod alijs debebat, non potest hæredum restitutio, nec quilibet alius illius animam ab Inferno liberare. Deus enim hoc posset de potentia absoluta; sed intelligitur liberare animã defuncti à pœna peccati, & sic à Purgatorio, in quo, secundum Angeli opinionem, dicitur detineri, dum hæredes non soluunt debita defunctorum. ex tex. in c. in literis. de raptor. sed eius opinio etiam in hoc iudicatur ridiculosa, & oppositũ docent D. Thom. quodlib. 6. art. 13. sic et Adrian. quos probat Nauarr. in manua. c. 17. n. 68. & post alios Sair. lib. 10. Clau. Reg. tract. 1. c. 2. nu. 6. & rectè: nam si defunctus ob malitiam, vel negligentiam culpabilem noluit soluere debitũ, adeò vt negligentia imputaretur illi ad mortale, tunc decessit in statum damnationis, nec illi potest prodesse satisfactio debiti-
6 † Vel adhibuit diligentiam, vt fieret solutio tempore debito, & hæres esset negligens in soluendo, tunc negligentia est peccatum hæredum, & ipsis, & nõ defuncto imputatur; nam vnusquisque de sua culpa patitur pœnam, & consequenter Nauarr. loco cit. dicit, risu, siue potius miseratione, & compassione dignos esse hæredes, qui dicũt per solutionem debitorum citius liberari animas defunctorũ à Purgatorio, & non curant proprias animas liberare à pœnis Inferni, soluendo alienum debitum. Verùm solutio legatorum pro suffragijs soluendorum, potest prodesse defunctis ob suffragia, quæ defuncto consequitur. Nec tex. in d. c. in literis, vrget; nam illud verb. valeat, verti debet, valeant, vt not. Nauarr. loco cit. vt per solutionem debiti defunctorum hæredes valeant à peccatis negligentiæ eorum animas liberare: discant ergo testatores, & hæredes suo tempore debita soluere, vt singuli eorum animas à peccatis liberent.
7 Ex his inferunt DD. euenire, vt semper aliquis præsumatur sibi, & hęredibus suis prospicere, & etiam quia quantò hęreditas est pinguior, & opulentior, tantò facilius inuenitur hæres. qui illam adeat, vt affirmat Imper. in §. sed quia hæredes. instit. de fideicom. hæreditatib. l. fi. §. sin autem dubius. C. de iure deliber. cum alijs cumulatis per Surd. d. decis. 321. nu. 33. cum seqq.
8 Quod autem dictum est, omne pactum esse reale, intelligitur si expressè id colligeretur, vt quoniam esset factum inter præsentes, nam tunc habet consensum renunciantis, & recipientis, & est pactũ reale, cuius natura est, vt obliget in futurum ad non petendum id, quod renunciauit. l. tale pactum, in princ. ff. de pact. l. 1. vbi glo. & communiter omnes. C. de pact. cum alijs cumulatis, & probatis per Surd. consi. 398. toto, & præcipuè nu. 7.
9 vol. 3. † At si ille, in cuius beneficium facta esset renunciatio, non esset præsẽs, tunc nullo modo poterit esse pactum, quia non haberet duorum consensum, sed esset renunciatio personalis, quæ nõ extenderetur vltra personã, in cuius beneficium fuit facta, & sic dicetur pactum personale, vt rectè fundauit Andr. in c. 1. num. 1. vers. sic pactum personale: de eo, qui

qui fin.fec.aguat.de feud.pater.& faciũt
cumulata superius q. 2. Adest etiam tex.
in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.& ra-
10 tio est,† tunc enim renuncians aliud nõ
agit,nisi ius sibi competens à se transfer-
re in alium per renunciationem, & sic
facere se alienum à successione in bene-
ficium tamen illius,in cuius commodum
facta est renunciatio,vt scripsit Salycet.
in d.l.1.num.7.vbi alij.C. de pact. & post
alios Surd.d.consi.398.nu.7. Imò,vt di-
ctum est q.1. nu. 67. & 73. si renunciatio
non esset acceptata, posset ad libitum
reuocari per renunciantem, & successi-
uè cernitur in hoc casu non obligari hæ-
redes renunciantis ad obseruantiam ta-
lis pacti,nisi in beneficium illius,in cuius
commodum tãtùm pactum fuit factum,
& si fuerit reuocatum ante acceptatio-
nem,tunc nullo modo obligantur.
11 Probatur hoc manifesta ratione, tum
quia non potest in plus obligari hæres,
quàm obligatus erat defunctus, in hoc
enim præcipuè hæres, & defunctus ha-
bentur pro vna,& eadem persona, iuxta
tex.in §.1. Auth. de iur. iuran. a morien-
te præstit. cum alijs ad hoc propositum
cumulatis per Surd.decis.310. & melius
decisio. 315. & sic vtitur iure defuncti.l.
cùm quidam.§.fiscus ff. de vsur.cum alijs
ad hoc probatis per Afflict. decisio. 233.
nu.3.vt alios omittam:tum etiam,quia,
dum contractus non tenet respectu de-
functi, nec etiam respectu hæredum,
12 † hæredes enim non tenentur seruare
contractum nullum defuncti, vt ex plu-
ribus probauit AnnaPater sing.236.eius
filius consi.127.num.39.& 40. volum.2.
13 Lanar. consi.69. † & reuocat etiam fa-
ctum nullum defuncti, vt probauit Reg.
de Pont.consi.61. num. 31. cum seqq.&
vltra per eum cumulatos hoc iddem
probat Decian. consi. 117. nu 37. vol.3.
Surd.decis.11.& decis.99.nu. 6. Simon
de Petr.de interpret.vltim.volunt.lib.5.
interpret.2.dubit.2.nu.64. & faciunt cu-
mulata per Afflict.& eius addentes dict.
decis.233. vbi hæres reuocat confessio-
nem erroneam defuncti: si igitur renun-
ciatio erat personalis, vel nulla respectu
renunciantis, multo magis talis erit re-
spectu hæredum.
14 Illud solùm notandum est, dum inci-
dit sermo hæredum, vt licèt posit do-
nans reuocare donationem factam ab-
senti ante illius acceptationem, vt dixi
supra q.1.nu.70.& seqq. hoc non proce-
dit quòad hæredes, vt post alios scripsit
Thesaur.decis.124.num.4.& faciunt cu-
mulata per Afflict. in cap. 1. §. hoc quo-
que. de success. feud.& decisio.278. vbi
se ipsum citat loco cit. Præs. de Franch.
decisio. 339. Iddem esset in renuncia-
tione;vt patet ad sensum;sed si renuncia-
tio non esset acceptata, viuente renun-
ciãte, nec posset acceptari post eius mor
tem,vt de donatione dictum est supra q.
1.nu. 71. & seqq. Quia pariformiter in
hoc regulantur donatio, & renunciatio:
quando tamen esset acceptata, & re ve-
ra esset realis, tunc obligat hæredes ad
15 illius obseruantiam, vt dictum est; † pa-
ctum enim reale huiusmodi est naturæ,
vt etiam paciscentis hæredes ad eius ob-
seruantiam obliget.l.stipulatio ista habe-
re licere.ff.de verb.oblig.l.veteris. C.de
contrah.& committ.stipulat.Crau.cons.
102. nu. 3. cum seqq. Tiraquell.alios cu-
mulans,in tract.de retract.lignag.§.9.gl.
3.Dec.consi.282.Frecc.in tract. de sub-
feud.lib.3.tit.de differ.inter feu. ex pact.
& hæred.q.18.Præs. de Franch. in con-
suet.si quis,vel si qua.nu.202.in addit.in-
cip.Adde ad hoc. fol. 133. quod eatenus
aliqui verum esse putauerunt, vt locum
16 haberet † etiam si hæredes venirent ex
propria persona, non possent factum il-
lud improbare,vt fundauit Reg.de Pon-
te consi.33. toto. Probat etiam Præs.de
17 Franch.decis.525.nu.7.ea ratione:† nam
hæres adeundo defuncti hereditatem,
tam ex testamento quàm ab intestato,di
citur quasi contrahere,& contrahit verã
obligationem non solùm de obseruando
illa,quæ in testamento defuncti; sed etiã
quæ in aliqua scriptura continentur,qua
defunctus ligabatur, vt fundauit Afflict.
decis.285.Andr.in c.Imperialem.nu.16.
de prohib. feud. alien. per Federic.Reg.
de Pont. loco cit.nu.3.vt alios omittam,
est enim hoc adeò vulgatum; sed cum
18 ista limitatione, † vt pro illa parte, qua
hæres est,teneatur defuncti contractum
approbare,quod Loffred.consi. 1. num.
168.quem refert Vrsill.decis.393.nu.11.
etiam in hærede hæredis probauit habe-
re locum contra opinionem Paul. de
Castr. sed in ipso hærede nulla est dubi-
tatio,vt etiam fundauit Præs.de Franch.
decis. 83. tota,& in specie num.5.& 7.&
idem de Ponte consi.81.nu.52.& 53.
19 Verùm,vt dixi nu.8.procedit, si pactũ
esset

esset transmissibile ad hæredes, aliàs secus, & vltra ibidem cumulatos hoc probauit Bald.in l.ea lege.nu.5.C.de condition.ob causam.Cannet.in extrauag. volentes in c. incip. Quæro subsequenter
20 nu. 45. fol. mihi 146. Et hinc est, † quòd si aliquis acquireret officium, non transmitteretur ad hæredes; officia enim sunt personalia ex propria illorum natura, & consequenter extinguuntur cum ipsa persona acquirente, vt fundauit Andr.in cap.1.de feud.guard.& in cap.1.de feud. Mareh.post Bal.& alios Frecc.lib.2.subfeudor.q.50.num. 4. Quod procedit, nisi expresse concessio ipsius officij esset facta etiam pro hæredibus, vt notant præ-
21 eitati DD.qui etiam tradunt, † vt in hoc casu fœmina non admitteretur ad officium, etiam si esset hæres acquirentis, nisi tamen officium eius esset naturæ, vt posset quis seruire in officio per substitutum, & vltra prædictos addo Capycium decis.77.nu. 13. & seqq. & decis.121.nu. 5. Sic etiam Marchionem de Ponte in tract.de potest.Proreg.tit.10.de diuersis prouision. in rubr. de potest. substituen. in offic.ad quos in hoc me remitto.
22 Bene verû est, † q; si fœmina ex tenore inuestituræ esset exclusa à successione officij, siue et à successione feudorum, tunc fœminæ taliter exclusæ nec in petitorio, nec in possessorio pôt côpetere aliquod remedium, vt probauit Andr. in cap.1. §.inter filiam.ti de feud.defunct.mil.fuc. controuer.Camerar.in c.1.q.6.nu.90. in tit.an agnatis. Gozad.consi.50. num.28. Alex.Raudensi.consi.18.num.155. vol.1. Roland.consi.1.num. 23. vol. . & consi. 48.nu.51.vol.4.Menoch.in tract. de adipisc.possess.remed.4.nu.381.Cacher.decis.26.nu. 3.
23 Ex dictis infertur pactum magis operari, quam rei naturam, quod procedit, si expresse constet de voluntate contrahentium, vt scripsit Ysern.per illum tex. in in c.1. de feud. non habente natur. feud. & latius hoc probat Cânet. in extrauag. volentes. in c. incip. Et cùm scire leges. num. 17. fol. mihi 6.vt prætercam alios,
24 † Rex enim est ille, qui pacta ad libitum in concessionibus apponit, & qui segregata vnit, & vnita separat, de allodio facit feudum, & de feudo allodium, vt docet Andr.in c.1.de côtrouers.feud. apud pares terminanda ex tex.in l.1.C.de metrop.Beryt.Frecc.lib.1. de subfeud. in tit.de origine Baronum num.27.& seqq. latissimè cumulat Ann, consi. 66, vol, 1. vbi ad plura infert, ponit etiam aliqua Regens de Ponte loco cit.tit.7.de assensibus Regijs in princ.num.13. & hac de
25 causa dicitur † nullam esse maiorem iustitiam illa, quæ ex pacto descendit, vt scripsit Bal.in consi.366. vol.3. ex tex.in l.1.& in l.iurisgêtium.ff.de pact. Rolád. consi.vlt.nu.22.vol.3. Morot. consi. 45. nu.9.& per totum. Faciunt etiam plura, quæ ad hoc propositum cumulant And. Facchin.lib.1.controuers.iur. c.2.Surd. consi.301.num.32.& consi.419.vol.3.& latius dixi in tract.1.de contract.tit.3.de domin.iurisdict.Regi côpeten.q.5.art.3.
26 toto, vbi etiam fundatum est, † posse Regem reducere contractus annuorum introituum ad minorem summã, qua fuit conuentum inter contrahentes in initio contractus, & hoc quando adesset causa legitima, in hoc enim casu pactum non viget, & tenetur Princeps ex iustitia talem taxationem facere id, quod & secun dum leges, & sacros Canones, & etiam secundum Sacros Theologos comprobauimus, & ponerem aliqua, sed spero cito tractatum illum, Deo duce, in lucem emittere.
27 Postremò notandum est, dum de Principe quoàd pacta incidit sermo, vt regulariter teneatur ad obseruantiam pacti, nec possit illud reuocare; nam, licèt Princeps sit legibus solutus, ligatur tamen dictamine rationis, qua obligatur ad obseruantiam pacti, & contractus, vt notât Authores relati num.præced.etiam si essent contractus initi ab eius prædecessoribus, & Surd.d.consi 419.ad plura infert quoàd hoc respectu Principis; & nu.58.
28 in specie dicit ex vera sentêtia, † vt non possit reuocare Princeps priuilegium concessum, mediante pecunia, ex quo priuilegium illud transiuit in contractu,
29 de qua etiam illatione dixi d. art. 3. † Si tamen nô recognosceret superiorê, posset prohibere, ne subditi alium furnum, vel molendinum habeant, & ne alibi molent victualia, vel panem coquant, quàm in furnis, & molendinis ipsius Principis; sed hoc non intelligitur in Domino Villæ, vt sunt Barones in hoc Regno, & omnes illi, qui non habent iura Imperij, hoc est, qui non recognoscunt Superiorem, vt scripsit Hostiensi.in c.significasti, extr. de appellat. vbi Ioan. Andr. Bertrand. consi.

consi.3.nu.6.vol.2.post alios Surd. cons. 313.nu.3.vol.3. Thesaur. decis. 16. & in hoc Regno adest Regia pragmatica, sub tit.de Baronib.pragmat.14.incip. Audiuimus quamplures Barones, & hoc secundum nouissimam impressionem Alexandri Rouiti Doctoris eruditissimi, & tanti patris veri filij hæreditatis, & mores, & etiam eruditionem, & sapientiam.

30 Insuper isti Barones,siue Domini Villarum non possent prohibere vassallos, ne aquam ducant ex flumine publico,de qua re plura tradit Præs. de Franch. decisio.183. quamuis non referat esse decisum,quia partes deuenerunt ad concordiam, nihilominus dum expresse non habent ius prohibendi,hoc facere non possũt, & ita pluries seruatum vidi, esset enim per indirectum tollere molendina aliorum Dominorum, & prohibere vassallis,ne alibi accederent ad molendum, sic etiam, ne hortus facerent in æstate; cùm enim vassalli non possint aquam ducere ex flumine,nec hortus irrigare possent, & sic priuarentur eorum industria, quod est admodum inconueniens audire,ne dicam impium si fieret,cùm sit con-
31 tra omnem iustitiam, † & dum vassalli non coquunt panem in furnis Dominorum.nec molunt victualia in Dominorũ molendinis,non dicuntur Domini agere de eorum interesse, sed dicuntur agere de lucro cessante, quod nullo modo habetur in cõsideratione, vt scripserunt Alber.in l.si manifestè.in fin.C.de seruit. & aqu.Bald.consi.463.nu.5.Alex.consi. 194.consideratis verbis.vol.2. & nouissimè Regens Lanar.consil. 39. nume.11.
32 † interesse enim, quod dicitur damnum emergens, est quando aliquis in actu damnum patitur, lucrum verò cessans, quando non patitur damnum; sed posset lucrum acquirere, vt verbi gratia Petrus soluit quolibet anno cẽtum Antonio, qui quidem Petrus debet consequi eadem centum eodem tempore à Francisco, si Franciscus non soluerit Petro in tempore debitum, iam esset in damno emergenti, dum illa met centũ debebat soluere Antonio; lucrum verò cessans esset, si Petrus nulli debebat, sed solùm debebat consequi illa centum à Francisco, & Petrus solitus erat negotiari, & Franciscus ei non soluit in tempore,tunc Petrus dicitur non habere lucrum cessans, quia cessat lucrum habere ex retardata solutione, prout hæc,& similia exempla communiter tradunt Canonistæ, & etiam Theologi, nempè D. Thom.2.2.q.62.art.4.vbi omnes expositores. Abb.in c.plures.de vsur. Molin.in tract.de contract.disput.316.tota,& alibi,& alij;hoc enim est vulgatum, & consequenter in hoc casu clarè patet, Barones nullo modo sentire damnum, sed potius non habere lucrum. Et diuersum est lucrum non facere, & damnum pati. l. Proculus. vbi gloss.in verb.faciat. ff.de damn.infect.Corn. Rot. Florent. & alij, quos probat Præses de Franch. decisio. 101.num.7.

Hæc omnia notanda sunt diligenter, quia frequenter euenire solent inter Ba-
33 rones, & eorum Vniuersitates; † Barones enim quia in concessione habẽt molendina, & furnos à Regia Curia, & solent grauare vassallos, vt in molendinis eorundem Baronum victualia molant, & in illorum furnis panes coquant, vassalli vti grauati recursum habere solent ad Sacr. Consilium, Barones verò prætendunt causam remitti ad Regiam Cameram, ex quo agitur de interesse fisci, à quo habent furnos, & molendina, & hinc inde certatur, certè nullo modo causa remitti debet ad Regiam Camerã, quia non agitur de interesse præsentaneo Baronis, vti dictum est, sed potius de lucro, & consequenter nec agitur de inte-
34 resse fisci, † & dum cessat interesse, cessat etiam actio vtriusque ad tex. in l.si procuratorẽ.§.si mandati actio. ff.mand. l. ex conuentione. vbi Dec.nu. 1. C.de pact.post alios Tiraq. de retract. lignag. §.1.glo.2.nu.53.

35 Confirmatur,quoniam per legem particularem in hoc Regno determinatum est,vt causæ inter partes, etiam si in Regia Camera agitarentur,remitti debeant ad Sacr.Consilium,& illæ tantùm causæ agitentur in Regia Camera, in quibus agitur de præsentaneo interesse Regij fisci,non autem in quibus in futurum posset esse interesse, sic enim determinauit in anno 1585. die 7. Nouembris Excellentissimus Dux Ossunæ huius Regni Prorex,vt habetur in pragmat. 15. eiusdem Ducis, ibi [e che si debbano remettere dette cause di parti al Sacro Consil. eccetto se in alcuna di dette cause vertenti, ò che in futurum verteranno trà

parti

parti vi fusse alcuno preciso,& apparente intereſſe del fiſco, e di molta conſide-
36 ratione] Et ibi † [tutti li negotij trà parti, d'onde il Regio Fiſco non è attore, nè reo,ſe non ſolamente, che il fiſco pre detto può hauere alcuno intereſſe futuro,ò per ragione di ſucceſſione,per releuio, Adoha, Iuspatronato, & altre coſe ſimili, &c. S'haueranno da remettere,e s'intendano da mò rimeſſe al Sacro Conſiglio]Imò in pragmatica 37.ſub tit. de offic. Sacr. Reg. Conſil. expreſsè etiā
37 determinatur, † vt, etiam, parte non contradicente, ſimiles cauſæ remittātur ad Sacrum Conſilium, quod eſt peculiare,& proprium Tribunal ſimilium cauſarum,& vt cauſæ prædictæ citius expediantur; nam Regia Camera dedita,& occupata eſt in negotijs Regij patrimonij,nec ita de facili ſolet, imò nec etiam poteſt propter molem negotiorum Regij patrimonij cauſas inter partes decidere, &,ad hunc finem ſolent Barones ſimiles remiſſiones prætendere, & procurare, vel vt lites fiant immortales, vel vt vaſſalli iam defatigati, & deſperati de cauſarum expeditione deſiſtāt à litibus, & colla ſubmittant inſupportabili iugo grauaminum;& ne iuſtè à grauaminibus deſiſtant,iniuſtè talia procurant, & vno tempore, & terrena, & æterna bona amittunt,vt docet D. Auguſtin.tract.44. in Ioan.& habetur in homel.in 6.fer.Dominicæ Paſſion. vbi loquens de Iudæis, qui conſilium fecerunt de occidendo Chriſtum,ne Regnum perderent, ſic habet (Plus enim perditi homines cogitabant quomodo nocerent, vt perderent, quàm quomodo ſibi conſulerent, ne perirent) & relatis eorum verbis, ſic concludit. (temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, & ſic vtrunque amiſerunt.)

Nec obſtat, quòd voluntariè ſoleant partes litigare in Regia Camera, nam hoc non poteſt introducere prorogatio-
38 nem, quod facilè probatur: † quando enim Princeps limitat iuriſdictionem in certis cauſis,ſeu in certis perſonis,non habet locum prorogatio iuriſdictions ēt de voluntate partium, quia dicitur adeſſe defectus iuriſdictionis, vt ſcripſit Bal. in l. nn.nu.44.verſ. interdum diſponit.C. de ædict.Diu.Adr. tollen. Capyc. deciſ. 9.nu. 15.& 16.Dec.in l.ſi conuenerit.nu. 26. verſ. ex quo datur intelligi. ff. de iuriſd.omn.iud.Iul.Clar.in §.ſi.q. 42. nu.2. Io.Petr.Surd.deciſ.58.nu. 3. faciunt etiā cumulata per Vrſil.ad Afflict. deciſ.354. nu.3 poſt Abb.Iaſ.& alios Maran. in ſuo ſpecul par.4.diſt. 12.nu.18.idē Dec. cōſ. 18.nu.5.& conſi. 38.nu.27.Felin. in c. ex parte.nu. 15.ext. de reſcrip.& conſequēter non obſtante tali prætenſa prorogatione, ēt ex partium voluntate,cauſę remitti debent ad dictum Sacrum Conſil. vt etiam mandant Regiæ pragmaticæ.
39 Plus dicunt DD vt,ſtante limitatione iuriſdictionis, non poſſit Iudex ſe declarare competentem, etiam ex partium voluntate,quia declaratio eſſet contra diſpoſitionem ſtatuti, & cōtra Principis voluntatem,in cuius poteſtate eſt determinare Iudices pro expeditione cauſarum ſubditorum,& contra talem determinationem non poſſunt Iudices ſe declarare competentes: ſic ſcripſit Anr.de Butr. in c. præterea. col. 6. de dilation. ex tex.in c.ſi iudex. de ſent. ex.om.in 6. Alex.conſi.82.viſo proceſſu num.5.verſ. accedit ad confirmationē.vol.3.per tex. quem ad hoc dicit ſingularem in l.ſi ſpon ſus. §. ſi vxor. el ſecondo. ff. de donat. inter vir. & vxor. quos refert,& probat Afflict.d.deciſ.354.nu.16.& num.17.vbi Vrſill.nu 4 alios cumulat,& conſequen-
40 ter, † ſtantibus dictis Regijs pragmaticis ſic diuidentibus iuriſdictionem cauſarum,& prohibentibus, vt Regia Camera nec etiam de voluntate partium poſſit in dictis cauſis procedere, ſi ab aliqua parte peteretur remiſſio, & declararet procedendum eſſe in Regia Camera, quia ibidem iudicium cœptum eſſet, nulla eſſet declaratio, vt ex prædictis cerni poteſt,quæ occaſione Principis,& limitationis poſitæ. num. 29. ponere volui. quaſi per appendicem,& contra promiſſa, cùm dixi, me nolle tractare de quæſtionibus, non concernentibus materiā conſuetudinum.ſed tranſgreſſio veniam mereretur,credo enim eſſe notabilia, & quæ non ita paſsim inueniuntur,vt enim illa inuenirem, dum caſus accidit in facti contingentia, diu laboraui, ſi digna ſunt fruimini labore, ſin minus quilibet meliora addere poteſt, neminī enim iniuriā me feciſſe arbitror.

SVMMARIVM.



Enunciatio matris num filijs noceat, Doctorum varietas recensetur. nu. 1. Filijs hæredibus nocere plures tenent. num. 2. Contrarium tamen tenent nonnulli relati. num. 3. Quorum opinio concordatur. nu. 15. & seqq. nu. 20. & 32.

Filij, si non sunt hæredes matris, succedant ad bona renunciata per matrem, non obstante matris renunciatione. nu. 4. 19. 32. & alibi. Procedere ostenditur etiam si mater renunciationis tempore aliquid recepisse dicatur, non enim quantitatis receptio, sed præiudicandi potestas consideratur. nu. 6. Et sic pluries decisum refertur. num. 7. & seqq. Contrarium tenentes recensentur, & pariter refutantur. num. 12. & seqq. nu. 33. & 34. Et satis esse ostenditur, si filij de bonis hæreditarijs matris deficiant quicquid consequentur ex bonis renunciatis, pro portione tamen, pro qua filij sunt hæredes. num. 15. & 16. Id sibi locum vendicare ostenditur, si ex propria persona succedere possent. num. 35. & sic iudicatum refertur. nu. 36. Secus tamen, si adessent alij proximiores in gradu, vt sunt patrui. numero 37.

Conditio vnius non debet fieri deterior per conditionem alterius, vt conditio filij ex facto patris, vel matris. nu. 4.

Renunciatio vnius nec nocet, nec prodest alijs. nu. 5.

Neptis nata ex fœmina succedit cum nepte nata ex masculo, collata tamen dote matris, & ita decisum refertur, iun ctis aulis. nu. 8. Proueniens ex masculo num excludat neptem ex fœmina. nu. 9. remissiuè.

Filius quando subingreditur in locum patris, vel matris, si pater, vel mater excludebatur, etiam ipse excluditur. nu. 10. & 37. Secus tamen si succederet ex iure proprio, & ex propria persona. num. 11. Pro ea parte tenetur habere ratum factum defuncti patris, vel matris, pro qua est hæres. nu. 16.

Surd. qui sibi contrarius videtur, si renunciatio matris noceat filijs, refertur nu. 12. Et inter se concordantur eius consilia. num. 15. & 37.

Vinc. de Franch. defenditur à contradictione, si renunciatio matris noceat filijs. nu. 12. & 13.

Inuentarij beneficium inducit separationem bonorum, & iurium, & conseruat hæredem indemnem, ne sibi præiudicet in iuribus suis. nu. 17. Præcipuè locum habere ostenditur in materia istarum cõsuetudinum, & ita semper decisum refertur secundum Vrsilli opinionem. num. 18.

Matre exclusa ex forma statuti, an filij excludantur? difficilis quæstio esse refertur. num. 21. Bartholi, & aliorum sententia ad exclusionem filiorum recensetur. nu. 22. Baldi tamen, & aliorum sententiam recenset Author, quã æquiorem putat. nu. 26. & seqq. Probabilem tamen dicit contrariam sententiam. nu. 40.

Renunciatio facta per sorores in beneficium fratrum, respicit fauorem familiæ, & eius conseruationem. nu. 25.

Infecta primitiua, inficitur etiam deriuatiua. nu. 23. Si tamen inficiatur primitiua ob vitium naturale, aliàs secus. num. 39.

Statuta, excludentia fœminas à successione propter masculos, fauorem agnationis respicere dicuntur. nu. 24. Sunt tamen stricti iuris, & proinde nec de persona ad personam, nec de casu ad casum extenduntur. nu. 27.

Casus omissus à statuto, vel consuetudine remanet sub dispositione iuris communis. nu. 28.

Nati ex filia succedunt æqualiter cum natis ex masculo secundum ius commune, si sint in pari gradu. nu. 29.

Fauor agnationis non dicitur excedere primum gradum. num. 30. Vbi hoc explicatur.

Simplex renunciatio operari dicitur effectum abdicatiuum tantùm à renunciante, vt se de medio excludat, non autem translatiuum in filios, vt eos excludat à successione. nu. 31.

Matre exclusa a successione feudorum, etiam descendentes ab ea excluduntur & ratio refertur. nu. 38.

Matris renunciatio nec sibi, nec filijs nocet, quando dolo, & metu fuit facta. num. 41.

Iura-

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, sub nu. 41.

QVÆSTIO V.

1 QVinto quæro, an renunciatio matris nō solùm sibi, sed etiam filijs noceat? Hæc quæstio non est minus ardua, nec minus controuersa, quàm tertia, & in hoc etiam DD. inter se ipsos videntur esse contrarij, & multi ex illis negatiuam, & multi negatiuā defendunt sententiam etiam respectu filiorum, vt cerni potest, si legantur Doctores in l. qui superstitit. ff. de acquir. hæred. de qua etiam materia plura tradunt Præs. de Franch. decis. 67. Addentes ad Neapod. in consuet. si moriatur. nu. 39. fol. 99. & seqq. & alibi. Examinatur etiam ad partes per Surd. consi. 355. & consi. 85. nu. 2. consi. 133. nu. 1. per Morot. consi. 22. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 52. num. 92. & seqq. per Consiliar. de Anna consi. 92. nu. 19. & seqq. qui alios cumulant. Idcircò enim eos tantùm cumulaui.

Sed ne elaboremus in Doctores enumerando, magis communis opinio est cum hac distinctione. Aut enim filij sunt matris hæredes, & ita venire velint ad successionem; aut verò non sunt hæredes matris, sed possunt succedere ex propria persona.

2 In primo casu, dum filij sunt matris hæredes, nullo modo possunt venire contra renunciationem, sed illam tenentur habere ratam, & firmam ex illa communi regula, vt hæres teneatur habere ratum factum defuncti, vt in l. cum à matre. C. de rei vendic. & hæc opinio sic intellecta non habet subsistentem contradictionem, & in particulari sic scripserūt Aretin. consi. 3. vers. sed cùm in casu nostro. Alex. consil. 13. num. 5. vol. 5. Ruin. consi. 1. nu. 8. & 20. Ias. & alij, quos probauit Menoch. consi. 323. num. 63. vol. 4. Surd. qui plures alios citat consi. 85. nu. 2. vol. 1. & consi. 332. vol. 3. Morot. consi. 22. nu. 4. Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 161. nu. 8. Præs. de Franch. decisio. 67. Imò Morot. d. consi. 22. num. 4. 5. ego

3 tamen licet affirmet, † vt etiam si filij sint matris hæredes, renunciatione non obstãte, possint venire ex propria persona, contra se tamen citat Guid. Pap. decisio. 228. Bellon. consi. 15. nu. 10. Crau. consi. 703. nu. 2. Surd. consi. 133. num. 29. vol. 1. Sed contradictio inter hos Authores potest esse de solo nomine, vt dicetur infra nu. 15. & seqq.

4 Fundatur ergo hæc sententia, quando filij non sunt hæredes matris, ex illo cōmuni dicto, vt nemo possit alterius conditionem deteriorem facere ad tex. in l. non debet. ff. de reg. iur. & consequenter nec pater, nec mater possunt conditionem filiorum, ex propria persona succedentium, deteriorem facere, vt latissimè probauit Surd. d. consil. 332. nu. 7. Et in renunciatione hoc etiam vulgatum

5 est, † vt vnius renunciatio alteri non noceat, etiam si vallata esset iuramento, vt scripsit Bar. in d. l. qui superstitis. ff. de acq. hæred. quem sequuntur ibid. Castrē. Imo. Roma. Alex. & alij, post ipsos, Aretinum, Socin. Corn. Purpur. Tiraquell. Bertr. Natt. Roland. Cephal. Menoch. Crass. Molin. & alios penè innumeros probat Surd loco cit. nu. 9. & 10. Sic etiā Pisanell. in consuet. si moriatur, sub nu. 39. in apostill. incip. *Bartholus in d. l. qui superstitit.* fol. 89. sic etiā Morot. d. consi. 22. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 52. nu. 93. Præs. de Franch. loco cit. vbi hoc dicit esse indubitatum, & quòd nemo contradicit, quamuis adsint cōtradictores, vt dicam nu. seq. & nu. 12.

6 Plus dicunt, hoc etiam locum habere, quamuis mater tempore renunciationis recepisset dotem, vel aliquid aliud, cuius intuitu renunciauit, & ratio est; cùm enim pater, & mater filijs, iure proprio, & ex persona propria venientibus, præiudicare non possint, non est curandum, si mater dotem, & pater aliquid aliud recepisset tempore renunciationis; nam deficit potestas præiudicandi filijs, & hæc sola attenditur; Sic, reprobato Romano in d. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred & Decio in consi. 181. tenet Gozadin. consi. 75. & hanc opinionem dicit magis communem Maran. meus conciuis disp. 10. nu. 42. Iacob Richius in trac. de vnion. prolium cap. 7. nu. 61. vt habetur tom. 6. tractatuum commun. par. 1. fol. 25. Et hæc sententia seruatur in praxi, vt affirmat Crau. consi. 84. nu. 5. & post ipsum, Bal. Alex. Berengar. Crass. Cepha. & alios plures. Surd. d. consi. 332. nu. 11. cum seqq. Morot. d. consi. 22. nu. 3. Idem Surd. consi. 544. nu. 3. vol. 4. post Couarr.

.Gomes. Roland.& alios Guttier.in cap. quamuis.in verb.nec redundet.nu. 2. & 3.de pact.in 6.& in prin.dict c.nu.61.Peregrin.d.art.52.nu.29. Pisanell. loco cit.

7 † vbi sic pluries refert decisum in Sacro Consil.& decisiones cumulat, & ibidem fol.90.Frecc.iddem probat, & sic refert aliàs decisum in anno 1528.in causa Marci Antonij Salati, & dicit, vt procedat etiam quando filij sunt hæredes,& Præs. de Franch. ibid. in Apostill. incip. vide Decium idipsum affirmat; Sic etiam fuit decisum in alia causa,iunctis aulis, de anno 1564.die 17.Nouembris ad relationē Consil. de Altomare, vt refert Camill. Salern.in consuet.si qua moriens sub nu. 51.fol. 224. in Apostill. incip. Ad istud

8 verbum subsidium, nempe † filias natas ex fœmina admitti ad Aui successionem vnà cū nepte nata ex filio masculo collata tamen dote recepta per matrem, non obstante renunciatione matris præmortuæ,& dicit,magnam fuisse habitam discussionem in d. causa, prout re vera

9 fuit necessaria, siquidem, † si fœmina, proueniens ex masculo, in simili statuto non excludit filiam, vt dixi supra par. 4. q.32.nu.3.cum duob. seqq. Nec etiam excludet filiam prouenientem ex dicta filia, & sic neptem ex filia, est enim in hoc eadem ratio, sed decisio relata per Salernum fuit in causa quorondam de Auersa, vt ipsemet refert loco citato. Nempe inter quosdam de Francolino cum Ioanna de Picilillo de Auersa, & consequenter procedunt Doctorum authoritates,quas d. q.32.d.nu. 3. cum duob. seqq.retuli; non tamen iudico decisionē illam procedere in materia istarum consuetudinum, prout ibid.dictum est a num.6, vsque in fin.& successiuè ad ibidem discussa me remitto, nam de hac eadem decisio. ibid. mentio facta est sub num.5.

10 Redeundo ad quæstionem, non obstant quæ solent opponi contra filios, & Primò,filium subingredi in locum,& gradum patris,& matris,ergo sicut pater,& mater excludebantur virtute renunciationis,eodem modo ipse filius excludi deberet . Siquidem respondetur argumentum procedere,si filius vti vellet iuribus patris, vel matris, & quando veni-

11 ret per subingressionem, † secus tamen qñ venit ex propria persona, & iure proprio,tunc enim factum patris, & matris illi non nocet, vt scripsit Bart. in l.1.§.si sit nepos. ff. de collat. dot. Idem Bart. in l.2.C.de liber.præter. vbi Bald. Salycet. Alex. Aretin.Corn.Ias.& alij, & post ipsos, Tiraquell. Menoch. & alios plures, sic etiam probat Surd.d. consil. 332. nu. 10.in fin. & probant, & probare debent omnes, qui defendunt renunciationem matris non nocere filijs, venientibus ex propria persona, quos nume.6. & 7. retuli.

12 Secundò nec obstat, quod multi DD. teneant contrarium,vt etiam si filius veniret ex propria persona, noceret illi renūciatio matris, vt probarūt Guid. Pap. decis.228.nu.2.Cassan. consi. 47. nu.28. & seqq. Rubeus, qui hoc dicit esse fine dubio consi.43.in fi.Bellon.consi.15.nu. 10.quos sequitur idem Surd. sibi contrarius,contra morem consi.355.nu. 41. videtur etiam sequi Præs.de Franch.decis. 525.nu.7.Vrsill.in additio.ad Afflict. decis.161.in fi. & Afflict.met ibid. Non, inquam, obstat, nam loquuntur contra veram,& communem opinionem etiam rerum iudicatarum authoritate roboratam;imò contra iura, quæ expresè mandant, vt renunciatio vnius non noceat alteri ex propria persona venienti. l. iubemus.C.ad Velleia. vt etiam sæpissimè replicatum est,etiam quia multi ex dictis authoribus hoc expresè non dicunt, & si dicerent, possent ad concordiā reduci, de illorum authoritate non est curandū, dum sibi non constant.

13 Non dicunt expresè Vrsill. vt ex inspectione, & lectura ipsius cerni potest, nec etiam Præs. de Franch. quia d. decis. 525.nu.7.arguit tantum,vt hæres teneatur habere ratum factum defuncti, etiam si veniret ex propria persona, hoc tamē postea soluit numeris seqq.procedere, si hæres non conficeret inuentarium, tunc enim est alia ratio, & procederet opinio contraria,& consequenter non disputat articulum ex professo, prout disputauit decis. 67. vbi in principio dixit, esse de mente omnium, renunciationem matris nullo modo nocere filijs venientibus ex propria persona; itaque non est verisimile, vt iste magnus vir voluisset sibi contradicere contra opinionem firmatam d.decis.67.ex mente omnium.

Possunt tamen Doctores contrarij reduci ad concordiam, & ideò dixi supra

14 nu.3. quæstionem esse de nomine,† nam etiam

etiam

etiam si filius esset hæres matris, adhuc posset venire ex propria persona, & hoc est, quod negant Authores relati nu. 12. possent, inquam, venire, & succedere, non obstante renunciatione matris;
15 † verum pro portione hæreditaria, quatenus est hæres matris, teneretur restituere ex bonis hæreditarijs matris, quicquid consequeretur ex bonis, quibus mater ipsius renunciauit: & ad tollendam omnem difficultatem, hodie est adinuenta cautela in talibus renunciationibus, vt filij nec etiam ex propria persona venire valeant, & si venirent ex propria persona, quicquid consequerentur ex bonis renunciatis per patrem, vel matrem, teneantur restituere de bonis hæreditarijs patris, vel matris, de qua cautela meminit etiam ad hoc propositum Regens de Ponte in tracta. de potest. Proregis titu. 9. de success. mulier. in princip. num. 10.
16 & seqq. † Sed debet intelligi quoad illam portionẽ hæreditariam, quam filius haberet hæreditario iure, & de qua pater, & mater liberè disponere possent, prout loquuntur præcitati DD. & latissimè etiam post alios hoc tractat, & probat Peregr. de fideicom. art. 33. & artic. 52. nu. 96. & seqq. vbi ad hoc probandum
17 innumeros cumulat. † Quæ quidem eò magis locum habent, stante beneficio legis, & inuentarij; hoc enim inducit separationem bonorum, & iurium, & conseruat hæredem indemnem, vt sibi non præiudicet in iuribus suis, quamuis vti hæres non posset illis vti, vt scripsit Bar. in l. si sic. ff. de verb. oblig. post eum Alex. Ruin. & alios Peregrin. loco cit. & in his terminis, nempè inuentario non confecto, loquitur Præs. de Franch. d. decisio. 525. num. 7. vt dixi num. 13. & ex eius le-
18 ctura cernitur. † Quod quidem inuentarium præcipuè inducit separationem bonorum, & iurium in materia istarum consuetudinum, vt dixi supra suo loco par. 3. q. 6. Et ex pluribus etiam probant Afflict. decis. 237. vbi Pisanell. sic, se patrocinante, refert esse decisum, & per hoc facta fuit decisio 195. Capycij, & plures ad hoc probandum citat, prout etiã facit ibidem Vrsill. quæ addenda sunt ad cumulata loco cit. & Vrsill. loco cit. ita dicit iudicatum omni tempore, & signanter in Regia Camera in anno 1545. in causa Lucij, & Fabij de Loffredo cum Ioan. Antonio Mansello, & Regio fisco.

19 Ex dictis cernitur, absolutã esse quæstionem; si enim filij non essent hæredes matris, secundum omnes, & ad minus secundùm receptiorem sententiam, succedunt, non obstãte renũciatione, vt patet ex dictis nu. 2. 4. & seqq. quod procedit, etiam si renuncians mater aliquid accepisset tẽpore renunciationis, vt cernitur ex dictis nu. 6. & seqq. cum decisionibus
20 ibidem relatis: † sin autẽ essent hæredes matris, & tunc, secundùm æquiorem sententiam, possunt succedere ex propria persona, vt cernitur ex dictis nu. 3. & 14. & tunc ad summum tenentur resarcire ex bonis hæreditarijs quicquid consecuti fuerint ex bonis per matrẽ renunciantis, vt cerni potest ex dictis à d. num. 14. vsque ad num. 19.

21 Potest insuper ex prædictis, siue prædictorũ occasione alia determinari quæstio, si mater ex forma statuti excludatur à successione alicuius, an etiam descendentes ab ea præsumantur exclusi, & hæc quæstio non est minus controuersa, quàm præcedens, DD. enim etiam inter se diuisi sunt, & adsunt etiam variæ decisiones Sacri Consilij hinc inde, vt cerni potest ex traditis per Consiliar. de Anna in consi. 92. nu. 19. cum seqq. per Morot. d. consi. 22. cum alijs infra cumulandis.

22 Partem igitur affirmatiuam defendut Bart. in l. liberorum, num. 14. & 16. ff. de verb. & rer. signif. Bald. Alciat. Brun. Tiraquell. Rimin. Alex. Raudens. Forster. Menoch. Pinell. Ioann. Vinc. de Anna, quos cumulat, & probat Anna filius d. consi. 91. num. 19. & seqq. & mouentur duabus potissimum rationibus. Prima,
23 † quia, infecta primitiua, inficitur etiam deriuatiua, iuxt. tex. in l. si viua matre. C. de bon. mater. ergo, exclusa matre, & sic primitiua, excluduntur etiam filij, & sic descendentes, siue deriuantes ab ea. Se-
24 cunda, † quoniam similia statuta, & consuetudines dicuntur esse introductæ, vt bona cõseruẽtur in familia, vt sæpissimè replicatum est, sed quemadmodum familia amittitur per fœminam, ita per descẽdentes ab ea, imo multò magis per descendentes; filia enim est de familia patris, non tamen descendentes ab ea, vt
25 suo loco superius notatum est. † Quas quidem rationes etiam procedere dicũt in renunciatione, quas solent facere sorores in beneficium fratrum, nam etiam dicuntur eas facere, vt bona conseruen-

tur

tur in familia, vt scripsit Aret. in l. qui superstitis. col. 4. ff. de acq. hæred. Couarr. in c. quamuis. par. 3. §. 3. nu. 4. vers. Quintò si tẽpore. de pact. in 6. Præs. de Frãch. decis. 119. nu. 12. Menoch. consi. 197. nu. 71. vol. 1. & consi. 335. nu. 14. vol. 4. Quæ faciunt ad confirmationem eorum, quæ dicta sunt q. præced. vt renunciatio etiã præsumatur acceptata pro hęredibus ex corpore, qui conseruant familiam ipsius defuncti, faciunt etiam ad confirmationẽ eorum, quę dicta sunt q. 3. nu. 20. & seqq. vt renuncians non solùm excludatur ab eo, in cuius beneficium renunciauit, sed etiam ab illius descendentibus.

26 Ad propositam quæstionem redeundo, multi tenẽt contrarium, vt statutum, excludens matrem à successione non præiudicet filijs, sic scripserunt Bal. in l. illam. C. de collat. & in consi. 447. vol. 4. Collegium Perusinum inter Consilia Angeli consi. 212. Anch. in repet. cap. Canonum statuta. nu. 408. de cọnstit. Capr. consi. 137. nu. 12. Aret. consi. 27. & consi. 158. Deci. consi. 61. Corn. consi. 234. vol. 4. Decian. cõsi. 13. vol. 3. Præs. de Frãch. decis. 167. num. 14. Pisanell. in consuet. si moriatur. nu. 39. in apost. incip. Bartholus in d. l. qui superstitis. fol. 89. vers. fuit etiam alia quæstio, vbi, disputato articulo, sic dicit, quod Sacrum Consilium iudicauit pro filijs filiæ die 1. Aprilis 1529. Actuario Antonello Falangono; & faciunt etiam decisiones relatæ superius. nu. 7. & seqq. & hoc iddem post Brun. & alios prohat Paris. consi. 47. nu. 83. vol. 3. Morot. d. consi. 22. & possunt etiam pro hac sententia citari omnes illi, qui tenẽt renunciationem matris nõ nocere filijs, venientibus ex propria persona.

27 Fundatur hæc opinio præcipuè ex duobus. Primò, quia statutum, vel consuetudo, excludens fœminas, sunt stricti iuris, & nunquam fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, vt præcipuè fundatum est supra in 1. par. cap. 5. in 2. notab. Quod sic esset in proposito, nempè fieri extensionem de persona matris ad personam filiorum; cùm igitur non sit casus expressus in statuto; sine dubio est omissus, & tunc succedit

28 regula iuris, † vt casus omissus remaneat sub dispositione iuris communis vulg. tex. in l. commodissimè. ff. de liber. &

29 posth. † At secundum ius commune nulli dubium est, natos ex filia æqualiter succedere cum natis ex filio, si essent in pari gradu iuxta text. in l. maximum vitium. C. de liber. pręter. & in authẽ. post fratres & in corpore vnde sumitur. C. de legit. hæredib.

30 Secundò, ex quo fauor agnationis, vt bona conseruentur in familia, non excedit primum gradum, & consequenter ratio in contrarium adducta nu. 24. Non militat, & successiuè illa ratio solùm viget respectu fratrum, non enim extenditur illa ratio ad Patruos, vt ex plurihus probauit Menoch. consi. 317. nu. 7. vol. 4. vhi Crauettam, Rolan. & alios cumulat, prout dixi d. 1. par. cap. 5. in d. 3. notab. in fi. & faciunt etiam cumulata superius par. 4. q. 32. & seqq. Faciunt etiam discussa in hac quæst. vt exclusa matre per renunciationem, non censeantur exclusi descendentes ah ea, quamuis ibi ad-

31 sit alia ratio, ex quo † simplex renunciatio non operatur effectum translatiuum in alios in filiorum præiudicium; sed abdicatiuum solum ab ipso renunciante, qui abdicauit, seu substulit se de medio per renunciationem, & fecit locum alijs, vt scripsit Bart. per illum tex. in l. si pro fundo. nu. 4. C. de transaction Loffred. in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. fol. mihi 57. & 58. Nihilominus exclusio, & ratio excludundi eadem esse videtur, vt ex dictis cernitur, & proinde colligi potest, quod hincinde sunt rationes, & posset quilibet singulas sententias defendere.

Sed, vt dicam, quid sentio in hac quæstione, subijciam infrascriptas conclusiones complectentes omnia discussa, & examinata in tota hac quæstione, quo-

32 rum prima sit, † filij, qui non sunt hæredes matris succedunt, non ohstante matris renunciatione, vt recolligi num. 19. Secunda, filij hæredes matris tenentur habere ratam, & firmam renunciationẽ matris, & regulariter non succedunt, prout recollegi nu. 20.

33 Tertia, si mater tempore renunciationis portionem aliquam receperit, filij succedere possunt ex propria persona, collata tamen portione recepta per matrem, & ad summum ex honis hæreditarijs matris tenentur restituere, & resarcire quicquid consequenter ex bonis renunciatis, vt d. nu. 20. recollectum est: & sic patet, conclusionem istam esse cõtra Bald. in l. maximum vitium. C. de liber.

ber. præter. sic etiam contra Aretin. in l. fin. C. de pact. Dec. consi. 181. num. 6. & consi. 280. vers. idem Petrus de Anchar. Rubeum Alexandr. consil. 41. Bellon. consil. 15. quos videtur sequi Præs. de Franch. decis. 67. nu. 4. in fi. & nu. 5. qua-
34 tenus tenent, † filios in hoc casu esse excludendos tanquam natos ex linea, quæ suam habuit portionem, & exclusos esse per qualitatē dotationis, cōtra quorum opinionem sæpissimè iudicauit Sacrum Consilium, vt dictum est, & est etiam receptior sententia, cum satis sit, vt conferant illam portionem, quam mater recepit tempore renunciationis.

35 Quarta conclusio est, filios tunc succedere, non obstante renunciatione matris, quando possent venire ex propria persona, & nemo illis præcedet in gradu, nam aliàs excluderentur, hæc conclusio patet ex dictis, & eam probant omnes, præcipuè Castren. in l. pactum quod dotali. C. de collatio. vbi Alex. num. 7. vers. aut non veniunt Dec. consi. 181. nu. 6. & 7. Guliel. de Benedict. in c. Raynutius. vers. duas habens filias. num 229. & seqq. de testam. Couarr. in c. Raynaldus. §. 2. de testam. & in c. quamuis. par. 3. §. 2. nu. 4. de pact. in 6. vbi etiam Guttier. in verb. nec redundet. Surd. consi. 133. per tot. & in specie nu. 25. vol. 1. Vinc. de Franch. decis. 32. in fin. Tiraquell. in tract. de primogenit. q. 40. nu. 17. Brun. in tract. de statut. exclud. fœmin. par. 3. art. 6. num. 121. & seqq. Petr. de Anchar. in repet. canonum statuta, fol. 95. de constitu. vbi dicit, ita residisse Consil. Perusin. iuxta consilium Angeli 210. Probant etiam Ioan. Vinc. de Anna alleg. 34. Minad. in con-
36 stit. in aliquibus. in 3. notab. nu. 11. † vbi dicit ita iudicatum, quando isti nati ex fœminis essent proximiores in gradu, tunc enim excluduut alios remotiores,
37 non obstante renunciatione matris, † & consequenter secus esset, quando non essent proximiores, vt post alios docet Surd. consi. 355. nu. 44. vol. 3. & ita Surd. non est sibi contrarius; tunc enim excludit filios renunciantis matris, quando vellent succedere ex propria persona cum patruis, quoniam tunc sine dubio excluduntur; nam patrui sunt proximiores in gradu, & omnis proximior excludit remotiorem, vt fundatum est supra par. 4. q. 56. & alibi, & proinde si vellent filij succedere iure subingressionis, & persona eorum matris, non possunt, quia obstaret illis matris renūciatio; nec possunt venire ex persona propria, quia sunt in gradu remotiori, & consequenter patrui illos excludunt, & in hoc casu nocet illis renunciatio matris, vt etiam docuit Crotus in repet. c. ipso iure. num. 72. de rescript. in 6.

38 Vltima sit conclusio, matre exclusa ex dispositione iuris à successione alicuius rei ob vitium naturale, hoc est ratione sexus, etiam nati ex ea excluduntur, vt est in successione feudorum secūdum ius commune; lex enim feudalis, quia excludit fœminas à successione feudorum, etiam natos ex eis excludet, vt in cap. 1. §. quin etiam. in titu. Episcop. vel Abbat. vbi omnes; & in hoc sensu intel-
39 ligitur illa maxima, † quòd infecta primitiua, etiam infecta est deriuatiua, vt probauit Anna d. alleg. 34. Anton. Gabr. in commun. opin. in tit. de iur. dot. concl. 1. num. 50. & dixi etiam supra par. 4. d. q. 56. num. 7.

40 Quandò verò statutum non excludit fœminas ob vitium naturale, sed solum fauore agnationis, vt sunt omnia statuta excludentia fœminas propter masculos, & tunc vtraque opinio est probabilis, tā opinio Bartoli, & sequacium num. 22. relata, vt exclusa matre, etiam nati ex ea excludantur; quàm opinio Bald. & eius sectatorum, vt num. 26. & sequentib. dictum est; quæ opinio videtur magis recepta secundum has consuetudines, quia fauor agnationis non excedit primum gradum, vt num. 30. dictum est, an autem hoc sit verum, si nati ex fœmina concurrant cum natis ex masculo, dixi supra par. 4. quæst. 32. & alibi, & ex his deter-
41 minata apparet præsens quæstio, † Quæ locum habet, quando renunciatio esset valida, si enim vi, & dolo fuisset extorta, tunc esset nulla, & nec matri noceret. Quę, renunciatione non obstante, succederet. l. pactum. C. de collat. vbi glo. Bar. & omnes alij. sic etiam notant omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. etiam si interuenit iuramentum, quia deficiente iustitia, iudicio, vel veritate, non tenet, quia non debet esse vinculum iniquitatis. cap. quanto. de iur. iur. cum vulgatis alijs.

SVMMARIVM.



Erbis renũciationis eſt firmiter inhærẽdum, nec ab eis diſcedendũ. num. 1.
Verba demonſtrant finem, & intentionem loquentis, ſi tamen diſpoſitiua ſint, ſecus autem ſi ſuppoſitiua. nu. 2. Quæ ſupponunt, non diſponunt. num. 3. Inueſtituræ ſunt inſpiciendæ. ſub nu. 1.
Cedere, ſecundum aliquos, iddem eſt, ac abdicare ius à ſe ipſo. num. 4. Alij verò, quos Author ſequitur iddem eſſe dicũt, ac à iure proprio diſcedere, & alterum in locum ſuum ſubrogare. num. 5. Sed ſolum cedi poteſt, quod ad hæredes eſt tranſmiſſibile. nu. 10. In iure ſæpe accipitur pro renunciare. nu. 12.
Quæ propria ſunt, ceduntur, & non alia. ſub nu. 5.
Ceſſio differt à repudiatione, & differentia traditur. num. 6. & ſeqq. eſt iuris proprij in alium facta translatio, & qualiter fiat explicatur. nu. 8. Præſupponit eſſe acquiſitum ius rei renunciatæ in perſona cedentis. nu. 9.
Repudians hæreditatem ad nihilum tenetur creditoribus: at qui illam ceſſit, poteſt ab illis conueniri. ſub nu. 6. & nu. 7. Non dicitur eſſe in damno ex ſola repudiatione, ſed ſolum non acquirere lucrum. ſub nu. 47.
Renunciare eſt ſe ipſum priuare iure renunciato, vel perpetuo, quando renunciatio eſt realis, vel contemplatione certæ perſonæ, quãdo renunciatio eſt perſonalis. nu. 11. Hæreditatem delatam, & non aditam iddem eſt, ac eam repudiare. nu. 21.
Renunciatio extinctiua eſt, quando aliquis excluſit ſe de medio à ſucceſſione illius, cui renunciauit. nu. 13.
Renunciatio tranſlatiua eſt quando renuncians abdicauit à ſe ius ſuccedẽdi, & tranſtulit in eum, cui renunciauit. nu. 14. Tranſlatiua eſt, ſi hæreditas eſt delata, & adita. nu. 17.
Renunciatio hæreditatis non aditæ, ſi nulla perſona contempletur, dicitur extinctiua, ſub nu. 21. ſi certa perſona contemplata ſit, vt frater, vel cohæres, dicitur repudiatio, & tranſlatiua renunciatio, & prodeſt alijs fratribus, & cohæredibus. num. 22. Eò magis locum habere oſtenditur, ſi fiat patri, & eius hæredibus. nu. 23. Si tamen nec pater, nec frater, nec cohæres exprimatur dicitur perſonalis. nu. 26.
Tranſlatio iddem eſt, quod ius ſuum in alterum tranſmittere. nu. 18.
Renunciatio facta per ſororem in beneficium fratris illam dotantis, an proſit alijs fratribus. nu. 19. Quæ procuratur à patre in maſculorum beneficium ad quid procurari ſoleat, & quodnam ius transferat, recenſetur. num. 23. An ad hoc ius renunciatum ſuccedant tantũ filij ex illo matrimonio, vel etiam alij ex diuerſis matrimonijs procreati. numero 25.
Hæreditas deferenda non poteſt renunciari. num. 27. Vt validè renuncietur in eo ſtatu eſſe debet, vt adiri poſſit. nu. 29. Qui illam adire nequit, nec poteſt eam repudiare. nu. 30. Poteſt per pactũ renunciari. nu. 31. Nequit adiri, quando non eſt delata. ſub nu. 32.
Iuri de futuro renunciari non poteſt. nu. 28. Si ex pacto renuncietur, ſolum intelligitur de iure ex cauſa de præſenti, & de præterito, non autem ex cauſa, quæ in futurum oriatur. num. 33. Locum habere oſtenditur, etiam ſi renuncietur ſpes ſuccedendi in futurum. num. 34.
Repudians hæreditatem ante illius delationem nihil agere dicitur. ſub nu. 30.
In renunciatione hæreditatis deferendæ, non delationis, ſed renunciationis tempus inſpicitur. nu. 32.
Renunciatio non extenditur ad ius ſuperueniens ex noua cauſa. ſub nu. 33. & ſub nu. 39. Semper reſtringitur ne quis ex ea damnum indebitè patiatur. nu. 35. Præſumitur facta ſub conditione, ſi renuncianti deferatur hæreditas. nu. 38. Facta præſumitur re in eodem ſtatu permanente. nu. 39.
Iuri, quod non competit alicui in actu, nõ præſumitur renunciatum. nu. 36. Nec iuri, quod quis ignorat ſibi competere. num. 37.
Quietatio quæ fieri ſolet per Aquilianã ſtipulationem debet intelligi, vt verba ſonant, & eius tenor obſeruari debet. nu. 40. & 41. Generalis declaratur ab his, quæ tractata ſunt in principio contractus, & ad ea reſtringitur. nu. 42.

Non

Non extenditur ad credita, quorum dies nondum venient. nu. 43. Generalis semper restringi debet, ne captiosa, & dolosa dicatur. nu. 44. Non extenditur ad illam quantitatem, quæ in specie nõ esset deducta in contractum quietationis. nu. 45. Vt plurimum fieri solet ab imperitis Notarijs. sub nu. 45.

Notarij non solum in conceptione verborum legati, & vltimarum voluntatũ, sed etiam contractuum debent esse cauti, prout adesse solent Neapoli, vbi ob Peritorum consilium non solent errare. nu. 46.

Creditores non dicuntur damnum pati, sed non facere lucrum, si eorum debitor hæreditatem, sibi delatam, repudiet num. 47.

QVÆSTIO VI.



Extò quæro, quæ nam dicatur renũciatio extinctiua, & quænam translatiua? Pro dicen-
1 dis suppono, † in qualibet renunciatione esse attendenda eius verba, prout dicimus in inuestitura, à cuius verbis non est recedendum ad tex. in c. 1. de duob. fratr. de nouo benef. inuest. & iddem est in ipsa renunciatione, vt verbis eius sit inhærendum, vt in l. Labeo. §.
2 iddem Tubero. ff. de penu legat. † nam verba demonstrant finem, & intentionẽ loquentis. l. fi. §. fi. ff. mand. l. cùm seruus. ff. de verb. oblig Reg. de Pont. consi. 36. vol. 1. vt alios omittam. Et vt verba demonstrent loquentis intentionẽ, debent esse verba dispositiua, non autem suppositiua, quæ aliud supponunt, nam com-
3 muniter dicitur, † vt verba, quæ supponunt, non disponant, vt scripsit Gemin. in c. 1. §. licet. de procur. in 6. Alex. cons. 126. col. 2. vol. 5. Hippol. singul. 60. Rimin. & alij, quos probat Surd. decis. 282. num. 9. & consequenter verba renunciationis debent esse ita clara, vt aliam non possint habere interpretationem, vt patet ex dictis supra q. 3. nu. 6. & q. 1. nu. 51. & sæpe aliàs.
4 Notandum secundò nos habere duos terminos, nempe cedere, & renunciare, de quorum significatione plura tradunt Alberic. in suo dictionar. in verb. cedere, & Barto. in l. 1. in 2. lectur. num. 23. C. de actio. & obligation. Aliqua etiam Præs. de Franch. decis. 14. præcipuè nu. 22. & alij, quos infra cumulabo. Cedere nihil aliud est secundum præfatos Doctores, quàm abdicare à se ius, quod cedens ha-
5 bet. † Verùm Bal. in l. ex legato. nu. 2. C. de legat. dixit, quòd cedere est quasi à iure proprio discedere; & alterum in locum sui ponere, & assignat rationem, nã cedere iddem est, quod ius suum alteri concedere; quæ enim propria sunt, ceduntur; & confert ad interpretationem Baldi explicatio glo. in d. l. 1. C. de actio. & oblig. quòd cedere est ius aliquod incorporale in aliũ transferre, & hæc Baldi expositio videtur magis recepta, & magis explicare veritatem significatio-
6 nis, † si enim cessio esset mera abdicatio, esset simplex repudiatio, quæ diuersa est à cessione; nam qui hæreditatem repudiat in nihilo tenetur, nec potest ab ali-
7 quo conueniri: † at si hæreditatem ipsam cesserit, vel donauerit alteri, tunc potest conueniri, vt habetur in l. hæreditatem. ff. de donatio. & in l. 2. C. de hæred. vel actio. vendit. post Guid. Pap. & alios Præs. de Franch. d. decis. 14 nu. 23. Surd. consi. 22. nu. 11. & consi. 145. nu. 6. & cõsequenter magis communiter dicitur,
8 † vt cessio sit iuris proprij in alium facta translatio, siue collatio, & ideò sicut in traditione rerum corporalium traditio rei corporalis requiritur iuxta tex. in l. traditionibus. C. de pact. ita etiam in translatione iurium incorporalium requiritur cessio, quæ pro traditione reputatur, & iudicatur, vt scripsit glo. in l. fi. C. quan. fisc. vel priuat. vbi communiter DD. probarunt etiam Castrens. in l. per diuersas. C. commod. Bertaz. in trac. de instrum. clausul. in verb. dederunt, cesserunt, &c. Surd. d. consi. 145. nu. 38.
9 adeò vt, † quando fit cessio præsupponitur acquisitio iuris, quod ceditur: cessio enim necessariò supponit aditionem iuris delati, & acquisitionem fundatam in personam cedentis. l. si auia. C. de iur. delib. vbi Paul. de Castr. Præs. de Frãch. & alij desuper citati: & hoc eatenus est
10 verum, † vt solum id cedi possit, quod est transmissibile ad hęredes, non autem quod non potest ad hæredes transmitti. l. si ex pluribus. vbi Dyn. Bar. & alij. ff. de adminiſt. tut. l. non solum. §. si puellæ. ff. de rit. nupt. cum alijs cumulatis per Tiraquell. de retract. consanguin. §. 26. gl. 1.

nu.44.& nouissimè per Surd.consi.269. nu. 29. Et faciunt etiam quæ infra dicentur quoad explicationem hęreditatis delatæ,& deferendæ.

11 Renũciare est seipsũ priuare iure renũciato,& hinc est,si sit personalis sit illo iure priuatus respectu earum personarũ,in quarũ beneficio renunciatũ est; si verò esset realis, perpetuò illo iure priuetur, & habeatur pro mortuo, vt faciat locum alijs venientibus ab intestato, ad tex.in l. 1. §. quibus. ff. de successor. edict. l.si ex pluribus. ff. de suis, & legit. hæred. quæ omnia patent ex dictis supra præcipuè q.2.& infra q.14.& seq.& consequenter ex dictis patet, quænam sit differentia inter cedere,& renunciare. Bene verum

12 est, † vt sæpissimè in iure pro eodem ponantur cedere,& renunciare,vt probant duo iura singularia.in c. quàm periculosum.7.q.1.& in clem.1. de renunciat. Et cerni potest ex hucusq; dictis; quæ enim alteri ceduntur, in eius beneficium renũciantur, quàmuis regulariter ponantur pro diuersis.

13 Tertiò magis ad quæstionem descendendo, notandum est, quòd renunciatio extinctiua est, quando aliquis excludit se de medio à successione illius, cui renunciauit, & dicitur extinctiua, quia extinxit ius suum, & exclusit se à iure succe-

14 dendi: † translatiua verò renunciatio est, quando abdicauit à se ius succedendi,& illud transtulit in eum, in beneficiũ cuius renunciauit, vt colligi potest ex tex.in l.cùm oportet.§.pen. vers. sed nisi specialiter.C.de bon.quæ liber.& l.4.C. de repud. vel abstin.hæred. & ad hoc, vt renunciatio non dicatur extinctiua in persona renunciantis, sed potius sit trãslatiua in beneficium alterius, solent notarij apponere illam clausulam in beneficium eius, cui renunciatum est, in hac autem materia hoc modo fieri solet, renunciatio (Præfata N. cum consensu viri præsentis,&c. tanquam dotata de paragio,& vltra paragium à dicto eius patre, quietauit dictum eius patrem præsentẽ, eiusque hæredes,& successores, & bona de suis dotibus prædicto eius viro satisfactis. Necnon cessit, & renunciauit, ac etiam donauit donationis titulo irreuocabiliter inter viuos prædicto eius patri ibidem præsenti,&c. Omne ius, omnemque actionem, partem, portionem, legitimam, paragium, supplementumq; legitimę sibi competens, & competentem, cõpetiturum, & competituram nunc, & in futurum, super quibuscunque hæreditatibus,& successionibus suis paternis, dotibusque maternis, fraternis, sororijs, ciernis, patruorum, & auunculorum, ac auitis,& amitis vtriusque,& alijs quibuscunque hæreditatibus,& successionibus suis,& excadentijs quibuscunque sibi deuolutis, & ad eam spectantibus tam ex testamento, quàm ab intestato omnibus retrò actis temporibus vsque in præsentem diem, ac de cætero deuoluendis ab intestato tantùm, ponens eum in locum suum,&c.constituens eum procuratorẽ, velut in rem propriam, &c.)

Itaque in hac renunciatione, quæ substantialiter est formula obseruata ab omnibus notarijs, quam posui, vt etiam sciatur solere apponi de stilo notariorum, nulla sit mentio renunciationis translatiuæ,& extinctiuæ, ex quo ius de præsenti non est quæsitum renuncianti, & successiuè est mera abdicatio, vt dicetur nu. 21. Translatiua enim renunciatio solum fit, quando ceditur ius competens de præsenti, vt patet ex dictis, & dicetur etiam nu. 17. & tunc euenire solet, vt si ego v.g. deberem consequi mille à Caio, & Titio, & satisfactionem habuissem à Caio; tunc, vt ipse iure cesso agat contra Titium, requiritur, vt ego cedam ei ius mihi competens contra dictum Titium, & hic apponitur illa clausula (translatiuè,& non extinctiuè) hoc est, vt non sit extincta actio in persona mei cedentis, sed à me transferatur in ipsum Caium, cessionarium meum, vt ex persona mea iure cesso agat contra dictum Titium: & hic est notorius stilus omnium notariorum.

16 His explicatis, deueniendum est ad quęstionem propositam in principio. Vt igitur resoluatur quæstio an sit renunciatio extinctiua, vel translatiua, duo capita distinxerunt Scribentes. Primum est in hæreditate delata, & alterum in hæreditate deferenda, vt cerni potest ex traditis per Consiliar. de Ann. consi.45. 1.vol. consi.92.118. & 119. vol. 2. Peregrinum in tract. de fideicom. art.52. Reg. de Pont. consi. 39.& 40. Reg. Lanar. cõs. 49. Purpur. consi. 372. & consi.486.vol. 2. Quæ capita consideranda sunt ad explicationem quæstionis.

17 In primo casu, quando hæreditas est delata,

delata, & simul adita, & acquisita per ipsum renunciãtem, & tunc illa renunciatio dicitur translatiua, & est mera donatio, quia transfert renuncians ius sibi acquisitum in beneficium eius, cui renun
18 ciauit: † translatio enim iddem est, ac transmisio, siue transferre ius sibi acquisitum in alterius beneficium. l. 4. & 5. ff. quand. dies leg. ced. cum vulgat. alijs, &
19 successiuè, † si soror recepisset dotem ab aliquo ex fratribus, & ius sibi acquisitum renunciasset, illa renunciatio, siue donatio illi tantum fratri prodest, non autem alijs, vt scripsit Castr. in l. si actionem. nu. 2. C. de pact. Alex. cons. 149. nu. 5. vol. 7. Afflict. decis. 161. Anto. Sola in Comment. ad Constit. Patriæ Cismont. in tit. de alien. bonor. minor. glos. 2. post nu. 7. vbi p plures columnas hanc illationem examinat, & cõfutat etiam eos, qui contrarium tenent, probat etiam Ann. consi. 45. num. 2. & 19. & ita pluries fuit decisum in Sacro Consil. teste Vinc. de Franch. decis. 89. num. 6. sic etiam Senat. Parisien. vt testabantur Damnati Parisienses in additio. ad Alex. consi. 29. nu. 6. vol. 3. quod debet intelligi, nisi ille frater nomine aliorũ fratrum, vel ex voluntate patris donationem, & renunciationem illam recepisset, vt dixi supra q. 1. nu. 27. & q. 2. nu. 4.

20 In secundo casu, quando hæreditas est delata, sed nondum adita fuit, & tunc subdistinguitur; aut fit simpliciter, vel ad contemplationem certæ personæ expressæ in renunciatione. In primo casu renunciatio dicitur mera repudiatio, &
21 abstensio, † siquidem renunciare hæreditatem iddem est, quod repudiare. d. l. 4. C. de repud. & abstin. hæred. & successiuè renuncians in hoc casu substulit se de medio, relinquens ius, cui competit, quod euenit siue pecunia interuenerit tempore renunciationis, siue non, vt in l. fuit quæstionis. ff. de acquir. hæred. l. licèt. ff. si quis omiss. caus. testam. cum alijs cumulatis per Ann. d. consi. 45. à num. 3. vsque ad nu. 9. & probat etiam Surd. cõs.
22 133. num. 23. vol. 1. † Quando verò fuit contemplata certa persona, fit alia distinctio, vel illa persona esset vnus ex fratribus, vel vnus ex cohæredibus, nec appareret, vt eius tantùm contemplatione renunciatum esset, & tunc etiam repudiatio præsumitur esse, & esset acquisitũ ius omnibus fratribus in eodem gradu existentibus, & etiam omnibus cohæredibus, vt probat Ann. loco cit. à num. 9. vsque ad nu. 15. probant etiam Peregr. d. art. 52. Surd. d. consi. 133. nu. 22. & patet ex dictis nu. 19.

23 Intelligitur eò magis hoc procedere, quando filia, accepta dote, renunciasset in beneficium patris, eius hæredum, & successorum; cùm enim hic casus non possit existere, nec euenire in vita patris, quia viuentis non datur successio, nihil potest in patrem transferri, etiam quia huiusmodi renunciationes, vt communiter fieri solet, procurantur à patribus, vt filiæ renunciantes non possint succedere, non autem, vt per tales renunciationes ius aliquod in ipsos, vel in eorũ hæredes transferatur, vt ex pluribus fundauit Hieron. Gabr. consi. 135. nu. 22. 23.
24 & 27. in 1. vol. † Quamuis ius succedendi tam patri, quàm omnibus eius hæredibus acquiratur, vt ex pluribus probauit Surd. consil. 244. num. 13. volum. 2.
25 † An autem in hoc casu succedant omnes filij, quos habet ex diuersis matrimonijs, vel solùm illi, quos pater habet ex illo matrimonio, ex quo nata erat illa filia renuncians, latissimè disputat Boer. decis. 184. ad quẽ se remittit Guttier. in cap. quamuis. vers. secundus casus principalis. nu. 62. de pact. in 6. Sed in materia istarum consuetudinum præsumeretur pater recipere ipsam renunciationem, seruata forma consuetudinis, vt in simili dixi supra q. 2. nu. 8. & seqq.
26 Sin autem persona contemplata in renunciatione, nec frater esset, nec cohæres illius, in cuius beneficium renunciatur, & tunc illa renunciatio dicitur translatio, & donatio personalis, nempè respectu recipientis tantùm, & consequenter non dicitur repudiatio, vel abdicatio respectu ipsius renunciãtis; itaq; sublata illa persona, potest ipse renuncians succedere, vt latissimè, & doctissimè pariter fundat Consiliar. Anna d. cõs. 45. à nu. 17. vsque ad nu. 23. & faciunt dicta superius q. 2. cum alijs superius cumulatis pluries, vt semper renunciatio ita debeat interpretari, vt minus noceat renuncianti, quia sic præsumitur esse renunciantis intentio, & ita ius nostrum interpretatur huiusmodi renũciationes.
27 In secundo capite principali, quando quærimus de hæreditate deferenda, vt est futura successio, vt quando aliquis

renunciat hæreditatem viuentis, & in hoc caſu, ſi eſſet mera renunciatio, nec extinctiua, nec tráſlatiua eſſe poſſit, imò nulla poſſit dari renunciatio, prout eſt omnium opinio, quæ ex pluribus proba-
28 tur. Et primò, quia iuri de futuro renunciari non poteſt. l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſor. edicto. l. qui ſuperſtitis. & l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. glo. in l. 1. vbi omnes. C. de pact. Neapod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua. nu. 200. vbi omnes eius addentes; innumeros alios cumulat, & probat Surd. in conſi. 332. num. 5. conſi. 398. toto, & in ſpecie num. 12. & conſi. 418. nu. 24. & ſeqq. vol. 3. & alij infra cumulandi.
29 Secundò quoniam † vt renunciatio, & repudiatio valeat, debet hęreditas eſſe in eo ſtatu; vt adiri poſſit. l. is, qui hæres. ff. de acquir. hæred. cum vulg. alijs: nam
30 hoc adeò generale, & verum eſt, † vt ille tantùm repudiare poſſit hæreditatem, qui poteſt adire, & dum repudiat antequam ſit illi delata hæreditas, nihil agere dicitur, adeò vt, repudiatione non obſtante, dum euenit caſus ſuccedendi, poteſt ſuccedere, vt in d. l. is pōt. vbi Imol. & alij. ff. de acquir. hæred. l. qui poteſt. §. quod qs. ff de reg. iur. & poſt alios Surd. in conſilijs citatis, & præcipuè d. conſi. 398. nu. 12. & ſeqq. qui ex pluribus alijs hoc confirmat, vt iuri de futuro non poſſit aliquis renunciare.
31 Vt igitur valida ſit huiuſmodi renunciatio, adinuenta eſt cautela, vt fiat per pactum de non petendo, vel per renunciationem, quæ habeat vim pacti, vt quia contineat conſenſum vtriuſque, nempè renunciantis, & recipientis, & verba directa ſint in futurum, & in hoc caſu obligatur renuncians ad non petendum etiā in futurum. l. 1. C. de pact. vbi Bar. & alij, quos ibid. probat Dec. n. 26. plures alios cumulat, & probat Ann. d. conſi. 45. à nu. 28. vſque ad nu. 31. Roland. in tracta. de dot. q. 39. nu. 2. & 21. Matth. Brun. in tract. de ceſſion. bonor. q. 21. prin. nu. 2. Innumeros alios cumulat, & probat Surdus d. conſi. 398. nu. 25. cum ſeqq. & etiā conſi. 267. num. 21. & ſeqq. & hoc modo ſubſtinentur renunciationes, quæ quotidie fiunt de hæreditate deferenda.
32 Illud autem notandum eſt, quando fiunt renunciationes deferendæ hæreditatis, renunciatio non cenſetur collata in tempus, quo defertur hæreditas, vt illud tempus debeat inſpici, ſed renunciationis tempus attenditur: quo caſu nec animo quidem poteſt fieri aditio in bonis, quæ incertum eſt, an deuoluantur, vt ſcripſit Oldrad. conſi. 132. Aret. conſi. 91. conſi. 162. Dec. conſi. 71. nu. 4. circa fin. Crauett. conſi. 288. plures alios cumulat, & probat Ant. Sola d. glo. 2. nu. 13. probat etiam Minad. conſi. 22. num. 8. & faciunt dicta per Neapod. in conſuet. ſi moriatur. num. 36. vbi Capyc. fol. 83. in princ. & ſucceſsiuè ius, quod tunc habebat renuncians, cenſetur à ſe abdicare, & transferre in eum, in beneficium cuius renunciauit, prout ex dictis hucuſque cerni poteſt.
33 Ex his inferunt communiter Scribentes, vt facta renunciatione, etiam iuri de futuro, intelligatur facta de iure, quod alicui competit in præſenti, vel de præterito, non autem quòd ex noua cauſa in futurum competit, vt patet ex dictis in quæſtionibus præcedentibus, & probant etiam Barto. in d. l. 1. vbi Iaſ. nu. 17. Rip. num. 26. C. de pact. Mattheſil. in tract. de ſucceſsion. ab inteſt. membr. 4. art. 3. princ. nu. 54. vt habetur tom. 8. tract. fol. 333. plures alios cumulat, & probat Surd. conſi. 15. num. 28. vol. 1. conſi. 267. num. 23. 398. & 418.
34 præcipuè num. 24. † Et hoc catenus eſt verum, vt etiam procedat, ſi renuncians diceret, ſe renunciare iuri, quod in futurum habere ſperat, vt ex pluribus probant Georg. Natt. in repet. c. ſp. quàmuis ſiue in tract. de pact. verſ. quamuis. num. 13. vt habetur tom. 6. tract. par. 2. fol. 32. Fanut. in tract. de inuentar. num. 238. vt habetur tom. 8. tract. par. 2. fol. 319. & ratio eſt euidens; nam ſæpe replicatum
35 eſt, † renunciationem reſtringendam eſſe, ne quis indebitè damnum patiatur. ita & taliter, vt ſemper interpretetur, vt minus noceat renuncianti, vt latius probauit Menoch. conſi. 335. nu. 9. & latius conſi. 749. Surd. conſi. 431. nu. 32. & cōſi.
36 445. nu. 56. omnes enim dicunt, † vt iuri, quod non competit alicui in actu, non cenſeatur renunciatum, vt probant prædictos Authores, præcipuè Natt. in dict. verſ. quamuis. nu. 12. & vltra prædictos probat etiam Ioan. Bapt. à S. Blaſ. in tracta. de arbitr. verſ circa. nu. 12. vt habetur tom. 3. tract par. 1. fol. 310. etiam quia
37 hoc dicitur ius ignoratū, † & iuri, quod quis ignorat, renunciaſſe non præſumitur,

tur, vt ex pluribus probauit Melchior Palaez in tract. de maiorat. par. 4. q. 2. nu. 18. vt legitur tom. 10. tractat. par. 1. fol. 464. probat etiam Franc. Nico. in repet. cap. quoniam contra. par. 2. nu. 338. extr. de probatio. Et faciunt etiam allegata per Surd. in allegatis consilijs.

38 Plus dicunt DD. vt huiusmodi renunciatio intelligatur habere tacitam conditionem, si renuncianti deferatur hæreditas; nam aliàs euanesceret renunciatio tanquam conditionalis, nempe, non secuta delatione hæreditatis, vt probauit Bald. consi. 437. vol. 1. Paris. consi. 69. nu. 63. vol. 3. Beci. Purpur. & Cephal. quos probat Surd. consi. 264. nu. 44. vol. 2. cõs. 372. nu. 5. consi. 355. nu. 37. & consi. 398. num. 34. & seqq. vol. 3. Sic etiam Morot.

39 consi. 7. & consi. 22. Etiam quia † renunciatio ipsa intelligitur facta, re in eodem statu permanente, vt dixi supra q. 1. nu. 31. vnde, si status mutetur, & competat ius ex alia causa, euanescit ipsa renunciatio, iuxta tex. in c. cùm inter. de renunciat. Federic. de Sen. Dec. Paris. & alij, quos probat Surd. consi. 133. nu. 29. vol. 1. Menoch. consi. 27. nu. 47. vol. 1. Vinc. de Franch. decis. 181. num. 12. & faciunt cumulata in d. q. 1. num. 34. cum seqq. & etiam cumulata infra consi. 1.

40 Hinc etiam inferunt Scribentes, quòd renunciatio, & quietatio, quæ generaliter fieri solet per Aquilianam stipulationem, quamuis regulariter debeat intelligi, vt verba sonant, nempè generaliter iuxta tex. in l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstã. nihilominus eius verba adamussim, & oculatè consideranda sunt, nam

41 regula est generalis, † tenorem quietationis diligenter attendendum, & obseruandum esse, vt ex pluribus firmauit Purpur. consi. 220. nu. 5. vol. 1. & consequen-

42 ter, † si in principio conuentionis, & contractus esset facta mentio, & assertio aliquorum negotiorum, quamuis postea sequeretur generalis renũciatio, & quietatio per Aquilianam stipulationem, intelligetur illa generalitas restricta ad specificata tantùm, quia sic dictat ratio recti sermonis, tex. est singul. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. vbi omnes. l. si de certa. C. de transactio. Fulgo. cõsi. 121. Ang. in l. obligationi generali. nu. 5. ff. de pignor. Alex. cõsi. 46. visis, & accuratè. nu. 8. & consi. 117. visis supra narratis. nu. 1. vol. 1. Afflict. decis. 44. & decis. 285. Crauett. consi. 290. Viuius decis. 316. Præses de Franch. decis. 80. Purpur. consi. 123. nu. 2. & consi. 166. nu. 4. cum seqq. vol. 1.

43 & in specie, † vt non extendatur ad credita, quorum dies adhuc non cesserit, vt scripsit Bald. in l. si ita scripsisset, in 2. notab. ff. de lega. 2. Afflict. in constit. Regni Dignum. in 5. notab. vers. item facit, Gomet. tom. 1. variar. resolut. in tit. de legat. cap. 12. Præs. de Franch. d. decis. 80. num.

44 24. Semper enim debet quietatio generalis restringi, ne dicatur captiosa, & cõsequenter non potest comprehendere illa, quæ aliquis non esset in specie renunciaturus, iuxta tex. in l. cum Aquiliana. ff. de transact. Paul. de Castr. in d. §. Lucius. Crau. consi. 221. Grammat. decisio. 103. nu. 54. Thesau. decis. 74. Surd. decis.

45 217. nu. 10. † & præcipuè quando esset aliqua magna quantitas, quam in dubio non præsumeretur ab aliquo esse renunciandam, iuxta text. in l. prima. ff. de pact. l. si diuersa. C. de transaction. Angel. Calder. Alex. & alij, quos probat Purpurat. cõs. 286. nu. 1. vol. 1. Quæ omnia maxima consideratione aduertenda sunt; multoties enim huiusmodi quietationes fieri solẽt de stylo notariorum, quamuis non omnium, sed aliquorum imperitorum:

46 † nam periti notarij, vt adsunt in hac ciuitate, cum consilio peritorũ nõ solent errare, vt testatur Præs. de Franch. decis. 302. nu. 7. & proinde solent esse cauti in conceptione verborum similium quietationum, ne partibus aliquod præiudicium inferant sine partium voluntate, quod vtinam attenderẽt omnes notarij, & cauti essent in expressione verborum non solùm in testamentis, & legatis, vt idẽ Preses post alios admonet decis. 231. nu. 3. sed etiam in contractibus, itaq; non adessent tot lites, quarum cumulus, ferè infinitus, reduxit hoc Regnum in conquassum, & in extremam miseriam, & paupertatem.

47 Vltimò notandum est, † q̃ dum hæreditas non est acquisita, sed delata tãtùm, quia non est ius acquisitum in actu, quoniam nondũ fuit adita hæreditas, posset debitor illam renunciare, & repudiare in creditorum suorum præiudicium, ex quo non esset mera donatio, & sic cessio iuris acquisiti, sed mera repudiatio, nec damnum pati diceretur, sed solùm non acquirere lucrum, vt ex innumeris probat idem Præs. decis. 101. per tot. vt alios omis-

omittam. Et hæc hactenus pro præsenti quæstione.

SVMMARIVM.



Actum de futura successione, num valeatì difficilis quæstio esse traditur. nu. 1. Vt valeat in vim testamenti affirmatur. nu. 19.

Pactum de quota bonorum validum esse dicitur, quia paciscens habet alia bona, de quibus disponere potest. nu. 2. & q. seq. nu. 6.

Pactum de succedendo inter patrem, & filios, vel inter fratres validum esse ostenditur in vim testamenti. num. 3. Quicquid alij dicãt, vt etiam filiorum legitimam minuant. nu. 8. Præsumitur reuocatum ob debita contracta ab vno ex fratribus. nu. 10. Aliqui dixerunt hoc pactum esse inualidum, quos reprobat Author. nu. 12.

Pater diuidens sua bona inter filios in eius vita, diuisio vim testamenti habere dicitur. nu. 4.

Frater, qui pactum inijt de succedendo cum alijs fratribus, potest ad libitum de bonis suis disponere, & pactum ad libitum reuocare. nu. 5. & 9.

Ioan. Camillus Bilotta Regij Patrimonij Patronus laudatur. nu. 6.

Contrahentes præsumuntur contrahere secundum iuris dispositionem, & facere pactum omni modo meliori, quo de iure valere potest. nu. 7.

Creditores, qui contraxerunt cum vno ex fratribus, qui inter se pactum inierunt de succedendo, excludunt fratres à successione debitoris fratris. nu. 10.

Legitima filiorum, post mortem patris, & ære alieno deducto, debetur filijs. num. 11.

Frater, an possit inueniri, qui alium fratrem propter bona occidat. nu. 12.

Insidians vitam alterius, vt illi succedere possit, priuatur successione illius num. 13.

Hæres, negligens curam defuncti, ad cuius bona succedere posset, iure succedendi priuatur. sub nu. 13.

Pactum factum inter coniuges, vt in certis bonis primogenitus succedat, valet fauore liberorum, & matrimonij, nu. 14. Et Tiraquelli, & Facchin. sententia reprobatur. nu. 15. & seqq.

Pactum appositum in contractu matrimonij, dicitur pars matrimonij, & irreuocabile, vt est matrimonium. nu. 16. Locum habere ostenditur dummodo coniuges non priuentur facultate testandi. nu. 17. Vel si directè, vel indirectè non esset in fraudem filiorum primi matrimonij, & qualiter hoc eueniat explicatur. nu. 20.

Donatio omnium bonorum restringitur ad bona præsentia, & quoad illa tantũ valida dicitur. nu. 18.

Pactum de hæreditate viuentis, etiam in quota hæreditatis, nullum esse refertur, & ratio traditur. num. 21. & 22. Procedere ostenditur si post mortem paciscentis inciperet obligatio restituendi bona, secùs si in vita, & ratio traditur. nu. 25. Factum de voluntate eius, cui succederetur validum esse dicitur. nu. 29.

Hæreditas pacto dari non potest. nu. 23.

Argumento de toto ad partem validum esse traditur. nu. 24.

Pactum de hæreditate viuentis, etiam in feudis improbatur. nu. 26.

Pactum, à sorore factum de non succedendo, intelligitur, stantibus masculis, & non aliter, & ratione probatur. numero 27.

Pactum, factum in beneficium vnius, ad alium non extenditur. nu. 28.

QVÆSTIO VII.

1 Septimò quæro, an pactum, inter aliquos initum de futura successione, sit validum? Quæstio hæc non est minus controuersa, imò magis, quã pcedentes, si legãtur Doctores in l. fi. C. de pact. Menoch. consi. 563. vol. 6. consi. 250. nu. 77. & 103. vol. 3. Surd. consi. 20. consil. 122. consil. 247. consil. 348. consil. 355. consi. 398. Ann. consi. 53. vol. 1. Facchin. lib. 5. contro. iur. cap. 84. cum pluribus seqq. & lib. 8. cap. 72. Sed, vt certa à controuersis secernamus.

2 Dico primò, pactum de quota bonorum, nempe quod non continet totam hæreditatem, esse validum, sic scripsit Bart. in d. l. fin. num. 11. quem sequuntur omnes, teste Surdo in locis cit. & præcipuè d. consi. 247. nu. 4. Et hoc ea ratione, quia remanent bona in potestate paciscen-

ſcentis, de quibus ad libitum diſponere poterit,& hoc nullam habere contradictionem;affirmat etiam Peregrin. in tracta.de fideicom.art.51.num.29. & 32.Et ponunt exemplum,ſi pactum eſſet,veluti de domo,de aliquo Caſtro,de rebus mobilibus,& ſic de alijs, dummodo bona reſpiciat,non autem hæreditatem.

3 Dico ſecundò, pactum de ſuccedendo inter fratres, ſeu inter patrem,& filios validum eſſe, quia vim teſtamēti habere dicitur,ſic ſcripſit Bart. in l. tale pactum.§.vlt.nu.3.ff.de pact.quem ſequuntur DD.infra cumulādi,qui plus dicunt,

4 † quòd ſi pater in vita ſua diuiſiſſet bona inter liberos, illa diuiſio non eſſet contractus,ſed haberet vim teſtamenti,& filij ſuccederent iure hæreditario in portionibus,eiſdem per patrem aſſignatis, l. vlt.C.famil.erciſ. Bal.in anth. quod fine. nu. 1. C.de teſtam.plures alios cumulat, & probat Surd.conſi.317.nu.20.& ſeqq.

5 vol. 4. † Attamen pactum factum inter fratres de ſuccedendo, vt ſi vnus ſine filijs deceſſerit, frater ſuperſtes ſuccedat, eſt validum in vim teſtamēti, non autem donationis, adeò vt, pacto illo non obſtante, poſſint ſinguli fratres de bonis ſuis ad libitum diſponere,vt probant infraſcripti DD.Bart.in conſi. 212. Alexā. conſi.83.vol.2.& conſi.28.vol.3.Dec.in l.pactum, quod dotali.nu.3.C.de collat. conſi.225.nu.5. & alibi,poſt ipſos, Curt. iun. Crauett.& Marzar. Menoch.conſi. 92.nu.48.vol.1.& conſi.563.nu. 10. vol. 6.& ex pluribus alijs authoritatibus probat Peregrin.d.art.51.num.29.& 30. Fa-

6 ciunt etiam quæ tradit † Ioā. Camill. Bilott. Iureconſult. doctiſsimus, ac Regij Patrimonij Patronus integerrimus in lib.1.de abſolut.iuram.cap.17.num.9. & ſeqq. Qui quidem DD. confirmāt etiam ea,quæ dicta ſunt de pacto inito inter patrem, & filios.

7 Probatur autem principaliter aſſumptum prænarratum ex illo vulgato dicto quemlibet, contrahendo, prçſumi contraxiſſe ſecundum iuris diſpoſitionem, vt ſæpiſsimè replicatum eſt;& poſt Bart. in l.quod dicitur.ff.de verb. oblig. Alex. & alios probat Menoch.d.conſ. 563.nu. 6.Sed ex iuris diſpoſitione tale pactum non poteſt eſſe validum in vim contractus,vt infra dicetur, ergo contrahentes præſumuntur illud feciſſe eo modo, vt de iure valere poſſet:ſed de iure validum eſt in vim teſtamenti, & non alio modo: igitur hoc modo cenſentur cōtrahentes inijſſe contractum, vt ſi aliquis ex fratribus,vel pater ab inteſtato decederet, & fratres decederent ſine filijs,nec contrarium diſpoſuiſſent per teſtamentum, ſuperſtites habeant prædefuncti bona tanquam eius hæredes, vt rectè fundauit

8 Surd. loco cit. † Quod pactum eatenus validum eſſe aliqui cenſuerunt, vt per illud minueretur etiam filiorum legitima. vt poſt alios ſcripſit Hieron. Gabr. conſ. 136.vol.2.& de hoc pacto etiam dixi ſupra par. 3. q. 3. ſed hoc non puto verum in terminis huius quæſtionis,ſed, vt d.q.

9 3.explicaui. Valet igitur hoc pactum de ſuccedendo in vim vltimæ voluntatis, adeò vt poſsit ad libitum reuocari, put dicunt de ſubſtitutione facta in contractu, vt etiam reuocetur ad libitum, vt poſt alios probat Peregrin.d.art.51.nu. 68.cum ſeqq.Sfort.Odd.conſi.39.nu.13.

10 vt alios omittam,& conſequenter, † dū vnus ex fratribus contraxiſſet debita, tunc receſſiſſe præſumeretur ab ipſo pacto, & creditores ipſius omninò præferendi eſſent fratribus ſuperſtitibus, qui in vim pacti vocati eſſent ad ſucceſsionē præmortui fratris, clarum eſt enim, vt debita præcapienda ſint ex patrimonio defuncti,& quod ſupereſt,eſt hæredis,&

11 hoc eſt adeò verum, † quòd etiam procedat in legitima filiorum, quæ debetur filijs,deducto ere alieno, & de bonis exiſtentibus tempore mortis patris.l.cùm quæritur.C.de inoffic.teſtam. c. Raynutius.de teſtam.Grammat.deciſ.57. num. 14.& ſeqq.Peregri.in tract.de fideicom. art.36.Ann. conſi.26.num.13.conſil.20. vol.1.& conſi.120.num.33.vol.2.Lanar. conſi.70.nu.8.Surd.deciſ. 119. nu. 18.& deciſ.167.n.1. & hoc magis eſſet verum,

12 † ſi hoc pactum non valeret, prout tenent aliqui, quos probat Bilott. d. c. 17. Sed eius rationes non vrgent inter has perſonas, inter quas,vt dixi, eſt communior,& receptior ſententia,vt pactum valeat in vim vltimæ voluntatis; nec eſt pactum illicitum, nec contra bonos mores; vix enim eſſet frater ita iniquus, & crudelis, vt propter bona vellet fratrem interficere, quamuis hoc aliquando euenire ſoleat;ſed tam eueniret, ſi pactum non adeſſet,quia frater ſuccedit fratri ab

13 inteſtato, & ſine filijs decedenti: † & quando aliquis inſidiaretur alterius vi-

tæ,

tæ, vt illius bona obtinere posset, priuaretur illius successione, quia indignus efficitur, & omne ius, non solum omnis æquitas abhorret, vt quis succedat illi, quem propter bona occidit, vt scripsit Imol. in l. si ab hostibus. ff. solut. matrim. vbi hoc probat, etiam si causam mortis dederit, vel curam ipsius in infirmitate neglexerit; quod probauit etiam Natt. consi. 262. nu. 1. Mantic. & alij, quos sequitur Mascard. in tracta. de probation. concl. 1286. num. 135. & seqq. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cent. 2. cas. 356. nu. 106. cum seqq. vbi cumulatissimè illationem istam examinat. Et ex his dum per hoc pactum vocantur succedentes ab intestato, & valet in vim testamenti non potest subsistenter dubitari de illius validitate.

14 Dico tertiò, si esset pactum, factum inter coniuges, vt in certis bonis primogenitus succederet, valeret pactum tanquam initum, & firmatum fauore filiorũ, vt inter eos conseruetur parentum hæreditas, & successio, & etiam ex fauore matrimonij tale pactum substinetur ad tex. in l. si inter. ff. de pact. dotal. l. Diui Constantini. C. de naturalib. liber. Salyc. in d. l. vlt. C. de pact. Guliel. de Benedict. Iaf. Rui. Dec. Parif. Caffan. & alij, quos probat Menoch. consi. 1. sub nu. 161. & num. 163. in consi. 92. nu. 37. vsque ad nu. 60. 1.
15 vol. & consi. 203. per totum vol. 2. † quãuis Tiraquell. in tract. de primogenitur. q. 6. contrarium teneat, vt nec etiam in hoc casu valeat pactum, cuius opinionẽ probat nouissimè Facchin. lib. 5. controuer. iur. c. 87. sed loquuntur contra com-
16 munem, & veram sententiam. † nam DD. eatenus illationem istam veram esse iudicarunt, vt voluerint, hoc pactum esse irreuocabile ad instar matrimonij, hoc est, quemadmodum matrimonium, semel initum, est irreuocabile, ita etiam omne pactum; quod fieret contemplatione ipsius matrimonij; nam iudicatur pars matrimonij: & relictis probationibus communibus, quæ loquuntur in donatione facta contemplatione matrimonij, de quibus dicetur infra coñ. 11. de validitate huius pacti, in particulari loquuntur Bal. in l. petens. num. 49. vbi Dec. col. 1. C. de pact. Grau. consi. 159. nu. 8. & consi. 298. nu. 13. cum alijs cumulatis per Menoch. locis cit. vbi etipsum
17 Tiraquell. pro hac sententia citat; † & posset contraria opinio locum sibi vendicare; quoties per illud pactum essent coniuges priuati dispositione bonorum, vt quia esset pactum de omnibus bonis acquisitis, & acquirendis; quo casu, si valeret in vim contractus, non posset sub-
18 stineri, nisi de bonis præsentibus, † vt dicitur de donatione omnium bonorum; quæ vt valida sit, restringitur ad præsentia tantùm, vt in l. omnes debitores. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. creditor. l. vnic. C. de action. ab hæredib. & contr. hæred. Bart. Bald. Cyn. Alexan. Roman. Boer. Iul. Clar. Viui. Molin. Bursat. & alij plures penes Surd. decis. 223. nu. 8. & decis. 233. Ann. consi. 73. vol. 1. Præs. de Franch. decis. 594. vbi nu. 1. & 2. ita dicit esse receptum, & decis. 600. Idem Surd. consi. 450. vol. 3. Andr. Facchin. lib. 6. cõtrouers. iur. cap. 87. & seqq. & successiuè nõ deberet in totum inficiari, sed solum quoad futura tantùm, etiam quia, si sub-
19 stineremus, † esse pactum omnium bonorum, non posset tunc valere, nisi in vim testamenti, vt superius dictum est circa pactum de succedendo; initum inter patrem, & filios, vel inter ipsos fratres, & rationibus ibidem cumulatis.

20 Illud tamen in hoc aduertendum est, tunc huiusmodi pacta esse valida, quãdo non essent in fraudem filiorum primi matrimonij, prout dictum est supra par. 3. q. 11. cum plurib. seqq. in explicatione tex. l. hac edictali, & l. fœminæ. C. de secund. nupt. quod non solùm procedit, quando fit ab ipsis coniugibus tale pactum, sed etiam, si fieret ab alio, contemplatione tamen ipsorum coniugum: multoties enim euenire solet, vt fratres ipsius mariti, vel alij transuersales faciant donationem contemplatione matrimonij filijs nasciturìs ex matrimonio fratris, & pro securitate dotis receptæ per fratrẽ, & postea donantes ipsi solent obtinere indemnitates, & sic præsumuntur donationes simulatæ in fraudem filiorum primi matrimonij.

21 Tota igitur quæstio est de successione vniuersali, nempè de successione totius hæreditatis, & in hoc magis communis opinio est, vt pactum nullo modo valeat tanquam factum de hæreditate viuentis, quod iudicatur contra bonos mores, & vt inducens votum captandæ mortis illius, de cuius successione agitur, iux. tex. in l. fin. C. de pact. vbi omnes, & probant om-

omnes Authores, quos in princip. cumulaui: & hoc eatenus habuerunt Scriben-
22 tes pro indubitato, † vt etiam procederet dixerint in pacto de quota hæreditatis, adhuc enim pactum esset nullum, & inualidum, quod probant præcipuè dupliciter; & primò, quia regula est vni-
23 uersalis. † hæreditatem pacto dari non posse. l. hæreditas. C. de pact. conuent. & l. ex eo. C. de inutilib. stipulation. cum alijs cotis per eosdem Authores cumulatis: Quæ quidem regula etiam in quo-
24 ta hæreditatis locum habet, † nam totius, & partis regulariter iddem est iudicium. Et quod est nullum in toto, est etiã nullum in parte illius. l. quæ de tota. ff. de rei vẽdicat. l. an pars. ff pro derelict. post Bald. Castr. & alios, Cacheran. decis. 100. num. 26. post ipsos Anchar. Dec. Alciat. Crau. Soc. iun. & alios plures. Peregrin. d. art. 51. nu. 26. & 27. vbi nu. 32. declarat ex mente prædictorum, & aliorum
25 hoc esse verum, † quoties pactum induceret bonorum obuentionem post mortem alterius in tota, vel in quota hæreditatis, & hoc modo procedere dicit opinionem illorum, qui tenent, pactum de futura successione non esse validum: at si obuentio induceretur de certis rebus, aut de certo bonorum genere, tunc pactum esset validum, & hoc modo concordat opiniones, & patet etiam eius concordia ex dictis superius à nu. 2. vsq; ad num. 21.

26 Insuper hoc non solùm procedit in bonis burgensaticis, sed etiam in bonis feudalibus, vt nec etiam valeat pactum de hæreditate viuentis propter easdem rationes, vt reprobato Camerario in c. Imperialem. fol. 36. vol. 1. vers. Quinimò. de prohib. feud. alien. per Federic. probat nouissimè Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de regalibus impositione. §. 7. nu. 20. & seqq. de cuius articuli veritate, & discussione ad ipsos me remitto; cùm sit extra materiam nostram.

27 Illud tamen præcipue notandum est, vt dum soror etiam per pactum renunciat in beneficium patris, & fratrum, intelligatur pactum esse validum, quatenus adsint masculi, & prout intelligitur renunciatio, & earum exclusio per consuetudines, nempè, stantibus masculis, sed ipsis mortuis, non obest pactum sorori, vt scripserunt Anchar. consi. 81. nu. 3. Cassiodor. Ferret. & alij, quos probat Farinat. decis. 525. n. 3. Clarum est enim
28 vt pactum, factum in beneficium vnius non extẽdatur in præiudicium alterius: itaque factum vni ex debitoribus, ad aliã personam non transmittit, quia personale esse dicitur. l. nisi, cum ll. seqq. ff. de pact. de qua materia latissimè disputat Præs. de Franch. decis. 476. tota, vt pactũ factum in beneficium debitoris, non prosit fideiussoribus, vt per eum, faciunt etiã tradita per Afflict. decis. 25. nu. 17.

29 Postremò aduertendum est, vt tunc non valeat pactum de hæreditate viuentis, quando ille, de cuius successione agitur non consentiret: at si eius consensum adhiberet, pactum esset validum, vt in d. l. fi. C. de pact. vbi omnes, & probant etiã præcitati DD. sic etiam Molin. in tract. de contract. disput. 271. sub nu. 7. vt alios omittam. Nam tex. hoc disponit. Et hæc omnia magis patebunt ex dicendis q. seq. vbi etiam quædam obiectiones, quæ contra prædicta adduci possent, soluentur.

SVMMARIVM.



Pactum de futura successione vniuersali non tenet. nu. 1. 2. & 7. Num valletur contractu, & iuramento. nu. 10. 11.

Hæreditas vendi non potest, nisi sit in statu, vt adiri possit. nu. 3. Procedere ostenditur, etiam si venditor haberet spem probabilem succedendi per substitutionem pupillarem. nu. 4. Valida tamen esset venditio, interueniente consensu illius, de cuius successione agitur. nu. 5.

Pactum de succedendo in certis rebus, & bonis qua ratione sit validum, explicatur. nu. 6. 8. & 11.

Miles potest dare hæreditatem per pactũ. num. 9.

Renunciatio facta de non succedendo per pactum de non petẽdo, licet valida sit, non tamen inde inferri potest, vt valeat pactum de succedendo, & ratio traditur. nu. 12.

Dispositum in vno de correlatiuis, censetur etiam in alio, habente eandem rationem, dispositum. nu. 13. Secus si diuersa ratio esset in vno, & in altero. num. 15.

Nihil est tam conueniens naturali equitati,

tati, quàm de bonis suis disponendi liberam habere facultatem. nu. 14. Qualiter autem hoc procedat, explicatur. nu. 17. & 23.

Pactum de non succedendo non est contra bonos mores, prout est pactum de succedendo, & ratio traditur. nu. 16.

Nemo potest de bonis suis disponere per modos improbatos à iure. nu. 17. & 23.

Pactum potest ampliare dispositionem iuris, non tamen potest tollere substantialem dispositionem actus. nu. 18. Impediens constitutionem census, & faciens transire contractum censualem in aliam contractus speciem, nullum esse dicitur. num. 19. Adiectum, vt emptor infra certum tempus teneatur redimere censum, inualidum est. nu. 20. Appositum in contractu donationis, nè donatio reuocari possit ob vitium ingratitudinis, non tenet. nu. 21.

Donans potest reuocare donationem ob vitium ingratitudinis, non obstante pacto adiecto in contrarium. sub numero 21.

Contractus factus contra dispositionem iuris an sit nullus ipso iure, vel per sententiam Iudicis rescindi debeat? num. 22. Factus in feudis cum immediatè successuro validus reputatur, ex quo resoluitur in vim refutationis. numero 27.

Contrahentes non possunt facere, quin leges in eorum contractibus locum habere valeant. nu. 23.

Pactum de non petendo rem feudalem nullum esse ostenditur, si non interueniat assensus Domini. nu. 24. Validum tamen esse dicitur, si fiat cum proximè successuro. nu. 26.

Pactum de non petendo inducit donationem, & ideò si excederet summam taxatam à lege, insinuationem requireret. nu. 25.

QVÆSTIO VIII.



1 Octauò quæro, an pactum de succedendo alicui sit validum, vel semper improbetur? Quæstio hæc ponitur ad maiorem expressionem quæstionis præcedentis, & vt quædam, quæ ibi non fuerunt discussa, hic examinatur, quæ examinant etiã post alios Menoch. cons. 1. nu. 160. vol. 1. consi. 789. nu. 7. & seqq. & consi. 794. vol. 8. Facchin. lib. 5. controuers. iur. cap. 84. cum seqq. cum alijs cumulatis q. præced. in prin. Et si quæramus de pacto vniuersali de succedendo, siue de hæreditate, vel quota hæreditatis, clarum est pactum non valere, vt patet ex dictis supra q. præced. à nu. 21. vsque in fin. Quod eueniet, si hoc modo
2 conciperetur pactum, † vt promitto tibi hæreditatem meam, vel bona mea; & ratio est, cur non valeat, quoniam hæreditas pacto dari non potest ex dictis quęst.
3 præced. nu. 23. & hinc est, † vt hæreditas nec etiam vendi posit; nam, vt valida sit venditio, debet esse delata per mortem illius, cui venditor ipse hæres extiterit. l. 1. & seq. ff. de hærit. vel act. vend. & l. 1. C. eod. Sed si adhuc viueret ille, cui succedendum esset, tunc venditio esset nulla, ex quo esset contra bonos mores, propter periculum, quod hincinde, cui succedendum speratur, euenire posset, vt habetur d. l. 1. post Gomet. & alios communiter, Molin. disput. 340. nu. 4. &
4 seqq. in tract. de contract. † vbi nu. 9. ex tex. in l. 2. §. illud. ff. de hæred. vel act. vend. procedere ait, etiam si venditor haberet spem probabilem succedẽdi ex pupillari substitutione, & hoc propter rationes prædictas, quia tunc hæreditas adiri nequit, & etiam propter votum captandæ mortis alterius. Benè verum est, vt etiam q. præced. num. 29. notatum est,
5 † quòd si in tali venditione adesset consensus illius, cui succedendum esset, valeret venditio, prout valeret pactum, vt ex tex. in d. l. vlt. C. de pact. & alijs probat Molin. loco cit. nu. 8. vbi nu. 4. ex tex. in l. emptor hæreditatis, vbi glos. Barto. & alij. C. de hæred. vel act. vend. affirmat, vt tunc omnes actiones transeant in emptorem ipsius hæreditatis.
6 Si verò esset pactum de certis rebus, vel de quota bonorum, tunc validum esset, vt patet ex dictis q. pręced. à num. 2. vsque ad nu. 21. & probant Oldra. consi. 139. Bar. consi. 222. & alij, quos cumulat, & probat Menoch. d. consi. 794. nu. 3. & plures alij ad hoc propositum recenset Facchin. d. lib. 5. c. 85. quamuis ipse contrarium teneat, & ratio est pro validita-
7 te pacti, † quia tunc pactum de succedẽdo est improbatum à iure, quando est cõceptum per viam vltimæ voluntatis, vt quia significaret obtẽtionem bonorum, vel

vel hæreditatis post mortem promittentis; tunc enim vigent rationes, vt hæreditas pacto dari nequeat, & pactum de futura successione inualidum sit, & con-
8 tra bonos mores. † At quoties esset pactum de quota bonorum, secùs esset; tūc enim est de certis rebus, & incœpit obligatio in vita paciscentis, valet pactum in vim contractus, & hoc modo procedit opinio Oldradi, & aliorum, quos probat Menoch. loco cit. nu. 13. vers. verum ipse Parisius.

Nec obstat; quatenus Facchin. loco citato. probat contrarium, vt nullo modo pactum sit causa acquisitionis ea ra-
9 tione, † quia certos habemus modos, quibus dominia rerum acquirere possumus, inter quos modos non est pactum, imò potius ipsum pactum reijcitur, ex quo non potest ex eo dari hæreditas, vt dictum est, nec etiam possunt dari bona, nisi paciscens esset miles, vt in l. licet. C. de pact. & consequenter videtur esse quodam figmētum, vt detur acquisitio dominij per pactum, & hoc argumento plures alij vtuntur, de quibus meminit Menoch. d. consi. 794. nu. 9. & 10. de quo quidem argumento magnificat Andr. Facchin. loco cit. Verùm meo paruo iudicio non vrget; tunc enim posset vrgere, si persisteremus in ipso pacto tantùm, vt quia conceptum esset per viam vltimę voluntatis, tunc enim non valeret, vt dictum est secundum receptiorem senten-
10 tiam, † quamuis etiam in hoc casu multi tenent, vt tota hæreditas dari possit per pactum vallatum contractu, & iuramento, vt scripsit Castr. consi. 41. lib. 2. Guid. Pap. consil. 41. Deci. & alij, quos probat Bilotta de absolut. à iuram. c. 17. num. 10. & seqq. de cuius veritate, dicam q. seq. & successiuè argumentū ipsius Facchin.
11 non militat: † & eò magis hoc locum habet, quoties esset pactum de certis rebus, & sic de quota bonorum, vt patet ex dictis; tunc enim non esset merè pactum, sed pactum vestitum contractu, & iuramento, & haberet vim in vita paciscentis, & consequenter non vigeret regula iuris, vt pacto hæreditas dari nequeat, & eo fortius confirmari potest huiusmodi pacti validitas ex traditis q. præced. nu. 18. nempe pactum esse validum ad instar donationis omnium bonorum, vt restringatur ad bona præsentia tantùm, & de futuris remaneat libera dispositio in potestate ipsius donantis, & sic paciscentis, quod iam esset in proposito, dum est pactum de quota bonorum.

12 Nec secundò obstat, quod sæpius replicatum est, valere renunciationem factam per pactum de non succedendo, ergo eodem modo valere debet pactum de succedendo: nam succedere, & non
13 succedere sunt correlatiua, † & dispositum in vno de correlatiuis censetur etiā dispositum in altero, iuxta tex. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. curatorem. C. de interdict. matrim. cum alijs cumulatis per Surd. decis. 251. num. 3. & proinde etiam pactum de succedendo
14 validum esse debet. † Et confirmatur ex tex. in l. 1. C. de sacros. eccles. vt nihil sit tam conueniens naturali æquitati, quàm adesse libertatem, & uoluntatem liberā disponendi de bonis suis, & ideo & pacto, & omni alio modo, & bona, & hæreditatem suam posse debet aliquis in aliū transferre.

15 Nam ad primum respondetur, uerum esse assumptum, quoties eadem ratio uiget in utroque correlatiuo; sed si adesset diuersa ratio in uno, quæ est in alio, tunc non ualeret regula, ex quo à cessante ratione argumentum non urgeret, nec cēseretur dispositum, ut ad literam probat tex. in d. l. curatorem. Ias. in l. si emancipati. nu. 27. C. de collation. cum alijs cumulatis per Surd. loco cit. & etiā decis.
16 1663. nu. 8. Huiusmodi est in hoc casu, † qa pactum de non succedendo non est contra bonos mores, ex quo non continet uotum captandæ mortis, imò excludit intentionem desiderandi mortem alterius; sed pactum de succedendo hęc omnia continet, nihil ergo mirum, si hoc pactum sit improbatum, & illud non.

17 Ad confirmationem respondetur, licitam esse dispositionem quouis modo de bonis suis, si ille modus non sit improbatus à iure, nemo enim potest modo, à iure improbato, de bonis suis disponere, ex reg. tex. in l. nemo potest. ff. de lega. 1.
18 Et hinc est, † ut pactum, amplians iuris dispositionem, sit ualidum: quod uerò substantialem dispositionem actus mutat, inualidum sit. l. si peculium. §. 1. ff. de pecul. Iacobut. de Franch. in c. 1. §. hoc autem. num. 32. de his, qui feud. dar. poss. cum alijs cumulatis per Farinat. decisio. 324. ubi concludit, pluries decisum in illa

19 illa Rota, † pactum impediens censfus constitutionem, & faciens transire contractum censualem in aliam contractus
20 speciem, nullum esse, sic etiam, † si pactũ adiectum esset, vt emptor intra certum tempus teneretur redimere censum, esset nullum, & inualidum; esset enim contra substantiam contractus censualis, ut ex tex. in cap. fin. de condition. appos. ex Bar. Bal. & alijs, probat Farinat. decisio. 313. ubi sic pluries decisum refert in illa Rota.

21 Sic etiam dicitur de pacto apposito in donatione, ne possit reuocari ob uitium ingratitudinis; nam esset pactum contra bonos mores, inducens homines ad delinquendum; & per consequens non teneret, & eo non obstante, posset donans reuocare donationem ob uitium ingratitudinis donatarij, ut ex pluribus fundauit Gomet. lib. 2. uariar. resolut. cap. 4. num. 14. post eum Gregor. Lop. & Guttier. Molin. in tract. de contractib. dispu. 281. sub nu. 4. & num. 5. & etiam disput. 271. nu 5. cum seqq. ubi explicat pacta contra bonos mores, & ad eius dicta me remitto, prout etiam Salas in tract. de legib. disput. 16. sect. 8. tota, ubi etiam ex-
22 plicat, † an sẽper, ut contractus fit contra dispositionem iuris, & per pactum à lege improbatum, fit nullus ipso iure, etiam si lex non contineat clausulam irritantem, uel potius officio Iudicis debeat annullari, ubi longissimam contextuit disputationem per sex ferè paginas, ponens regulam cum ampliationibus, & limitationibus, vt per eum, nihilominus si pactum est improbatum à iure, contractus inde factus est nullius momenti, & nullus est ipso iure, præcipuè vbi viuitur iure Cæsareo ex regul. tex. in l. non dubium. C. de legib. vbi Bart. nu. 38. Angel. num. 18. cum alijs cumulatis per Salas d. sect. 8. in princ. qui videri potest pro maiori dilucidatione harum illationum, quamuis Io. Andr. Butr. & Anchar. quos recenset Iacob. de Franch. in rubr. de feud. guard. nu. 27. teneant, valere pactũ remissionis ingratitudinis. vbi nu. 29. & 30. dicit eorum opinionem posse locum habere, quoties in specie per contractum iuratum esset facta promissio de non reuocando ob vitium ingratitudinis, mihi tam indistinctè placet prima opinio, quã ipsemet Iacobus ibid. nu. 28. post Bald. amplectitur, vt ingratitudo, prouenienſ ex delicto, nequeat remitti.

23 In proposito lex iubet, hæreditatem non posse dari pacto, hanc legem omnes seruare tenentur, & consequenter dum contrarium agunt, nullo modo valet eorum dispositio, cum facere non possint, dispositionem alio modo, quo illis permittitur à lege, & si diuerso disponerent modo, esset nulla dispositio ipso iure, sic enim est receptior sententia legistarum in d. l. non dubium, & ferè omniũ Theologorum quamuis aliqui dissentiant, vt potius debeat annullari contractus per sententiam Iudicis, de qua re videri potest Salas vbi supra, quia in foro exteriori si esset necessaria sententia, esset potius declaratoria nullitatis contractus, quàm rescissoria eiusdem.

24 Ex his etiam deducitur, quòd, si vassallus sine assensu Domini faceret pactum de non petendo rem aliquam feudalem, pactum esset nullum, quia contra dispositionem Iuris, prohibentis quamlibet contrectationem super feudis sine consensu Domini, & nihilominus per tale pactum nullum dominium transfertur, nec ius aliquod super feudo cõstituitur, & tamen contractus est nullus, vt probauit Andr. per illum tex. in c. Titius, si de feud. defunct. mil. fuer. cõtrouers. Capyc. deci. 196. nu. 19. post ipsos, Frecc. & Præs. de Franch. Reg. de Pont. in tracta. de potest. Proreg. in tit. de assensu Reg. sup. dot. §. 1. nu. 35. & seqq. vbi nu. 37. ex Alex. in l. creditori. nu. 4. C. de pact. vbi Ias. nu. 3. qui testatur de communi, & An
25 gelum probat, † ex tali pacto de non petẽdo induci donationem, adeò vt debeat interueniri insinuatio, quando excederet summam à lege determinatam, quia remissio iuris de non petendo etiã in feudis donationem inducit, quod tamen locum habet, si pactum fieret in be-
26 neficium extranei; † sed si fieret, cum proximè successuro ad feudum, valeret pactum, quia non diceretur alienatio, sed solum remissio iuris in beneficium immediatè successuri, & sic valeret etiam sine consensu Domini, vt probat Andr. in d. c. Titius. & alij relati, & probat etiã idemmet de Ponte loco cit. in tit. de refutation. feudor. §. 1. nu. 19. & in toto illo
26 §. probat, † omnem contractum, cum immediatè successuro factum, validum esse, etiam sine assensu, ea ratione, quia alienatio facta in proximè successurum, resol-

resoluitur in vim refutationis, quæ à lege permittitur sine consensu Domini, & consequenter ex prædictis cerni potest tam pactum de succedendo alicui, quod à lege improbatur, quàm omne aliud pactum initum contra dispositionem iuris nullum esse, & inualidum, nec per illud trāsferri ius aliquod in beneficium eius, cui fit: & ex his remanet expedita hæc quæstio, cætera enim videri possunt penes Authores citatos tam in principio huius quæstionis, quàm etiam in principio quæstionis præcedentis.

S V M M A R I V M.



Actum de futura successione vt validetur iuramēto. Bal. & alij recensentur. num. 1. Contrariam sententiam tāquam communiorem defendit Author. nu. 7. & seqq. Dicitur esse contra bonos mores ciuiles, canonicos, & naturales, quod explicatur nu. 15. & seqq. Num exposcat absolutionem, qua non obtenta, in periurium incidatur, à num. 21. vsque in finem explicatur.

Iuramentum semper seruari debet, quoties sine interitu salutis æternæ seruari potest. num. 2. Procedere ostenditur etiam si in iurando sit commissum peccatum. sub num. 2. & nu. 24. Non debet seruari, etiam si peccatum contineat. nu. 19. & 20. Confirmat donationem inter patrem, & filium, inter virum, & vxorem, & quicquid secundum ius ciuile tantùm inualidum est. nu. 4. cum seqq.

Donatio facta per filiumfam. de bonis sitis extra districtum, dum per statutum habilitatur ad donandum quàmuis nō valeat, confirmatur tamen iuramento. nu. 3. Sic etiam donatio inter patrē, & filiumfam. & inter virum, & vxorem. nu. 4. & 5. Sed qualiter hoc procedat, explicatur. nu. 10.

Pactum, continens remissionem, vel renunciationem iuris petendi dotem, soluto matrimonio per mortem viri, etiā iuramento vallatum non tenet, si solemnitates iuris etiam municipalis nō contineat, & habeat. nu. 8. Pacto num possit aliquis se priuare facultate testandi. sub nu. 25.

Iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur. nu. 9. Firmat contractus, qui inualidi sunt secundū ius ciuile; non tamen illos, qui sunt contra bonos mores. nu. 10. & 11. Præstitū cōtra bonos mores, vt quia ex parte materiæ, vel ex parte iurantis turpitudinē contineat non est obligatorium. nu. 12. Non debet esse vinculum iniquitatis. nu. 18. Præstitum super actu per legem improbato, num exposcat absolutionē? num. 27.

Stipulatio pœnalis, apposita super permissione non reuocandi testamentum, quamuis iuramento valletur, nulla esse ostenditur. nu. 13.

Clericus nec etiam cum iuramento potest renunciare foro suo, vt conueniri valeat coram sæculari Iudice. nu. 14.

Peccatum veniale sufficit, vt iuramentū non seruetur. nu. 20.

Absolutio, vt non sit necessaria à iuramēto præstito super pacto de futura successione multi tenent, qui recensentur. nu. 21. Contrarium tenet Author, vt saltem ad cautelam requiratur. nu. 29. & seqq, Dicitur tollere vim iuramēti. num. 31.

Testamentum potest ad libitum reuocari non obstante iuramento de non reuocando. sub nu. 22.

Iurans non reuocare testamentum, si illud reuocet, valet reuocatio, nec reuocans dicitur periurus. nu. 22. Quamuis aliqui contrarium teneant, qui recensentur. nu. 25. Non seruans iuramentum præstitum dicitur periurus. numero 24.

Iuramentum metu extortum multi tenent indigere absolutione, quorum opinio est probabilior. num. 26. Plures docent oppositum, & ita Iudices seruant. num. 29.

Quod fit contra pactum, vel contractū, vallatum iuramento, nullum est. numero 28.

Tutior via in omni negotio, & præcipuè in absolutione a iuramento, eligi debet. num. 30.



QVÆ-

QVÆSTIO IX.

1 Nonò quæro, an pactum prædictum de futura successione valletur iuramento? Quæstio hæc maiorē habet contradictionem, quàm præcedētes, adeò vt partem affirmatiuam plures defendāt; inter quos est Bald. in c. 1. §. moribus. si de feud. defunct. milit. fuerit controuers. & plures alij, quos recenset Facchin. lib. 8. controuers. iur. cap. 72. in prin. quibus addendus est Menoch. consi. 789. num. 7. vol. 8. & Brunor. à Sole in compēd. proposit. iur. in verb. iuramētum validat renunciationem, cum alijs cumulatis q. præced. nu. 10. Præcipuum fundamentū
2 istorum est; † quia quotiescunque iuramentum seruari potest sine interitu salutis æternæ, seruari debet, quamuis in iurando sit commissum peccatum; non enim debet aliud peccatum committi, nempè periurium, non seruando iuramentum, sic notant communiter prædicti Authores ex tex. in c. cùm contingat. de iur. iuran. c. quamuis. de pact. in 6. & post Hostiens. & alios plures iddem probat Farinat. decis. 777. num. 4. vbi etiam
3 fundat, † quòd licèt minor, siue filiusfam. non possit donare, & si habilitetur per statutum ad donandum, intelligitur de bonis sitis intra territorium statuētium. vt suo loco probatum est, & cumulat plures Farinat. loco cit. nu. 1. Si tamen, mediante iuramento donaret bona extra territorium, iuramentum confirmaret contractum, & sic valida esset ipsa donatio.
4 Confirmari potest supradictorum opinio; quoniam, licèt ius ciuile annullet donationem inter patrem, & filium, ex tex. in l. donationes, quas parentes. C. de donatio. int. vir. & vxor. tum quia filius acquirit patri, tum etiam, quia pater, & filius habentur pro vna, & eadem persona; nihilominus quando donatio vallatur iuramento, valida esset, sic probat Bald. in l. vlt. nu. 8. C. de vsucap. pro donat. & hanc esse communem sententiam in vtroque foro post Alex. Corn. Socin. Ias. & Iul. Clar. probat nouissimè Azor. par. 3. moral. lib. 11. in tit. de donation. c. 9. in fi. & in toto illo cap. explicat plures causas, ob quas valeat donatio inter patrem, & filium, etiam familias.
5 Secundò confirmari potest, quia donatio inter virum, & vxorem inualida est de iure ciuili, vt toto tit. ff. & C. de donation. int. vir. & vxor. & procedit etiam de iure canonico, vt in c. donatio. de donat. int. vir. & vxor. Nihilominus receptior est sententia contra Bart. vt donatio ista confirmetur iuramento iuxta opinionem Imolæ in d. cap. cùm contingat. nu. 89. de iur. iuran. & post ipsum, Alex. Panhor. & alios innumeros Azor. in d. tit. de donation. cap. 10. §. altera sententia, vbi pro eadem opinione citat Barto. sibi contrarium in l. Seius, & Agerius. ff.
6 ad leg. Falcid. † Hoc iddem dici posset de donatione omnium bonorum, quæ vallatur iuramento, quamuis sine iuramento non esset valida, vt ex vera sententia probat Azor. loco cit. c. 7. Sic etiā in pluribus alijs, vt in renunciatione filiarum; In alienatione rei dotalis, & in alijs pluribus, quæ secundum ius ciuile non valent, nec etiam secundum ius canonicum, & tamen vallantur iuramēto, prout iddem Azor. aliquos casus recolegit d. par. 3. lib. 6. cap. 5. §. Secunda regula, & esset potius laboriosum casus prædictos recensere, qui validantur iuramento.
7 Verùm contrariam sententiam puto veriorem, pactum prædictum nec iuramento vallari, ita docuit Bart. in l. vlt. C. de pact. vbi alij plures, & post ipsum, Alex. Deci. Cappell. Tholos. Curt. iun. Ias. Tiraquell. Soc. iun. Couarru. Andr. Gail. Cacher. Gabr. Viu. Cęls. Vgo. Surd. & Sim. de Petr. probat Facchin. d. c. 72. vers. tertia igitur est sententia; & hanc etiam opinionem defendit Menoch. sibi contrarius consi. 371. num. 23. vol. 4. & consi. 563. num. 8. vol. 6. probat etiam Azor. d. lib. 6. c. 5. §. pactio de futura successione, & hanc opinionem sequor, quā etiam videtur defendere Peregrin. in tract. de fideicom. art. 51. num. 68. cum seqq. Sfort. Odd. consi. 39. nu. 13. & seqq.
8 Farinat. decis. 434. † vbi affirmat decisū esse in illa Rota pluries, nō valere pactū continēs donationē, seu remissionem iuris petendi dotem in casu dissoluti matrimonij per mortem viri, ex quo dum pactum non fuit celebratum cum solemnitatibus requisitis per statutum dictæ Vrbis, & iddem est, si non habeat solemnitates iuris, nullum etiam, & inualidum

eius,

erit, nec iuramento confirmari potest;
9 iuramentum enim sequitur naturam contractus, super quo apponitur, & si contractus est nullus, nec etiã ligat iuramentum. l. vlti. C. de non numer. pecun. post Bart. Farinat. loco cit. nu. 3. Peregrin. qui loquitur in hoc pacto de succedendo, Odd. & Menoch. in locis cit. sic etiam Azor. ĩ d. §. pactio, de futura successione.

Vt autem prædicta magis pateant, & contraria soluantur, est aduertendum ex communi, & vera sententia tam Iuristarum, quàm etiam Theologorum, quos probat Azor. d. c. 5. & etiam d. lib. 11. in
10 tit. de donat. c. 9. in fi. † tunc iuramentũ firmare contractum, quando ille contractus est prohibitus simpliciter à iure ciuili, & huiusmodi est donatio inter patrem, & filium, sic etiam inter virum, & vxorem cum omnibus alijs, quæ in argumentum adducta fuerunt; nam sufficit tunc, vt possit seruari iuramentum sine interitu salutis æternæ, vt in specie post
11 alios not. Azor. in locis citat. † At quoties contractus, pactum, vel conuentio improbatur, quia sunt contra bonos mores; tunc dum contractus est nullus, nec iuramentum firmat contractum, nec obligat iurantem, & hoc modo habetur in cap. non est obligatorium. de regu. iur. in
12 6. † vt iuramentum contra bonos mores non sit obligatorium, nec seruari debeat, quod euenit, si vel ex parte materiæ, super qua cadit iuramentum, vel ex parte eius, qui iurauit, adesset turpitudo:
13 Et hinc est, vt stipulatio pœnalis apposita super promissione de non reuocando testamentum, nulla sit, nec iuramento confirmatur, quia promissio est contra bonos mores. l. stipulatio hoc modo con
14 cepta. ff. de verb. oblig. vbi omnes, † Sic etiam si talis stipulatio esset apposita à clerico de renunciando forum suum, vt conueniatur coram Iudice laico, secundum se est nulla, nec iuramento vallatur, quia contra bonos mores est, vt in cap. si diligenti. de for. compet. & sic dici posset de alijs, quæ sunt contra bonos mores, quorum aliquos casus ponit Azor. d. cap. 5. & aliqua etiam cap. 6. vbi ponit regulas cognoscẽdi, quando sit appositum iuramentum contra bonos mores, quos omitto.

15 In proposito, hoc pactum de futura successione est contra bonos mores, tam ciuiles, quia à lege ciuili improbatur, vt pacto detur hæreditas, iuxta tex. in l. hę
16 reditas. C. de pact. conuent. † est etiam contra bonos mores naturales, quia inducit votum captandę mortis. l. quidam. §. vlti. ff. de donatio. & l. vlti. C. de pact.
17 † Sic etiam est contra bonos mores canonicos, nam Sacri Canones hoc pactũ improbant, vt in c. 2. & c. detestanda. de concess. præben. in 6. Nam, cum contineat votum captandæ mortis, continet etiam peccatum, & consequenter cum sit pactum contra omne ius, siue contra bonos mores omnis iuris, etiam naturalis, non potest confirmari per iuramen-
18 tum; † hoc enim non debet esse vinculum iniquitatis, & cùm sit religionis actus, non potest confirmare actus contra omnem religionem, prout post alios probat Facchin. d. c. 72. vers. respondeo iuramẽto. Et ex his solutæ apparent obiectiones factæ, siue confirmationes adductæ pro prima sententia.

19 Nec principale motiuum dictæ sententiæ subsistit, vt iuramẽtum seruetur quoties seruari potest sine interitu salutis æternæ: nã respondetur adesse interitum æternæ salutis propter votum captandę mortis proximi, & si aliquis, in cuius beneficium pactum appositum fuerit, esset ita bonus, vt mortem proximi propter bona illius non desideraret, quod difficillimè solet euenire; tamen inficiari nequit, vt ad minus peccatum non fuerit, quando tale pactum fuit initum: quo fit,
20 vt iuramentum non seruetur, sufficit ẽt, vt veniale peccatum committatur, vt scripserunt Archid. & Ioan. Andr. in cap. quamuis, de pact. in 6. Cacher. decis. 100. num. 3. plures alios cumulat, & probat Facchin. d. c. 72. vers respondeo, id negari meritò posse. Vbi plus dicit in vers.
21 responderi potest. † vt in hoc casu nec absolutio à iuramento sit necessaria, nec dicatur periurus, qui venit contra tale pactum, ex quo iuramentum erat contra bonos mores, & proinde non valebat, vt
22 etiam dicunt DD. † quòd si aliquis iurauit non reuocare testamentum, quod postea reuocauit, tunc valet secundum, ex quo testamẽtum, secundum eius substantiam, siue essentiam, potest reuocari vsque ad mortem, nec tamen per reuocationem primi testamẽti esset periurus, vt scripserunt Barto. Ang. Alex. & alij plures, quos recenset Couarru. in rubr. de testam. par. 2. num. 15. Et hoc ob ean-

eandem rationem, quia iuramentum erat contra bonos mores.

23 Mihi tamen contraria sententia probatur, vt in vtroque casu sit necessaria absolutio; nam in hoc pacto in specie necessariam esse absolutionē, docuit Imol. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. vbi Alex.nu.7.ff.de verb. oblig. Alciat. in c. cùm contingat.nu.80. de iur. iurā. Vasq. in tract.de success.progress.lib. 2.§. 116.
24 nu. 195. quia regula est vniuersalis, † vt si iurans iusiurandum non seruet, incidat in periurium, & consequenter, ne periurium committatur, debet seruari contractus, quamuis sit commissum peccatum, quando iuramentum fuit præstitum, vt
25 patet ex dictis supra nu. 2. † In secundo casu, vt necessaria sit absolutio, nè reuocans testamentum efficiatur periurus, probant Archid.Ioan.Andr.Anch.Imo. Felin.& alij plures, quos probat Couarr. d.nu. 15. quos etiam nouissimè sequitur Azor.d.lib.6.c.6.§.quæres, an Titius sit periurus, quia, licèt sit contra bonos mores ciuiles, ne adimatur alicui testandi potestas, tamen de iure naturali potest aliquis sibi facultatem testandi auferre, & consequenter, licèt valeret reuocatio pacti, & testamenti, ex quo non possunt confirmari per iuramentum, vt dictum est, tamen reuocans incideret in periurium, quod, vt effugiat; debet absolutionem petere.

26 Et confirmatur, quia, si aliquis per iuramentum promisisset facere aliquid, vel soluere aliquam pecuniarum quantitatem, & dolo, vel metu iurasset, tunc contractus esset nullus, nec per iusiurandum confirmaretur; nihilominus, ne iurans incidat in periurium, tenetur petere absolutionem à iuramento, alioquin iurans ipse esset periurus, ita post Bal. Io.Andr. & alios probat Couarr. in tract. de sponsal.par. 2.c.3.§.5.nu.1.& etiam lib. 1. variar.resolut.c.4.num. 7. & hanc eandem sententiam probat idem Facchin. lib. 2. cōtrouers. iur. c. 17. vers. deniq; qđ dici-
27 tur. † quod etiam procedit in iuramento adhibito super actu à lege prohibito; licèt enim iusiurandum non sit huius naturæ, vt validet contractum nullum, & obliget iurantem ad obseruantiam contractus, ligat tamen ad obseruantiam iuramenti, vt post Rot. tenet Bilott. lib. 1. de absolut.iuram.c. 12.nu. 7. & 8. Imò
28 multi tenent, † ut quòd sit contra pactum, vel contractum iuramento vallatum, nullum sit, ex quo contra bonos mores est, vt quis veniat contra iuramentum, vt probauit Hostiens. in sum. in tit. de sepultur.§. an licitum. vers. si quis eligit sepulturam.Speculat.& Raym. quos ad hoc propositum citat Azor. d.lib.6. cap.6.q.2.

29 Verùm in iuramento, extorto per metum, contrarium seruant Iudices, vt non sit necessaria absolutio, vt probarunt Franch.Felin.Alciat.& alij, quos sequitur Azor.d.lib.6.c.5.§. in dubium etiam
30 uocatur.in fi. † & consequenter, vt tollatur omnis ambiguitas, ac omnis disputatio, & tutior via eligatur saltem ad cautelam, debet peti absolutio iuxta doctrinam gloss. in cap. cùm quidam.§.illi. extra de iur.iuran.vbi Hostiē.Abb.& alij, quos probat Bilott.d.lib.1. cap.11.num.15.& seqq. Et in hoc casu, stante absolutione, dum contractus, & pactum vim non ha-
31 bent, & cessat etiam uis iuramenti; † nā absolutio vim iuramenti tollit, vt per Afflict. qui alios cumulat decis. 322. Rolād. consi.7.nu. 58. vol.3. remanet pactum nudum, & de iure inualidum, & successiuè paciscentes nec per contractum, nec per iuramentum remanent obligati, & hæc pauca de tam multis, quæ tractant præcitati Doctores, notare volui pro hac quæstione determinanda.

SVMMARIVM.



Actum de renunciando, vel de donādo, validum est, præcipuè si coram Principe esset initum, vel in capitulis matrimonialibus adiectum. nu. 1.& 21. Factum de tota hæreditate valet, si ille, de cuius hæreditate agitur, expressè, vel tacitè pacto assentiatur. nu.17.& 18.

Testamentum, factum coram Principe, ex sola illius præsentia, & sine alio numero testium, validatur. num. 2. Eius factione an possit aliquis se priuare. nu.11. & 12.

Pactum adiectum in capitulis matrimonialibus dicitur esse correspectiuum, & pars matrimonij, & irreuocabile. nu.3. Adiectum in capitulis matrimonialibus, quò paciscentes libertate testandi priuarentur omnino, esset inualidum. num.5.9. & seq. Appositum, vt maritus

maritus de bonis vxoris disponat, qua ratione dicatur esse nullum. num. 6.
Liberi arbitrij fauor dicitur esse potior fauore matrimonij. nu. 7. Est præcipua hominis dignitas, nec Deus illud necessitat, nec ab alia quauis causa necessitari permittit. num. 8. Positis omnibus ad agendū requisitis, adhuc potest operari, & non operari; velle, & nō velle; facere hoc, vel illud; & quænam sint huiusmodi requisita, recensentur sub num. 8. Eius libertas in hoc posita est, ne intrinsecè, vel extrinsecè cogatur agere, vel impediatur non agere, sed voluntariè, & liberè agat, & nō agat. nu. 12. Non dicitur tolli, si per pactum de non petendo priuatur homo facultate disponendi per testamentum, & ratio traditur. nu. 16.
In contractibus correspectiuis non datur claudicatio, & vno sublato, tollitur alter. nu. 4.
Donatio omnium bonorum præsentium valida est, quamuis donans non habeat liberam facultatem, sed coarctatus sit ad testandum. nu. 10.
Concursus Dei cum causis secundis ad operandum quidnam sit aperitur. numero 13.
Actus bonus totus est à prima, & totus à secunda causa; principaliter tamen primæ tribuitur, & ratione probatur. sub nu. 13. Malus verò totus tribuitur homini, & totus ipsius hominis esse dicitur. nu. 14.
Deus non potest esse causa peccati, nec vult, nec velle potest illud, sed homo solùm liberè illud facit. sub nu. 14.
Dæmon licèt homini peccatum suggerat, & obiecta ad peccandum eidem proponat, non est causa peccati, nisi indirectè, quod explicatur. n. u. 15.
Leges dant certam formam actibus gerendis ab hominibus, qua forma non seruata, actus sint nulli. nu. 19.
Promissio de vendendo feudum inducit actionem personalem contra promittētem, sed si Domini assensu non fuerit vallata, potest promittens illam reuocare ex beneficio constitut. Regni constitutionem Diuæ memoriæ. nu 20.
Promittens vendere rem aliquam Petro, si alteri illam vendiderit, tenetur Petro actione ex vendito. nu. 22.
Promittēs fideiubere pro aliquo an sit obligatus, ac si cū effectu fideiussisset. n. 23
Maritus promittens modis omnibus facere, vt eius vxor renūciationem promissam faciat in ampla forma, & si nō fecerit soluere de proprio, quicquid vxor ex bonis renunciatis consequetur, remanet obligatus, quàmuis vxor sine culpa mariti nō renunciauerit. nu. 29. & seqq.
Dotium quantitas vt plurimum est causa, vt magis cum vno, quàm cum alio viro contrahatur matrimonium, & qualiter hoc eueniat, explicatur. numero 26.

QVÆSTIO X.

1 DEcimò quæro, an pactum de renunciando, vel de donando validum sit? Respondeo affirmatiuè, quamuis Boer. decis. 3. & alij cumulati per Menoch. consi. 92. num. 1. & seqq. vol. 1. contrarium teneant; & hanc sententiam post Azon. Ioan. Fabr. Bar. Bald. Angel. Loffred. Rip. Hart. Port. Socin. & alios probat Menoch. loco cit. num. 27. qui eò magis hoc procedere dicit, quando pactum initum esset, & firmatum coram Principe, vel in capitulis matrimonialibus esset adiectum, quia, dum est pactum
2 initum coram Principe, propter eius authoritatem, & præsentiam validatur, † vt etiam dicitur de testamento in Principis præsentia celebrato, vt valeat sine aliorum testium numero, sed solus Princeps sufficiat, vt in l. omnium. C. de testam. §. fin. vbi Institutistæ institu. de testam. post Boer. Iul. Clar. & alios Mascard. in tract. de probation. concl. 1352. nu. 47. Sim. de Petr. lib. 2. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dub. 2. solut. 3. num. 11. vsque ad num. 40.
3 Quò verò ad pactum, adiectum in contractu matrimonij, est alia ratio, quia nempè dicitur correspectiuum ad matrimonium, & pars matrimonij esse dicitur, & ad instar matrimonij est irreuoca-
4 bile, vt dixi supra q. 6. nu. 16. † Et in contractibus correspectiuis non datur claudicatio; nam de natura cōtractuum correspectiuorum est, vt, vno sublato, extinguatur alter. l. cùm emptor. ff. de rescind. vend. Abb. consi. 61. lib. 2. Alexan. consi. 111. nu. 3. vol. 3. Crau. consi. 230. num. 2. Menoch. d. consi. 92. nu. 41. & 42. & consequenter, si pactum esset nullum, taliter

etiam deberet iudicari matrimonium, sed quia matrimonium est validum, ita etiam iudicari debet pactum, in ipso matrimonio adiectum.

5 Nec obstat, vt pactum de succedendo, etiam in capitulis matrimonialibus adiectum, sit inualidum, vt habetur in l. pactũ quod dotali. C. de pact. vbi omnes ea ratione, ne paciscentes, vel in totum, vel in partem se priuarent libertate testandi, & hac de causa, vt notauimus q. præced. nu.

6 8. ex decis. 434. Farinacij, † non valet pactum, quod adijcitur in capitulis matrimonialibus, vt maritus posset ad libitum disponere de bonis vxoris, & quòd vxor non possit post mortem viri iura dotalia repetere, ex quo improbatur pactum tanquam tollens, vel coarctans libertatem vxoris, ne possit ad libitum de bonis suis disponere per testamẽtum,

7 & fauor liberi arbitrij, ne in totum extinguatur, vel in partem restringatur potior est, quàm fauor matrimonij, vt scripsit Dec. in d. l. pactum, quod dotali. num. 10. cum alijs cumulatis per Menoch. nu. 16.

8 in d. consi. 92. † Imò potior est omni alia re, cùm liberum arbitriũ sit potior hominis dignitas, nec Deus vult illud restringere, nec permittit, vt ab alia quauis creatura restringi possit, & voluit esse potentiam liberam, & nullam aliam præter voluntatem, vt docet Diu. Thom. 1. par. q. 83. tota, & præsertim art. 4. & cum eo communis schola Thomistarum, probãt post alios Bellarm. lib. 3. de gratia, & lib. arbitr. c. 8 Suarez in met. disp. 19. sect. 5. qui omnes docent, vt positis omnibus ad agendum requisitis, hoc est, interna vi voluntatis, qua potest velle, & non velle: obiecto, sine quo non potest velle: iudicio intellectus proponẽtis obiectũ; voluntas enim non potest velle ineognitum, & quartò denique, posito concursu Dei, adhuc potest voluntas liberè velle, & non velle, agere, & non agere; agere hoc, vel illud; hæc est enim eius excellentia, & consequenter non debet aliquo modo ab alia quauis causa extrinseca coarctari.

9 Nam respondetur tunc argumentum procedere, si coniuges, vel alij paciscentes per pactum se omninò priuarent potestate disponendi, non autem, si illam restringerent quòad aliquam portionẽ, vt patere potest ex cumulatis per Menoch. d. consi. 92. nu. 50. & seqq. & ex dictis supra quæst. 7. num. 14. & sæpe alias;

10 & hinc est, vt possit vnusquisque per donationem omnium bonorum restringere sibi facultatem disponendi, vt nempè, reseruata sibi certa quantitate, de qua possit disponere per testamentum, possit alia bona ad libitum donare, prout est commune omnium dictum, vt patet etiã ex dictis supra q. 7. nu. 18. & consequen-

11 ter motiuum non procedit; † Sic etiam posset in totũ se priuare libertate disponendi per testamentum, non solùm de iure naturali, vt dixi q. præced. sub nu. 25. Sed etiam de iure ciuili, vt si alienasset bona sua inuita per contractionem debitorum, quo casu potest etiam filios priuare legitima secundùm consilium Bart. vt suo loco notatum est, & successiue & seipsum priuasset facultate disponendi; & liberum arbitrium in hoc non posset exercere, & nihilominus alienationes valent, & proinde argumentum tollitur ex instantia data, vt sæpius replicatum est.

12 Ad confirmationem respondetur libertatem arbitrij, & eius excellentiam positam esse, ut homo non possit constringi ad operandum, sed liberè, & uoluntariè operetur, uel bonum, uel malũ, iuxta illud Ecclesiastici 15. Creauit hominem Deus, reliquit eum in manu Consilij sui, & posuit ante eum bonum, & ma-

13 lum, &c. Et quia concursus Dei iddem est, quod actio causæ secundæ, quatenus immediatè pendet à prima causa, & sic à Deo; idcircò tota actio est à prima, & tota à secunda causa, ut docet S. Thom. 1. par. q. 105. art. 5. cum hac tamen differentia, quia Deus præcipit actum bonum, incitat nos, ut illum faciamus, adiuuat nos, & simul nobiscum illum efficit, & efficaciter, etiam uoluntate consequente illum uult, idcircò ipsi Deo tanquam agenti principali, & à quo accipimus uirtutem completam agendi, & à quo pendemus in esse, & operari actus bonus tri-

14 buitur principaliter. † Actum uerò malum non suadet, nec præcipit, nec uult, nec uelle potest, nec nobiscum concurrit ad illum efficiendum, quatenus formaliter malus est, sic enim est quædam deformitas contra rectam rationem, & Deum; idcircò hæc deformitas est solã ipsius hominis operantis, & Deus solùm concurrit ad illam actionem, ut quędam actio est, non autem, ut deformitas est

contra

contra rectam rationē, & ipsum Deum;
& homini tantùm tribuitur, qui illam efficit,
vt docet idem Diu. Thom. in 2. dist.
37. quæst. 2. art. 2. & 1. 2. quæstio. 80. post
ipsum, & alios Azor. par. 1. moral. lib. 4.
cap. 22. quæst. 1. Sayr. lib. 2. Clauis Reg.
cap. 12. num. 2. cum seqq. Qui etiam tra-
15 dunt, vt Dæmon ad summum possit hominem
incitare ad peccandum, fugerendo illud peccatum,
& proponendo homini diuersa obiecta,
quibus illum incitet ad peccandum: sed ipse homo liberè
se determinat ad peccatum, & liberè cōsentit,
& efficit illum actum voluntarium, cui est annexum malum culpæ, &
consequenter liberum hominis arbitriū
nullam patitur vim ad operandum, sed
liberè ipsum operatur bonum, & malum:
Quæ omnia cùm Theologica sint,
16 Theologis relinquenda sint: † & ideò
redeundo ad liberum arbitrium secundùm
Iuristas, nec etiam per pactum tollitur;
non enim est pactum, quod tollit
facultatem disponendi, sed homo voluntariè
pactum inijt, & sic sibi coarctauit voluntatem,
vt possit disponere de certis rebus tantùm; quæ coarctatio
valida est, si habet aliqua bona, de
quibus potest testari, vt patet ex dictis
supra q. 7.
17 Imò, si ille, de cuius successione agitur,
consentiret in pacto de succedendo in
tota hæreditate, adhuc pactum valeret,
vt dictum est supra quæst. 7. num. 29. &
probat glo. in l. hæreditas. C. de pact. con
uent. Dec. in consi. 475. Plus dicunt Scri-
18 bentes, † vt procedat, etiam si adesset
tacitus consensus illius, de cuius successione
agitur, adhuc pactum valeret, vt
post Ruin. consi. 13. nu. 3. vol. 2. Decium,
Purpur. Paris. Gozadin. Cephal. & alios
probauit Menoch. d. consil. 92. num. 46.
& 47. Sed hęc qualiter intelligi debeant,
& possint, patet ex dictis d. quæst. 7. cum
seqq. nam illa adnotare volui, vt homo
per pactum non priuetur libertate, sed
se ipsum restrinxit, vt disponat de certis
rebus, quæ coarctatio valida est, dum
19 à iure non improbatur; † potest enim
ius annullare illum actum, quia potest
dare normam, & regulam, qualiter homo
contrahere debeat, & si solemnitates
illas non seruet, sit nullus, & inualidus
ille actus, vt cerni potest tam in materia
testamentorum, quæ fieri debent
cum certis solemnitatibus, sic etiam
in contractibus, qui alias requirunt solemnitates,
& sic de alijs actibus, vt cerni potest
in tota materia iuris, & consequenter,
quæ postea fiunt contra iuris
dispositionē, nulla, & inualida sunt, iuxta
tex. in l. non dubium. C. de legib. & patet
ex dictis quæst. præced.
20 Hinc est etiam, quòd si aliquis promittat
vēdere feudum, quamuis ex illa promissione
oriatur tantùm actio personalis,
nihilominus, quia est contractatio de
re feudali, & sine assensu Domini, non
tenet, & successiuè potest promissor
reuocare illam promissionem, seruata
forma constitutionis Regni, constitutionem
Diuæ memoriæ, vt ibidem notauit
Frecc. limit. 12. & post alios probat nouissimè
Regens de Ponte in tract. de
potest. Proreg. in tit. de assensu Reg. sup.
dot. §. 1. num. 34. vbi sic refert decisum
in Sacro Consilio, quæ faciunt ad confir-
21 mationem principalis quæstionis, † vt
nempe promissio de vendendo, & de
renunciando, valida sit in burgensaticis,
quæ libera sunt in dispositione, & contractatione
singulorum Dominorum,
prout latius etiā probat Præs. de Franch.
22 decisio. 346. num. 4. & alibi, † sic etiam
promittens vendere tibi rem aliquam, &
non alteri, ex illa promissione remanet
obligatus, ne possit illam rem alteri vendere;
& si vēdiderit teneretur tibi actione
ex vendito. l. si sterilis. §. si tibi. versic.
sed & si tibi. ff. de act. empt. l. qui fundum.
la seconda. ff. de contrab. empt. post Bar.
Bald. & alios. Dec. in l. actione. num. 6.
C. de transact.
23 Confirmatur principalis quæstio, si
enim aliquis promisisset fideiubere pro
aliquo, licèt postea cum effectu non fideiusserit,
remanet obligatus, ac si re
vera fideiussisset, sic scripsit Ruin. in l.
4. §. Cato, in octauo notab. ff. de verbor.
obligation. & secundum eius opinionem
iudicauit Sacrum Consilium, vt testantur
Addentes ad Afflictum decisio. 61.
de quibus meminit Vincent. de Franch.
decision. 574. Vbi pro contraria parte
citat diuersos Authores, non tamen
dicit causam illam fuisse decisam, quia
re vera dura est Ruini sententia, ne
ruinam dixerim: nam aliud est promissio
de fideiubendo, & aliud fideiussio,
sicut aliud est promissio de

vendendo, & aliud venditio; ex ista enim realis, & personalis actio oritur, sed ex promissione personalis tantùm oritur actio; & ad summum si esset realis, esset ad vendendum, & ista ad fideiuben-
24 dum: † quæ omnia faciunt in promissionibus de renunciando, quas faciunt sorores, quando dotantur, vt promittant, contracto matrimonio, facere tales renunciationes in valida forma; quo casu mariti promittere solent, vt cum effectu faciant vxores renunciare in valida forma, nec excusantur allegando, vt fecerint eorum posse, & sic pluries decisum fuerit contra Afflictum, vt testatur Præs. de Franch. decis. 624. quem probat Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de success. mulier. io princ.
25 num. 10. vbi num. 11. subdit, † hodie esse adinueta pacta, quibus maritus promittit reficere de proprio omne totum, & quicquid mulier vltra dotes habitas consequi vellet, non obstante renunciatione facta, siue facienda; nam maritus de proprio obligatur id omne reficere, quamuis vxor renunciare nollet, siue confirmare renunciationem promissam in capitulis matrimonialibus, & Regens sapientissimus assignat
26 ineuitabilem rationem; † nam quantitas dotium, vt plurimum est 10 causa, vt magis contrahatur cum vno, quàm cum altero, cum quo parentes, vel consanguinei vxoris non contraxissent, si maiorem dotem dare voluissent, & dum ille maritus non est dignus maiori dotis quantitate, idcircò tenet obligatio mariti, vt reficiat de proprio, aliàs enim dolosè, & fraudulenter lucraretur maritus in damnum dotantium cum maxima illorum iactura, & proinde, licèt non teneret renunciatio, respectu mulieris, teneret tamen obligatio respectu mariti promittentis, vt rectè ponderat, & fundat præfatus doctissimus Regens; vbi dicit, has esse cautelas, quæ hodie pro legibus obseruantur, & sunt maxima consideratione attendenda, quia sæpissimè eueniunt.



SVMMARIVM.



Enunciatio vt valida sit, fieri debet præuia certificatione iuris, quod renunciatur. nu. 1. Non extenditur ad incogitata, & ad ea, quæ renuncians ignorat sibi competere. nu. 2. Nunquam præsumitur, quando potest capi coniectura alterius rei. nu. 6. Non extenditur ad bona feudalia, nec ad bona emphyteotica. nu. 12.

Renunciare nemo potest, nisi certificatus sit de iure, quod sibi competit. num. 2. Nemo potest iuri in fauorem publicum introducto. nu. 14.

Certificatio iuris renunciandi non in genere, sed in specie esse debet, vt certus sit renuncians de iure sibi competenti. nu. 4. & 16. Si in specie non appareat, non ex voluntate partium, sed ex stipulatione notarij præsumitur interposita renunciatio. nu. 5.

Consuetudo non potest contractus illicitos, & iniustos validare. nu. 7. est coniectura, vt contractus gesti præsumantur validi. num. 8. Non potest aliquid introducere contra ius diuinum, vel naturale, sed solùm contra ius positiuum. nu. 10. 11. Nutritiua peccati potius corruptela est, nec consuetudo nuncupari potest. sub nu. 11.

In omni pacto id gestum esse præsumitur, quod consuetum est fieri, si aliud non sit expressum. sub nu. 7.

Posteri non tenentur inuestigare iustitiam consuetudinis introductæ per eorum antecessores cõtra ius positiuum; secus tamen si esset consuetudo contra ius diuinũ, vel naturale. n. 9. 10. & 11.

Quod ab omnibus fit, rectè factũ esse præsumitur. sub nu. 9.

Renuncians succedit ad feudum, & etiã ad emphyteusim, si illis in specie non renunciauit. sub nu. 12. & nu. 13.

Nemo præsumitur renunciare iuri, quod fauorem publicum respicit. sub nu. 14.

Iurisdictionis renunciatio vt valida sit, fieri debet coram Iudice competente, qui possit illam recipere, aliàs non tenet. nu. 15.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

1 VNdecimò quæro, † an in renunciatione sit necessaria certificatio iuris renunciati; hoc est, si renuncians debeat specificè, & expressè scire id, quod renunciat, & certificari debeat per notarium de iure, & beneficio, cui
2 renunciat? Respondeo affirmatiuè, quia renunciatio, quamuis generalis, ti ahi nõ potest ad incogitata, & quæ renuncians nescit sibi competere, sic probat tex. in l. mater decedens, vbi Bart. ff. de inoffic.
3 testam. Imò non dicitur posse aliquis renunciare iuri sibi competenti, nisi certificatus sit, ad hoc, vt sciat, quid renunciat, vt probat Beatus Ioann. à Capistrano in tract. de vsur. 1. par. 2. par. princip. num. 13. vt legitur tom. 7. tractat. fol. 99. Marc. Ant. Bauer. in tract. de mora. col. 3. circa med. vt habetur tom. 6. tractat. par. 2. fol. 404. Vital. in tracta. de clausul. nu. 17. vt legitur tom. 18. tractat. fol. 489. Vinc. Carrot. in repet. c. cùm quid. par. 4. nu. 10. de reg iur. in 6. Qui etiam dicũt,
4 vt certificatio debeat esse in specie, vt particulariter appareat de iure renunciato, & particulariter procedit in minore, & muliere, & hoc omnes docẽt, adeò vt nec præsumi possit voluntas renunciandi iuri, quod quis ignorat, vt dixi supra q. 6. nu. 37.
5 Plus dicunt DD. vt si non appareat de confiscatione in specie, dicatur renunciatio facta sine causæ cognitione, & sine voluntate renunciantis, & potius præsumeretur apposita de stylo, & ex stipulatione notariorum, & vt talis nullo modo nocet renuncianti, vt scripsit Cardin. quem probat Dec. consi. 495. nu. 1. post ipsos, Barbatiã, Alberic. Rip. Andr. Gail. Decian. Capyc. & alios plures Surd. in consi. 431. num. 71. vol. 3. probat etiam Præs. de Franch. decis. 181. num. 10. & faciunt etiam dicta superius quæst. 3. nu. 6.
6 vt nunquam renunciatio præsumatur, quando alia capi potest coniectura alterius rei, iuxta tex. in l. si cùm aurum. ff. de solutio. l. Campanus. ff. de operib. libert. cum alijs cumulatis per Aquilin. in l. naturaliter. §. nihil. commune. nu. 179. ff. de acquir. poss. Mascard. in tract. de probation. concl. 1261. nu. 4. & per Surd. consi. 321. nu. 62. & d. consi. 431. num. 16. Sed nunc, si certificatio non appareat, non præsumitur adesse voluntas renunciantis, & capitur coniectura, vt apposita sit ex stipulatione notarij, & vt talis non præiudicat renuncianti.

Nec obstat, vt videatur adesse consuetudo in contrarium, nempè vt sufficiat fœminis habere dotem, qua habita, renuncient omnibus alijs bonis in amplis-
7 sima forma, † si quidem consuetudo, vt approbet, vel reprobet contractus, non est intelligendum, vt contractus illicitos faciat licitos, siue iniustos, iustos, & è cõtra; sed intelligitur, vt in omni pacto id intelligatur actum, quod est consuetum. & solitum fieri, nisi aliud exprimatur, vt in l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. cũ alijs cumulatis per Salas in tracta. de legib. disput. 19. sect. 14. §. vnde intelliges: sed consuetum est, & ex dispositione iuris introductum, vt semper requiratur certificatio iuris, vt renunciatio valida sit, & si aliter eueniat, nulla, & inualida sit ipsa renunciatio.
8 Intelligitur etiam illa maxima, vt in contractibus attendatur consuetudo, vt sit non leuis præsumptio, licitos esse con tractus, qui taliter consueuerunt fieri, vt
9 post alios not. Salas loco cit. † adeò vt posteri non teneantur inuestigare iustitiam cõsuetudinis, quam maiores introduxerunt: nam, quod ab omnibus fit, rectè factum esse præsumitur, vt post Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Alexan. Gabr. Caiet. Valent. Auendan. & Sãchez probat Salas d. disp. 19. sect. 18. §. Addit verò Sanchez. Quod tamen debet intelligi,
10 prout iam ipsi intelligunt, † quando cõsuetudo esset contra ius positiuum, quia nempe alio modo fierent contractus per consuetudinem, quàm à iure positiuo est
11 ordinatum: † Sed si consuetudo vellet aliquid introducere contra ius diuinum, vel contra ius naturale, siue contra ius positiuum continens iddemmet, quod continet ius diuinum, vel naturale, tunc consuetudo est nulla, & inualida, quia est nutritiua peccati; imò potius corruptela diceretur, & nulla esset, vt dixi supra in 1. par. c. 6. nu. 17. ex tex. in c. licèt. de testib. c. cum tanta. de consuetud. post D. Thom. Syluestr. Tabien. Nauarr. & alios Salas d. disp. 19. sect. 6. num. 64. & seqq. Et patet; nam est consuetudo contra bonos mores, prout esset in hoc casu, vt quis inuoluntariè deberet renun-
ciare

ciare id, quod sibi ignorat competere.

12 Ad confirmationem prædictorum adducitur, vt renunciatio semper interpretetur facta quoad expressa, & quoad ea, quæ verisimiliter renunciasset, & consequenter, quamuis renunciatio generalis esset, non extenderetur ad bona feudalia, si in specie non sunt expressa in renunciatione, quia non est verisimilis intentio renunciantis, vt velit feudalia renunciare, vt scripsit Bald. in auth. in successione, circa fin. C. de suis, & legit. hæredib. Hierony. Gabr. Crot. Ias. Parif. & alij, quos probat Surd. consi. 237. nu. 18. vol. 2. & consi. 446. nu. 8. vol. 3. Menoch. consi. 16. nu. 25. vol. 1. post Bart. Ysern. & Alex. Pisanell. in consuetud. si quis, vel si qua. sub num. 195. fol. 130. in Apostill. in-
13 cip. Hic essent repetenda, † & consequenter renuncians, nō obstante renunciatione succederet ad feudum, sic etiā ad emphytheusim; nam eadem ratio viget in illa, quæ in feudo, ex quo nec feudum, nec emphytheusim habet renuncians tanquam hæres, sed ex alia causa, nempe ex tenorè inuestituræ, & idcircò sunt extra causam hæreditatis, vt notauit Menoch. loco cit. & post alios Surd.
14 d. consi. 446. nu. 5. & iddem esset, † si id, quod renunciatum esse præsumitur, fauorem publicum respiceret, non enim renunciatum præsumitur etiam per generalem renunciationem, cum nec expreisè renunciari possit iuri introducto in fauorē publicum, vt ex pluribus probauit Matth. Brun. in tract. de cession. bonor. q. 1. 4. quæst. princip. nu. 4. vt legitur
15 tom. 3. tracta. par. 2. fol. 182. † Iddem esset in renunciatione iurisdictionis, quia, vt validè renuncietur, debet fieri renunciatio in manibus superioris, & coram suo Iudice, & si aliter fieret, nulla esset, vt scripsit Iacobin. de S. Georg. in tract. de feud. vers. & vnus. nu. 11. vt habetur tom. 10. tractat. par. 1. fol. 217. Mandos. in tract. de inhibit. q. 40. nu. 4. vt legitur tom. 5. tractat. fo. 93. & Restaur. Castald. in tract. de Imperat. q. 103. nu. 10. inserto
16 tom. 16. tractat. fol. 74. † & successiuè non solùm requiritur certificatio iuris, quod renunciatur, sed etiam debet fieri eo modo, & forma, prout à lege præcipitur, vt latius cerni potest ex dictis superius quæstion. prima. & hæc satis sint pro explicatione huius quæstionis; certum est enim inualidam esse renunciationem, si certificatio iuris renunciati non præcesserit.

SVMMARIVM.


Renunciatio realis semper excludit renūciantem; personalis verò solùm ob personas, quarum causa renūciatum fuit. num. 1.

Renuncians potest succedere ex testamento, & capere illud, quod illi relictum fuit per contractum. num. 2. Si renunciauit non succedere ex testamento, an succedat in beneficium eius, ad cuius commodum renunciauit. nu. 7. An habeat legatum, quod illi delatum erat tempore renunciationis. nu. 4. & 6.

Quod habetur ex testamento, vel contractu, non iure proprio, sed ex alterius beneficio haberi dicitur. sub nu. 2.

Renunciatio qualiter hodie fiat circa succedendum, vel non succedendum, recensetur. nu. 3.

Testamentum non mutans præsumitur decedere eum primæua voluntate. numero 5.

Fauori suo præsumitur quis renunciasse, faciens actum suo iuri contrarium. num. 8.

Iuramentum potest relaxari, & remitti ab eo, in cuius beneficium fuit præstitum. nu. 9.

Nouus vsus Capuanæ, & Nidi non vendicat sibi locum in successione ex testamento. nu. 10.

Authen. defuncto. C. ad Tertull. est correcta per nouum vsum Capuanæ, & Nidi. nu. 11.

QVÆSTIO XII.

1 
Vodecimò quæro, an renūciatio semper excludat renunciantem? Hæc quæstio patet ex discussis supra quæstio. 2. & 3. vbi dictum est, vt si renunciatio esset realis, semper excluderet renunciantem; si verò esset personalis, excluderet renunciantem, si viuerent personæ, ad quarum beneficiū facta fuit renunciatio, & vellent succedere, & quæ ibi diximus procedunt in
2 successione ab intestato; † nam in successione ex testamento, vel per donationem

nem secùs esset; renuncians enim succedere potest ex testamento, sic etiam capere potest, quod illi relinquitur per cõtractum, ex quo renunciatio intelligitur facta, ne succedat ex facto proprio, non autem ex alterius beneficio, prout latius dixi supra q. 1. num. 37. sic etiam par. 4. q. 25. nu. 3. & alibi, ex doctrina Aretini in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. vbi Alex. nu. 8. & post ipsos, Iaf. Crot. & alios Surd. consi. 113. nu. 34. vol. 1. consi. 267. nu. 4. vol. 2. & consi. 418. nu. 23. vol. 3. & decis. 14. vbi sic refert decisum in illo Senatu, prout alias decisiones Sacri Consilij in locis citatis retulimus, & hanc eandem sententiam probat Facchin. lib. 4. controuers. iur. cap. 71. vt alios omittam.

3 Hinc est, vt hodie ex communi stylo soleãt fieri renunciationes non succedẽdi ab intestato tantùm, vel non succedere nec ab intestato, nec ex testamento vsque ad diem renunciationis, & quicquid vsque ad illud tempus quouis modo esset deuolutum ad ipsam renuncian tem, cedit, & renunciat in beneficium illius, ad cuius commodum renunciat: In posterum verò solùm renunciat non succedere ab intestato, reseruans sibi iura succedendi ex testamento, vt patet ex formula renunciationis, relata supra q. 6. nu. 15. & stante hac formula, cessat dispu

4 tatio dictorum, † si tempore renunciationis pater reliquisset aliquid in testamẽto filiæ, quæ postea renunciauit in beneficium patris, & fratrum, si posset ipsa filia renuncians legatum petere, & affirmarunt omnes Authores relati nu. 2. ea

5 ratione, † quia dum pater non mutauit testamentum post renunciationem factam, præsumitur confirmasse primam dispositionem, & decedere cum illa primæua voluntate, & illam ratificasse præsumitur, vt est notabilis decis. Areti. in l. qui superstitis. col. 3. vers. circa secundã. ff. de acquir. hæred. post ipsum, Crot. & Paris. sic probat Surd. d. decisio. 14. nu. 8.

6 Cessat, inquam, hæc quæstio, quoniam, si legatum erat factum ante renunciationem, cederet in beneficium illorum, ad quorũ cõmodum facta fuit renunciatio; si post renunciationem legatum fieret, cederet in beneficium ipsius renunciantis, & consequenter disputatio, & decisiones relatæ haberent locum, quoties renunciatio fieret simpliciter, & non modo relato num. 3.

7 Eatenus voluerunt DD. vt renunciãs succederet ex testamento, vt voluerint habere locum, etiam si renunciatum esset non succedi ex testamento, & vt ipsa renuncians non caperet illud, quod sibi relictum esset per testamentum, sic scripsit Bald. in l. fi. nu. 15. C. de pact. post ipsum, Roman. Crot. Iaf. Afflict. Paris. & Vasq. Surd. d. decis. 14. nu. 8. vers. fortius volunt, vbi affirmat, vt succedat ex testamento in beneficium tamen illius, cuius renunciatum est, cuius opinionem veram esse puto, quando renuncians esset ab alio instituta, secus tamen si ab eo, in

8 beneficium cuius renunciauit; † quoniã potest fauori suo renunciare, vulg. tex. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. cui fauori renunciasse præsumitur eo ipso, quòd instituit renunciantem, quod locũ habet etiam stante iuramento de non succedendo; nam per institutionem etiã iuramentum illi remisisse præsumitur, vt censeatur habilitasse renunciantem ad succedendum sine impedimento, cùm semper vnusquisque præsumatur facere actum, vt valeat omni modo meliori, quo de iure valere potest, vt sæpissimè

9 notatum est, † & in potestate sua erat iuramentum remittere tanquam concernens eius commodum, & beneficium, iuxta tex. in c. prætereà. de sponsal. cum vulg. alijs, quæ videri possunt penes Surdum in locis citatis.

10 Et confirmatur, nam etiam secundùm nouum vsum Capuanæ, & Nidi, parentes renunciant non succedere liberis, vt suo loco notatum est, nihilominus possunt parentes institui à liberis in testamento, quia ad hunc casum non se extendit renunciatio, & ita fuit pluries decisum tam in anno 1547. in causa Hieronymi Funati, vt refert Salern. in consuetud. filiusfam. sub num. 18. fol. 188. in Apostill. incip. Referente Domino Minadois; quàm etiam sæpe aliàs, vt testatur Præs. de Franch. decis. 552. & decis. 655. & alibi, vt dixi supra par. 4. quæstio. 46. num. 33. Et dum sermo incidit de renunciatione secundum vsum Capuanæ,

11 & Nidi, est notandum, † correctam esse Authen. defuncto. C. ad Tertullian. quia renunciatio facta secundum talem nouum vsum, in specie excludit parentes à successione liberorum, ab intestato decedentium, vt post Naucler. & alios

notat

notat Præf. de Franch. in decisionib. citatis, & dixi supra d.q.46.

SVMMARIVM.



Abens renunciationem etiam personalem in eius beneficium, potest de bonis renunciatis disponere, etiam in hæredes extraneos, nulla portione relicta renūcianti. num. 1. & seqq.

Exclusos à succedendo per renunciationem realem, nihil prætendere potest in bonis illius, cui renunciauit. nu. 2.

Ius renunciatum dicitur esse in hæreditate, & potest testator illud transmittere ad hæredes. nu. 4.

Hæres testamentarius vtitur eodem iure renunciato, quo vtebatur, & vti poterat defunctus. nu. 5.

Frater non tenetur fratrem, nec sororē instituere hæredes secundùm ius commune. nu. 6. Nec de hoc iure consuetudinario in bonis nouiter quæsitis. nu. 8. Sed solùm de bonis antiquis tenetur illis, prout etiam alijs agnatis, & cognatis medietatem relinquere. nu. 7.

QVÆSTIO XIII.

1 DEcimotertiò quæro, an ille, in beneficium cuius facta fuit renunciatio, possit de bonis renunciatis disponere ad libitum per testamentum, & etiam extraneos sibi hæredes facere, nulla relicta portione renuncianti, etiam si eius filia esset? Respondeo affirmatiuè ex doctrina Dec. in consi. 31. ex traditis per Marant. q. 10. num. 14. vers. secùs esset, si fecisset testamentum, quos probat Reg. de Pont. consi. 40. num. 7. & eandem opinionem tenuit Ant. de Alex. in consuet. si moriatur. nu. 31. fol. 82. in Apostill. incip. Ad conclusionem huius glosæ, & ita fuit decisum in Sacro Consilio teste Capycio decisio. 190. de quo meminit Pisanell. in d. consuetud. si moriatur. fol. 83. in Apostill. incip. Nota quæstionem positam supra, vbi alios cumulant; vbi etiam Præf. de Franch. sub num. 39. in Apostill. incip. Vide Decium, fol. 90. Probat etiam Frecc. in consuet. si quis, vel si qua. sub num. 195. fol. 130. in Apostill. incip. Ad consuetudinem. Tenent etiam nouissimè Addentes ad Afflictum, præcipuè Pisanell. decis. 131. & post Molin. Couarr. & Gomet. probat Molin. Iesuita in trac. de maioratib. disp. 577. num. 19. Et ratio est manifesta, † si

2 enim renunciatio esset realis, tunc quia renuncians habetur pro mortuo, non potest aliquid prætendere contra testamentum, nec alio modo, vt patere potest ex superius dictis, præcipuè quæstio. 2. & 3.

3 Si verò renunciatio esset personalis in beneficium illius, qui per testamentum disponit, clarum est, vt renuncians non possit aliquid prætendere, quoniam renunciauit in beneficium illius, filiorum, hæredum, & successorum, sic enim sunt communes formulæ renunciationum, & ita ex dispositione iuris intelliguntur, & præsumuntur receptæ ab eo, in beneficium cuius renunciatum est, vt dixi supra q. 4. Dum igitur per testamentum disposuit de bonis suis, iam fecit sibi hæredem, & successorem, in quorum etiam beneficium fuit facta renunciatio, & consequenter per existentiam hæredum excluditur renuncians, vt post alios notat Reg. de Pont. d. nu. 7. & colligi etiam potest ex alijs Authoribus desuper relatis.

4 Confirmari potest etiam alia ratione, dum enim testamentum conditum fuit, ius renunciatum dicitur esse in hæreditate testatoris, qui per testamentum trāsmisit ad hæredes institutos illud ius renunciatum, quod erat in eius hæreditate, & habuit ex liberalitate renunciātis; quæ si viueret, eius filios excluderet, & eodem modo excluduntur filij ipsius renunciantis, tam ab eo, qui renunciationem in eius beneficium habebat, quàm

5 etiam ab illius hæredibus, † qui eodem iure renunciato vtuntur, ita ex doctrina Baldi in l. fin. col. 3. vers. sed hic incidenter quæro. C. de pact. Pauli de Castr. in l. qui superstitis. col. 1. vers. & hoc si extabant alij. ff. de acquir. hæred. & alijs probat Præf. de Franch. in consuet. si moriatur. sub nu. 39. fol. 90. in d. Apostill. incip. Vide Decium. versic. Dico tamen. Vbi etiam meminit de dicta Capycij decisione 190. & eandem sententiam ex pluribus defendit Menoch. in consi. 563. nu. 1. & per tot. vol. 6. qui etiam num. 2. ex aliorum sententia subdit aliam rationem,

quando

quãdo testator non esset de linea ascendenti, sed de linea transuersali, vt puta
6 frater, † quoniam ex iuris dispositione frater non tenetur sibi hæredes facere alios fratres, & sorores, sed potest etiam extraneos instituere, dummodò turpem personam sibi non faciat hæredem.
7 Verum hæc ratio non haberet locum in materia istarum consuetudinum, quoniã etiam alij agnati, & cognati in linea trãsuersali habent bonorum medietatem de bonis antiquis, & consequenter in bonis antiquis locum sibi vendicant aliæ rationes desuper cumulatæ: in bonis verò nouiter quæsitis haberet locum ratio Menochij, sed tunc non esset secundum terminos huius quæstionis, dum soror renunciauit, nam etiam si nõ renuncias-
8 set, † posset frater illam excludere per testamentum, prout potest alios collaterales excludere, quia in bonis nouiter quæsitis ad libitum disponit, vt in consuet. & si testator. in fi. cum alijs cumulatis supra par. 3.

SVMMARIVM.



Enunciatio facta secundum nouum vsum Capuanæ, et Nidi; extinctiua esse dicitur, non autẽ translatiua. nu.1.& 2. Eò magis hoc verum esse ostenditur, dum agitur de successione transuersalium. nu.20. Facit renunciantem haberi pro mortuo, & vt succedant alij ex successorio edicto. num.12.13.& 14. In ea agitur de hæreditate deuoluenda, & ratione probatur. nu.3.

Renunciatio de hæreditate deuoluenda, etiam in beneficium certæ personæ facta; extinctiua dicitur. nu.4. Operatur pactum de non succedendo. nu.5.

Renuncians per pactum de non petendo, vel de non succedendo habetur pro mortuo, & facit locum alijs ex successorio edicto. num.6. Secundum vsum Capuanæ, & Nidi nullum ius habere dicitur ad bona renunciata, quod explicatur. nu.13.& seqq.

Filij matris renunciantis, etiam viuente matre succedunt, si non adsint alij proximiores in gradu. nu.7.& sub nũ. 8.

Renunciatio matris non nocet filijs, ex propria persona venientibus. nu.8.

Fœminæ exclusæ per statutum ob existentiam masculorum, succedunt etiam viuentibus masculis, si illi pacto, renunciatione, vel alio modo se exclusissent à successione. nu. 9.

Persona exclusa à successione, si habeat ius potentius ad succedendum, etiam dum viuit, facit locum alijs, ac si mortua esset. nu. 10. & 11.

In renunciatione translatiua requiritur acquisitio rei renunciatæ. sub nu. 14.

Dictio, quomodolibet, quouis modo, & quoquo modo, sunt vniuersales, & comprehendunt omnem modum, & formã proportionatam materiæ, super qua inueniuntur appositæ. nu.15. In successione quidnam importent, explicatur. num.16.

Dictio, nullatenus, infirmat actum ipso iure. nu. 17.

Dictio, penitus, est vniuersalis, & excludit a toto patrimonio. nu.18.

Renunciatio simplex non operatur effectum translatiuum, & abdicatiuum tantum actionis, & successionis renunciatæ. nu.19.

Pactum, ne filij succedant parentibus, licèt regulariter non valeat, valet tamẽ ne parentes succedant liberis, & ob tale pactum etiam à legitima in bonis liberorum excluduntur. nu.21.& 22.

QVÆSTIO XIIII.

1 DEcimoquartò quæro, renunciatio facta secundum nouum vsum Capuanæ, & Nidi, num extinctiua, vel translatiua esse dicatur? Quæstio hæc fuit etiam discussa in causa Marchionis Montisfortis cum Ascanio Pignatello, de qua causa mentio facta est supra par. 2. in titu. de bonis q. 24. & quia pro vtraque parte fuit allegatum satis abundè, & doctissimè; pro parte Ascanij scripsit Consiliar. de Anna, vt legi potest in consi. 52. & alibi, vt d. q. 24. notatum est, & pro parte dicti Marchionis etiam doctissimi viri scripserunt, inter quos fuit Paulus Staibanus meus magister, vt ibidem dixi, & ex eius allegationibus in dicta causa factis, quas manu scriptas habeo, subijciam infrascripta magis conclusiuè, quàm disputatiuè loquendo.

2 Dico igitur absolutè, renunciationem prædictam esse extinctiuam, non autem translatiuam, quod probatur facillimè;
3 † siquidem in ista renunciatione agitur de hæreditate deuoluenda; fieri enim solet tempore contracti matrimonij; quo casu suppono, non esse delatam successionem aliquam ipsi renuncianti; si enim delata esset, etiam ex testamento iam clarum est, vt dote recepta, renuncians dicatur translatiuè renunciasse, vt cerni potest ex dictis superius q. 6. tota, & q.
4 12. præcipuè nu. 4. & seqq. † Cùm igitur sit de hæreditate deuoluenda, clarum est, vt sit extinctiua, quamuis dirigatur in beneficium alicuius, quoniam est mera abstentio, & repudiatio, vt scripsit Paul. de Castr. in l. planè. §. si duobus. nu. 9. ff. de legat. 1. cum alijs cumulatis supra d. q. 6. & præcipuè nu. 21. & ratio est ma-
5 nifesta, † quia huiusmodi renunciatio operatur pactum de non petendo, siue de non succedendo, vt probauit tex. in c. quamuis. de pact. in 6. l. fin. C. de pact. est tex. particularis in cap. 1. vbi id notauit Andr. de eo, qui fin. facit agnat. de feud. pater.

Confirmatur dupliciter, primò ex renunciatione in communi, & secundò ex propria renunciatione huiusmodi noui
6 vsus. Primò casu est manifestum, † vt omnis renuncians per renunciationem realem, & per pactum de non petendo, siue de non succedendo, habeatur pro mortuo, excludatur à numero agnatorum, & faciat locum alijs ex successorio edicto, & vltra iura relata nu. præcedenti, hoc expressè probauit Neapod. in consuet. si quis, vel si qua. in vei b. præterquàm. vers. de forma. nu. 195. fol. 130. vbi Capyc. in addit. incip. Renuncians habetur pro mortuo. hoc iddem tenet, & ad iddē probandum etiam Anto. de Alex. citat; probauit etiam Minad. consi. 22. num. 5. post Bart. Imol. Aret. & Castren. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. probauit Præs. de Franch. in conluet. si moriatur. sub nu. 39. fol. 90. in Apostill. incip. Vide Decium; probauit etiam ex multis Ioan. Petr. Surd. consi. 133. à num. 10. vsque ad nu. 15. vol. 1. & probant etiam alij infra cumulandi. Imò Castren. loco cit. col. 1. vers. & hoc si extabunt alij. Eatenus hoc
7 habet pro indubitato, † vt velit locum habere, etiam viuente matre renunciante, vt possint eius filij succedere, si nullus existeret alter in gradu proximiori, qui posset filium renunciantis, ex propria persona venientem, excludere, quem sequitur Præs. de Franch. loc. cit. & iddē sectati fuere Guid. Pap. decis. 228. nu. 2. Cassan. consi. 47. nu. 33. Rubeus Alexandrin. consi. 42. in fi. Dec. in l. pactum, quod dotali. nu. 18. C. de collatio. cum alijs cumulatis supra q. 5. vbi satis abundè pro-
8 batum est, † renunciationem matris nō nocere filijs ex ꝓpria persona venientibus, si non adsint alij proximiores, qui ipsos filios, ex propria persona venientes, excluderent, vbi num. 21. & seqq. ex æquiori sententia, etiam in iudicio recepta, fundatum est habere locum, quāuis mater renunciationis tempore aliquid recepisset, & successiuè si mater renuncians facit locum alijs, clarum est, vt dicatur renunciasse extinctiuè, non autem translatiuè.

9 Probari potest hæc illatio, vt filius, etiam viuente matre renunciante, succedat, quia, si staret statutum, vt, stantibus masculis, filiæ fœminæ non succederent, vt sunt huiusmodi consuetudines, si masculi renunciatione, pacto, vel repudiatione se excluderent à successione, etiā ipsis masculis viuentibus, sorores admitterentur ad succedendum; nam masculorum exclusio fecit locum alijs succedentibus ex successorio edicto, vt scripsit Barto. in l. 2. §. qui habebat. nu. 3. ff. de bonor. possess. contr. tab. & in l. 2. §. si sint sui. per illum text. ff. ad Tertull. & Bartholi opinionem sequuntur Bald. in l. maximum vitium. col. pen. vers. quæro item facit ad statutum. C. de liber. præter. & in l. in substitutione, vers. & facit ad statutum. ff. de vulg. & pupill. substit. Ruin. consi. 89. num. 44. vol. 2. & ex multis iuribus latissimè comprobauit Deci. consil. 293. nu. 5. vbi assignat regulam vniuersa-
10 lem, † vt, quoties persona exclusa habet potentius ius in successione, non requiratur, vt mortua sit persona exclusa, sed sufficiat, ipsam esse exclusam à successione, qua exclusa, succedāt alij proximiores ex propria persona: exclusio enim tollit illam de medio, ac si non esset in rerum natura, prout nō est, vt possit succedere; & faciunt etiam cumulata per Cephal. consi. 103. num. 6. vol. 1. & per Grammat. decis. 101. per Menoch. consi. 172. nu. 22. Ruin. consi. 18. nu. 34. vol. 3. & per Bart. in l. liberorum. num. 16. ff. de verb.

verb.& rer.sign. & per alios, qui tradũt,
11 vt, exclusa matre, vel alia persona per renunciationem, factus sit locus alijs successoribus, qui per successorium edictum ad successionem vocantur. ex tex. in l. 1. §. quibus. ff. de successor. edict. & l. si is, qui. ff. de inoffic. testam. hoc enim facit effectus renunciationis, vt renuncians habeatur pro mortuo, vt toties replicatum est.

12 In secundo casu in propria renunciatione Capuanæ, & Nidi, de qua loquimur, vt sit extinctiua, & mater renuncias habeatur pro mortua, conceptis verbis post Salycet. & Ludouic. Roman. probauit Frecc. in consuet. si quis, vel si qua. sub nu. 195. fol. 130. in Apostill. incip. Ad consuetudinem Capuanæ, & Nidi. Præs. de Franch. decis. 552. nu. 7. cum seqq. vbi alios cumulat. ibi (& quando pater pactione se excludit, videtur exclusus, ac si esset mortuus) & sub nu. 10. dicit ex sententia Pisanelli, Capyc. & Frecc. vt renuncians secundum hunc nouum vsum habeatur pro mortuo, & sit exclusus à numero liberorum, & nu. 14. ex Neapodano, & alijs subdit, vt hodie in matrimonio, alla nuoua manera, cessent successio parentis, & omnes glosæ istarum consuetudinum; & nu. 16. subdit, vt renuncians excluserit se de medio, & eius persona, nec ab intestato, nec ex testamento consideratur, sed ex testamento hoc dicit dubitatiuè, & benè, quia ex eo succedit, & q. 12. dictum est.

13 Denique confirmatur ex verbis dictæ renunciationis, quæ ponit Afflict. decis. 237. & Primò ex illis verbis sub nu. 1. ibi (nullum ius in eiusdẽ dotibus, sicut prędicitur, datis, & receptis acquiratur) & paulò post agens de successione matris, pręmoriente patre, & præmorientibus filijs, & nullo modo mater succedere illis valeat ab intestato, subdit hæc alia verba (nullum ius eisdem vxori, & suis hæredibus, & successoribus, seu matri suæ ex materna linea ratione successionis debeatur, nec sit eis, vel alteri ipsorum quomodolibet acquisitum super bonis paternis ipsorum filiorum, nec ei succedãt, nec succedere debeãt, nec ipsa vxor succedere debeat quoquo modo, &c.) Ex quibus verbis clarissima sequitur proba-
14 tio quæstionis; † si enim renunciãti nullum est acquisitum ius in bonis filiorum, & aliorum, sequitur, renunciationem esse extinctiuam; quoniam si esset translatiua, necessaria esset acquisitio, iuxta tex. in l. si auia. C. de iur. delibe. cum alijs cumulatis supra q. 6. ferè per totam, Tan
25 to fortius, stante illa dictione, † quomodolibet acquisitum, quæ omnino excludit potentiam acquirendi in personam ipsius renunciantis, hæc enim dictio, vt etiã est dictio, quouis modo, & quoquo modo, sunt vniuersales, & comprehendunt omnem modum, & formam proportionatã materię, de qua agitur, quamuis aliàs ille modus, & forma non venirẽt, vt ex tex. in l. 1. de testam. milit. Natt. consi. 546. nu. 18. Bursi. Crau. Cephal. Borgnin. & alijs, ꝓbat Brunor. à Sole in suo compend. proposit. in verb. dictiones quomodolibet. & vltra per ipsum cumulatos iddem probarunt Staffil. in tract. de gratijs, & expectatiu. in cap. incip. subsequenter. nu. 30. vt legitur tom. 15. tracta. par. 1. fol. 281. & Ruffinac. in tract. de be-
16 nefic. cap. 24. num. 14. † & in proposito, quia sumus in successione iddem sonat illa dictio, ac si exprefsè diceretur nullatenus succedant, siue nullatenus renun-
17 cianti ius aliquod acquiratur: † dictio enim, nullatenus, inficit, & infirmat actũ ipso iure, vt est glo. singularis in Authen. si qua mulier. C. ad Velleian. quam extollunt Iaf. consi. 7. nu. 3. lib. 1. Corsett. Roman. Crot. Marsil. Grammat. Dec. Tiraquell. Crauett. Menoch. Roland. & alij, quos ꝓbat Brunor. loco cit. in verb. dictio nullatenus, & cõferunt dicta post alios per Præsid. de Franch. decisio. 169.
18 nu. 1. & seqq. † de dictione Penitus, quę etiam est vniuersalis, & excludit a toto patrimonio, siue à tota successione, & iddem est in proposito de illa dictione, quomodolibet, vt dictum est; nam resoluitur, vt penitus renuncians excludatur, & nullatenus, siue nullo modo acquiratur illi ius aliquod ad succedendum, ac si in successione ab intestato non esset penitus in rerum natura, & sit ab ipsis parentibus renunciantibus, sublata penitus potentia ad succedendum, & consequenter erit renunciatio extinctiua, non autem translatiua.

Postremò ad confirmationem omniũ prædictorum adducitur, quoniam ipsa est renunciatio simplex, & simpliciter
19 facta; quo casu alia regula succedit, † simplicem renunciationem non operari effectum translatiuum, sed abdicatiuum

Eee 2 tan-

tantùm actionis, & successionis renunciatæ à persona ipsius renunciantis, ac nullum transferre ius in eum, cui renunciatur, vt scripsit Bart. per illum tex. in l. si pro fundo. nu. 4. C. de transact. probauit etiam Loffred. in c. imperialem. fol. 57. & 58. de prohib. feud. alien. per Fede. de quibus memini supra quæst. 5. nu. 31.

20 Quæ omnia eò magis locum habent, si non ageretur de successione ascendentium, sed de successione transuersalium, ex quorum bonis nihil habuit mater renuncians: tunc enim eò magis præsumeretur renunciatio extinctiua quoad ipsam matrem renunciantem tantum, & filijs, ex propria persona venientibus, nullo modo noceret, prout ex dictis, & probatis in alleg. q. 5. à num. 21. vsque in fin. cerni potest.

21 Illud postremò notandum est; quòd, licèt regulariter pactum, ne filij succedant parentibus, non valeat; validum est tamen pactum, ne parentes succedant filijs, vt ex notatis in l. pactum, C. de collat. notauit Neapod. in d. consuet. si quis,

22 vel si qua. nu. 203. fol. 134. † & per illud pactum etiam à legitima filiorum excluduntur, vt rectè fundauit Dec. cons. 10. nu. 5. & post alios innumeros Surd. cons. 401. nu. 25. vol. 3. & in materia istarum consuetudinum, & præcipuè secundum hunc nouum vsum post Frecc. Capyc. Pisanell. & alios Vinc. de Franch. d. decis. 552. à nu. 7. vsque ad num. 17. & hæc pauca ex multis, quæ in dictis allegationibus cumulata fuerunt, reassumere volui, paucis tamen additis ex proprijs: quę dixi, vt debeatur honor, cui omni iure debetur.

SVMMARIVM.



IN renunciatione secundum vsum Capuanæ, & Nidi primo acquirenti, non autem vltimo morienti succeditur. nu. 1. 5. 10. & 11.

Discipulus tenetur defendere sententiã sui magistri, vel ad minus debet illam ad concordiam reducere. num. 2. & 3. Si eius magistro subtilior esset, seruata modestia, potest pro veritate indaganda Magistrum reprehendere. num. 14. Non est supra Magistrum. nu. 17.

Papa, licèt sit omnium maior, aliorum tñ sententiam excusare nititur. nu. 4.

Successorium edictum quoties locum habere potest, persona renuncians non habetur in consideratione. nu. 6.

Renuncians nullum ius habere dicitur ad bona renunciata. nu. 7.

Non entium nullæ sunt partes. nu. 8.

Ius renunciatum esse dicitur in hereditate illius, in cuius beneficium fuit facta renunciatio, & ad illius transmittitur heredes. nu. 9.

Verba renunciationis ad quem finem soleant in renunciatione apponi explicatur. nu. 11.

Existentia parentum non habetur in cõsideratione, si non possunt succedere. num. 12.

Paria sunt non esse in rerum natura, & esse inutiliter. nu. 13.

Filius Doctor si esset, subtilior patre, posset pro veritate indaganda, patrem modestè reprehendere. sub nu. 14.

In his, quæ ad ius pertinent, non dicitur fieri iniuria maioribus, si à minoribus melius dicatur. num. 15. Et ratio traditur. nu. 16.

Veritatem aperiens non dicitur habere animum detrahendi. nu. 16.

Iuniores solent esse perspicaciores, & hoc prætextu solent seniores calumniari. num. 18. Seniorum sententias sequi tenentur, & ratio traditur. nu. 20. Qui prudentiores sunt, seniorum authoritatem venerari solent. nu. 22.

Magister bonus nemo esse potest, qui bonus discipulus prius non fuerit. numero 19.

Vmbra senis plus valere solet, quàm ensis iuuenis. nu. 21.

Doctores secundum veritatem, & iustitiam tenentur defendere causas, aliàs peccant mortaliter, & ad restitutionẽ tenentur. nu. 23. Mali semper iurgia quærere solent. nu. 24. Qui ambagibus, & filatterijs vtuntur quidnam consequantur secundum Cyni sententiam, recensetur sub num. 28. Qui mali sunt, & veritatem non loquuntur, vt plurimum sine lingua moriuntur. num. 27. Exemplo cuiusdam Decretistæ comprobatur, in cuius ore lingua reperta non fuit post eius mortem. nu. 31.

Causidici mali recensentur qualitates, nu. 25. Vita, & mors describitur. num. 26. Cauillationes, ambages, & filatterias, quibus vti solet, recensetur. numero 28.

Dynum

Dypum ob dolosam consultationem datã, ad Infernum damnatum esse traditur, num. 29.

Frustra niti, & laborando odium parare, extrema dementia dicitur. nu. 30.

Lingua, quæ veritatem non loquitur in hoc mundo, non meretur repræsentari in conspectu Dei. sub nu. 31.

Os veritatem loquens, & iustas sententias proferens in corruptione dignum est, & Iudicis Infidelis exemplum ad id recensetur. nu. 32.

Deus omnia potest, quæ contradictionem non implicant. nu. 33.

Anima nostra est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, & potest ex Dei permissione vnum corporis membrum informare. nu. 34.

Infidelis, viuens secundum ductum naturalis rationis, qualiter à Deo mereatur saluari, Diui Thomæ sententia recensetur. nu. 35.

Regens de Ponte vti summus legista, omnium in hoc tempore magister, & concionator laudatur. nu. 36.

Authoris retributio, quam ex hoc opere exposcat, recensetur. nu. 37.

QVÆSTIO XV.

1 DEcimoquintò quæro, an in renunciatione secundum vsum Capuanæ, & Nidi succedatur primo acquirẽti, vel vltimo moriẽti? Hęc quæstio fuit etiam discussa in dicta causa, relata q. præced. & de Patronis causę prædictæ, et ad hoc propositum meminit Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de successi. mulier. in princ. nu. 22. in fin. qui noluit suam sententiam ponere, citans solùm pro parte illorum de Pignatello scripsisse Consiliar. de Ann. consi. 92. & pro parte Marchionis Montisfortis in allegat. 23. scripsit Consiliar. de Georgio, qui allegationes prædictas multo tempore post hæc commentaria, imo post meam professionem emissam, ædidit in lucem, quas videre non potui; & ne dicar elatus, ponendo sententiam meam, vbi non est ausus ponere suam prænarratus Doctissimus Marchio, credo, me dignum esse excusatione, dum mei magistri sentẽtiam defendo, & dum ante dictas allegationes æditas ex allegationibus dicti mei magistri hæc pauca

2 deprompsi, clarum est enim, † vt discipulus teneatur defendere sententiam, siue opinionem sui magistri, & illam sequi, Afflict. decis. 92. num. 6. vt scripsit glos. in c. 1. extra de decim. quam probat Ioan. à Capistran. in tract. Specul. conscien. in c. incip. Restat. nu. 2. & num. 28. vt habetur

3 tom. 1. tract. fol. 341. † & quando non potest illius opinionem sequi, tenetur illam ad concordiam reducere, vel illam ad minus excusare, prout egit Sabinus, qui sui magistri Cassij sententiam solemniter excusauit, vt habetur in l. qualem,

4 vers. Sabinus. ff. de receptis arbitr. † Sic etiam Papa, qui maior omnium est, & tamen conatur aliorum opiniones excusare. c. literas. de restit. spolia. Io. à Capistr. d. nu. 28. quamuis licitum sit ab eius opinione discedere, vt dicam nu. 14.

Bene dixi pauca in hac quæstione deprompsisse, prout pauca ponam, quoniã ex dictis q. præced. præcipuè resoluta

5 apparet, † Dico igitur succedi primo acquirenti, non autem vltimo morienti. Probatur facilè hoc assumptum, siquidẽ filij non veniunt ad hanc successionem ex beneficio subingressionis, & sic ex persona eorum matris, sed veniunt iure proprio, & ex propria persona, & tunc tantùm succedunt, quando non adesset alter proximior in gradu, qui illos excluderet, vt q. 5. dictum est.

6 Et cõfirmatur, quoniam, vt q. præced. nu. 6. & 11. fundatum est, quoties habet locum facultas succedendi ex successorio edicto, persona renuncians nequeat haberi in consideratione, quamuis extaret, nam adhuc, illa viuente, succederent filij ex propria persona, vt ibid. nu. 7. & seqq. fundatum extat, succederent, inquam, illi personæ, de cuius successione agitur, quę est persona primò acquirens, & illi, & non matri renuncianti succedunt.

7 Confirmatur secundò ex dictis nu. 13. cum plurib. seqq. in quæst. præced. siquidem renuncians nullum ius habet, nec habere potest ad bona renunciata, imò penitus, & quouis modo ab illis bonis excluditur, & ei denegatur etiam potentia, vt nullatenus succedat, & consequẽter dum nullum habet ius ad succedendum, non possunt filij illi succedere, cùm

8 non sit ius, ad quod succedant, † non entium enim nullæ sunt partes, vt ait Philosoph. & notat Iureconsult. in l. eius,

vbi

vbi Dec. in 4. & 5. notab. ff. si cert. pet. & l. si quis nec causam. eod. tit. vbi communiter Scriben. Surd. decis. 317. nu. 6. Purpur. consi. 513. nu. 2. vol. 2.

9 Tertiò confirmatur, quoniam hoc ius renunciatum dicitur esse in hæreditate illius, ad cuius beneficium fuit facta renunciatio; qui trāsmittit illud ius renunciatum ad hæredes, vt probatum est supra q. 13. nu. 4. & consequenter dum mater, vel pater renuncians non habentur in consideratione, ac si non essent in rerum natura, & hoc ius transmittitur ad hæredes, quorum suppono, non esse alios proximiores, præter filios renunciantis, sine dubio isti ex propria persona succedunt morienti, & consequen-
10 ter ex prædictis clarè liquet, † successionem fieri primo acquirenti, non autem vltimo morienti; & ad hoc propositum solet etiam allegari decis. 92. Præsidis de Franch. præcipuè nu. 4. & 5. vbi
11 dicit, † verba renunciationis apposita esse ad finem excludendi patrem à successione filij in bonis maternis, sic etiam matrem per consequens à bonis paternis, non autem ad finem, vt succedatur patri, vel filijs, & dicit fuisse decisum, vt succedatur matri tanquam primo acquirenti, quando ageretur de bonis maternis, & successiuè semper attendi debet persona, cui fit successio: tantò magis, dū renuncians non habetur in consideratio-
12 ne, † nam sola existentia non sufficit ipsorum parētum, si non possunt succedere, vt sæpe replicatum est, & præcipuè par. 4. quęst. 46. in pluribus locis; quia paria sunt non extare, & nō succedere, vt ibid.
13 notatum est, † sicut paria sunt non esse, & esse, & inutiliter iuxta tex. in l. huius. vbi Bart. & alij. ff. de leg. 2. cum alijs cumulatis per Salernum in consuet. si moriatur. in apostill. incip. & si in hac materia renunciationis. lit. D. fol. 86. Et ut succedatur primo acquirenti, sumitur ex verbis renunciationis, quæ ponit Afflict. decis. 237. in prin. ibi (earum dotium restitutio, & assignatio realiter fiat, & fieri debeat hæredibus, & successoribus dictę vxoris, seu hæredibus dotantis) Per quæ verba mihi relatū fuit, ita fuisse decisum in Sacro Consilio annis elapsis in causa Ducis Neritoni cum Duce Martini, circa quandam institutionem factam penes Burrellum.

Quod autem notatum est supra nu. 2. & seqq. vt discipulus teneatur defendere sententiam sui magistri, est aduertēdum,
14 quòd, si discipulus, vel etiam filius subtilior sit suo magistro, vel patre, licitum est illis pro veritate indaganda, & magistrum, & patrem reprehendere. vt ff. de condit. ob caus. l. dedi. §. si quis. vbi Cels. patrem redarguit, & filij sententia ve-
15 rior est; nam, vt ibid. notauit glos. † In his, quę ad ius pertinent, nō videtur fieri iniuria maioribus, si melius dicatur à minoribus, vt in l. potioris. C. de offic. Præfect. Prouinc. & faciunt notata in c. cūm ex iniuncto. §. licèt autem, extra de hæ-
16 retic. Aliud est enim veritatem debito modo proferre, aliud verò animo detrahendi insurgere in maiorem, vt colligi potest ex tex. in d. c. cūm ex iniuncto. circa fin. Hæc ferè notabilia verba scripsit Beatus Ioan. à Capistr. in d. c. restat. nu. 27. Quæ deberent semper esse præ oculis coram Doctoribus, & præcipuè Iunioribus. Est enim commune dictum,
17 imò sententia Domini, † vt Discipulus non sit supra magistrum, vt habetur in c. sacerdotes. 6. q. 1. & multi, quod peius est, sub prætextu illius communis dicti, non tamen sano modo ab omnibus in-
18 tellecti; † quantò iuniores, tantò perspicaciores, & quòd doctrina soleat quotidie magis clarescere, & magis enucleari praxi, & maiori cōsideratione iuuenum, & etiam ob exemplum dicti Cęlsi Iureconsulti, qui patrem redarguit, omnes redarguere solent etiam senes antiquos, & doctissimos viros, & quod miserum
19 est, † multi non sunt boni discipuli, & volunt fieri magistri, quod Sacri Canones abhorrent, vt habetur in cap. miserū. 61. dist. c. si clericatus te titillat. 16. q. 1. cum alijs ad hoc propositum cumulatis per Bartholom. Cæpoll. in tract. de Imper. milit. deligen. in c. incip. quod autē. num. 3. vt habetur tom. 16. tract. fol. 309. col. 4. Cathaldin. in tract. de potest. Pap. num. 51. vt legitur tom. 13. tractat. par. 1. fol. 20. vt alios omittam, & recordari no-
20 lunt, † vt Doctores senes, & antiqui præsumantur meliores, quàm noui, quia plus didicerunt, maiori experientia, doctrina, & præstantia sunt præditi, vt scripserunt Alberic. de Rosat. Barto. & alij Doctores in l. cūm quid. vbi gl. ff. si cert. pet. cum alijs cumulatis per Cępoll. loco cit. c. 1. incip. Bartholomæus. nu. 17. vbi ex tex. in c. 1. de renunciat. & Baldo in l. senium.

senium. in princ. C. qui testamen. facer.
21 poss. notat, † vt plus valeat vmbra senis quàm ensis iuuenis. Quæ omnia dicta sint contra illos procaces iuuenes, qui
22 talia facere solent; † Peritiores enim, & prudentiores prius solēt defendere maiores omni modo meliori, & cum omni decentia, & quando non possunt illos ad concordiam reducere, ad exemplum Sabini illos solemniter excusant, vt nu. 3. notatum est, & Cælsi exemplo debito modo veritatem aperiunt, quod optimū est, vt cernitur ex dictis num. 16. & hoc modo saluatur maiorum debita reuerentia, & libera facultas relinquitur iuuenibus ad veritatem indagandam.

23 Debent etiam vti sana, & vera doctrina, & obseruare, quæ illis mandat Imperator, vt causas secundum veritatem defendāt; iniustas, & desperatas relinquāt, dilationes indebitas non faciant, cauillationibus non vtantur; sic enim peccarēt mortaliter, & ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum tenerentur, vt scripsit glos. in cap. 1. de confess. lib. 6. post Ioan. à Capistr. Sanctum Antonin. & alios sic notat Viuius in suis commu-nib. opinion. in 38. opin. prout legitur in recompilatione commun. opin. tom. 4. tit. 9. de Doctoribus & Aduocat. c. 2. §. similiter mihi fol. 30. col. 3. in fi.

Insuper de causidicis cauillosis ponere volui verba supradicti Viuij loco cit. Sunt enim potius digna Theologo, quā Doctore; vt etiam cerni possit puritas Doctoris, & cuiuslibet causidici, q̄ aliorum causas defendere debent, ne sint socij furum; dicit enim hoc modo (Potest
24 etiam verificari illud Prouerb. 17. † Sem per iurgia quęrit malus, supple Aduocatus cupidus, astutus Procurator, aut Cau
25 sidicus; vnde non mirum est, † si mali Aduocati, Procuratores, & Causidici sint alienæ substantiæ raptores, dilationum innumerabilium inductores; Vani, & fallaces promissores; odiorum, & litium amatores, salutis propriȩ neglectores, auidi salarij receptores, causarum iniquarum susceptores, traditionum pessimarum fabricatores, & veritatis agnitæ subuersores; & denique vires deficerent, membraq; caderent, si omnes defectus, dolos, fallacias, fraudes, calliditates, & astutias, quibus hoc hominum genus implicari solet, enumerare voluero.
26 Congruè ergo describitur vita, & mors talium his versibus.

O vos iuridici, qui linguam venditis illi:
Vos vocat Infernus, vos respicit ordo supernus.

27 Ideo iusto Dei iudicio inhumani Aduocati moriūtur sine lingua, vt explicat glo. iuncto tex. instit. quib. non est permiss. facer. testam. ibi; Sæpe enim & literati, & eruditi homines varijs casibus, & audiendi, & loquendi facultatem amittunt. Glos. ibi in verb. amittunt. dicit, Et maximè impij Aduocati. Verùm Dei benignitate non omnes sunt tales, & ideò non ægrè ferant, qui boni sunt, si detegantur vitia malorum, hoc enim fit, vt tales à malis desistant, & vt boni à talibus sibi caueant. Et propterea vos
28 moneo, † ne vtamini cauillationibus, ambagibus, filatterijs, applauditionibus, subornationibus, & corruptelis penes Iudices, instructionibus falsis penes testes, & partes, & collusionibus, & cautelis dolosis in præiudicium animarum vestrarum; nam secundum Cyni opinionē in l. 1. C. vt quæ desunt Aduocatis, qui huiusmodi cautelis vtuntur, gloriam reportant in hoc mundo, verùm in futuro sæculo pœnam habebunt æternam. Vnde ad propositum narrat Angel. in l. 1. C. de fals. caus. adiect. quòd quidam vir
29 Sanctus retulit, † Dynum sibi in somnijs apparuisse, eiq; reuelasse, quēadmodum erat propter dolosam consultationem ad supplitium æternum damnatus; & idem refert etiam Barbat. consil. 65. clementissimi Dei. col. 3. vol. 2. & Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius. de testam. in verb. testamentum. il primo. nu. 60. Viui. opin. 38.) Hucusque Vir iste locutus est, & certè verbis Apostolorū, & concionatorum, non autem simplicis Doctoris.

30 Dicetur mihi, quorsum hæc omnia retulerim ad concitandum mihi odium Causidicorum, eò magis, cùm dici soleat, Frustra niti, & laborando odium parare, seu quærere, extrema dementia? vt testatur Salustius, relatus per Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 37. sub num. 5. 2. quia frustra niti. Respondebo ex eiusdem Authoris verbis, vt dum ex Dei benignitate non omnes sint tales, non debent qui boni sunt ægrè ferre, si malorum vitia detegantur, absit enim detectionem fieri ob murmuationē, & ob illorum infamiam, sed solum, vt à malis desistant, & vt boni à talibus sibi caueant; quotidie enim

enim conquæftiones audiuntur de dilationibus innumerabilibus, & de alijs, quæ prædictus Author enumerat, & etiam de innumerabilibus Dei offenfionibus, quæ inde committi folent: vnde finguli non folùm lingua, fed etiam vita propria deberent procurare, vt à talibus abftinerent, ne Deus offendatur, & omnes abftineant à malo, vt faluentur.

31 Ad prędictorum confirmationem adducitur, quod legitur in Speculo exemplorum dift.6. exempl. 86. de quodam Decretifta, fiue Canonifta, qui fuit vir maximæ authoritatis, & quoniam in vita non confuluit fecundum veritatem, poft mortem illius fuit eius os apertum, & in ore ipfius lingua adinuenta non fuit. fubdit Author hęc verba (Et meritò linguam perdidit moriens, qui illam fæpè vendiderat viuens) & paulò poft (iufto tamen Dei iudicio ad Tribunal Chrifti iturus, linguam, quæ multos vel iniuftè accufarat, vel temerè defenferat, amifit.)

Reperij infuper fcriptũ penes quondã Doctiffimum Concionatorem virum maximæ Authoritatis, & probitatis noftræ religionis, qui in Sabbato poft tertiã Dominicam Quadragefimæ in Euangelio de muliere adulera, hoc exemplum defumptum, vt ait ex S. Ifidoro in lib. de

32 fummo bono. refert, videlicet. † Cum S. Ifydorus Viennæ Epifcopus effet, dũ quædã fabrica inibi conftruebatur, dum fabricatores terram fodiebant, vt fundamenta iacerent, inuenerunt caput cuiufdam hominis totum putridum, præter os, fiue labia, & linguam, quæ ita viua apparebant, ac fi effent hominis viui. Cuius rei obftupefacti fabricatores, caput illud afportauerunt ad loci Epifcopum; cernens igitur S. Ifydorus factum illud etiam obftupuit, & magna cum fide illi capiti dixit, Ex parte Dei viuentis præcipio tibi, vt veritatem mihi aperias, quis nam tu es: & qua de caufa os tuum eft ita fanum, & viuum, & non putridum, prout eft reliqua pars fui capitis? Mirabile dictu, & etiam auditu; Refpondit caput. Ego, Saracenus fum, & Infidelis, & in Inferno damnatus fum, fed quoniam in hac vita mottali fui iuftus Iudex, femper fecundùm veritatem iudicans, permifit Deus, vt hoc os meum, quod iuftas protulit fententias, hic viuum, & incolumem conferuetur vfque ad diem Magni Iudicij, vt mundo fidem facerem, quanto charum, & gratum fit Deo, Iudicis officium fecundum terminos Iuftitiæ, rectè, & fideliter à Iudicibus exerceri.

Plus addunt aliqui, vt caput illud Epifcopo refpondidiffet, fe per tot annorũ fæcula ex Dei permiffione fic viuum, & illæfum manfiffe, vt talem fidem mundi faceret, & quod eius anima aderat in ore fic viuo, ad hoc, vt poft fidem exhibitam mundo baptizaretur, & in premium officij fideliter gefti faluaretur. Verùm hoc vltimum perfeuerãter non affirmo, poffibile tamen eft; quoniam nullam inuol-

33 uit contradictionem, † Deus enim Dominus eft, & hoc, & maiora facere poteft, & quicquid non implicat contractionẽ, vt docuit Diu. Thom. 1. par. q. 25. art. 4. quem omnes fequuntur, tefte Suarez 3. de attribut. c. 9. & fequi debent, quoniã apud Deum non eft impoffibile omne verbum, vt Gabriel Angelus dixit Virgini, vt habetur Lucæ 1. & confequen-

34 ter, † cùm Anima noftra fit tota in toto compofito, & toto in qualibet parte ipfius, & fingula membra corporis informet, imò etiam capillos, tefte eodem Diuo Thom. in 4. dift. 44. q. 1. art. 2. quæft. 2. poterat anima os illud, & linguam informare vfque ad illud tempus, & vltra, ad hoc, vt poft tot annorum fæcula, exhibita fide mundo de recta adminiftratione officij Iudicis, baptizaretur, & faluaretur.

35 Confirmatur, quoniam fi ille Infidelis vltra iuftitiam benè adminiftratam, Vixiffet fecundum legem naturalem, & nullum peccatum mortale actuale commififfet, nec habuerit notitiam veri Dei, vt baptizari potuerit, fi natus effet poft legem gratiæ, vel circuncidi, fi ante legẽ gratiæ natus fuiffet, tenebatur Deus procurare illius falutem, vt teftatur idẽ Diu. Thom. de veritate q. 14. art. 11. per hæc verba (Ad primum ergo dicendum, quòd non fequitur inconueniens, pofito, quod quilibet teneatur aliquid explicitè credere, fi in fyluis, vel inter bruta animalia nutriatur, hoc enim ad Diuinã prouidentiam pertinet, vt cuilibet prouideat de neceffarijs ad falutem, dummodo ex parte eius non impediatur: fi enim aliquis taliter nutritus, ductum naturalis rationis fequeretur in appetitu boni, & fuga mali. certiffime eft tenendum, quod ei Deus, vel per internã infpirationem reue-

reuelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei Prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium Act. 10.) Diuum Thomã sequuntur plures alij, teste Valētia tom. 2. disp. 8. q. 3. punct. 4. de grat. sufficien. proposit. 2. & 3. §. sextum argumentum.

Vt igitur Deus vtrunque ageret, saluaret animam illius Infidelis, & mundo talem veritatem aperiret; per tot annorum sæcula voluit animam illius manere in ore, & lingua, vt pate facta postea mundo veritate, baptizaretur, & saluaretur.

Dicent mihi, me loqui ad instar Concionatoris, non loqui iuridicè; sed respōdebo, me vtroque modo veritatem aperuisse, & si me nolunt audire, vt nec Legistæ, nec Concionatoris authoritatem
36 habens, † ad minus audiant summum legistam, qui huius temporis omnium est magister, dico Marchionem de Ponte, qui decis. 34. in fin. postquàm satis superque dixerit de malis Aduocatis, & Iudicibus, de Actuarijs, & alijs malis caufidicis, de subiectionibus, & alijs miserijs infelicium litigantium, sic concludit eius sermonem (Multi obtumescent, me deridebunt, & non solum murmurabunt, sed maledicent, & calumniabuntur: nihil mihi conscius sum, alterius sæculi reminiscamini, & non contemnatur æternitas.)

37 Dicam ego, vtinam me subsannent, calumnientur, prosequantur omnibus opprobrijs, & maledictis, vnum tantum sequatur, vt mali relinquant mala, & boni, (quorum plurimos, præcipuè supremos Iudices in hoc tempore cognoui, causas secundum iustitiam, iuridicè, & secundum æquitatem decernentes) in bono perseuerent, & de virtute in virtatem proficiant, hoc enim mihi solum pro laborum meorum remuneratione satis erit. Sciunt enim, quòd, si Deus talē remunerationem, ob iustitiam rectè administratam, homini infideli tribuere voluerit, tantò magis illam retribuet Iudicibus Christianis, & fidelibus, qui propter eius amorem ius suum vnicuique tribuent, sic etiam illis Doctoribus, qui secundùm veritatem loquentur, & secundum iustitiam causas defendent; vt sic, non sine lingua ad Dei tribunal præsententur, sed cum lingua admodum expedita, vt Dei magnalia prædicent, illumq; vsque in sempiternum laudent. quod vti nam omnibus eueniet. Sed prosequamur incœptam materiam de Renunciatione.

SVMMARIVM.



Renunciationem factā per regularem multi tenent esse inualidam, & recensetur. nu. 5. Et eorum rationes ponderantur. nu. 1. & seqq. Contrariam sententiam probat Authortam nu. 6. cum seqq. quam etiam nu. 15. & seqq.

Legatum ducatorum quingentum, factū mulieri, si in sæculo nupserit, an illi debeatur si religionem ingrediatur, & testator minorem tunc quantitatem illi reliquisset. nu. 2. & 8.

Hæreditas non regulari, sed monasterio ex persona regularis defertur. nu. 3.

Monasterium potest adire hæreditatem delatam regulari, etiam ipso regulare contradicente. nu. 4.

Iuramentum magis Ecclesiasticos, quàm sæculares ligat, & ratio traditur. numero 7.

Ingrediens religionem præsumitur habere propositum renunciandi mundanis rebus, vt expeditius Deo seruire valeat. num. 9. 10. 11. Vbi etiam ex verbis Domini confirmatur.

Simonia quando committatur, si propter bona, vel eleemosynas recipiatur aliquis in religionem. nu. 12. & 14. Si commissa sit, quid faciendum sit de ingresso, & de bonis receptis. nu. 13.

Renunciatio, facta ante religionis ingressum, nō poscit Concilij Tridentini solemnitatem, & ita per Sacram Congregationem dicti Cōcilij declaratum recensetur. nu. 15. Reprobantur DD. contrarium sentientes. num. 19. & seqq. Non dicitur ita fauorabilis, vt est illa, quæ fit post ingressum, & ratio traditur. nu. 16. & seq.

Decretum Episcopi loci, ad quem finem adhibeatur in renunciatione, facienda per regulares ante professionem emittendam, explicatur. num. 17. Vt valeat & faciat præsumere omnia legitimè fieri, interponi debet cum aliquali causæ cognitione. nu. 18.

Menochius sibi contrarius in renunciatione facta ante ingressum religionis quomodo ad concordiā reducatur. n. 20

Ius commune quanto minus fieri poteſt corrigi debet.nu.22.

Religioſi ſunt perſonæ ſpirituales, & à rebus mundanis ſeparatæ, & rectum conſilium dare præſumuntur in diſpoſitione bonorum. nu.24.

Renunciatio facta per nouitium poſt religionis ingreſſum nõ poſcit aliud, niſi Concilij Tridentini ſolemnitatem, & nulla eſt, ſi tali ſolemnitate careat.nu. 23.& 25. Procedere oſtenditur cuiuis loco, & perſona fiat, & ita ponderantur verba Concilij. n. 26. Locum habet etiam ſi a maiore ſexdecim annis renunciatio fieret, & ita declaratum recenſetur per Sacram Congregationem eiuſdem Concilij.num.27. 31.& ſeqq. Habens ſolemnitatem Concilij inualida iudicatur, ſi profeſſio declaretur nulla.num.28.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.nu.29.

Aſſenſus, requiſitus in aliqua diſpoſitione, obſtaculum tollit tantùm, nec poteſt contractum inualidum validare. num.30.

Tridentini Concilij diſpoſitio in profeſſionem emittentibus, & renunciationem facientibus, quænam ſit, recenſetur. nu. 32.& 33. Locum habere oſtenditur etiã in beneficiorum, & aliarum rerum renunciatione.nu.34.& 35. Non procedere in donatione cauſa mortis, nec in alijs vltimis voluntatibus probatur. num.36.

Quæ facilius fiunt, & reuocari poſſunt, tanta diſcuſſione, & ſolemnitate non egent, vt egent illa, quæ difficilius reuocantur.nu.37.

QVÆSTIO XVI.

1 DEcimoſextò quæro, an valeat renunciatio facta per filiam, dum aliquam religionem ingreditur? & nõnulli tenent, non valere, tum quia omnis conditio, & omne pactum, quibus aliquis impediretur religionem ingredi, tanquam inualida reijciuntur.§ ſed hoc præſenti. Auth. de ſanctiſs. Epiſc. & in hoc caſu poſſet hæc renunciatio eſſe huiuſmodi cauſa, ne ob timorem conſequendi bona, ſiue relinquẽdi illa, abduceretur, & remoueretur à propoſito ingrediendi religionem; & ob
2 hanc cauſam multi tenent, † vt, ſi fieret
legatum mulieri nupturæ ducatorum
quingentum, & ſi religionem ingrederetur, haberet centum tantùm, debeat mulier illa habere totam ſummam ducatorum quingentum, ſi ingrederetur religionem, ne ſcilicet impediretur ab hoc maiori bono ducendi vitam religioſam ob timorem non amittendi bona temporalia, vt latiſſimè, & cumulatiſſimè pariter fundauit Decian. conſi.5.vol. 3. poſt alios Sim.de Pret.lib.4. de interpret. vltimar.volunt.dub.5.ſolut.5.à nu. 1. vſq;
3 ad nu.19.fol. mihi 382.tum etiam † quoniam hæreditas non defertur moniali, vel monacho, ſed monaſterio ex perſona monialis, vel monachi, vt notant communiter Canoniſtę in c.in præſentia.extra de probation. Alex.in l.1.nu.26. ff.de vulg.& pupill.cum vulgat.alijs: nam hoc
4 eatenus eſt verum, † vt poſſit monaſterium adire hæreditatem delatam monacho, vel moniali, etiam ipſis moniali, & monacho contradicentibus, vt ſcripſit Bart.in l.1.nu.21.ff.de vulg. & pupill. & poſt alios Facchin.lib.6. controuerſ.iur.
5 c.17. † Quodq; hæc renunciatio iudicetur inualida conſuluerunt Felin. Socin. Corne. & Ruin. vt patet ex eorum reſponſis, quæ leguntur inter conſilia Ruini in 1.volum.conſi.20.cum trib.ſeqq.& hanc eandem ſententiam defendit Franciſ.Beci.conſi.74.nu.12.
6 Nihilominus contrariam ſententiam iudico veriorem, quam defendunt plures, quos cumulat, & probat Couarru.in c.quamuis.par.3.§.2.nu.2.cum ſeqq. de pact.in 6.& poſt alios Facchin.lib.3.controuerſ.iur.cap.22.& omnes alij, quos q. ſeq.recenſeam. Dummodo interueniat illa ſolemnitas, vt ibi dicetur. Et ratio eſt manifeſta ſecundum prædictos Authores, & veritatem ipſam, ex quo regula tex.in d.c.quamuis, eſt generalis quoad omnes perſonas, vt liberè poſſint renunciare omnibus bonis, & ſtante appoſitione iuramenti, ſiue renunciatione iurata, teneantur renunciationem ipſam obſeruare, ergo etiam Eccleſiaſticos compre-
7 hendit, imò multò magis, † iuramentum
enim cum ſit vinculum Eccleſiaſticum, & ſpirituale, magis ligare dicit perſonas Eccleſiaſticas, & ſpirituales, quàm ſæculares tantum, vt benè probant præcitati DD.& ſucceſſiuè, ſi ſæcularis excluditur à ſucceſſione bonorum, quæ mediante iura-

iuramento à se abdicauit, iddem erit quòad personam Ecclesiasticam, ne dicam maiorem esse rationem, ex consideratione vinculi iuramenti.

8 Nec obstant contraria; quod enim dictum est de legato, non est vndequaque verum; nam multi tenent contrarium, vt sufficiat Monasterio legatum illud minoris quantitatis, si, attenta consuetudine monasterij, sufficiens sit pro alimentis, & alijs necessarijs illius monialis, seu, vt in Regno dicimus, si legatum illud esset cõpetens pro dote de paragio singularum ingressarum, vt ex pluribus probat Simõ loco cit. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 19. nu. 9. Mantic. lib. 11. de coniectu. vlti. vol. tit. 18. nu. 27. cum seqq. & plures etiã Canonistæ, & Theologi, quos probat Emanuel Sà in suis aphorism. in verb. legatum. nu. 38. vbi Sanchez, & alios cumulat, siue sit ipse, siue sint eius addentes; sufficit enim ibidem inueniri Authores.

9 Nec secundò obstat impedimentum retardationis, siue abdicationis animi à religionis ingressu, quoniam ingrediens non præsumitur habere affectum ad bona temporalia, imò potius contrarium, vt illa omnia relinquat, & fit Domini discipulus; scit enim sententiam Domini,
10 dicentis, Luc. 14. † (Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus) & alibi, (Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus,) & cõsequenter, vt ingrediens præsumatur se conformasse cum dicta sententia Domini, omnibus renunciasse præsumitur, & solum habere propositum seruiendi Deo, & successiuè non habetur in con
11 sideratione hæc ratio, † vt, ne bona amittunt, auertatur à bono proposito ingrediẽdi religionem, vt post alios probauit Molin. in tracta. de iust. & iur. disp. 207. in fi. & in tract. de maioratib. disput. 579. nu. 16. Si enim haberet aliud intentum, vtique perseuerare non posset in religione, & sic non veniret ad tempus emittendi professionem, antequàm solent hodie fieri renunciationes, & successiuè non esset tunc delatũ ius aliquod ad monasterium, vt cerni potest ex dictis par. 4. q. 64. & alibi.

12 Notandum est tamen incidẽter; quòd, si religiosi reciperent aliquem in monasterium, siue in religionem intuitu bonorum, secundum aliquos, committerent simoniam, quorum opinio debet intelligi, quãdo promissio bonorum deducta fuisset in pactum, nempe vt ille talis recipiatur in religionem, mediante illa promissione bonorum, & in hoc casu, si nouitius professionem non emiserit, pecunia sua illi restituta, deberet ad sæculum redire, quoniam indignum religione se fecit, vt habetur in cap. veniens,
13 extra de simon. † At si professionem emisisset, teneretur vnà cum bonis suis ad aliud monasterium transire, & donec transierit, primum monasterium retinet illa bona, quoniam in hac restitutione, prout est in alijs, Iudicis sententia est necessaria, vt habetur in extrauag. 1. de simon. & post alios scripsit Suarez tom. 1. de religion. lib. 4. cap. 60. nu. 9. cum seqq.
14 Attamen si promissio bonorum non esset deducta in pactum, sed esset solùm quædam incitatio recipiendi illum in religionem, tunc nulla committitur simonia, pactum enim est illud, quo mediante, simonia cõmittitur, vt post alios latissimè probat Suarez d. lib. 4. cap. 17. toto, vt etiam dixi tracta. 1. de contract. tit. 2. q. 13. num. 29. Vbi etiam dixi, vt, semotis malis circunstantijs, incitatio illa licita sit, & bona ex genere suo, ex Diu. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 4. post alios Sayr. lib. 6. Clau. Reg. cap. 9. nu. 3. vt propter eleemosynas factas facilius recipere aliquem ad religionem; nam deuotio est, Et quia hæc non pertinent ad hanc materiam, non est necesse amplius disputare de hoc articulo.

15 Redeundò igitur ad principalem quæstionem, distinguo duo capita, quorum primum est, aut illa renunciatio fuerit facta ante religionis ingressum, & tunc validissima est, quamuis in ea non fuerit adhibita solemnitas requisita à Sacr. Cõcilio Tridentino, tunc enim temporis non attenditur dispositio dicti Concilij, sed solùm iuris communis, quam dispositionem obseruatam esse sufficit renuncianti, & ita declarauit Congregatio Illustrissimorum Cardinalium dicti Concilij in anno 1596. die 26. Nouembris, vt refert Stephan. Gratian. decis. 37. nu. 1. & 3. quam opinionem defendit etiam Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. cent. 5. cas. 436. num. 3. & seqq. Rodriq. tom. 2. q. regular. q. 47. art. 8. & seq.

16 Probatur hac ratione, quia donatio, facta ante ingressum, non est ita fauorabilis, vt tanta solemnitate, & consideratione indigeat, prout requiritur post ingressum: quo casu, vt cesset omnis circumuentio tam ex parte religiosorum, 17 quàm etiam ex parte sæcularium, † & vt renunciatio, & professio liberè, & sine metu, vel alio fine malo fiant, requiritur licentia Ordinarij loci, qui q.dē Ordinarij multoties sm qualitatē religiosorū, & prout expedire iudicauerint, & ēt secundum qualitatem profitentium, solent profitentium voluntates, siue intentionem explorare ad prædicta omnia, inuestigandum, & adhoc vt decretum interponant cum aliquali causæ cognitione, quod maxima prudentia fieri so-18 let; decretum enim debet interponi cū aliquali causæ cognitione adhoc, vt cessare faciat omnem fraudem, & iudicare faciat omnia solemniter, & legitimè fuisse gesta, & pertractata, vt post Specul. Bald. & alios probauit Alex. in l. sciendum. nu. 14. & 20. ff. de verb. oblig. Menoch. in tract. de præsumptio. lib. 2. præsump. 75. nu. 12. Mascar. in tract. de probation. conclusio. 486. Surd. decisio. 231. num. 20.

19 Nec obstat, multos defendere, etiam donationem factam ante ingressum esse nullam, & inualidam, si non fuerit in ea adhibita solemnitas Concilij Trident. vt scripsit idem Menoch. sibi contrarius, consi. 388. nu. 7. vol. 4. Nauarr. in titu. de donation. consi. 7. Rodriq. d. art. 8. in fin. vbi videtur tenere cū opinione Nauarri, quem etiam probauit Molin. relatus per Menoch. d. cas. 436. præcipuè num. 17. quoniam loquuntur contra veram sen-20 tentiam etiam in iudicijs receptam, † & Menoch. retractauit sententiam; nam opus de arbitrar. & præcipuè d. cent. 5. & additiones ad totum opus de arbitrarijs æditæ sunt post consilia eiusdem, præcipuè post d. volum. 4. Nauarr. etiam nec sibi constat, quia in tit. de regularib. consi. 82. nu. 5. vt refert Gratian. d. decis. 37. nu. 9. tenet contrarium, vt non sit seruanda dispositio Concilij Tridentini in renunciatione facta ante ingressum, & Menoch. d. cas. 436. nu. 3. 4. & 17. multis modis improbat Nauar. & Molin. prout etiam ad contraria respondet Rodriq. d. art. 8. & seq. Itaque si videretur tenere contrarium, non esset sibi constans, & ad summum satis est, vt pro nostra sententia sit communior, & receptior opinio.

21 Potest denique confirmari, nam concilium solum loquitur de renunciatione facienda per nouitium, vt legitur sess. 25. de reformat. cap. 15. & 16. Non ergo extendi debet ad renunciationem factam 22 per merè sæcularem, † quoniam ius cōmune, quantò minus fieri potest, corrigi debet, adeò vt expresè constare debeat de correctione. §. tribus. Auth. quib. modis natur. effic. sui, cum alijs cumulatis per Neapod. in cōsuet. si aliquis moriēs. nu. 35. vers. sed contra puto. fol. 171. cum vulgat. alijs, & consequenter, si tunc donatio, vel renunciatio facta fuisset dolo, metu, vel alio modo non liberè, iam rescindi posset per remedia introducta secundum ius commune, & successiuè patet, verissimam esse sententiam, dispositionem Concilij non extendi ad renunciationem factam ante ingressum.

23 In secundo casu principali, si renunciatio fuisset facta post ingressum religionis, & tunc si Concilij solemnitas fuerit adhibita, validissima erit, & irreuocabilis, prout apertis verbis Concilium determinauit, vt patet locis citatis d. cap. 16. cum alijs cumulatis per omnes Authores citatos in prim. casu; religio enim in hoc conquæri non potest, si nihil habuerit ab ipso renunciante, vt enim ait Rodriq. d. q. 47. art. 8. §. sed contra prædi-24 cta, † renunciantes habent consultores religiosos, quæ, vt personæ spirituales, & à mundanis separatæ, præsumuntur rectius eis consulturæ: hæc enim sunt eius verba. Si igitur religiosi, vt cupiditatem, & auaritiam euitarent, noluerunt consulere renunciantem, vt in religionis beneficium disponeret, sed illi liberam fecerunt facultatem, vt de bonis suis ad libitum disponeret, quod vtinam omnes facerent, sequendo consilium Diui Augustini, vt bona deutur illis, quibus de iure competerent, & non cōsulerent; imò multoties coarctant renunciantes ad disponendum in religionis beneficium, vel in alios, & non in eos, quibus de iure competunt, euitarentur tot inconueniētia, conquæstiones, & multoties scandala, quæ inde oriuntur, quod dictum sit, salua pace bonorum; & proinde, si illi, ad quos pertinet, viderunt renunciationem factam, & illa non obstante, admiserunt renunciantem ad professionē, iustè conqueri

queri non possunt, prout latius etiam dicetur q. seq. Et eatenus est valida hæc renunciatio, vt sapiat naturam contractus, & dispositionis inter viuos, vt latissimè probatum est supra par. 3. q. 8. vbi nu. 12. sic decisum retuli in causa quorundam de Burrello; quam decisionem nũc inueni, & fuit de anno 1607. die 22. Iunij in causa Hippolitæ Capomatiæ, cum Leonardo, & Claudio Burrellis, fuit. n. declaratum bona antiqua renunciata per Lutium Burrellum ante professionẽ pertinere ad illos, in quorum beneficiũ fuit facta renunciatio, & vt ex tali dispositione inter viuos cessaret consuetudo Neapolitana; De Mondellis Actuarius.

25 Si verò Concilii forma, & solemnitas non fuerit obser ata, & adhibita, tunc renunciatio nulla erit, & inualida, nec per professionem subsequentem ratificaretur, vt latius probaui infra consil. 1. Quod quidem consilium scripsi rogatus pro veritate dicenda, & sine pecunia, & quando nullum habebam stabile propositum ingredi religionem; quod dixi, ne quis arbitretur esse allegationes, in beneficium Episcoporum factas, & nõ esse consilium pro veritate articuli, & iam verba Concilij expresè hoc probant, vt

26 legitur d. cap. 16. ibi. † (Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem; &c. Aliter verò facta, etiam cum huius fauoris expressa renunciatione, etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus) Et successiuè ad sensum patet, si

27 verba Concilij negari nolint, † renunciationem esse nullam, prout sic pluries declarauit Congregatio eiusdem Concilij, vt cerni potest penes Authores desuper citatos, prout etiam declarauit annis elapsis in causa quorundam de Gueuara, & aliorum plurium, quod omitto; nam verba Concilij tergiuersari non possunt.

28 Confirmatur, quia etiam si Concilij solemnitas adhibita fuerit in tali renunciatione, & deinde fuerit professio declarata nulla, vel propter minorem ætatem profitentis, vel quia propter metum, vel alio modo non liberè professionem emisisset, tunc etiam renunciatio declaratur nulla, ex quo, declarata nulla professione, tãquam principali, declaratur etiam nulla renunciatio tanquam accessorium, & vt dependens à professione tanquam

29 à principali ex vulgata regul. † vt accessorium sequatur naturam sui principalis. c. accessorium. de reg. iur. in 6. & ita post Spinum, & alios probat Rodriq. d. q. 47. art. 11. etiam quia renunciatio dicitur esse conditionalis, si nempè professio fuerit valida, & ex alijs, vt per eosdem Authores, & proinde debet interueniri solemnitas ita, & taliter; vt subiectum sit capax confirmationis: si enim non esset capax, non posset confirmari per solemnitatem prædictam, vt etiam dicitur de assensu, qui impetrari solet in aliena-

30 tionibus feudorum: † nam talis assensus non potest validare contractum inualidum; sed solùm tollit obstaculum, vt liceat contrahentibus alienare absq; metu alicuius pœnæ. iuxta notata in c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Federic. & in constit. Regn. Constitutionem diuæ memoriæ, cum alijs cumulatis per Marchionem de Ponte in tracta. de potest. Proreg. tit. de refutationib. feudor. §. 11. nu. 17.

31 Insuper requiritur solemnitas dicti Cõcilij, quamuis nouitius, qui renunciationem facit, esset maior decimosexto anno; & ratio est manifesta, quoniam verba Concilij indistinctè, & generaliter loquuntur de professione, & de renunciatione facienda per nouitium, & successiuè respectum habuit non ad ætatem profitentium, sed ad solemnitatẽ renunciantium; nam duo Concilium determinauit inter se ad inuicem distincta. Pri-

32 mum est, † vt profitentes sint maiores sexdecim annis, hoc est, vt habeant decimumsextum annum completum, quoniã in illa ætate præsumuntur esse habiles ad quemlibet actum faciendum, & ad se obligandum quouis modo, præsumuntur enim esse recti, & sani iudicij, vt sciant quid faciant; lex enim communis illos habilitat ad disponendum de bonis suis etiam in decimoquarto anno, vt in l. qua ætate. ff. de testam. & Sacri Canones obligant vouentes etiam in aliena potestate existentes post decimumquartum annum completum; Patres ergo Concilij, vt profitentes essent sanioris iudicij, taxauerunt tempus decimisexti anni completi ad profitẽdum; & hoc est primum.

33 Alterum est, † vt in renunciationibus ab omnibus, professionem emittere volentibus,

tibus, faciendis adhiberetur illa solemnitas ob rationes cumulatas num.17. Quæ locum habere possunt etiam in maiore, & ita post alios probat Rodriq. d. q.47. art. 13. & Sacra Congreg. Concilij hoc declarauit in causa illorum de Gueuara, vt,non obstante maiori ætate,renunciatio esset nulla,dum non fuit adhibita so-
34 lemnitas Concilij. † Cuius dispositio etiam locum habet quoad beneficia renunciata,sine tali solemnitate, nam licèt sequatur professio , tamen renunciatio remanet nulla , & irrita , seruata forma Concilij , dum eius solemnitas non fuit seruata;& ita pluries declarauit dicta Sacra Congregatio,teste Flaminio Paris.in tract.de resignat.benefic.lib.3.q.13.n.4.
35 & 5. Nam eius dispositio procedit in renunciatione omnium rerum , quando renunciatio fit per contractum,cum Cōcilium loquatur indistinctè de renunciatione , & obligatione rerum facta per contractum.
36 Illud solùm notandum est, vt dispositio dicti Concilij non habeat locum in donatione causa mortis , neque etiam in alijs vltimis voluntatibus, & ratio est, quia intentio prædicti Concilij fuit excludere donationem irreuocabilem,qua impediretur ingressus de religione egredi;sed donatio causa mortis,& aliæ vltimæ voluntates possunt reuocari ad libitum , & successiuè solemnitas Concilij non videtur necessaria , quæ quidem reuocatio de facili etiā fieri potest, quàmuis donatarius , vel hæres missus esset in possessionem hæreditatis, vel rerum do-
37 natarum: † illa enim quæ facili modo,& via fieri possunt non indigent tanta discussione,consideratione,& solemnitate, vt post Bald.scripsit Felin.in cap.cum dilecti. nu. 10. extra de rescript.& hanc illationem post Guttier.defendit Rodriq. d.quæst.47.art.10.quamuis Nauarr.lib. 3.consiliorum in tit. de donatio. cons.7. videatur defendere contrarium, & hæc sint satis pro ista quæstione.

SVMMARIVM.



Enunciatio facta per religiosum in omnibus regulatur secundum renunciationē factam per sorores in beneficiū fratrum, & ita veris probatur rationibus.n.1.26. & seqq. Recensentur contrarium sentientes. nu. 34. Refelluntur,& confutantur.num.37. vbi decisio Præs.de Franch.375.ponderatur non esse contra monasterium,sic etiam sub nu.40.& 45. An possit reuocari post professionem? nu.33.

Renuncians excluditur ab hærede instituto per eum, in cuius beneficium renunciauit.nu. 2. Sic etiam ab eius legitimis descendentibus.num. 3. Succedit excluso fisco , quicquid alij malè dixerint.nu. 16.

Renunciatio,facta per sororem in beneficium fratrum , euanescit , si fratres præmoriantur sorori renuncianti.nu. 4. Procedere ostenditur , etiam si fiat recepta dote , dummodo omnes fratres sine liberis decesserint.num.8. & 9. Eò magis locum habere probatur,si præmoriantur fratres,viuente patre. nu. 17. Non dicitur valida respectu bonorum, de quibus soror non fuit dotata.num. 18. Præsumitur facta,si viuāt fratres, vel si testati decedant, vel ab intestato cum liberis. nu.23.

Argumentum de pacto ad statutum validum est.nu.7.

Renunciatio præsumitur facta sub conditione,si renuncianti deferatur hæreditas.nu.5.11.& 15. Limitata ad certā causam , & conditionem non extendatur ad aliam , & sic debet semper interpretari,& qui præsumit contrariū, illud probare tenetur . num. 12. & 14. Facta per pactum de non petendo,siue de non succedendo,restringitur ad ius competens de præsenti , vel de præterito , non autem habet locum quoad ius competens renuncianti in futurum. nu. 10. Non extenditur ad bona,quæ iure sanguinis ad renunciantem pertinent.nu.24.

Substitutio non extenditur de casu ad casum, & dici potest semper substitutio in hoc casu non loquitur.nu.13.

Renunciatio matris prædefunctæ non nocet filijs etiam hæredibus,si ex propria persona possunt succedere,præcipue locum habere ostenditur,si moriatur,viuente illo,cui renunciauit.num. 19. & 20.& sic pluries refertur decisum. numero 21.

Fœmina exclusa propter masculos,succedit , si masculi præmoriantur ipsi renuncianti.nu.22. Non præsumitur se excludere a successione fratris per extra-

traneos successores.nu.25.

Monasterium succedit ad bona renunciata per religiosum, mortui illis, quorũ causa fuit facta renunciatio. num.26. 27.& seqq. Recensetur plures, qui defendunt, Monasterio non nocere renunciationem religiosi, vti factam in fraudem, & ob læsionem monasterij. nu.28.& 29. Contrarium fundat Author, renunciationem esse validam, & omnino regulandam esse ad instar renunciationis secularium, nec monasterium posse dici læsum à nu. 30. vsq; in fin. Ad bona ingressi nullum ius habere dicitur, nisi post subsecutam professionem, vnde si tunc professus bona non haberet, nihil deberetur Monasterio. sub nu.32. cum seqq.

Quæ ab initio sunt voluntatis ex post facto sunt necessitatis. nu. 31.

Læsio præsupponit id, in quo quis læditur esse suum, vel sibi debitum. nu.32.

Religiosi intentio, cùm monasterium ingreditur, præsumitur esse, vt Deo seruiat, & mundanis renunciet. num.35. Probatur esse verum, vt non sibi acquirat, sed monasterio. sub nu.40. nu. 41. & sub nu. 43. Non præsumitur velle, vt extranei præferantur Monasterio, quod probatur nu.38. Quicquid acquirit, monasterio debetur. nu.41.

Recipiens donationem, vel renunciationem à fratre religioso, illam recepisse præsumitur pro suis proximioribus ad religionis exclusionem. num.36. Ostenditur esse verum in beneficium suorũ descendentium, nõ autem aliorum extraneorum. sub nu.37. cum seqq.

Expressum habetur, quod quis exprimeret, si esset interrogatus. nu.39.

Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur. nu.40.

Præsumptio cedit veritati. num.42. Vna tollit aliam, & præcipuè præsumptio specialis tollit generalem. num.43. Cessante causa præsumptionis, euanescit ipsa præsumptio. nu. 44. Quæ vt plurimum euenire solet, tollit eam, quæ raro accidit. nu.45.

Renunciatio facta per religiosum, etiam in beneficium fratrum vterinorum, facta præsumitur. nu.46.

QVÆSTIO XVII.

1 Decimoseptimò quæro, si renunciatio fuerit facta, seruata forma Concilij Tridentini, an noceat Monasterio, si ille, in cuius beneficium fuit renunciatum, præcesserit religioso renuncianti? Hæc quæstio ita passim euenire solet, prout in actu hodie existit, quòd magna videtur indigere discussione idcircò, prout Deus dederit, conabor ex viribus illam examinare, tam in renunciatione facta à sæcularibus, quàm etiam à regularibus; & si non fallor, quę procedunt in renunciatione sæcularium, eò magis, non solùm æqualiter, procedent in renunciatione regularium, quamuis aliqui contrarium teneant, vt ex dicendis patebit.

Dupliciter igitur hæc quæstio agitari potest. Et primò si ille, in cuius beneficiũ renunciatum fuerit, fecisset testamentum. Secundò, si decessisset ab intestato.

2 In primo casu res caret difficultate, renunciantem esse exclusum, quamuis extranei essent hæredes instituti, vt latius dixi supra q. 12. Itaque tota quæstio erit in secundo casu.

3 In successione ab intestato duo alij casus distinguuntur. Primus est, si defunctus reliquisset liberos, qui ei succedunt ab intestato, & tunc etiam quæstio caret difficultate, renunciantem esse exclusum per liberos illius, in beneficium cuius facta fuit renunciatio, prout etiam latius probatum est supra q.2.nu. 6. & q. 3.nu. 18. & consequenter tota dubitatio erit, dum mortuus est sine testamento, & etiam sine liberis, & hic erit secundus casus, pro quo decidendo subijcio sequentes conclusiones.

4 Prima est renunciatio facta per sororem contemplatione fratrum, si illi præmoriantur renuncianti, euanescit etiam existente alia sorore in capitulo: Conclusio patet ex dictis q.3.nu. 18.& seqq. & alibi, quam probauit Paris.consi.26.toto vol.3. Barbat.consi.75.nu.2. & post alios Morot.consi.7.num.9. & 10. & ratio est euidens, siquidem renunciatio, facta intuitu alicuius personæ, non extenditur ad aliam, vt dixi supra q. 1. nu. 26. & successiue, mortuis fratribus, quorum intui-

tu

tu fuit renunciatum, euanescit renunciatio; sic etiam, quia, vt d. q. 1. nu. 29. notatū
5 est, † renunciatio præsumitur facta sub conditione, dummodo renuncianti hæreditas deferatur, & consequenter dum fratres præmoriuntur ante delationem hæreditatis, nullius momenti censetur esse renunciatio, tanquam facta sub conditione, quæ nunquam extitit, iuxt. text. in l. cedere diem. ff. de verb. & rerum signif. cum alijs ad hoc propositum cumulatis per Morot. consi. 22. nu. 2. quod est
6 vulgatum in iure; † renunciatio enim, ad certam conditionem limitata, & coarctata, euanescit, cessante illa conditione, vt habetur in l. qui hæredi. l. Iulianus, & l. Mæuius. ff. de condit. & demonstr. l. iubemus. C. ad Velleia. post alios Morot. d. consi. 22. nu. 14. & 15. & hoc sæpius replicatum est in quæstionibus præcedentibus, quæ conditio hic non adfuit.

Confirmatur, quia soror in capillo nō excludit sororem dotatam à successione, vt latius probatum est supra par. 3. q. 22. ex rationibus ibidem cumulatis. Igitur nec etiam excluditur per renunciationem; † valet enim argumentum de
7 pacto, siue renunciatione ad statutum, & è contra. l. fi. C. de fideiussor. post alios Morot. consi. 7. nu. 9 de qua materia dixi aliqua infra consi. 12. num. 31. cum seqq.
8 quod tamen nonnulli intelligunt in renunciatione simplici, secus tamen in renunciatione reali facta, recepta dote, per pactum de nō petendo; volunt enim in hoc casu, renunciātem esse exclusam, & fecisse locum alijs, & præcipuè sorori in capillo per successorium edictum, vt post Bald. Castr. ē. & alios scripsit Afflict. decis. 161. nu. 3. vbi Pisanell. citat etiam Alex. consi. 29. vol 3. & Vrsill. nu. 3. alios cumulat; & eandem sententiam probauit Morot. d. consi. 7. num. 11. & 13. An autem eorum opinio vera sit patet ex dictis supra, & præcipuè quæst. 3. num. 15. cum seqq. & nu. 20. cum plurib. seqq.
9 Secunda conclusio, si fratres præmortui, nec liberos, nec alios fratres, nec sororem in capillo reliquisset, sed solum sorores maritatas, & dotatas de paragio, quæ renunciauerunt in amplissima forma, tunc sorores admittuntur ad successionem, non obstante renunciatione facta: conclusio patet ex dictis q. 1. num. 28. & 30. & d. q. 3. sic etiam par. 3. q. 9. nu. 2. & seqq. & alibi pluries, quam etiam probarunt post alios Couarr. in c. quamuis par. 3. §. 3. toto, & in specie num. 4. de pact. in 6. & ibid. post Roland. Suarez, Gomez. & alios Guttier. in verb. nec redundet. nu. 5. & in verb. nullum ad bona paterna. num. 12. & 13. vt alios omittam, quos in quæstionibus citatis cumulaui,
10 & ratio est, † quoniam hic agitur de hæreditate deferenda, in quo casu, quamuis renunciatio fieret per pactum de non petendo, & fieret in futurum, nihilominus restringitur ad ius futurum, competens renuncianti, ex causa de præsenti, vel de præterito tantùm, non autem comprehenderet ius futurum, competens renuncianti, ex noua causa, vt latissimè probauit Matthesil. in tracta. de success. ab intest. memb. 4. art. 3. princip. nu. 54. vt habetur tom. 8. tracta. fol. 333. scripserunt etiam Decian. consil. 3. num. 123. vol. 1. Roman. Alex. Dec. Gozad. Corn. Gabr. Paris. & plures alij, quos probat Flamin. Paris. lib. 1. de resignat. benefic. q. 18. nu. 24. & q. 5. nu. 39. cum alijs cumulatis supra quæst. 1. num. 34. & 40. q. 6. num. 33. & alibi.
11 Sic etiam, quoniam, vt patet ex dictis supra num. 4. & d. q. 1. nu. 29. Semper renunciatio habet illam tacitam conditionem, si renuncianti deferatur hæreditas, & si non deferretur, nulla, & inualida sit, sed in hoc casu hæreditas non fuit delata, cùm præmortui sint illi, quorum contemplatione, & intuitu fuit renūciatum, idcirco euanescit.
12 Secundò confirmatur, nam in materia renunciationis, vt sæpissimè notatum fuit, semper fieri debet coniectura, & interpretatio, vt potius restringatur, quàm amplietur, prout dicimus in materia sub-
13 stitutionis, in qua dicimus, † substitutio in hoc casu non loquitur, & hic contrariū probādum est ab eo, qui substitutionem allegat, vt scripsit Socin. consi. 61. col. 3. & consi. 63. col. 8. vol. 3. Crau. consi. 161. num. 16. vol. 1. Mantic. lib. 7. de coniect. vltim. vol. tit. 5. num. 11. Consiliarius de Ann. consi. 28. nu. 7. & 8. & consi. 53. nu.
14 71. & 72. † Sic etiam dicitur in renunciatione, vt qui se fundat in ea, probare debeat eius intētum, & semper illi obijcī potest, renunciatio in hoc casu non loquitur, debet enim specificè apparere de renūciatione in illo casu, vt scripsit Dec. in l. postquam liti. nu. 18. C. de pact. Paris. consi. 12. nu. 94. vol. 2. Gabr. & Pancirol.

quos

quos probat Paris.lib.8. de resignat. be-
15 nefic.q.9.nu.7. † & istam conclusionem
tenent plures, quos cumulaui supra q.6.
num.26.& seqq.& quæst.3.num.21. ea
ratione, quia fratres, & eorum liberi tan-
tùm erant causa excludendi renuncian-
tem, quibus personis mortuis, cessat re-
nunciatio, ex quo cessat causa, ob quam
fuit facta, & eandem sententiam probat
Præs.de Franch. in consuet. si moriatur.
sub num.37.in Apostill.incip. Adde Bal-
16 dum ibi (Nihilominus, † excluso fisco,
& alijs, qui non essent de liberis, admit-
titur filia, quæ renunciauit) fol.89. & sic
malè loquuntur illi, qui tenent, vt renun
ciatio realis excluderet renunciantem;
& potius vocaret fiscum ad successionẽ;
non enim rectè loquuntur; sit enim quo-
uis modo realis renunciatio, & per
pactum de non petendo, quando fit
respectu certarum personarum, quàm-
uis fieret, recepta dote, adhuc dicitur
extincta, mortuis illis; quorum causa
fuit facta, vt dictum est de quæst.3.num.
21. & 22.

17 Ampliatur, eò magis habere locum
conclusionem istã, quando fratres præ-
mortui essent sine filijs, viuente adhuc
communi parente, vt dixi supra q.2. nu.
5.ex quo tunc eo magis vigent rationes
superius cumulatæ, vt hæreditas non fue
rit delata renuncianti; & potest etiam
addi alia ratio, ex quo soror solùm dota-
ta fuit de bonis paternis; quo casu licèt
renunciasset etiam bonis maternis, &
18 alijs in amplissima forma, † non tenet
renunciatio respectu bonorum, de qui-
bus non fuit dotata; eorum enim respe-
ctu dicitur facta sine causa, & restringi-
tur proinde ad bona paterna tantùm, vt
latissimè scripsit Dec.consi.379. requisi-
tus num.14.Cassan.consi.69. Quòad pri-
mum nu.13.& 14. quos probat Vrsill. d.
decis. 161. num.6. & faciunt notata per
Regentem de Ponte in tract. de potest.
Proreg.in tit.de success.mulier.in princ.
nu. 2. cum seqq.de quo fuit facta mentio
supra q.10.nu.24.& seqq. vbi probatum
est, quòd si maritus non promisisset ex
bonis proprijs reficere quicquid conse-
queretur mulier de bonis renunciatis,
quorum nihil habuit, posset mulier con-
trauenire renunciationi, tanquam factæ
absque legitima causa.

19 Tertia conclusio, renunciatio matris,
etiam iuramento firmata, non nocet fi-
lijs, si mater prædecederet illis, in quorũ
beneficium renunciauit. Conclusio est
ferè omnium, qui illa præcipua ratione
eam confirmant, quoniam filij in hoc ca-
su veniunt ex propria persona, & ex pro-
pria persona habent ius acquisitum, cùm
illis fuerit delata successio, sic scripsit
Bal.in l.pactum.q 2.C.de collatio.quem
ibidem probat Alex. Dec. & alij, & ean-
dem cõclusionem firmarunt Imol. Aret.
Castr.& alij in l.qui superstitis. ff.de acq.
hæred. post prædictos Marant. Couarr.
& alios. Morot. d.consi.22.num.2. Et fa-
ciunt etiam omnes rationes cumulatæ
superius ad confirmationẽ secundæ con
clusionis. Quæ quidem conclusio locum
20 sibi vendicat † etiam si filij essent matris
hæredes; cùm enim veniunt ex propria
persona, illis nocere nequit matris renũ-
ciatio, vt patet ex latius discussis supra
q.5.& alibi: quę eò magis hic procedunt,
dum mater prædecesserit illis, quorum
causa, & intuitu renunciauit, ex quo illi
non fuit delata hæreditas, & ob istam
conditionem euanescit renunciatio, vt
scripsit Bart.in d.l. qui superstites. nu.4.
probant etiam Guliel. de Benedict. in c.
Raynutius, in verb. duas habens filias.
nu.280.de testam. Corne. consi. 258. lit.
V.vol 4.Marant.disput. 10.nu. 34. Surd.
21 consi. 133.nu.29.† & ita per quatuor vi-
ces iudicauit Sacrum Consilium, vt iam
de duabus vicibus testatur Minad. in cõ-
stit. Regn. in aliquibus. in 3. notab. post
nu. 11.quamuis ipse Minad. consi. 12. te-
nuerit contrarium, contra ipsum ta-
men fuit iudicatum, & de duabus alijs
vicibus testatur Vincent. de Franchis
decisio.67. de quibus meminit Morot.
dict. consi.22.num.8.vbi num.5.& seqq.
Imolam, Aret.Castren. Alexan. Suarez,
Couarr. & alios pro hac eadem opinio-
ne refert: nec decisio relata superius
quęst.3.num.18 & alibi obstat. nam pro-
cedit, vt ibidem notatum est, quando ma
ter viuebat, & etiam vt dixi supra quæst.
5.num.35.& seqq. tunc tantùm id posset
habere locum, si adesset alia persona
proximior in gradu, quæ posset exclu-
dere ipsos filios, ex propria persona ve-
nientes, quo casu non habet locum hæc
quæstio, vt dixi supra nu.3.

22 Confirmantur omnia prædicta; nam
fœmina, exclusa propter masculos, qui
præmoriuntur, viuente ipsa fœmina, suc-
cedit sm̃ magis verã, & receptã sẽtentiã,

vt probauit Consiliarius de Anna consi.
109.vol.2.vbi ad hoc propositum cumu-
lat 36. Doctores, & iddem probat Pisa-
nell.in consuet.si quis, vel si qua. sub nu.
195.fol.130. in addit. incip. hic essent re-
petēda. Natt. in c.quamuis.in eod. verb.
num. 39. vbi Guttier.in verb.nec redun-
det.nu.2.3. & in verb.nullum ad bona
23 num.13. de pact. in 6. Ea ratione, † quia
renunciatio hæc intelligitur facta, si ille,
cui fit, decederet testatus cum quibuscū-
que hæredibus etiam extraneis, vel si de-
cesserit ab intestato cum hæredibus de-
scendentibus tantùm; vnde, eis deficien-
tibus, euanescit ipsa renunciatio.

Postremò confirmantur omnia præ-
dicta, siquidem nulla renunciatio quouis
modo generalis se extendit ad illa bona,
quæ nouo iure alicui competerent, vt
24 sæpissimè replicatum est, † & hac de
causa non extenderetur ad bona illa, quę
pertinent ad aliquem iure agnationis, si-
ue iure sanguinis, vt in l.pro hærede. §. si
quid enim.ff.de acq.hæred.post Igneum
in auth.ex causa.in 4.limit.nu.221. C. de
liber.præter. Præs.de Franch.decis.690.
nu.2. Natt. in tract. de statut.q.4.nu.17.
vt habetur tom.2.tract.fol.258. Fanut.in
tract.de inuent.nu.234. & dixi etiam su-
perius q.1.num.35. & 36. At nunc, præ-
mortuis illis, quorum intuitu fuit renun-
ciatum, bona illa ex nouo iure, & ex no-
ua causa incipiunt competere renunciā-
ti. & ex facto non cogitato à renuncian-
te, nec etiam expresso in illa renuncia-
tione, videlicet ob mortem illorum, in
quorum beneficium fuit collata renun-
ciatio, ideò ad casum istum illa non se
extendunt, prout ferè omnes hoc con-
cedunt in renunciatione sæcularium,
25 etiam quia non esset verisimile, vt soror
renuncians vellet se excludere à succes-
sione propter extraneos agnatos, & co-
gnatos, sed solùm præsumitur se exclu-
sisse propter fratres, & legitimos descen
dentes ex fratribus, & idcircò ad hunc
casum non potest se extendere renun-
ciatio tanquam contra mentem renun-
ciantis, & etiam contra mētem fratrum,
recipientium renunciationem, quoniam
non est verisimile, vt vellent præferre
personas extraneas proprijs sororibus,
sed potius præsumptio est in beneficiū
sororum; cùm, vt sæpissimè replicatum
est, vnusquisque præsumatur contrahe-
re secundum iuris, etiam municipalis di-
spositionem, quæ in hoc casu est, vt fœmi
næ solùm excludantur propter mascu-
los eiusdem lineæ, & gradus. Tota igi-
tur controuersia est de regularium re-
nunciatione.
26 Dico igitur, renunciationem regula-
rium eodem modo regulari, prout sæcu-
larium renunciatio regulatur, & conse-
quenter, vt possint excludi per testamen
tum, dixi supra nu. 2. vt excludantur ab
intestato tam per liberos eius, in cuius
beneficium est renunciatum, vt dixi nu.
3. quàm etiam per fratres eiusdem, vt di-
xi supra nu.9. At si defunctus nec testa-
mentum fecerit, nec liberos, vel fratres
reliquerit, nullo modo regularis renun-
cians excluderetur à successione; nam
omnes rationes desuper cumulatæ in
beneficium sæcularium, procedunt, &
multò magis in beneficium regularium.
27 Dixi procedere secundùm paritatem
rationis, quoniam, si deficiant fratres, &
sorores, & omnis eorum soboles, etiam
respectu religiosi expirat renunciatio, &
monasterium succedit ex persona illius,
religiosi, ita ex communi sententia pro-
bauit Anto.Gomet.l.22. Thauri.nu.11.
probarunt etiam Couarr. in c. quamuis.
par.3.§.3. num.4.& §.9.de pact.in 6. Mo-
lin.lib.2.de Hispan.primogen. c.3.n.48.
Molin.Iesuita in trac.de maioratib.disp.
579.nu. 19. quoniam sicut non est verisi-
mile, vt soror vellet renunciare contra
se in extraneorum beneficium, ita etiam
non est verisimile, vt religiosus vellet ex-
cludere monasterium, quod secundum
aliquos præfertur filijs, & secundum oēs
excludit substitutum extraneum, & plu-
res alias personas, vt latius probatum est
supra par.4.q. 65. Non est, inquam, veri-
simile, vt vellet monasteriū excludi per
personas extraneas, & proinde Couarr.
d. par. 3.§.2.nu.3. vers.contrariam sen-
tentiam in fin.tenet, rationes, militantes
in renunciatione personarum sæcula-
rium, habere etiam locum in renuncia-
tione personarum regularium.
28 Dixi adesse maiorem rationem, quo-
niam multi tenent, vt, si pater moriatur
sine filijs, viuente filia renunciante, &
professa in aliquo monasterio, illud mo-
nasterium succederet, non obstante re-
nunciatione illius monialis, tum quia re-
nunciatio intelligitur facta, si hæreditas
defereretur renuncianti, sed facta pro-
fessione, non ipsi renuncianti, sed mona-
sterio

ſterio ex perſona renunciantis deſertur, & ideò monaſterium ſuccedens, vt probauit Marian. Soci. conſi. 183. vol. 2. probarunt etiam Paul. de Caſtr. Imol. Corn. Ruin. Felin. & Alex. quos recenſet Couarr. d. §. 12. nu. 2. & eandem ſententiam nouiſſimè amplectitur Azor. tom. 2. mo-
29 ral. lib. 2. c. 28. q. 6. in fi. tum etiam, † quoniam illa renunciatio præſumeretur facta in fraudem, & præiudicium religionis, & conſequenter illi non noceret, vt tenet Azor. loco cit. & proinde, ſi iſti tenent, nullo modo valere renunciationē, benè dixi, à maioritate rationis, quæ dicta ſunt in renunciatione perſonarum ſæcularium, procedere in renunciatione regularium.

Verùm, licèt non admittam rationem Azorij quoàd hanc partem; ex quo, vt dixi q. præced. præcipuè num. 24. & ſeqq.
30 Monaſterium in hoc nō poteſt conqueri, ex quo liberè permiſit profitenti, vt ad libitum diſponeret de bonis ſuis, vt etiam aduertit Molin. d. diſput. 579. nu. 16. & 17. & ſucceſſiuè etiam reſpectu ipſius renunciantis non adeſt læſio, dum liberè diſpoſuit, & ſecundum eius velle,
31 quo caſu ſuccedit regula, † quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis. l. quæ ab initio. ff. de reg. iur. l. ſicut. C. de action. & oblig. cum vulg. alijs.

Inſuper, quod attinet ad monaſterium, vt poſſit aliquo modo dici læſus, neceſſe eſſet, vt ius aliquod haberet acquiſitum
32 in bonis illius religioſi; † læſio enim ſupponit id, in quo aliquis dicitur læſus, eſſe ſuum, vel aliquo modo ſibi debitum. l. 2. vbi omnes. C. de reſcind. vend. quod eſt vulgatum apud omnes: ſed huiuſmodi bona profitentis nunquam fuerunt religionis, vt ſupponimus, nec etiam fuerunt illi debita; nam ante ingreſſum clarum eſt, vt ius aliquod in illis non haberet: poſt ingreſſum, & ante profeſſionē emiſſam, nec etiam, quia nouitius poterat de religione exire, & quoàd diſpoſitionem habebatur pro mero ſæculari, quoniam ad libitum poterat de bonis ſuis diſponere, & ſolùm tenebatur obſeruare formam traditam per Concil. Tridentinum, vt patet ex dictis ſupra quæſt. præced. quod adeò eſt verum, vt, etiam ſi moriatur intra annum probationis, nec etiam monaſterium ſuccederet, vt patet ex dictis ſupra par. 4. q. 64. Igitur hucuſq; monaſterium nullum habet ius. Nec etiam poſt emiſſam profeſſionem, quoniam tunc profeſſus nihil habebat, cùm omnia bona ſua per contractum alienauit, & ſucceſſiuè nullo tempore conſiderari poteſt læſio Monaſterij, & ſic patet per inconſiderationem Azoriū fuiſſe locutum, & melius poſt Couarru. fuiſſe locutum Molinam d. diſput. 579. nu. 17. vt religio conqueri non poſſit, qui etiam in tract. de iuſt. & iur. diſput. 139.
33 tenet, † renunciationem prædictam non poſſe reuocari poſt emiſſam profeſſionem, cuius dictum puto verum, re in eodem ſtatu permanente, & non aliter, vt dicetur infra conſi. 1. Igitur reprobato dicto ipſius Azorij quoàd læſionem, amplector tamen eius authoritatem ſaltem à paritate rationis, imò etiam à maioritate, vt quæ dicta ſunt in renunciatione perſonarum ſæcularium, procedant etiam in renūciatione regularium; quod clarius patebit, ſolutis quibuſdam contrarijs, quod mox faciam.

34 Contrariam igitur ſententiam poſt Dec. conſ. 31. Couarr. in d. par. 3. §. 3. nu. 4. verſ. idem locum. Vaſq. lib. 2. de ſucceſ. creation. §. 18. num. 108. tenet Præſ. de Franch. deciſ. 375. nu. 2. vbi ita dicit fuiſſe deciſum in Sacro Conſil. renunciationem religioſi fuiſſe realem, & eſſe realē, & facere locum alijs, mouetur præcipuè
35 ex duob. Primò † quia intentio religioſi eſt ſeruiendi Deo, & renunciandi ſæculo, & omnibus bonis, & pompis eius, vt dixi ſupra q. præced. nu. 9. cum ſeqq. &
36 Secundò, quia recipiens donationem, ſiue renunciationem, præſumitur illam recipere in beneficium proximiorum, non autem, vt bona ad monaſterium deuenirent, & per has duas rationes dicit Sacrum Conſilium iudicaſſe contra ſorores renunciantes in beneficium proximiorum.

37 Verùm rationes non militant, prout nec etiam militat deciſio Sacri Conſilij in hoc caſu; ſed potius eſt, quando defunctus reliquit fratres, & ſic eſt ſecundum terminos ſecundæ concluſionis relatæ num. 9. Sic enim Præſes ponit caſum: Nam Thomas Caracciolus obijt ab inteſtato relictis Iulia, & Cornelia Caracciolis eius ſororibus vtrinque coniunctis monialibus in monaſterio S. Ligorij, & D. Paulo Pignatello Clerico Regulari eius fratre vterino, qui omnes renun-

ciauerunt in ampla forma, relictis etiam Portia Accolciamuro, nepote dicti Thomæ ex sorore vtrinque coniuncta, relictis etiam fratribus vterinis, iudicauit, inquàm, Sacrum Consilium excludi sorores renunciantes per alios fratres vterinos, & per neptem ex sorore vtrinque coniuncta, & successiuè sumus extra terminos quæstionis, cùm defunctus reliquerit alios fratres, tunc enim procederent rationes, vt in illorum beneficium præsumatur facta, & recepta renunciatio ad monasterij exclusionẽ. At si adessent alij extranei, tunc rationes prædictæ non procederent, quemadmodum non possent locum habere contra sorores dotatas, maritatas in sæculo, & renunciantes; omninò enim tunc eædem rationes procederent in beneficium re-
38 ligiosi renunciantis, † qui non præsumitur propriam religionem eius matrẽ, & proprium monasterium, eius filium, ex iuris dispositione, excludere voluisse à proprijs bonis propter extraneos hæredes, & ita plures religiosos renunciantes interrogaui, qui ita mihi responderunt, prout quilibet sanæ mentis, si esset interrogatus responderet, & in aliquorum renunciationibus hoc vidi expressè, vt mortuis fratribus sine liberis, monasterium succedat, non obstante renun-
39 ciatione, quo casu succedit regula, † vt habeatur pro expresso omne id, quod cõtrahentes, vel testatores expressissent, si in specie id cogitassent, & si interrogati id respondissent, & expressissent, ex regul. tex. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. vbi glo. & communiter alij Scribentes; est enim vulgatum axioma, cùm igitur tacitè inest, tunc etiam sequitur alia regula, vt expressio non operaretur ma-
40 gis, quàm dum inest tacitè. † siquidem expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur. l. non rectè. C. de fideiuss. cum alijs cumulatis per Surd. decis. 182. num. 8. vt alios omittam, & consequenter nec credo Præsidem doctissimum hoc denegasse, si fuisset interrogatus, an ad hunc casum se extenderet renunciatio religiosi, certè enim respondisset negatiuè, prout sic etiam credo eum iudicasse in facti contingentia, & iudicaret etiam quilibet alius, attenta voluntate renunciantis, & etiam priuilegio religionis, cui in dubio fauendum est, dum non adsunt legitimi descendentes, & ita iuris esse censeo, quia simul cum intentione seruiendi Deo, stat bonorum acquisitio, est
41 enim vulgatum, † vt Monachus acquirat Monasterio in omni casu legitimo, prout est iste, quia renunciatio facta ad hunc casum non se extendit; & successiuè præsumitur intentio religiosi fuisse, vt mortuis fratribus ab intestato, & sine liberis, voluerit acquirere monasterio, nõ autem ad extraneos bona sua transmittere.

Sed contra aduersarios arguo ad hominem hoc modo, aut enim constat de veritate, renunciationem non esse factã ad hunc casum, vt habeamus pro vero, quod tradidi nu. 38. vt nunquam hæc fuerit intentio renunciantis velle transmittere bona sua ad extraneos, sed verè esse acquirenda monasterio, mortuis fratribus sine liberis, prout sic iudicandum est, & tunc cessant aduersariorum præ-
42 sumptiones, † quoniam præsumptio cedit veritati. l. fi. ff. de probation. post Cæphal. & alios Mascard. tom. 3. de probation. concl. 1204. Præsumptio vna. num. 34. & sic quæstio caret difficultate in beneficium religionis. Aut verò sumus in dubio, & præsumptionibus vti velimus, & tunc etiam in beneficium religionis
43 concludendum est, † nam vna præsumptio tollitur per aliam. l. Diuus. ff. de in integr. restit. cum alijs cumulatis per Mascard. loco cit. nu. 1. Imò præsumptio specialis, siue præsumptio in specie semper tollit præsumptionem generalem, siue in genere, vt rectè probauit Bal. in l. siue possidetis col. 2. in princ. vers. vltimò oppono. C. de probat. post eum Borgnin. & alios Mascard. loco cit. nu. 6. & seqq. Sed in hoc casu habemus præsumptiones in specie; cum enim religiosi hunc casum cogitauerunt, iam expresserunt in renunciationibus, & sic interrogati responderunt, vt dixi nu. 38. & seq. ergo tollitur præsumptio generalis, vt vellent omnino renunciare bonis; nã hæc dictio, omnino, est, vt ipsis acquirantur bona, quia de iure hoc est eis prohibitum; sed est præsumptio; vt, mediante persona ipsorum acquirantur monasterio, & sic stant simul propositum seruiendi Deo, & acquirendi bona monasterio, vt nu. 39. notatum est.

44 Confirmatur hoc assumptum; † quia, cessante causa præsumptionis, cessat etiã ipsa præsumptio, & omnino tollitur, vt

post

poſt Bal. & alios probauit Decian. conſi. 100. num. 49. lib. 2. poſt ipſos, & Corne. Maſcard. d. concluſ. 1204. nu. 38. Sed cau ſa præſumptionis excludendi monaſterium à bonis renunciatis, fuerunt fratres & eorum liberi, quorum intuitu fuit facta renunciatio, vt ſuperius probatum eſt; Igitur, ipſis ceſſantibus per mortem, omninò tollitur ipſa præſumptio, euaneſcit renunciatio, & monaſterium ſuccedit.

Nec obſtat, ſi dicatur, vt dētur aliqui, qui velint omnino excludere monaſterium à bonis renunciatis, & extraneos admittere ad illa bona. Primò, quia hoc non eſt veriſimile, vt velit religioſus eſſe tam ingratus excludendi propriam matrem per extraneos, vt dixi ſupra nu. 38. Secundò, quia, ſi hoc eueniret in aliquo, de raro eueniret, & pluries euenit contrarium, vt nu. 38. notatum eſt: quo caſu
45 ſuccedit regula, † vt præſumptio de rarò eueniens, omnino tollatur per illam præſumptionē ſæpius euenientē, vt poſt Decian. Rimin. & alios probat Maſcard. loco cit. nu. 42. ſubdens nu. 43. vt habeat contra ſe præſumptionē ille, qui nō credit his, q̄ ſolent eſſe vera; ſiuè ſæpius euenire quo fit, vt habeāt contra ſe præſumptionem excludendi religionem ſine causa, & contra expreſſam voluntatem religioſorum renunciantium, qui per talem renunciationem velint extraneos admittere ad excluſionē religionis; quæ omnia non fuerunt diſcuſſa, nec conſiderata per Præſid. de Franch. d. deciſ. 375. prout non erant conſideranda, quia factum erat oppoſitum,
46 † dum viuebant aliqui ex fratribus ſaltem vterinis, quorum etiam contemplatione præſumitur facta renunciatio, dum iſti ſuccedūt per diſpoſitionem iſtarum conſuetudinum, vt de conſanguineis dixi ſupra q. 2. nu. 8. cum ſeqq.

SVMMARIVM.



Enuncians bonis, attenta diſpoſitione harum conſuetudinum, & etiam conſtit. Regn. in aliquibus, non excluditur à iure querelandi, excluditur tamen ſecundum ius pragmaticarum Regni. nu. 1. 2. & 3.

Mulier per ſolam dotationē excluditur à ſucceſſione, & eò fortius per renunciationem. nu. 4.

Renunciatio facta præſumitur ſecundū diſpoſitionem iuris, etiam pragmaticarum Regni. nu. 5. Generalis omne id comprehendit, ſine qua, inutilis iudicaretur nu. 7. Extenditur etiam ad ius conſuetudinarium. nu. 8.

Iureconſultus verborum ſenſus attēdere debet, & potius vti verbis vſitatis, quàmuis iudicentur ſuperflua, dummodò contrahentium mentem, vel voluntatem exprimant. nu. 9.

Contractus celebrati præſumuntur ſecundum ius municipale loci; in quo geritur. nu. 6. Non ex verbis, ſed ex qualitate pactorum iudicandi ſunt. numero 11.

Superflua tunc reijciuntur ex diſpoſitione iuris, ſi non deſeruiant ad explicandam mentem contrahentium. nu. 10.

Pedantes, & puri Grammatici, vt verborum corticibus inhæreant, contractus inuoluunt. & familiarum deſolationē inducunt. nu. 12.

Notarij debent eſſe cauti in conceptione verborum, contractuum, & legatorū. num. 13. Extra Neapolim qua ratione ſoleant eſſe imperiti, & contractus inuoluere. nu. 14.

Expreſſum facit ceſſare tacitum, nec vitiat actum. cùm exprimitur. nu. 15.

Cautela abundans non nocet, dummodò non ſit inſolita. nu. 16.

Multiplicatio cautelarum, & inſtrumētorum fraudem arguere ſolet. nu. 17.

Bona renunciata per ſororem in beneficium fratrum, ſunt antiqua penes fratres, & cur hoc eueniat, explicatur. num. 18.

QVÆSTIO XVIII.

1 Decimo octauò quæro, an mulier, excluſa propter maſculos à ſucceſſione bonorum, excludatur ēt à iure querelādi de morte propinquorum? Quæſtio hæc non ſolùm in hac Ciuitate, ſed etiam in toto Regno frequentiſſimè accidere ſolet, & indigeret magna diſcuſſione; ſed, quia illam doctiſſimè examinauit Marchio de Ponte in ſuo aureo tract. de poteſt. Proreg. in tit. 1. de prouiſionibus fieri ſolitis. §. 4. idcircò pauca ſubij-

subijciam, quæ de anno 1610. scripsi, dũ casus accideret propè Patriam meam, vt habetur infra consi. 10. & quia tractatus dicti celeberrimi Marchionis non erat tunc in lucem æditus, dum illum interrogaui de hoc casu, ex sua mera benignitate mihi commodauit sua commẽtaria, ex quibus exemplaui articulum istum, ab eo doctissimè discussum, & vnà cum illis, quæ ego scripseram, transmisi ad inquisitos; & visis allegationibus per Officialem loci, & præcipuè propter authoritatem dicti eximij Marchionis, non fuit amplius processum in ista causa, & mulieres illæ destiterunt ab accusatione cum maxima inquisitorum lætitia, & cũ magno dolore officialis, qui cogitabat suum implere marsupium, quia plures erant inquisiti, & de melioribus illius loci; sed benè se gessit, & cum maxima consideratione; nam sine alia discussione credidit allegatis, & non processit in causa.

2 Verùm quæstio breuiter resoluitur. Aut mulier non renunciauit, & tunc sumus in claris, vt non excludatur à iure quærelandi, vt d. consi. 10. fundatum est. Si verò renunciasset, prout est proposita quæstio, & tunc subdistinguitur secundũ terminos constitutionis Regni, & secundum has consuetudines, & tunc nec etiã exclusæ sunt sorores à iure quærelandi

3 de nece propinquorum. † Si verò quæramus secundum dispositionem pragmaticarum huius regni, vt est pragmatica 8. sub titu. de composition. qua duo requiruntur ad ius quærelandi. Primò, vt accusator sit proximior in gradu, & secundò vt illi deferatur successio occisi propinqui, & in hoc casu excluderetur soror

4 à iure quærelandi; † mulier enim per solam dotationem exclusa est à successione, vt non succedat, & eò magis quando interuenit renunciatio, & consequenter quia omnis renunciatio intelligitur facta secundum dispositionem iuris etiã municipalis, vt dixi supra pluries, & in

5 specie q. 2. nu. 10. & seqq. † sine dubio in hoc casu soror præsumitur renunciasse, seruata forma dictæ pragmaticæ, vt nempè, stante dotatione, qua fuit exclusa à bonorum successione, excludatur etiam à iure quærelandi de morte propinquorum; nam illi deficit vnum ex requisitis Regiæ pragmaticæ, nempè successio, vt d. consi. 10. fundatum est.

Nec obstat, superius sæpissimè replicatum esse, omnem renũciationem esse restringendam, nec de casu ad casum extendendam, vt nunc non extendatur à renunciatione iuris quærelandi, cùm bonis fuerit renunciatum; nam responde-

6 tur † contractum præsumi celebratum secundum dispositionem iuris etiam municipalis, vt probauit Alex. consi. 37. nu. 9. vol. 2. Afflic. decis. 226. post alios Surd. decis. 227. nu. 10. cum alijs cumulatis supra par. 3. q. 14. nu. 2. & alibi pluries, & consequenter sororum renunciatio facta præsumitur, seruata forma dictæ Regiæ pragmaticæ, vt dum non succedit, nec ius querelandi habeat, vt dictum est.

7 Confirmatur; nam generalis renunciatio facta per filiam, licèt regulariter restringi debeat, tamen extenditur ad ius, quod verisimiliter præsumeretur renunciatum ad validitatem ipsius renunciationis, & sine quo renunciatio parum prodesset illi; in cuius beneficium fuit fa-

8 cta, quo fit, † vt renunciatio generalis filiæ, comprehendat etiam ius consuetudinarium respectu bonorum, quæ matri obuenerunt ex successione alterius filię, vt post Capyc. decis. 190. & alios probauit Vinc. de Franch. decis. 690. vbi in fin. subdit, vt hodie ad maiorem cautelam, & ad tollendas Doctorum cauillationes, & disputationes soleat in specie renunciari etiam iuri consuetudinario, & ita etiam vidi appositum pactum in capitulis matrimonialibus aliquorum, sic enim omnis disputatio, & ambiguitas tollitur, quod vtinam semper fieret in omnibus contractibus, non enim essent tot lites, nec tot Dei offensiones committerẽtur, nec illa mala, quæ ex Viuio q. 15. nu. 24.

9 & seqq. enumerata sunt succederẽt, † & potius verba debent esse superflua, vt contrahentium voluntatem, & eorum conceptum mentis explicent, quàm vt sint diminuta, & ambigua, & sic facere debent Iureconsulti, qui verborum sensum attendere debent. l. fi. §. fin. ff. mand. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. post alios Reg. de Pont. consi. 36. nu. 2. vol. 1.

10 Nec obstat, quòd in iure non datur superfluum, vulg. tex. in l. 2. C. de veter. iur. enuclean. & omnis superfluitas tolli debeat; nam respondetur hoc esse verũ, quando illa superfluitas non faceret ad casum, prout iam facit explicatio verborum, vt pacta contrahentium sint magis clara, & vt tollatur omnis ambiguitas; con-

11 † contractus enim ex qualitate pactorum, ex quibus mens cõtrahentium colligitur, iudicantur, non autem ex verbis, vt ſcripſerunt Aret. conſi. 160. colum. 8. Dec. conſi. 682. Bald. & alij, quos probat Lanar. conſi. 47. nu. 4. & conſi. 58. vt alios
12 omittam: † Pedantes enim ſunt, ſiue puri Grammatici, qui, vt corticibus inuſitatorum verborum inhæreant, faciunt cõtractus ambiguos, & ſunt cauſa innumerabilium litium, & deſtructionis familiarum, & malorum, enumeratorum q. 15.
13 nu. 24. cum ſeqq. † & proinde cauti eſſe debent notarij in conceptione verborũ, contractuum, & legatorum, vt illis vtantur verbis, quibus magis explicatur mẽs contrahentium, & teſtatorum, vt poſt Pau. de Caſt. in l. fi. col. 2. verſ. tertius modus, C. de indict. viduit. tollen. Baldum, Corn. & alios Præſ. de Franch. deciſ. 231 nu. 3. & hac de cauſa extra Ciuitatem
14 Neapolis, † vbi ſolent adeſſe notarij imperiti, & Doctores non ſunt ita inſtructi, vt poſſint docere notarios, imò multoties minus ſciunt, quàm notarij, quia, ſtudio non completo; Doctoratus gradum aſſumunt, ſolent inſtrumenta eſſe imperfecta, nec ſolent habere clauſulas neceſſarias, quod non ſolet euenire in hac Ciuitate, vbi notarij ſolent eſſe admodum periti, qui cum conſilio peritiſſimorum Doctorum errare non ſolent, vt notauit Præſ. de Franch. deciſio. 302. nu. 7. & dixi ſupra.
15 Nec obſtat ꝙ expreſſio eorũ, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, vt dixi quæſt. præced. nu. 40. Nam operatur hoc, vt faciat ceſſare tacitum, ex reg. tex. in l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. & pupill. ſubſti. & l. 2. eod. tit. vbi expreſſum continet tacitum, non autem e contra, & licet aliquid ſubintelligatur tacitè in contractu,
16 non tamen nocet, ſi exprimatur, † quoniam cautela abundans non nocet. l. non ſolent. vbi gl. ff. de reg. iur. vbi Dec. alios cumulat. l. non ſunt liberi. in fi. ff. de ſtat. homin. cum alijs cumulatis ad hoc propoſitum per Farinat. conſi. 11. nu. 24. in fi. & conſi. 91. nu. 21. niſi tamen illa cautela abundans contineret pacta inſolita;
17 nam multiplicatio cautelarum, & inſtrumentorum ſolet arguere fraudem iuxta tex. in l. ſi quis ſub conditione, vbi glo. ff. de condit. inſtit. Purpur. conſi. 394. num. 29. volum. 1. poſt alios Maſcard. concluſio. 1001. num. 64. quod hic eſſe nequit, vt ex dictis cerni poteſt.

Denique in fin. huius materiæ illud aduertendum eſt, quod etiam ſuperius par. 2. in tit. de bonis. q. 14. in fin. notatũ
18 eſt, † vt bona, renunciata per ſorores in beneficium fratrum, nunc ſint antiqua, & ita iudicentur, & iudicari debeant, fratres enim nihil egerunt in acquiſitione dictorum bonorum, niſi dotando ſorores de bonis antiquis recipere bona renunciata eo modo, & forma, prout erant penes ſorores, tantò magis, quia non ex propria induſtria, ſed ex beneficio conſuetudinum illa bona habuerunt, conſuetudines enim dant fratribus hoc beneficium, vt nihil amplius teneantur dare ſororibus, niſi paragium, & proindehabent illa bona ſecundùm terminos conſuetudinum, vt, dum non ſunt acquiſita per fratres, ſubiecta ſint ipſis conſuetudinibus.

SVMMARIVM.



Maritus, conſentiendo vxori, vt faciat teſtamentum, nõ ſibi præiudicat, ſi vxor diſpoſuerit de bonis ipſius viri, nu. 1. & 6. Præſumitur interueniſſe in teſtamento tanquã vxoris mundualdus. num. 8. & 20. vbi explicatur.

In claris non agemur coniecturis. num. 2.

Donatio inter virum, & vxorem licèt nõ valeat, morte tamen confirmatur, ſi in vita reuocata non fuerit, & poſſeſſio bonorum tradita eſſet. nu. 3.

Donatio facta à ſponſo ſponſæ valet, & quidnam ſponſa ex bonis donatis lucretur, explicatur. nu. 4.

Munera conſueta, quæ ſponſus hodie facit ſponſæ, quænam ſint, & vſque ad qualem quantitatem, explicatur. ſub num. 4.

Vxor, emens aliqua bona, præſente viro, tacente, vel expreſsè dicente, bona emi ex pecunia vxoris, acquirit ſibi bona, tenetur tamen pecuniam ſine vſuris reſtituere viro, & eius hæredibus, ſi aliunde non probat ex bonis proprijs illa bona emiſſe. nu. 5. & 6.

Conſenſus præſtitus ad actum, ad quem non tenebatur ille conſentire, non præiudicat conſentienti. num. 9. Tacitus non

non sufficit, sed expressus requiritur, vt quis possit disponere de bonis alterius. nu. 13.

Testamentum non potest pendere ab alieno arbitrio. nu. 10.

Maritus est legitimus mundualdus vxoris. nu. 11. Promittens restituere dotẽ soluto matrimonio, potest deducere portionem illi debitam ex forma statuti, vel consuetudinis. nu. 14. iddem procedit, si promittat exequi vxoris testamentum, in quo vxor de dote disposuit. num. 15. Locum habere ostenditur, si promiserit vxori non contrauenire testamento, in quo vxor disposuit in beneficium filij; nam, mortuo filio, succedit maritus contra voluntatem vxoris. nu. 16.

Mundualdus tam in contractu, quàm in testamentis interuenire debet. sub num. 11.

Consentire nũquam aliquis præsumitur in eius præiuditium, nisi ex actu positiuo inducente consensum. nu. 12.

Præsentia cum taciturnitate non nocet, quando præsens non poterat contrauenien do actum impedire. nu. 17.

Testator potest etiam de alienis rebus disponere, & quidnam tunc teneatur facere hæres. nu. 18.

In Regno an iure Romano, vel Longobardorum præsumatur aliquis viuere. numero 19.

Pater, vt obligetur ad restitutionem dotis, filio promissæ, non sufficit simplex præsentia, nisi expresse consenserit, & dotẽ receperit, vel eius filio ex ipsius patris iussu soluatur. n. 21. & 22. Eius simplex præsentia solùm operatur, vt teneatur pro filio actione de peculio. numero 23.

Consultatio non est necessaria, vt quis voueat, vel ingrediatur religionem, sed solùm requiritur, vt certam religionẽ ingrediatur. num. 24. & 26. vbi explicatur.

Licitum est alicui inducere aliquem ad vouendum religionem. nu. 25.

Author quando ingressus fuit religionẽ Clericorum Regularium traditur. nu. 27. Eius opus correctioni S. Romanæ Ecclesiæ submittit. nu. 31.

Sancti Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici doctrina qualis sit in Ecclesia Dei, & quando Octauus Patronus Ciuitatis Neapolis aggregatus fuerit, recenseatur. num. 28.

Flos esse nõ dicitur, vnde Apis industriosa mel non capiat. nu. 29.

Doctor debet esse Apis industriosa, non vt aculeo linguæ alios pungat, sed ingenij acumine ex aliorum dictis mel conficiat. nu. 30.

QVÆSTIO XIX.

1 Decimononò quæro, an maritus cõsentiẽdo vxori, vt faciat testamẽtum, censeatur sibi præiudicare iuri suo, si vxor de bonis mariti testata fuisset? de hac quæstione tacta sunt aliqua supra hoc tit. q. 1. & breuiter concludo, vt in dubio maritus non censeatur sibi præiudicasse. Dixi in dubio; si enim essemus in claris, vt quia maritus expressè dederit licẽtiam vxori, vt disponeret de bonis ipsius mariti, tunc cessat dubitatio secundum propositam quæstionem; nam
2 sumus in claris, † & in claris nõ egemus coniecturis. vulg. l. continuus. ff. de verb. oblig. Tunc enim remaneret alia quæstio, si donatio inter virum, & vxorem valida esset, quo casu sunt discussæ plures quæstiones parte 3. & ad ibi dicta
3 me remitto, † quãuis donatio inter coniuges confirmetur morte, quando aliter non valeret inter viuos iuxta tradita in locis citatis, & cõfirmatur per mortem, si in vita non fuisset reuocata, & secuta fuisset traditio iuxta tex. in l. cùm hic status. §. ait Horatio. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. Papinianus. vbi glo. Bart. & alij. ff. de donatio. Surd. consi. 171. num. 6. quos probat Farinac. in vltimis decisionibus Rotæ Rom. decis. 6. nu. 2. De hoc
4 enim nunc non est disputandum, † sicut nec etiam de donatione facta à sponso eius sponsæ; nam sine dubio valida est; & si fuerit secutum osculum gratia viri, sponsa lucratur medietatem illorum bonorum, secuta verò copula, integram bonorum quãtitatem lucratur; quæ donatio est adeò valida; quod hodie vocantur munera solita, consueta, & ampliata, & redacta sunt ad necessitatem; quoniam, concluso matrimonio, sponsus sub nomine doni, mittit sponsæ pro singulis ducatis mille ducatos centum, & sic decimam partem dotis receptę, vt post Neapodan. & alios plures probat Præf. de Franch.

Franch. decis. 503. tota, & in specie num. 5. & ita est communis obseruantia, & conferunt etiã tradita per Franc. Marc. decis. 70. nu. 8. in 2. par.

5 Nec etiam est quæstio, si maritus donasset aliquam pecuniarum quantitatem vxori, ex qua pecunia vxor prædium aliquod sibi emisset, quo casu vxori acquiritur prædium, & solum remanet debitrix viro, & eius hæredibus in illa pecuniarum quantitate, recepta à viro, quoniam donatio fuit inualida, vti facta inter virum, & vxorem, restituet tamen pecuniam sine vsuris, iuxta tex. in l. vxor mariti, iuncta l. quod autem. §. idem ait. ff. de donat. int. vir. & vxor. glo. in l. si filij. in verb. si filij. C. eod. quam dicit singularem. Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de diuersis prouision. §. 1. nu. 6. vbi alios cumulat, & nu. 7. post Bald. Saly cet. Fulgos. Aret. Alex. & 6 Paris. subdit, † si mulier, præsente viro, emeret aliqua bona, dicens ea emere ex propria pecunia, viro tacente, vel expressè consentiente, nec aliunde constaret, vnde vxor habuisset pecuniam illã, tunc confessio mariti præsumeretur facta per simulationem, & per indirectum esse donatio inter virum, & vxorem, & consequenter vxor remaneret debitrix in illa pecuniarum quantitate, vt num. præced. dictum est, & num. 8. in fi. & pro hac eadem opinione ipse Regens citat Bar. Alciat. Port. & Menoch. quem conciliat, dum videbatur tenere cõtrarium, an autem confirmetur iuramento, iam alio loco superius dictũ fuit, post Azor. par. 3. moral. lib. 11. c. 10. Idcirco transeo ad quæstionem propositam.

Igitur omissis his quæstionibus, de quibus non attinet nunc disputare, quia non concernunt materiam quæstionis propositæ, & etiam quia veræ sunt, vt rectè probant prænarrati DD. tota quæ-7 stio remanet, † quando maritus dedit licentiam vxori, vt posset facere testamentum, si tunc vxor disponeret de bonis viri, licentia viri ei præiudicet; in qua respondeo negatiuè, siquidem renunciatio iuris sui in dubio non præsumitur, præcipuè quando actus valere potest ex alia causa; vt sæpius replicatum est, & præcipuè quæst. 1. num. 51. Sed in casu nostro consensus mariti præsumi potest ex alia 8 causa, † nempe, vt maritus interuenerit tanquam Mundualdus vxoris, hoc est pro sollicitudine, & cura, quæ ad ipsum maritum pertinet ex tuitione vxoris, & consequenter talis consensus illi non nocet, nec etiam præsentia tempore testamenti, vt docuit Bart. in l. quæ dotis. num. 23. vbi Alex. nu. 28. ff. solut. matrim. & post alios Mascar. in tracta. de probation. concl. 1218. nu. 33.

9 Confirmatur primò † nam quando aliquis præstat consensum ad actum, ad quem nec consentire tenebatur, nec se obligare, consensus dicitur nullius momenti, & effectus, nec ex eo remanet consentiens obligatus, ita glos. notab. in l. 1. §. si ratum, in verb. si ratum. in fin. ff. quod iussu, quam sectatur Alexan. in l. si cùm dotem. §. transgrediantur. num. 6. ff. sol. matrim. & ibid. post Ias. Felin. & alios eandem probat Barbosa. num. 11. in fin. ex tex. in l. Lucius. ff. de administ. tutor. Sed in proposito mariti consensus non erat necessarius ad validitatem te-10 stamenti vxoris, † clarum est enim testamentum pendere non posse ab alieno arbitrio. vulg. tex. in l. captatorias. & l. illa institutio. ff. de hæredib. instit. ideò cõsensus mariti redditur superuacuus, & nullius momenti, & ad summum operatur hunc effectum, vt præsumatur maritus interuenisse in illo actu tanquam 11 vxoris mundualdus; † maritus enim est legitimus mundualdus vxoris, quando illa nec patrem, nec fratres habet, ve post Cauens. ritu 291. num. 5. probat Carauit. in ritu 292. num. 3. vbi num. 4. ex decisione Afflicti 260. concludit, mundualdum etiam in testamento debere interuenire, & successiuè dum ex parte vxoris datur effectus, ob quem maritus interuenerit, non potest introduci coniectura, vt voluerit dare licentiam vxori, vt disponeret de bonis ipsius mariti.

12 Confirmatur secundò, quoties enim tractatur de proprio præiudicio nunquã censetur aliquis consentire per simplicẽ consensum, sed alius actus positiuus est necessarius, qui non posset aliter resultare, nisi ex consensu ad tale præiudicium, vt in clem. 1. de procur. Abb. in c. cùm virum. in 3. notab. de regular. Socin. in cons. 291. num. 13. volum. 2. Dec. consi. 267. num. 3. probant etiam Paris. Crauet. Felin. Natt. Bec. & alij, quos sectatur Surd. decisio. 264. num. 8. latissimè Barbosa in l. quæ dotis. num. 158. vers. item

Hhh secun-

secundo limita. ff. solut. matrim. Peregr. in tract. de fideicom. art. 60. nu. 87.

13 Additur prædictis; nam, vt aliquis valeat disponere de bonis alterius, non sufficit consensus tacitus, sed requiritur cōsensus expressus, qui alio modo interpretari non possit, vt scripsit Alex. consi. 8. volum. 5. Iason in l. cùm proponas. nu. 6. C. de pact. post alios Peregrin. d. art. 60. num. 67. & faciunt latius cumulata superius quæst. prima, vt nunquam præsumatur donatio, vel renunciatio iuris proprij, cum alijs rationibus ibidem cumulatis, quod adeò verum est in hac quæ-
14 stione, † quòd si maritus, mediante instrumento iurato, cum clausulis in amplissima forma, promiserit restituere dotem in omnem casum restitutionis, nunquam ex tali promissione censetur renunciasse consuetudini, vel statuto de lucro dotis loquenti, ea ratione, quoniam promisisse intelligitur restituere dotem, deducta portione sibi debita, cui in dubio non præsumitur renunciasse, ita post Cyn. Bald. Angel. & Salycet. in l. fin. C. ad leg. Falcidiam, probat nouissimè Nuncius Pellicia in suis doctissimis Commentar. ad consuetud. Auersan. cap. 10. num. 246. & faciunt congesta per Aquilin. in l. si is, qui pro emptore. nu. 188. & 189. ff. de vsucapion. sic etiam,
15 † si vxor disposuerit de omnibus bonis suis, & maritus illi promisisset exequi testamentum, adhuc non censetur renunciasse consuetudini de lucro dotis, quia præsumitur voluisse testamentum exequi, deducta portione sibi competenti ex beneficio consuetudinis, vel statuti, vt ex multis probauit Boer. decisio. 244. num. 3. & faciunt dicta num. præced. eadem enim est ratio de restitutione dotis, & de executione testamenti, in quo vxor disposuit de dote.

16 Ad confirmationem prædictorum adducitur, quòd, si vxor cum consensu viri disposuerit de bonis suis in beneficium filiorum, & maritus illi promisisset non contrauenire testamento, mortuo filio, maritus non tenetur stare promissioni, ex quo per talem consensum non censetur renunciasse iuri sibi competenti, vt ex multis probauit Neapodan. in consuetud. si qua moriens. nu. 26. & sequentib. fol. 201. vbi latissimè illationem istam examinat, & hincinde arguit, & tandem sic residet, solutis contrarijs; & successiuè, si in fortioribus terminis nunquam maritus per consensum præsumitur renunciasse iuri sibi cōpetenti, multò minus præsumitur in hoc casu, dum censetur interueniisse vti mundualdus vxoris.

Nec obstat præsentia viri, dum vxor de bonis suis disponebat, & tacuit, non enim præsumitur expressè consentijsse & bonis suis renunciasse; clara enim
17 est iuris regula, † vt præsentia cum taciturnitate nunquam consensum inducat, quando præsens, & tacens non poterat, contraueniendo, actum illum impedire, vt scripsit glos. tàm in l. fideiussor, §. paterni. in verb. manifestum. ff. de pignor. quàm etiam in cap. 2. in verb. tacuerit. 27. distin. & alibi, vt per Ias. in dict. l. quæ dotis. num. 76. & 95. ff. solut. matrim. vbi Barbos. num. 160. in fin. & sequentib. hoc latissimè post alios confirmat: probauit etiam Mascard. d. conclusio. 1218. num. 29. & facit etiam text. in l. Sabinus. vbi glos. in verb. poterit. ff. commun. diuid. Sed maritus non poterat actum vxoris impedire, vt non
18 disponeret de bonis ipsius viri; † testator enim etiam de alienis bonis disponere potest, & hæres tenetur illa bona emere iusto prætio, & tradere legatario, cui legata fuerunt, & si Dominus vellet bona illa vendere, teneretur hęres ad iustam æstimationem illorum bonorum, legatario soluendam, iuxta tex. in §. non solum. vbi omnes. instit. de legat. l. cum alienasse. C. eod. & hoc est clarum, adeò vt teneatur hæres probare, testatorem ignorasse, bona illa fuisse aliena, & tunc hæres liberabitur, vt habetur in d. §. non solum. vbi Mantic. lib. 9. de coniect. vlt. volunt. tit. 19. & alios plures ad hoc propositum cumulaui.

19 Nec obstat secundò, † quòd in Regno potius præsumitur aliquis viuere iure Romano, quàm iure Longobardorum, vt cerni potest ex dictis supra par. 3. quæstio. 31. Quo casu non est necessarius vxori mundualdus, cùm ille debeat tantùm adhiberi in locis, vbi viuitur iure Longobardorum, vt probat Afflict. dict. decisio. 260. vbi eius Addentes alios cumulant: nam respondetur non esse
20 contra superius firmata; † aut enim constat de consuetudine viuendi iure Longobardorum, & sumus in claris, vt interueniat tanquam Mundualdus; aut

aut verò sumus in dubio, & sic etiam præsumi debet, vt præsentia viri prosit vxori, & non noceat ipsi viro; aut verò constat contrarium, & tunc præsentia viri præsumitur adhibita per errorem mulieris, quæ voluit testari cum consensu, siue permissione viri: quæ quidem permissio intelligitur, quatenus de iure erat necessaria, & sic ad cautelam adhibita, & non alio modo, vt etiam constat ex dictis de tacito consensu. nu. 9. aliàs enim esset quædam præsumpta, & fraudulenta donatio, quæ inter virum, & vxorem est prohibita, & latius probat Boer. d. decis. 244. nu. 3.

21 Denique confirmari potest ex eo, quod dicimus de obligatione patris ad restitutionem dotis, promissę eius filio; nam, vt pater sit obligatus ad restitutionem dictæ dotis, non sufficit simplex patris præsentia, vt simpliciter pater interueniat in contractu matrimonij, vt malè putauit Corne. consi. 256. volum. 1. consil. 303. volum. 4. Sed requiritur, vt expresse pater consentiat, & vt dos promissa soluatur ipsi socero; vel, si soluatur filio, fiat solutio de consensu ipsius patris; aliter enim, vno ex dictis requisitis deficiente, pater non remanet obligatus, iuxta text. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. versic. sed si filiusfamilias. ff. solut. matrim. prout ex multis hoc probat Marchisell. quæstio. 74. num. 10. & hanc esse veriorem, & tutiorem sententiam, testatur Franc. Milan. in decis. Rot. Siciliæ par. prima. decisio. 19. post num. 21. versic. pro contraria parte. cum

22 sequentib. † nam quando adesset iussus patris ad soluendam dotem filio, tunc præsumetur adesse enixa patris voluntas ad se obligandum pro restitutione dictæ dotis; quoniam actus ille geritur nomine patris, qui iussit: sed quando

23 simpliciter interuenerit, secus esset, † ex quo simplex patris interuentus solum facit præsumere consensum simplicem patris potius ad integrandam personam filij, quàm vt voluerit se obligare ex illo contractu ad restitutionem dotis, & ad summum non tenetur pater, nisi de peculio, si filius peculium haberet, ex text. in l. Lucius Titius. ff. de administr. tutor. cum alijs cumulatis per supradictos Authores, qui videndi sunt; & hoc est valdè notandum, quia sæpissimè accidere solet, dum matrimonia contrahuntur per filiosfam. Et ex prædictis apparet resolutio quæstionis præpositæ, vt nullo modo præsentia viri, vel eius consensus illi præiudicet, si vxor disposuerit de bonis viri, quia non censetur bonis suis renunciasse, & ita iuris mihi esse videtur, quam etiam sententiam defendit Phanuc. in tracta. de lucro dot. glos. 13. in fin. Petr. Pechia, & alij, quos probat Lancellott. in tract. de statutis. in verb. legitimè. quæst. 3. nu. 16. vt habetur tom. 2. tract. fol. 313. col. 3.

Iam, Lector amice, completæ sunt quæstiones ex parte mea, nec quintam consuetudinum partem potui explicare, & ad hanc reducere methodum; Altissimus enim, ac benignissimus Deus ad alias me vocat conclusiones, vt, relictis sæculo, & propria voluntate, in habitu, & professione regulari, illi seruiam, & licèt per duos annos, & plus, perplexus fuerim, sub prætextu re-

24 ligionis eligendæ, † sciebam enim ad religionem vouendam, & ingrediendā; non esse necessariam consultationem aliquam, quoniam ex genere suo est actus bonus, vt constat ex quæstionibus disputatis per Diu. Thom. Parisij contra Gulielmum del Santo amore, & in-

25 super sciebam, † licitum esse inducere aliquem ad vouendum, vel ingrediendum religionem in communi, ex eadem ratione, quia inducit eum ad faciendum

26 actum bonum ex genere suo; † sed quoniam ad eligendam particularem religionem plures circunstantiæ sunt necessariæ, vt nempe sciat ingrediens, & vouens illius religionis asperitatem, & instituta, si proportionata sint eius viribus, sic etiam si floreat in sanctitate, & obseruantia, & sic de alijs, vt docet iddem Diu. Thom. secunda, secundæ quæstio. 189. artic. 9. vbi omnes eius expositores, & post alios Sayrus lib. 6. Clauis Regiæ cap. 9. num. 4. & sequentib. Idcircò, re maturius discussa, & cum aliquibus doc-

27 ctis, & religiosis viris consultata, † elegi Religionē Clericorum Regularium, quam ingressus fui die 7. Martij anni 1605. in festiuitate gloriosissimi Thomæ Aquinatis mei particularis Protectoris,

28 † cuius laudes lingua balbutiens, & prophana recensere non potest, cum de ipso Ecclesia Catholica testetur (scripta

eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles, adeò excellunt, vt ob eam caufam etiam nomen Doctoris Angelici iure fit adeptus) lingua igitur Angelica eius laudes celebrare debet: & dum nec ab Vrbano Quarto nec à Clemente Quarto Summis Pontificibus, vt honores reciperet, adduci potuerit, annis non longè decurfis à Clemente Octauo Pontifice Maximo huius fideliffimæ Ciuitatis, cuius Archiepifcopatum à dicto Clemente Quarto fibi oblatum, recufauit, Octauus Patronus, cum fumma gloria, & maxima omnium lætitia eft conftitutus, & aggregatus. Faxit Deus, vt ea, quæ docuit, intellectu confpiciamus, & quæ egit imitatione cum effectu complcamus.

29 Reftat tandem, vt me excufatum habeas, & fi quid boni ex his quæftionibus colligere potes, (non enim eft flos, vnde induftriofa, & ingeniofa Apis mel non capiat) laudes Altiffimo tribuas: fin aūt tuum intentū plenè affequi non va-

30 lueris, † fi tu Apis illa induftriofa, quæ non linguæ aculeo pungas, fed tui ingenij acumine, & facundia ex aliorum Doctiffimorum Virorum florentibus dictis, & fcriptis fauum mellis compleas, mihi tamen etiam fummopere per gratum erit, dum methodum, ab omnibus penè defideratam, ad excitanda ingenia indicauerim. Deum tamen ex corde rogare digneris, quemlibet noftrum in fua gratia conferuet, & vocatione permanere faciat, vt eius facientes voluntatem, illius gratiam in hoc fæculo, & gloriam æternam in alio obtineamus, ad laudem, & gloriam Sanctiffimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Beatiffimæ Virginis Mariæ, Diui Andreæ, Diui Thomæ Aquinatis, & omniū Sanctorū compleui hoc opus hac ipfa die 7. Martij Millefimi fexcentefimiquinti, hora deci-
31 ma. † Omnia tamen prædicta, & eorum fingula Sanctæ Romanæ Ecclefiæ iudicio, & correctioni, & cuiuslibet melius fentientis fubmitto. Ego Ioannes Andræas Molfefius V.I. Profeffor.



DE

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS.

PARTE QVINTA.

DEcreueram volumine altero consuetudines alias lautiori explicare apparatu; credebā enim non tāta mora Bibliopolam procedere, citra promissum, & omnium expectationem: cùm igitur quasi per annū priorum Commētariorum æditio dilatata fuerit; commodius visum fuit, hæc alia pauca addere; quàm omnium incertum expectare euentum, iuxta illud, Oua recentiora, cras pullis meliora. Faxit Deus, vt ad eius gloriam, & proximi vtilitatem metam attingerim.

SVMMARIVM.

VIrtuti nutritiuæ natura nullam dedit quietem, vt humidum radicale, quod continuè per calorem perditur, continuè per alimentū restauretur. num. 1. Est fundamentum totius humanæ vitæ, quod explicatur. nu. 2.

Alimentum repertum est, quia præparat ad operationem virtutis nutritiuæ, vt per ipsum restauretur, quod per calorem continuò perditur de humido radicale. nu. 3. Eius duplex ratio traditur. Vna quòad nutritionem, altera verò quòad augmentum, & vtraque explicatur. nu. 4. & 5. Ad quem finem sit adinuentum, & institutum, traditur. num. 6. Tria regulariter continet, videlicet cibos quotidianos, vestes, & habitationem. nu. 7. An contineat ea, quæ ad disciplinam pertinent, explicatur. nu. 8.

Partes aliquæ semper manent eædem in omni viuente in tota eius vita, quod aperitur. nu. 5.

Diarium, & cibarium idem sonant, estque quotidianus cibus sine vestibus, & habitatione. nu. 10.

A qua venit appellatione alimenti; si in illo loco emi, & vendi soleat. nu. 9.

Alimenta relicta alicui, qualiter præstari debeant, & in qua summa relicta præsumantur, traditur. nu. 11. Regulariter debentur iuxta quantitatem patrimonij debentis alimēta, & secundùm qualitatem alimentarij, consideratam præsenti tempore. nu. 12. An in eis haberi debeat ratio pristinæ dignitatis, si alimentarius mutauit statum. nu. 13. & sub nu. 14. Semper debentur vniformiter illi, qui in eodem statu permansit. sub nu. 13.

Ecclesia, præstans alimenta patrono pauperi, rationem habere debet pristinæ dignitatis patroni, & qualiter hoc fiet, explicatur. nu. 14.

Alimenta quotnam habeant priuilegia. num. 15. remissiuè. Petuntur ex pacto nudo. num. 16. Debentur personis, quæ sunt incapaces ad possidendum bona. num. 18.

Lis inter patrem, & filium potest esse fauore alimentorum. num. 17.

Ordo iudiciarius non seruatur in causa alimentorum, nec in ea attenduntur feriæ etiam in honorem Dei, & ratio traditur. nu. 21.

Iudex Ecclesiasticus dicitur competens etiam inter laicos fauore alimentorum num. 19.

Causa alimentorum pia esse dicitur. nu. 20. In ea procedit Iudex ex officio, etiam nemine instante, cogens debitorem ad soluendum alimenta. nu. 22.

Fornicari non licet mulieri, vt alimenta sibi acquirat, & contrarium tenentes falsissimè loqui ostenditur. num. 33. & seqq.

Malo non pareitur ratione paupertatis. num. 24.

Peccare nemo debet sub prætextu necessitatis,

sitatis, sed mori potius pati debet. numero 25.

Furtum qua ratione sit licitum, non autem fornicatio tempore necessitatis, explicatur. num. 26.

QVÆSTIO I.



Cturus igitur de alimētis præstandis, seruata forma nostrarum consuetudinum, præmittendum primo duxi, quidnā veniat alimentorum appellatione. Vt hoc pateat, sciendum est secundum Aristot. in 2. de anima. text. 47. 1. de generat. tex. 41. & in lib. de somno, & vigil.
1 cap. 1. † Virtuti nutritiuæ non contingere somnum, & iure quidem; nam humidum radicale, quod per calorem continuè inuisibiliter perditur, debet continuè reparari: Quare natura, quæ rebus
2 cæteris otium dedit, † virtutem nutritiuam, quæ totius vitæ fundamentum
3 est, pati non debuit otiosam esse. † Ad hoc igitur inuentum est alimentum, quia præparat ad operationem nutritiuæ, vt quod per calorem continuè perditur de humido radicali; continuè restauretur nouo cibo, qui inde in sanguinem, & carnem cōuertitur, vt etiam docuerunt D. August. in lib. de vera relig. cap. 40. D. Thom. 1. par. q. 119. art. 1. Bart. Castren. Alex. Rolan. Simon de Pret. & alij, quos refert, & probat Io. Petr. Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 1. nu. 2.

4 Notandum secundò. Alimenti duplicem esse rationem, alteram augendi, alteram verò nutriēdi: Nutriens est, quod toti, & partibus præbet esse; augens verò, quod accessionem facit ad magnitudinem, vt docet idem Aristot. in 2. de ge-
5 neratione. † Licèt enim aliquæ partes toto tempore vitæ semper eædem maneant in omni viuente; aliquæ tamen amittuntur per calorem, & acquiruntur etiam per nutrimentum, vt manifestè patet in pueris: de qua materia augmenti, & decrementi plura tractant expositores in 1. de generat. tex. 36. & D. Thom. & eius expositores d. q. 119. art. 1. Quæ omitto: hæc enim pauca tantùm, vt ad nostrum pertinentia institutum, adno-
6 taui, vt sciatur, † ad quid sit alimentum institutum, & ad quam debeat quantitatem extendi, etiam dum dantur alimēta propter solam necessariam substentationem vitæ.

Notandum tertiò, duos præcipuè esse terminos diuersos in hac materia, Alimētum scilicet, & Cibarium, siue Diarium.
7 Alimentum regulariter continet tria, videlicet cibaria, vestiarium, siue vestes, & habitationem; quoniam sine his omnibus humanum corpus ali non potest.
8 Cætera verò, quæ ad disciplinam pertinent, quamuis Azor. par. 3. moral. lib. 5. cap. 7. in fin. putet in alimentis contineri; re vera tamen non continentur; nisi aliūdè probetur saltem per aliquas probabiles coniecturas, id testatorem voluisse, vt in l. legatis alimentis. iuncta l. seq. ff. de alimen. & cibar. legat. cum alijs cumulatis per Brisson. in tract. de verbor. signif. in verb. alimentorum appellatione. & post alios Surd. d. titu. 4. de aliment. ferè per tot. vbi explicat, quando debeantur alimenta; quæ ad disciplinam pertinent, & præcipuè personis coniunctis, quibus regulariter debentur ex coniectura
9 voluntate testatoris. † Verùm si in illo loco præstationis alimentorum etiam aqua vendi, & emi soleat, vt est in partibus Apuleæ, hæc tanquam necessaria ad vitæ hominis substentationem, venit alimentorum appellatione. l. 1. ff. de alimē. & cibar. legat. post Roland. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. cas. 170. nu. 3.
10 Diarium verò, siue cibarium iddem est, quod cibus diurnus, & consequenter nec vestes, nec habitationem continet, sed merum, & nudum cibum quotidianum, vt in l. diarijs. ff. de alimen. & cibar. legat. inclusa tamen aqua, vt nu. præced. dictum est.
11 Postremò notandum, alimenta, alicui relicta, regulariter præstanda fore iuxta quantitatem ei relictam: Si verò non sit expressa quantitas, tunc primò inquirendum est, quid solitus fuerat testator præstare, vel quid cæteris eiusdem ordinis, seu conditionis, reliquerit: si verò neutrum ex his apparuerit, tunc ex facultatibus defuncti, & charitate eius, cui alimenta sunt relicta, modus alimentorum statui debet, sic probatur ex. in l. pen. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. si cui. ff. de annuis legat. Vnde sumpta est regula
12 communis, † alimenta deberi secundùm dignitatem, & qualitatem personarum, quibus præstanda sunt, attento tamen præ-

præsenti tempore, non autem tempore
prætetito, & etiam secundùm quanti-
tatem patrimonij illius, qui alimenta
reliquit, siue soluere debet. vt scripserũt
Iacob. de Aren. Bald. & Castrens. in l. si
maritus. la 2. ff. solut. matrim. & tradunt
alij, quos probat Surd. d. tit. 4. quæst. 18.
cum seqq.
13 Bene verum est; quòd, si aliquis sem-
per fuerit eiusdem status, & conditionis,
semper debetur illi eadem quantitas ali-
mentorum: At si aliquando fuerit diues,
deinde peruenisset ad paupertatem, licèt
illi non debeantur alimenta, prout debe-
bantur tempore, quo erat diues, præci-
puè si culpa sua ad paupertatem deuene-
rit, tamen ratione decentiæ, & dignita-
tis pristinæ debetur illi maior quantitas,
quàm debetur illi, qui semper in eodem
statu permanserit, vt notant Iacob. de
Aren. Bald. & Castren. in loco cit. Ias. &
alij, quos probat Surd. d. quæst. 18. num.
2. cum plurib. seqq. Vbi num. 15. & seqq.
ex Abbat. Rocco de Curte, & alijs in-
14 fert, † quòd, dum Ecclesia tenetur præ-
stare alimenta patrono, qui ad pauperta-
tem deuenerit; ampliora, & pinguiora
alimenta præstare tenetur patrono no-
bili, quàm ignobili ob reuerentiam pri-
stinæ dignitatis, quamuis enim non de-
beantur alimenta secundùm pristinum
statum, plus tamen habet, quàm status
præsens exigit; quod totum arbitrio Iu-
dicis relinquitur, vt latius probat Me-
noch. lib. 2. de arbitr. Iudic. cas. 169. nu. 1.
post alios Surd. d. quæst. 18. num. 4. &
quæst. 23. num. 12. & seqq. & dicentur
aliqua infra quæstio. 6. cùm de alimento-
rum quota agetur.
15 Vltimò notandum est, alimenta habe-
re nonnulla priuilegia, quorum nonagin
ta septem recenset Surd. in d. tracta. de
alimen. titu. 8. toto, tam quòad eorum
16 debitum, † vt etiam ex pacto nudo de-
beantur, iuxta text. in l. inter socerum.
§. conuenit. ff. de pact. dotalib. quod pro-
bat ipse priuilegio 5. Sic etiam quòad
17 modum exigendi, † quia potest esse lis
inter personas coniunctas, etiam inter
patrem, & filium, vt adinuicem sibi
præstent alimenta, vt in l. si quis à liberis.
in princ. ff. de liber. agnoscen. quod la-
18 tius probat priuil. 6. Sic etiam; † vt de-
beatur personis incapacibus bonorum,
nempe seruis, deportatis, fratribus mi-
noribus, & sic de alijs, vt latius probat
priuileg. 7. Sic etiam quòad exactionem,
19 † quoniam fauore alimentorum etiam
Ecclesiasticus Iudex cognoscit contra
20 laicos, vt plenè probat priuil. 9. † quo-
niam alimentorum causa dicetur pia,
& fauorabilis, vt luculenter explicat
21 priuileg. primo. Tum etiam, † quia in
causa alimentorum iudiciarius ordo nõ
requiritur, nec feriæ seruantur, quàm-
uis essent in honorem Dei; quoniam
Dei honor est, vt quouis tempore sub-
ueniatur egentibus, vt post glos. in cap.
fin. de ferijs, & alios probat priuileg. 2.
22 Imò Iudex ex officio, nemine requi-
rente, cogit debitorem ad præstatio-
nem alimentorum, vt in l. Diui. ff. ad leg.
Falcid. & alij docent, quos probat pri-
uil. 4. d. titu. 8. vbi videri possunt priuile-
gia alia.
Illud solùm notandum est, quòd, licèt
Addentes ad Decium in l. quæ propter.
23 num. 5. ff. de regul. iur. † voluerint, esse
speciale fauore alimentorum, vt mulier
ad tuendam propriam vitam committe-
re possit fornicationem, & se prostitue-
re, nec inde peccare, quia necessitas fa-
cit licitum, quod de se erat illicitum:
eorum tamen opinio falsissima est, quo-
24 niam etiam secundùm ius ciuile, † ma-
lo non parcitur ratione paupertatis, vt
in l. palàm. §. non ignoscendum. vbi glos.
25 ff. de rit. nuptiar. † Nemo enim præ-
textu necessitatis peccatum mortale
cõmittere debet, sed potius millies mo-
ri, vt scripsit glos. in cap. quoniam. de si-
mon. & est omnium Catholicorum sen-
26 tentia. Nec obstat, vt excusetur à fur-
to tempore necessitatis, nam id euenit,
quia tempore necessitatis omnia iudi-
cantur communia, sic dispensante etiam
naturali iure; sed in fornicatione secùs
est, quoniam ex genere suo est mala,
& omissa cumulatione Theologorum,
sic probant Canonistæ, & etiam Ciuilis.
quos cumulat, & probat Surd. dict. tit. 8.
de alimen. priuileg. 40. per tot. & hanc
vltimam rationem post alios probat Say
rus lib. 9. Clauis Regiæ. cap. 14. num. 22.
nam num. 21. quatuor alias refert; quas
improbat, vt penes eum videri possunt,
à nu. 17. ad num. 23.

SVM-

SVMMARIVM.



Limentarius non debet manere otiosus, & tãquam corpus mortuũ in domo illius, qui tenetur ei soluere alimenta, sed iuxta eius qualitatẽ operari debet ad illius vtilitatem. num. 3. Iddem procedere ostenditur in filijs erga patrem, & in vxore erga virum. nu. 4.

Alimenta num debeantur illi, qui extra domum præstantis alimenta se aluerit, & quid si esset minor, vel mulier. nu. 7. Regulariter præstari debent in domo illius, qui illa soluere tenetur, & ratio assignatur. nu. 22.

Causæ iustæ, ob quas filij non possent simul cum patre habitare, Iudicis arbitrio relinqui solent. nu. 15. Regulariter est odium nouercæ. nu. 16. Sic etiam patris sæuitia. nu. 18. Vel si pater esset filio occasio peccandi. nu. 25.

Filius, relinquens patrem infirmum, vel aliter in necessitate constitutum, priuatur alimentis. num. 20. Regulariter non debet separari ab eius patre, & ratio traditur. nu. 6. Cum iusta causa potest seorsum viuere. nu. 9. Sic si nollet cum patre viuere, & dotes maternas secum habere. nu. 11. & seqq. & nu. 23. Potest ingredi religionem, si pater non sit in aliqua necessitate. nu. 24.

Filio nolenti cum patre habitare nõ sunt præstanda alimenta extra domum patris. num. 1. Non procedit secundum nostras consuetudines; habet enim electionem, si velit extra domum patris petere alimenta; quæ electio etiam patris est. nu. 8. 12. 13. & 21. An hoc procedat secundum ius commune, explicatur sub nu. 9. nu. 11. & 14.

Nouerca præsumitur odio persequi priuignos. nu. 16. Solet insidiosè priuignos occidere, & exemplum Sancti Eduardi Brittaniæ Regis nouercæ dolis necati, recensetur. nu. 17.

Occasio proxima peccandi quænam sit, arbitrio Iudicis relinquitur, & quæ considerari debeant, explicantur. num. 27.

Pater potest cogere filium, vt ad paternã domum reddeat, & secum alimenta sumat. n. 2. Magis filium, quàm seipsum amare præsumitur. sub nu. 6. Dissipans patrimonium cogi potest date legitimã filijs. nu. 10. Quid si ingrediatur religionem. nu. 19.

Restitutio in integrum num detur mulieri, & minori ad petendum alimenta illis debita, si extra domum soluentis alimenta se aluerint. nu. 7.

Sæuitia patris an sit iusta causa, vt filius secum habitare non possit, arbitrio Iudicis relinquitur. nu. 18.

Vxor non tenetur ad iussum viri fabriles operas exercere, sed obsequialia tãtùm opera secundùm eius qualitatem tenetur viro suo præstare. nu. 5.

QVÆSTIO II.

1 

Ecundò quæro, ingrediendo materiam nostræ consuetudinis, an filijs debeantur alimenta extra domũ patris? Et videbatur negandũ; quoniam, si filius nollet cum patre habitare, & ab eius domo discesserit, non solùm pater non tenetur præstare illi alimenta extra suam domũ,
2 sed potest filium cogere, vt ad paternam reddeat domum, vbi cum minori impendio alimenta præstantur; & etiam, quia, sicut vxor tenetur habitare cum viro, ita filius cum patre, vt post Boer. decis. 195. nu. 5. Bald. Nouell. Pinell. & alios Surd. tit. 7. de alimen. q. 7. nu. 1. 2. & 3. vbi post alios subdit, esse iustam causam denegandi alimenta filijs, quando illi nollent cum parentibus habitare.
3 Secundò, quia ille, cui præstantur alimenta, non debet esse in domo otiosus, & tanquam corpus mortuum manere; sed debet laborare iuxta ipsius qualitatẽ, & conditionem in beneficium eius, qui prẽstat alimenta; & hac de causa tenetur alimenta sumere in domo hæredum illius, qui alimẽta reliquit, vt in c. de lapsis. in fi. 6. q. 6. l. fin. §. sanè, el secundo. C. de his, qui ad Eccles. confug. Bald. in l. 1. nu. 8. C. de legat. Alex. & alij, quos probat Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cas. 168. nu. 12. & cas. 170. nu. 9. Surd. qui alios cumulat, titu. 4. de alimen. q. 29. nu. 1. & seqq.
4 vbi nu. 2. † etiam in filijs hoc probat, qui debent alimenta sumere in domo patris, & ibi laborare ad ipsius patris vtilitatẽ, & nu. 9. & seqq. hoc iddem probat in vxore, præcipuè quoad opera obsequialia secun-

5 secundùm eius qualitatem: † vxor enim
non tenetur ad iussum viri fabriles ope-
ras exercere, vt probat nu. 22. & seqq.
vbi Bald. & alios plures ad hoc proposi-
tum recenset.

6 Tertiò confirmatur, quoniam, vt fi-
lij separentur à patre, iudicatur durum,
& iniquum, cùm pater præsumatur ma-
gis amare filium, quàm se ipsum, & magis
in filij persona, quàm in ꝓpria torquea-
tur. l. isti quidem. ff. de sponsal. l. fin. C. de
curat. furios. Neapod. hic in consuet. 1.
nu. 9. cum vulgat. alijs.

7 Quartò, quia non habitans in domo il-
lius, à quo præstanda sunt alimenta, non
potest alimenta petere, si extra illius do-
mum se aluerit, & quamuis esset mulier,
vel minor, adhuc non restitueretur in
integrum, vt alimenta peteret, quoniam
dicitur venisse contra testatoris præce-
ptum; vt scripsit Fulgos. consi. 61. num. 6.
vers. ad tertium. Cephal. consi. 356. toto.
Paris. consi. 19. nu. 83. vol. 2. cum alijs cu-
mulatis per Surd. titu. 9. de alimen. q. 45.
quamuis ipse num. 12. & seqq. post Ruin.
Phanut. Sfort. & alios, in minore, & mu-
liere oppositum teneat, vt per in inte-
grum restitutionem possint alimenta re-
petere; quod an sit verùm, dicam infra
quæst. 4.

8 Contrarium tamen determinatur de
hoc iure consuetudinario, vt habetur in
consuetud. si quis habet. vbi Neapod. nu.
1. & seqq. vt possint liberi petere alimen
ta extra domum parentum, & etiam pa-
ter sit obligatus soluere alimenta filio,
9 & pati filium ab ipso seorsum viuere, † &
quando adesset iusta causa, ne possit cum
patre in eadem domo viuere, res est cla-
ra, & nemo contradicit; hoc enim etiam
procedit secundùm terminos iuris com-
munis, vt in l. cùm hi. §. vult igitur nemi-
nem. ff. de transactio. l. 4. in fi. vbi Bart. ff.
de alimen. & cibar. legat. Bald. Ang. Cu-
man. Castr. & alij, quos probat Surd. tit.
4. de alimen. q. 14. num. 16. & seqq. Me-
noch. in tracta. de præsumption. lib. 4.
præsumpt. 157. & lib. 2. de arbitrar. iudi.
cas. 168. cum duob. seqq. Imò, stante ista
10 causa, † præcipuè si pater dissiparet eius
patrimonium, possent filij cogere patrē,
vt eorum portionem illis assignet, quæ
sit illis loco legitimæ, & alimentorum,
vt ex innumeris Doctoribus probat Sur
dus titu. 8. de aliment. quæst. 26. tota. de
qua materia dixi supra par. 3. q. 7.

11 Sola igitur controuersia est, si nulla
adesset iusta causa habitandi seorsum à
patre, & in hoc casu, si attendatur
ius commune, verior est sententia, vt nō
debeantur alimenta extra domum, vt
probant argumenta facta, præcipuè pri
mum, & secundum; quamuis aliqui in
hoc sine valido fundamento contrarium
tenuerunt, quos recenset Surd. d. quæst.
12 14. in quarto tit. de alimen. At si atten-
datur hoc ius consuetudinarium, & tunc
est in electione filiorum, etiamsi nulla
adesset iusta causa, vt petant alimenta
extra domum patris, prout disponitur
in dict. consuetud. si quis habet. vbi Nea-
podan. in verb. nolint. & hoc etiam est in
electione patris. qui extra suam domum
potest filijs præstare alimenta, vtrisque
enim hæ consuetudines dederunt ele-
ctionem quòad hoc.

13 Iddem esset, si vxor moriatur, relictis
filijs, qui nollent, vel non possent habita-
re cum eorum patre; vel pater nollet
eos secum manere, tunc filij possunt pe-
tere dotes maternas, & iura dotalia, vt
ex illorum fructibus alimenta sumant,
vt habetur in consuet. si mulier nupta.
infra de iur. dot. Itaque etiam sine iusta
14 causa datur filijs hæc electio, † quod
etiam aliqui hoc admittunt de iure com-
muni ex tex. in l. 4. in fi. vbi Bar. ff. de ali-
ment. & cibar. legat. cum alijs cumulatis
per Surd. d. quæstio. 14. num. 16. & hoc
tam si ex dispositione legis, quàm si ex
dispositione hominis alimenta deberen-
tur, quia esset species seruitutis habitare
cum eo, qui tenetur alimenta soluere. Vt
igitur tolleretur Doctorum disputatio,
fuit determinatum per has consuetudi-
nes, vt esset in electione filiorum alimen-
ta petere extra domum patris; sic etiam
esset in electione patris extra suam do-
mum soluere alimenta filijs.

15 Causæ tamen iustæ, ob quas non
posset filius cum patre, vel cum hæredi-
bus eius, qui alimenta reliquit habitare,
relinquuntur arbitrio Iudicis, vt post
alios explicat Menoch. d. cas. 170. nu. 15.
16 In filio tamen solet esse iusta causa, odiū
nouercæ, vt quia pater secundas contra-
xerit nuptias; nouerca enim præsumi-
tur odio persequi priuignum. l. 4. ff. de
inoffic. testamē. cum alijs cumulatis per
Surd. titu. 1. de aliment. quæst. 40. num.
2. titu. 4. quæstio. 14. num. 4. & alibi. Imò
17 legitur de multis, † qui nouercæ dolis

fuerunt necati, & in specie de Sancto Eduardo Britaniæ Rege nouercæ dolis necato, de quo mentionem facit Martyrologium Romanum die 18. mensis Martij; qui quidem Sanctus multis miraculis claruit. Si igitur nouercæ hoc facere solent priuignis Sanctis, quilibet cogitare potest, quid facient alijs.

18 Secunda causa iusta esset patris sæuitia, quæ, an nimia sit, Iudicis arbitrio relinquitur, vt post alios probat Menoch. dict. cas. 170. num. 15. & melius cas. 150. Tertiò si pater bona sua dilapidaret, vt
19 dictum est num. 10. Quartò, † si Monasterium ingrederetur, vt scripsit Paul. de Castr. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim. Grammat. decisio. 54. Herculan. & alij, quos probat Consiliarius de Bott. in dict. consuetud si quis habet. sub num. 1. fol. 211. in addit. incip. si pater ingreditur monasterium; An autem in hoc casu possit filius legitimam petere dixi supra par. 3. q. 8.

20 Notat tamen Neapod. in d. consuet. si quis habet. num. 7. & 8. vt hoc non habeat locum, quando pater esset infirmus, vel haberet aliam vrgentem necessitatem, tunc enim non præstarentur filio alimenta extra domum patris, quia hæc esset iusta causa denegandi alimenta, cum sit deserere patrem, & nolle illum protegere in sua necessitate, ad quod probandum Neapodan. allegat text. in §. si quis ex prædictis. Authen. vt cùm de appellatione cognoscitur. Et hoc iddem probat Camill. Salern infra in consuetud verum. sub nume. 46. fol. 221. in Apostill. incip. Ista consuetudo. vers. & dicit ?am consuetudinem, subdens, quod, si aliter diceretur, consuetudo hæc esset plus iniusta, & iniqua, quàm alia lex mundi, cùm tolleret ea, quæ tam firma, & pia ratione iura statuerunt, imò natura ipsa nos docuit, vt est reuerentia erga parentes, ac eorum defensio, & faciunt, quæ dicam infra q. [illegible] de alimentorum denegatione.

21 Nec obstant contraria, Primum enim, & quartum, etiam secundùm illos, qui talem defendunt sententiam, procedunt, si filius nullam haberet iustam causam petendi alimenta extra domum pa-
22 tris, † regulariter enim illa debentur in domo illius, qui alimenta præstare tenetur, vt ibi ad illius commoditatem, secundum eius qualitatem, teneatur laborare, vt petit secundum argumentum, attenta scilicet dispositione Iuris communis: secùs tamen est secundùm has consuetudines, quæ filijs, & patri hāc concedunt electionē, vt dictum est, præcipuè nu. 12. & seqq.

23 Ad tertium respondet Neapodan. in d. consuetud. si quis habet. num. 9. quòd licèt talis separatio videatur dura inter patrem, & filium, multoties tamen permittitur, primò in hoc casu, quoniam moraliter prohibetur habitatio simul, si nolint, vel non possint simul habitare.

24 Secundò propter Dei amorem; potest enim filius relinquere patrem, dummodò non sit egenus, & omnia alia, & etiam propriam voluntatem, & religionem ingredi, vt Deo seruiat, quod Neapod. probat ex illo Domini Matth. 11. & ex authoritate Diu. Hieronymi in epist. ad Eliodor. quod latius post Diu. Thomam, & alios plures nouissimè probat Sayrus lib. 7. Clauis Regiæ cap. 5. num. 11. §. 2. non tenetur, & alibi. Tertiò prohibetur
25 expressè, † quando simul filius habitaret cum patre contra Dei voluntatem, & legem, vt si pater esset filijs causa peccandi, vt habetur in l. qui contra, & in Auth. ex complexu. C. de incæst. nupt. & consequenter benè concludit Neapodan. vbi supra num. 11. vt aliquando separatio inter patrem, & filium sit prohibita, quando iusta causa id posceret, aliquando sit bona, & expediens, vt est in casu huius quæstionis; quandoque tamen sit necessaria, vt Dei offensa euitetur.

26 Occasio autem peccati debet esse proxima, quod totum arbitrio prudentis Confessarij relinquitur, quando agitur in foro interiori, & iddem esset quoad Iudicem in foro exteriori, sed duo considerari debent. Primò si occasio illa ex genere suo sit talis, quæ frequenter hunc hominem, vel homines similis conditionis ad peccatum illud inducat. Et secundò, vt occasio illa sit voluntaria, quæ omnia post Diu. Thom. & alios explicat Nauarr. in manual. cap. 3. num. 10. & seqq. cap. 14. num. 30. & seqq. Suarez in 3. par. Diu. Thom. tom. 4. disp. 32. sect. 2. præcipuè num. 4. Graff. par. 1. decisio. lib. 1. cap. 28. Sayrus lib. 8. Clauis Regiæ cap. 2.

SVM-

SVMMARIVM.



Limenta secundùm nostras Cõsuetudines debentur solùm filijs legitimis, & naturalibus, & ratione pbatur. nu. 1. De iure cõmuni, quod non est correctū per has consuetudines, etiam naturalibus tantùm debentur. nu. 3. Ad quam rationem taxentur, explicatur. nu. 6.

Alimenta, & sumptus litis debentur, pendente lite super filiatione, si summariè constet de ipsa filiatione. nu. 16. Num restituenda sint in casu succumbentiæ, & quid in persona extranea, explicatur. num. 17. cum seqq. Quid si præstita fuerit cautio de restituendo in casu succumbentiæ. nu. 19. In casu victoriæ tantum excompatantur in hac Ciuitate. nu. 20.

Cautio non est præstanda de restituendis alimentis, & sumptibus litis, in casu, succumbentiæ, quod Neapoli seruatur. num. 20.

Dos data filiæ naturali, vel spuriæ succedit loco alimentorum. nu. 4. & sub nu. 7. Mortua filia spuria sine liberis reuertitur ad dotantem, & eius hæredes. nu. 8. Secus si socer dedisset dotem, pacto adiecto, vt, mortua filia sine liberis, gener lucraretur dotem. n. 9. Sic etiam si ibi vigeret statutum, vt, decedente vxore sine filijs, maritus lucraretur dotem. nu. 11. Vel si adesset statutum, vt datum spurijs pro alimentis transmittatur ad hæredes. nu. 12.

Filijs natis ex damnato coitu non debentur alimenta secundùm ius ciuile, debentur tamen secundùm æquitatem Canonicam, quæ etiam in terris Imperij seruatur. nu. 6. & 7.

Filij naturales, vel alio modo illegitimi non possunt Doctoratus gradum assumere, & si doctorentur, præferuntur illis omnes Doctores legitimi, & naturales. nu. 23.

Filiatio regulariter probatur per præstationem alimentorum, & si aliquis vocetur filius, vel vt talis habeatur. num. 14.

Filiatio regulariter probatur per præstationem alimentorum, & si aliquis vocetur filius, vel vt talis habeatur. numero 14.

Gabellæ impositæ per locorum Vniuersitates ad quid impositæ dicantur. n. 27.

Hospitale Sanctissimæ Annunciationis Neapolis quantum expendere soleat pro alimentis infantium expositorum. num. 25.

Infantibus expositis, Ecclesia, vel eius Rector, si diues fuerit, tenetur soluere alimenta. nu. 24. Si verò non habeant talem facultatem, Vniuersitates locorum tenētur illis, ac eorum nutricibus alimenta præstare. nu. 26.

Iure cautum non reperitur, vt socer non possit donare genero eius filiæ spuriæ. num. 10.

Ius Canonicum seruatur etiam in foro ciuili quando agitur de materia peccati, & in præstatione alimentorū. nu. 7.

Monachus, accusans eius Abbatem, & Clericus eius Episcopum de dissipatione bonorum Ecclesiæ, debet habere alimenta, & sumptus litis ex bonis Monasterij, vel Ecclesiæ. nu. 16.

Naturalis filius ille propriè dicitur, qui nascitur ex soluto, & soluta, & inter quos poterat esse matrimonium. nu. 5.

Nominans aliquem in filium, sibi tantū, non autem fideicommissario, vel alteri nocet. nu. 15.

Lite vertēte, an aliquis sit filius, interim debentur illi alimenta, si constaret sūmariè de filiatione. nu. 13.

Nepotes habent illam alimentorum portionem, quæ eorum patribus debebatur. nu. 2.

Obligatione naturali omnes tenentur, patriam defendere etiam contra patrem. num. 28.

Spurius an transmittat ad hæredes, quod habet ex causa alimentorum. n. 8. cum plurib. seqq.

QVÆSTIO III.



Ertiò quærò, quibusnam filijs hæc alimenta præstari debeāt? Hæc quæstio dupliciter agitari potest. Primò secundùm has cōsuetudines, & secundò, attenta dispositione iuris communis. Primo casu

respondet Neapod. in d.consuet. si quis
1 habet.num.4. † vt alimenta præstari de-
beant filijs legitimis,& naturalibus; quia
de his tantùm filijs consuetudines nostrę
loquuntur; præsertim istæ, quæ tractant
de alimentis,cum semper mentionem
faciant de viro, & vxore, & de dotibus,
quæ omnia locum habent in vero matri-
monio; itaque in filijs adoptiuis non ha-
bent locum consuetudines, sed disposi-
tio iuris communis quòad illos seruatur,
vt latiùs explicatum est par.4.quæst. 43.
2 Verùm,si filij legitimi, & naturales mo-
riantur,nepotes,& sic eorum filij, habe-
bunt illam alimentorum portionem,quã
eorum pater habebat, vt disponitur in
consuetud. Verum. vbi Neapod.nu.44.
& in hoc casu alimenta non finiuntur
morte,vt dicam infra q. 7.
3 In secundo casu, & tunc pater non
solùm filijs legitimis, & naturalibus, sed
etiam naturalibus tantùm tenetur alimẽ
ta præstare,vt est tex.in l.si quis à liberis.
§.vnde si parens. ff. de liber. agnoscend.
probat Neapod. in d. consuet.si quis ha-
bet.nu. 4. & in consuet. si mulier nupta.
nu.3.infra de iur. dot. vbi hoc dicit esse
introductum ex naturali æquitate, quæ
non est correcta per has consuetudines,
sed relicta est ad terminos iuris commu-
4 nis, † de quo etiam filiæ naturali debe-
tur dos,quę loco alimentorum succedit,
vt post Bart.in l.Meuius. §. duobus. q.2.
ff.de leg. 2. Abb. Aret. Bald. Nouell. Co-
uarr. Tiraq. & alios probat Surd.tit.1.de
alimen.q.9.nu.6. & seqq. vbi hanc mate-
riam examinat, & nu.9. & 10. post Spe-
5 cul. Azor. & alios plures probat † illum
esse verum naturalem, qui natus est ex
soluto,& soluta,& inter quos poterat es-
se matrimonium, & etiam, vt mulier illa
affectu maritali teneatur in propria do-
mo, & nemo alter ad illam haberet ac-
cessum,de qua materia alibi dictum est.
6 Qui verò ad alios filios natos ex dam-
nato coitu,tunc,attento iure ciuili, non
debent aliqua alimenta habere, vt in
Authẽ. ex complexu. C.de incœst.nupt.
cum alijs cumulatis per Neapod. d. nu.
4. Menoch.lib.2.de arbitr.cas.169. nu.9.
post alios innumeros Surd.d.tit.1.de ali-
men. q. 10. & vltra per eum cumulatos
Thesaur.decis. 211. Vincen. de Franch.
decis.605.nu.7.decis.645.nu. 5. & decis.
720. nu. 7. Azor.par.3. moral.lib.1.cap.
2.§.ex his intelligitur: qui omnes docent
ex tex.in c.cùm haberet.de eo,qui duxit
7 in vxor.quam poll.per adulter. † vt, at-
tenta æquitate Canonica, quæ etiam in
foro ciuili, & in terris Imperij seruatur,
quia agitur de causa pia, de hominis vita
tuenda, debeantur huiusmodi filijs ali-
menta non solùm pro necessaria substen
tatione vitæ,sed pinguius, attenta quali-
tate patris, & eiusdem patrimonio per-
penso; & hoc eatenus est verum, vt etiã
filia spuria debeat habere dotem, quæ
succedit loco alimentorum, vt notant
8 prædicti Doctores. Verùm, si illa spuria
moriatur sine filijs, dos illa reuerteretur
ad dotantem,& eius hæredes, vt ex plu-
ribus probauit Præs. de Franch. decisio.
283. Minadous decis. 21. latissimè Surd.
consi.310.num.7.vol.3.& d.q.10.nu. 23.
& etiam tit.5.q.7.num. 1. cum seqq. Qui
tamen num.11. & seqq. hoc explicat, &
9 benè, vt regula prædicta locum habeat
regulariter, non autem quando pater in
constitutione dictæ dotis expresè ca-
uisset, vt, mortua filia, superstite eius vi-
ro, ille lucraretur dotem ipsam, & hoc
10 ea ratione, quoniam iure non inuenitur
cautum, vt pater; & sic socer non possit
donare marito filiæ spuriæ,vt post Bald.
Nouell.in tract.de dot.par.6. princ. pri-
uil.16. Roland. in tracta. de lucr. dot. q.
94. nu. 15. & 16. Bulgar.& Lup.affirmat
Surd.d.q.7.nu.45.Subdens nu.48.ex cõ-
11 muni sententia † hoc etiam habere lo-
cum, si inibi vigeret statutum, vt, dece-
dente vxore sine filijs, maritus lucrare-
tur dotem, & hoc ratione sæpius citata,
quoniam vnusquisque in dubio præsu-
mitur se conformasse cum statuto,& cõ-
suetudine loci, & pater dando dotem fi-
liæ, censetur illam dare secundùm for-
mam statuti; vt,illa decedente sine filijs,
gener lucretur illam dotem, seruata for-
12 ma statuti, & iddem esset, † si in illo lo-
co adesset statutum, vt spurius transmit-
teret ad hæredes, quod sibi à patre fuit
relictum pro alimentis,vt dicitur adesse
in Hispania, vt post Couarr. & Cordub.
probat Surd.d.q.7.nu.52.& 53.
13 Si verò dubitetur,num aliquis sit filius;
nec ne,& tunc, constito summariè de fi-
liatione, habebit interim alimenta, vt
probauit Neapoda. in consuet. in omni-
bus.nu.83.& 84. & alij infra cumulandi:
14 quæ quidem filiatio pluribus modis ve-
rificari posset, vt per Mascard.in tract.de
probation.à conclus. 787. vsq; ad concl.
800.

800. præcipuè si ille talis, qui prætenditur pater, solebat ei, qui se asserit filium, præstare alimenta, vel solebat illum nuncupare filium, vt etiam pbat Cornazan. in decis. Rot. Lucens. decisio. 21. & 45. Surd. tit. 1. de alimen. quæst. 111. & seqq.
15 Quæ nominatio in filium ipsi nominãti tantùm nocet, non autem fideicommissario, vel alteri extraneo, vt notant prænarrati DD. & nouissimè Farinat. in vltimis decisionibus Rot. Roman. decisio. 780. nu. 2. Roland. consi. 49. vol. 4. Peregr. de fideicom. art. 63. nu. 56. & seqq. qui etiam in petitorio hanc materiam
16 examinant. † & in alimentis etiam sũptus litis continentur; & hæc alimentorum præstatio, & litis sumptus non solùm locum habent in filijs, sed etiam in Monacho, qui Abbatem accusare velit de dissipatione bonorum Monasterij, & in clerico, qui vellet Episcopum accusare de bonorum Ecclesiæ dissipatione; nam & monachus de bonis monasterij, & clericus de bonis Ecclesiæ alimenta, & sumptus litis habere debẽt, vt probat Neapoda. ex varijs iuribus in d. consuet. in omnibus. nu. 84. & 85. post alios Surd. d. tit. 1. de alimen. q. 121. Francis. Milan. decis. 16. par. 1.
17 Notandum est tamen secundùm veriorem, & æquiorem sententiam, quòd, si filius, vel alter, cui præstita fuerunt alimenta, & sumptus litis, succubuerit, non tenetur ad illorum restitutionem; & de filio loquitur gio. in l. fin. C. de carbon. edict. ex tex. in l. si instituta. §. si de inofficioso. ff. de inoffic. testam. sic etiam Affli. Couarru. Molin. Menoch. & alij, quos probat Surd. d. tit. 1. q. 124. vbi etiam refert contrarium tenentes, † quando sunt soluta alimenta, & sumptus litis extraneæ personæ, vt hæc teneatur ad illorũ restitutionem; quam sententiam probauit etiam Fab. de Ann. consi. 102. vol. 2. quæ distinctio habet magnam æquitatẽ, quando illa persona extranea haberet bona, ex quibus posset restitutionem prædictam facere. Verùm in hoc maximè versatur officium Iudicis; qui, considerata causa litis, & attento fine, ob quẽ lis mota fuit, & reperto, quòd non fuit per calumniam, tunc procedit prima opinio, vt etiam extranea persona non teneatur ad talem restitutionem; & hoc modo has opiniones concordat Surd. d. q. 124. num. 8. & etiam Præs. de Franch.
19 decis. 614. † Vbi hoc affirmat habere locum, etiam stante cautione de restituendo in casu succumbentiæ, quia cautio illa non debebat præstari, & iam ipse nos. 6. affirmat, se per triginta annos vidisse
20 practicatum in Sacro Consilio, † cautionem prædictam non esse præstandã, vt in casu victoriæ causæ excomputentur alimenta, & sumptus litis, sic affirmat in fine dictæ decisionis ex latè discussis per Surd. dict. q. 124. de quo ipse Præses meminit.
21 Illud autem notãdum est, dum sermo accidit de filijs legitimis, & naturalibus, quòd si aliqui nati essent ex matrimonio putatiuo, quod videlicet putatur esse validum in foro exteriori, quoniã fuit contractum, seruatis solemnitatibus ab Ecclesia requisitis; postea verò in progressu temporis repertum est, matrimonium illud non esse legitimum, vt quia coniuges erant coniuncti in aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis; tunc enim, detecto tali impedimento, filij omninò declarantur legitimi, & naturales, & hoc non solùm quando nemo ex coniugibus impedimentum sciebat, sed etiam quando vnus ex illis tale impedimentum sci-
22 uerit, & ratio est, † quia bona fides vnius ex parentibus sufficit, vt filij nascantur legitimi; si tamen vterque parens sciebat impedimentum, tunc filij sunt illegitimi tanquam nati ex reprobato coitu, vt habetur in cap. ex tenore, extra qui fil. sint legit. cum alijs cumulatis per Præsid. de Franch. decis. 130. nu. 1. & seqq. & à Peregrin. in tract. de fideicom. art. 24. num.
23 66. cum plurib. seqq. Et quando filij nõ sunt legitimi, vt quia essent naturales, vel spurij, de iure nõ possent doctorari, quia sunt exosi legibus: & quando de facto dignitatis gradum assumerent, omnes alij Doctores legitimi, & naturales illis præferri debent, vt ex communi sententia probauit Viui. in suis commun. opin. concl. 197. nu. 2.
24 Vltimò notandum est, quòd infantibus expositis, quorum nempè pater, & mater ignoratur, præstanda sunt alimenta ab Ecclesia, & eius Rectore, vt scripsit Iacobin. de Sancto Georg. in l. hæres absens. circa fin. ff. de iudit. quod pluribus rationibus comprobat Surd. d. titu. 1. q. 81. tota, & Thesaur. decis. 118. qui ita dicit, multis decisum vicibus in illo Senatu, & hoc dum non adsunt hospitalia ad hunc

25 hunc finem deftinata, † vt eft Neapoli hofpitale Sanctiffimæ Annunciationis, vbi præ cæteris infignibus mifericordię operibus, folum pro mercede nutricium pro nutritione puerorum expofitorum fingulis annis foluere folet ducatos fex-
26 decim mille, & plus. † Si tñ in illo loco nec hofpitale adeffet, nec Rector Ecclefiæ ita diues, vt ex Ecclefiæ introitibus huiufmodi expofitis alimenta præftari poffent; tunc præftanda funt de bonis Vniuerfitatis eiufdem loci, vt probant prænarrati DD. & Surd. d. q. 81. num. 2. ita dicit feruari in patria fua, quia folent locorum communitates recipere tales expofitos, & nutricibus tradere nutriendos; quibus impenfas ex communi præftant, quod non negat Thefaur. d. decif. 118. præcipuè num. 4. §. cæterum in alio cafu, hoc enim eft opus admodum pium, & neceffarium pro fubftentanda vita talium infantium, quorum non eft culpa, fi
27 pater, & mater ignorentur; † & dum collectæ foluuntur inter ciues pro rata facultatum cuiuslibet pro fupportandis oneribus illius loci, nullũ maius eft onus pium, & rationabile educatione ifta prędictorum infelicium infantium, etiam quia dum ab illa patria dupliciter vitam habere nofcuntur, & natiuitate, & educatione, folent pro illius defenfione liberalius, & libentius propriam vitam
28 exponere: † ifti enim vltra naturalem obligationem, quam omnes habent erga patriam, quam etiam patri præferre debent iuxta tex. in l. minime. ff. de religio. & fumpt. funer. habent hanc aliam obligationem ratione educationis: quæ omnia ad maiorem declarationem huius quæftionis adnotare volui.

SVMMARIVM.



Limenta debita fecundũ confuetudines debentur iure actionis. num. 1. & 2. Sic quæ debentur ex forma ftatuti. nu. 3.

Alimenta debita per actionem, quamuis in præteritum exacta non fuerint, exigi poffunt. nu. 12. Transmittuntur exigenda etiã ad hæredes. nu. 13.

Alimenta debita fecundùm ius commune, fiue à parentibus liberis, & contra; fiue à fratre fratri, fiue à quouis alio debentur alteri, officio Iudicis debentur. nu. 4. & 5.

Alimenta, quæ debentur officio Iudicis, fi in præteritum non fuerunt exacta, nõ poffunt exigi nifi ære alieno contracto per alimentarium. nu. 14. Regulariter foluuntur in fubfidium, & propter inopiam eius, cui debentur, fecus illa, quæ iure actionis debita funt. nu. 19.

Alimenta præterita a die litis conteftatæ dicuntur debita in futurum, & ad heredes exigenda tranfmittũtur, quamuis debeantur per officium Iudicis. numero 14.

Alimenta pluribus debita prius foluĩ debent illi, cui debentur iure actionis, quàm cui debentur per officium Iudicis. nu. 22.

Appellatio non datur à fententia alimentorum, quæ debentur per officium Iudicis, & in futurum, fed prius exequitur fententia; Secus fi iure actionis debeantur, nifi alimentarius fit inops. n. 15. cum plurib. feqq.

Appellatio datur à fententia alimentorum, fi lata fuerit contra eum, cui debentur alimenta. nu. 20.

Caufa alimentorum celeritatem defiderat, & ratione probatur. nu. 16.

Iudex non debet reo permittere calumnias, & dilationes, præcipuè in caufa alimentorum. nu. 21.

Legatarius triplici via confequitur legatum, officio Iudicis, actione ex teftamẽto, & hypothecaria. nu. 6.

Maritus foluens alimenta vxori an illa repetat actione negotiorum geftorum, vel per officium Iudicis ab eo, qui dotẽ promifit, & non foluit. nu. 7. 8. & 10. Quæ alimenta repetat, & quæ confiderentur in taxatione dictorum alimentorum, explicatur. nu. 9.

Tutor, alimenta præftita pupillo, repetit ab illo per actionem tutelæ. num. 11.

Vita militia debetur fecundogenitis iure actionis. nu. 23. Sed num fuccedat loco legitimæ. ibid. remiffiuè.

QVÆ-

QVÆSTIO IIII.



Vartò quæro,quo iure, siue qua actione petantur huiusmodi alimēta? De hac quæstione plura tractant Neapod.in con suet. quòd si aliquis. nu. 34.Præs.de Franch.decis. 605. par. 4. & post alios Surd. titu. 3. de alimen.toto,& in specie q. 6. Ex quorum dictis quæstio hæc duo capita habet. Primum secundum istas consuetudines. Secundum verò,attenta dispositione iuris communis.

1 In primo casu debentur alimenta iure actionis, quoniam debentur ex dispositione consuetudinis, quæ est quædam ciuium pactio. C. de Decurion. lib. 10. in
2 rubr. † & proinde vel datur petenti alimenta conditio ex lege,iuxta tex. in l. 1. ff. de condition. ex leg. vel datur conditio præscriptis verbis,vt in l. 1. ff. de præscript.verb. Neapod. d.nu. 34. Præs.de Franch.d.decis.605.nu.8.

3 Probatur istorum sententia, si enim statutum mandaret aliquem alimentari de bonis alterius, tunc alimenta petuntur iure actionis, nempè conditione ex statuto,quę quidem conditio fortior est, & efficacior officio Iudicis,vt post Alex. consi.7.nu.27.vol.2. Menoch. Alciat. & alios plures docet Surd. d. q. 6. per tot. & successiuè in hoc casu datur petenti conditio ex consuetudine.

4 In secundo casu,attenta,scilicet dispositione Iuris communis, & tunc regulariter petuntur alimenta per officium Iudicis.l.si quis à liberis.§. solent. ff. de lib. agnoscen.ibi (cessabunt partes Iudicis) cum alijs cumulatis per Neapod. d. nu. 34.& post Bar. & alios innumeros Surd.
5 d.tit.3.ferè per tot.† nam Quæst.1. hoc probat, quando filius à patre , & nepos ab auo alimenta peterent. Quæst. 2. hoc probat de alimentis , quæ debentur à fratre fratri. Quæst. 3. iddem probat de alimentis,quæ à liberto debentur patrono,& à donatario donanti,& sic de alijs. Quæst. 4. hoc explicat etiam in legato
6 alimentorum, † quamuis legatarius habeat etiam actionem ex testamento, & actionem hypothecariam pro consequēdo legato,ex reg.tex.in l. 1. C. commun. de legat.

Dixi regulariter , quoniam aliquando etiam secundùm ius commune petuntur
7 alimenta iure actionis; † primo in marito, cui facta est mora in solutione dotis, ei promissæ per socerum; maritus enim, si velit alimenta repetere , habet actionē negotiorum gestorum, si ille, qui dotem promisit, tenebatur mulierem illam alere, in hoc enim casu maritus præstando alimenta vxori , liberauit illum talem ab onere soluendi alimenta, & in beneficiū illius vtile negotium gessit, & proinde per actionem negotiorum gestorum repetit ab illo alimenta,vxori subministrata,l alimenta.vbi Alex.num. 3. C. de negot.gest.& iddem docent Ruin.Couarr. & alij,quos probat Surd.d.tit.3.q. 5. per
8 tot. † Quamuis aliqui cōtrarium teneat, quos ipse refert nu. 4. nempe , vt marito detur officium Iudicis, vel ad petendum alimenta, vel ad interesse dotis, sed verior est prior sententia , etiam quia interesse dotis petitur iure actionis,vt suo loco dictum est;& dicetur etiam par. 6. de
9 iur.dot. † quando verò taxantur huiusmodi alimenta cōsiderantur, secundum veriorem sententiam,tria. Primò quantitas redditus dotis. Secundò onera matrimonij.& Tertiò , consuetudo Regionis,non autem attenditur, quantum maritus soluit pro alimentis, vt post Alex. Crauett.Cephal. & alios probat idem Surd.tit.4.de alimen.q.20.nu.7. & seqq.
10 Dixi, si maritus velit, quoniam in eius electione est, si velit petere interesse dotium iure actionis: si verò vellet alimenta,tunc taxātur secundùm taxationem, & considerationem relatam nu. præcedenti,ne plus habeat,quàm impendit, & prout vtile negotium gessit in beneficiū eius , à quo illa exigit ; vt dictum est, & probat post alios Surd.d.quæst.20.nu.9. & seqq.
11 Secundò etiam tutor alimenta, præstita pupillo , repetit per actionem tutelæ, vt post Cuman. consi. 88. Grammat. & alios plures longiori apparatu probat Surd.d.tit. 3.q. 7.tot.hæc enim pauca ab ipso collegi ad confirmationem doctrinæ Neapodani.

Resultat autem maxima vtilitas ad cognoscendum quo iure alimenta petan-
12 tur; † si enim actionis iure exigantur, quamuis in præteritum non essent soluta , possent de præsenti peti , quòd secus est,quando petuntur officio Iudicis,hęc enim soluuntur in subsidium , quando quis

quis aliunde non ſibi prouidiſſet de alimentis, vt optimè probat Neapod. d. nu. 34. in conſuet. quod ſi aliquis. Vinc. de Franch. d. deciſ. 605. Surd. tit. 1. de alimē. q. 5. nu. 11. & ſeqq. tit. 9. q. 32. nu. 2. & ali-
13 bi pluries, Ann. conſi. 71. num. 1. † Quæ quidem actio tranſmittitur etiam ad hæredes, vt poſſint exigere alimenta non exacta per teſtatorem. l. de alimentis. C. de tranſactio. vbi Bald. dicit hoc eſſe notandum, probant etiam Bar. Roman. Felin. & alij, quos ſectatur Surd. tit. 5. de ali-
14 ment. q. 1. num. 40. † Qui omnes dicunt, non habere locum, quando alimenta debentur per officium Iudicis; hæc enim non tranſmittuntur ad hæredes, niſi in duobus caſibus. Primò, quando illorum occaſione contractum eſſet æs alienum; & ſecundò, quādo eſſet intentata lis pro alimentis non præſtitis, quoniam à die petitionis alimenta ſunt debita in futurum, & ita exiguntur, vt probat Præſ. de Franch. d. deciſ. 605. vbi nu. 2. ſic refert eſſe deciſum, & dixi aliqua infra conſi. 9. num. 35. & 36. & faciunt cumulata per Surd. d. q. 1. nu. 43. & ſeqq.

15 Secunda eſt vtilitas, quia regulariter non datur appellatio à ſententia alimentorum, ſed prius fit executio ſententiæ, vt alimenta re ipſa ſoluantur; deinde appellatio admittitur, & hoc eſt vnum de alimentorum priuilegijs. iuxta tex. in l. fi. ff. de appellation. recipiend. poſt Bart. in l. Mela. in fin. ff. de alimen. & cibar. legat. Tiraq. Grammat. & alios plures Surd. tit. 8. de alimen. q. 60. tot. & q. 96. & hoc
16 ea ratione, † quia cauſa alimentorum celeritatem deſiderat, cùm venter non patiatur dilationem, ex dictis quæſt. 1.
17 Verùm hoc procedit, quando alimenta peterentur in futurum, in his enim dilatio non procedit ob continuam reſtaurationem, qua indigemus ob radicale humidum, quod per calorem amittimus: Sed ſi alimenta peterentur de præterito, vt quia exigerentur alimenta non exacta, tunc datur appellatio, quoniam in hoc caſu ceſſat ſuſpitio, ne hic talis fame pereat: iam enim vixit aliunde, & proinde negotium hoc tanta non indiget celeritate, quamuis etiam hæc cauſa celeriter expediri debeat, præcipuè, ſi contraxit debitum pro alimentorum ſubminiſtratione, ita poſt Ioan. And. Alberic. in l. pen. in fin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Cuman. Aretin. Dec. Cordub. & alios Surd. d. q. 60. num. 15. & 16. Quæ omnia procedunt, quando alimen-
18 ta debentur per officium Iudicis; † nam ſi iure actionis deberentur, daretur appellatio, quæ etiam ſuſpenderet iudicatum, niſi tamen alimentarius eſſet ita inops, vt non haberet aliunde, tunc enim non admitteretur appellatio, niſi poſt realem ſolutionem alimentorum, ratio-
19 ne citata num. præcedenti. † Ratio autem diuerſitatis eſt, quia alimenta debita per officium Iudicis, vt plurimùm deben tur propter inopiā, & in ſubſidium: quæ verò debētur per actionem, debita ſunt, etiam ſi alendus habeat, vnde viuat; & ideò in eo ceſſat hoc priuilegiū, ſic probat Neapodan. in ſæpius citato num. 34. Naucler. in ſuis addition. fol. 14. à ter. in Apoſtil. incip. Et nota, quòd hic de dotibus vxoris. Et vltra prædictos probant etiam Speculat. in tit. de appellation. §. in quib. nu. 11. vbi Io. Andr. docent etiam Bald. Cuman. Roman. Lancellott. Bald. Nouell. Cordub. & alij, quos ſequitur Surd. d. priuileg. 60. nu. 22. & ſeqq.

20 Declaratur autem hoc, quod diximus de remedio appellationis, vt tunc procedat, quando ille, cui alimenta debentur, obtinuiſſet ſententiam in eius beneficium; nam eius fauore procedit priuilegium. Sed ſi contra ſe reportaſſet ſententiam, datur appellatio etiam quando alimenta debentur per officium Iudicis, tunc enim ceſſat ratio prohibendi appellationem; & mens legis illam prohibentis, quæ ſolùm fuit fauore eius, cui deben tur alimenta, & conſequenter vti poteſt remedio appellationis, ne retorqueatur in eius odium, quod fuit introductum in eius beneficium, ita poſt Angel. in l. fin. ff. de appellat. recipien. Bald. Nouell. Iacobin. Tiraquell. Menoch. & alios Surd. d. q. 60. nu. 25. cum ſeqq. vbi hinc inde arguens, ſic tandem reſidet.

21 Illud verò notandum eſt, vt Iudex nō debeat permittere reo calumnias, & dilationes in cauſis, & præcipuè in ſolutione alimentorum, quoniam huiuſmodi calumnias magis abhorrent iura in hac cau ſa, quàm in alijs, cùm hęc celeriorem poſcat expeditionem, vt notant prædicti DD. & poſt alios Præſ. de Franch. d. deciſ. 605. num. 3.

22 Tertia vtilitas eſt, quoniam, ſi pluribus teneretur aliquis præſtare alimenta, primò deberet illa præſtare quibus iure actio-

actionis tenetur, & postea alijs, ratione citata nu.3. quia efficacior est hæc actio, quàm officium Iudicis, vt post Rip. in tracta. de remed. ad conseruan. vbertat. num. 175. probat Surd. titu. 1. de alimen. q.92. num.2.

23 Postremò notatur, vt alimenta debita secundogenito ex forma statuti debeantur iure actionis, & succedant loco legitimæ, & eiusdem rationis, & naturę censeantur esse, vt post Tiraquell. in tract. de primogenit. q.75. num.8. Molin. & alios probat Ann. consi.6. nu.20. vol.1. loquēs in vita militia, debita secundogenitis in bonis feudalibus: an autē eorum opinio vera sit, si loco legitimæ succedat, patet ex dictis infra consi.9. nam verum est, esse debitam iure actionis.

SVMMARIVM.



Limenta debētur ex fructibus feudi, attento iure cōmuni illis personis, quibus astrictus est eo iure feudatarius. num 7. & 8. Sic etiā de bonis nouiter quæsitis. num 9. & sub num. 10.

Bona alienata in tertium possessorem, an transeant cum onere soluendi alimenta, quibus illa bona obligata erant. nu. 29.30. & 31.

Bona viri, super quibus vxor fuit assecurata pro dote, & iuribus dotalibus, an vendi debeant, & pretium conuerti in emptionem tot annuorum introituū. num.9.

Bonis alienatis in tertios possessores, potest alimentarius habere recursum ad illa bona pro consequendis eius alimentis, nulla facta discussione, si adsint alia bona. nu.32.

Bonorum suorū numero continetur res, cuius aliquis habet vsumfructum. numero 2.

Camillus Salernus, Neapolitanam Consuetudinem arguens iniquam, vt denegantem alimenta liberis ex bonis nouiter quæsitis, reprehenditur, & consuetudo ab eius oppugnatione saluatur. nu. 10.

Filius cogi potest vendere corredum magni valoris, & modici redditus, vt eius pretium cōuertatur in emptionem tot annuorum introituum, ex quibus alimenta percipiat, & eius patrem non grauet. nu.18.

Filij, secūdum has consuetudines, duplex remedium habent contra patrem, vel petendi alimenta, vel dotes maternas; & eis principaliter datur hæc electio, quæ etiam patri non denegatur. nu.11. & 12. Si dotes petant, & illarum fructus non sufficiant pro illorum alimentis petunt supplementum ex bonis paternis. nu.13.

Fructus bonorum, non autem valor proprietatis attenditur in alimentorum taxatione. nu.14. Si non sufficiant pro obligato alimenta soluere, non tenetur alijs præstare alimenta. nu.23. Dicēti, eos sufficere etiam pro aliorum alimentis, incumbit onus probandi nu. 24.

Fructus dotis deseruire debent oneribus eiusdem matrimonij, non autem alterius. nu.4.

Fructus, percepti ex prædio concesso alicui, donec ei soluantur alimenta, sunt restituendi concedenti prædium, si alimenta excedunt, nec de partium volun tate fieri potest contrarium. nu.34.

Pascua, si sint communia inter duas Vniuersitates, & non sufficiant pro animalibus vnius, non potest altera iure communionis vti, & ratio traditur. nu.26.

Pater, & Auus paternus secundùm Neapolitanas consuetudines tenentur liberis præstare alimenta de omnibus bonis paternis, & maternis, ac de aliis eisdem obuentis ex consanguineis, etiam si vsumfructum tātum in illis habeāt. nu.1. Non tenentur alimenta præstare liberis primi matrimonij de bonis secūdæ vxoris. nu. 2. Nec de bonis feudalibus, nec de bonis nouiter quæsitis, sed secundùm ius commune benè tenentur nu.5. & 9 Pro alendis liberis an cogantur vendere proprietatem bonorum. nu.16. & 20.

Prima, & ordinata charitas incipit à se ipso. nu.25.

Pensiones succedunt loco alimentorum, & eisdem gaudent priuilegijs. n. 33.

Proprietas vendi non debet, vt alimenta alteri soluantur, tam in parentibus erga liberos, & contra, quàm in omnibus aliis personis. nu. 15. & 16. Potest tamē venāi, vt pretium conuertatur in emptionem

ptionem aliorum bonorum fertilium. nu.17. Sic etiam pro alimentis neceſſarijs ad vitæ ſubſtentationem.num.20. Procedit etiam, quando alimenta præſtarentur illi, qui futurus eſſet Dominus dictorum bonorum, & alijs modis. nu.22. remiſſiuè notatis.

Seruitium, quod præſtat Vaſſallus Domino, nõ debet diminui, vt vaſſallus præſtet alimenta ex fructibus feudi alteri. num. 6.

Tractæ, ſiue extractiones frumentorum, & aliorum bonorum non ſunt concedendæ, quando bona illa vix ſufficerẽt pro vſu Regni, & denegatæ ob hunc finem, non incurrit denegans in excommunicationem bullæ Cœnæ Domini. num.27. & 28.

Vſura iudicatur eſſe quicquid aliquis ob temporis dilationem habet lucri vltra ſortem nu.35. Non debet permitti etiã ſub blando vocabulo alimentorum, & eorum intuitu. nu.36.

Vxor, aſſecurata ſuper bonis viri pro dote, & iuribus dotalibus, poteſt illa bona vendere, & eorum prætium conuertere in emptionem annuorum introituũ. nu.19. Poteſt alienare dotem, etiam in bonis ſtabilibus conſiſtentem, in quatuor caſibus, qui recenſentur. nu.21.

QVÆSTIO V.



Vintò quæro, de quibus bonis præſtari debeant alimenta perſonis iam explicatis. q. 3. & num proprietatis, vel fructuum ſit habẽda ratio? Quæſtio hæc, vt patet, duos complectitur caſus, & vterque examinari debet tam ſecundùm ius commune, quàm etiam, attento hoc iure conſuetudinario.

Loquendo igitur de iure conſuetudinario, ponitur regula generalis in conſuet. ſi quis habet. vbi Neapod. nu. 13. &
1 ſeqq. Vt pater, & auus paternus teneantur præſtare eorum liberis alimenta de bonis paternis, maternis, & alijs obuenientibus eiſdem à quibuſcunq; conſanguineis ſuis, agnatis, & cognatis; ſic etiã de bonis eiſdem parentibus in dotem datis à matre ipſorum liberorum, etiam ſi in illis bonis parentes ipſi vſumfructũ
2 haberent, ea ratione, † quoniam ſuorum numero continetur res, cuius aliquis vſumfructum habet. l. cùm ſuæ. ff. de lega. 3. & not. Neapod. loco cit.

3 Illud tamen notandum eſt, quòd, ſi parentes ſecundas contraxerint nuptias, quamuis habeant vſumfructum dotium ſecundi matrimonij, non tamen ex fructibus illorum bonorum tenentur præſtare alimenta liberis primi matrimonij ſecundùm has conſuetudines, ipſæ enim ſolùm iubent, præſtanda eſſe alimenta liberis communibus, hoc eſt, eiuſdem matrimonij, vt rectè explicat Neapod. loco
4 cit. nu.22. & ratio eſt, † quia fructus dotium deſeruiunt oneribus eiuſdem matrimonij, quicquid occaſione dicti matrimonij habuerunt, vt explicatum eſt parte 4. præcipuè q.53. num.10. & ſeqq. itaque intelligitur de alijs bonis, in quibus parentes vſumfructum haberent.

5 Declaratur ſecundò prædicta regula generalis, vt locum non habeat in bonis feudalibus; nam ex illorum fructibus nõ præſtantur huiuſmodi alimenta, tum quia in illis non poteſt conſtitui vſusfru-
6 ctus ſine aſſenſu Domini, tum etiam.† ne diminueretur ſeruitium Domini, vt probauit Neapodan. in conſuet. quod ſi aliquis. nu.33. fol. 217. vbi Frezz. in ſua addit. incip. De bonis feudalibus. Notauit etiam Conſiliar. de Rubeis in ſuis addition. fol. 4. à terg. in Apoſtill. incip. Ex hoc decipitur, & patet ex dictis ſupra par.4. q.38. nu.7. & ſeqq. De qua materia latiſſimè tractat Surd. titu.4. de aliment. q.10. tota, & tit.7. q.14. nu. 33. cum ſeqq.
7 vbi concludit, † ſi alimenta debeantur ex diſpoſitione legis, & feudatarius non haberet alia bona burgenſatica, ex quibus poſſet alimenta præſtare; iam teneretur in ſubſidium ſoluere prædicta alimenta de fructibus feudi, quia illi non ſunt feudales, ſed hoc omitto; feuda enim nõ veniunt in diſpoſitione iſtarum conſuetudinum, vt dixi ſupra par. 2. in tit. de bonis q. 7. etiam quia hæc alimenta debita per fratrem ex fructibus feudi, vocatur in Regno vita militia, de qua
8 dictum eſt infra conſi.9. † & quando frater tenetur præſtare alimenta fratri, vel ſorori, ſic etiam filius patri, & contra, iam etiam ex fructibus feudi tenentur illa præſtare, vt benè probat Surd. d.q.10. & poſt alios Anna in conſi. 46. num. 33. cum ſeqq. in 1. vol. & hoc non eſt correctum per has conſuetueines, ſed quando

caſus

casus accideret, fieret præstatio, attento tamen iure communi feudorum, & iure Regni, non autem secundùm has consue tudines, quæ non habent locum in feudis, vt dictum est.

9 Tertiò declaratur, non habere locum in bonis nouiter quæsitis; de ipsis enim non debentur alimenta secundum hoc ius consuetudinarium, vt habetur in con suetud. Verum. §. de bonis verò. vbi Nea pod. nu. 46. Consuetudines enim voluerunt dare regulam in præstatione alimẽtorum quòad bona antiqua, vt sunt omnia, quæ propria industria non acquirun tur, vt dixi supra par. 2. in tit. de bonis q. 21. Sed in bonis nouiter quæsitis nihil innouare voluerunt, & non solùm quòad liberam dispositionem, sed etiam quòad alimenta reliquerunt illa bona sub dispo sitione iuris communis, vt probat Neapod. d. nu. 46. Naucler. in suis addit. fol. 15. à terg. in 2. addit. Id, quod longissimo apparatu ibid probat Salern. fol. 221. in

10 apostill. incip. Ista consuetudo. † Qui Doctor, salua eius pace, non benè dicit, hanc consuetudinem esse iniquam; non enim expresè denegauit alimenta liberis in bonis nouiter quæsitis, sic enim iniqua esset, sed solùm voluit, vt in bonis antiquis peterentur alimenta iure actionis, & in hoc potuerunt consuetudines hoc introducere, vt de simili statuto dictum est supra q. 4. num. 3. In bonis verò nouiter quæsitis seruaretur ius commune, vt per officium Iudicis petantur, prout latissimè ipse probat, & etiã Surd. titu. 8. de alimen. priuil. 56. num. 25. cum tribus seqq.

11 Est tamen aduertendum secundùm has consuetudines, liberos in hoc casu duplex remedium habere. Primum est, vt à parentibus petant alimenta in bonis desuper numeratis, si noilent cum illis viuere, prout superius explicatum est. Et secũdum, vt possint petere dotes maternas, vt ex illarum fructibus possint sibi alimenta subministrare, vt ad literam disponitur infra de iure dot. in consuet. si

12 mulier nupta. † Et quamuis pater etiam habeat hanc electionem, si velit alimenta soluere; vel dotes maternas filijs restituere; regulariter tamẽ electio ista datur liberis, quia in eorum beneficium consuetudines hoc introduxerunt, vt benè probat Neapod. in consuet. si quis habet. num. 27. hoc tit. Et ita quotidie obseruatum vidisse testatur Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 37. in fin.

13 Obseruari tamen debet, quòd si filij elegissent petere dotes maternas, & illarum fructus illis sufficerent ad congrua alimenta, non possent à parentibus aliã alimentorum portionem petere, quia quod peterent, iam haberent. Si verò fru ctus illis nõ sufficerent, vt quia dos consisteret in corredo magni valoris, sed mo dici redditus; tunc possent petere supple mentum alimentorum, vt tantum illis detur de bonis paternis, quantum deest pro congruis alimentis, quia solùm illis debentur, vt rectè probauit Neapod. d. num. 27. vbi Anto. de Alex. in Apostill. incip. ex hac glosa fol. 215. & Consiliar. de Rubeis in suis addition. fol. 4. à tergo, in Apostill. incip. Vide glos. in consuet. seq. Et conferunt dicta per Præsid. de Franch. decis. 559.

14 Quò verò ad secundam partem quæstionis, sine dubio in alimentorum præstatione habenda erit ratio fructuum, nõ autem proprietatis bonorum, vt patet ex dictis nu. praeced. de corredo, & vniuersaliter probat Neapod. in consuetu. quod si aliquis. nu. 35. Imò consuetudo illa hoc expresè determinat in illis verbis ibi. [Partem de fructibus prædictorum bonorum] quod etiam probat Naucler. in suis addition. fol. 16. à ter. in apostill. incip. in d. consuetud. Viro mortuo. vers. adde etiam. Et hoc est indubitatum

15 secundùm ius cõmune: † non enim vendi debet proprietas pro solutione alimẽtorum, sed illa ex fructibus solui debent. l. ius alimẽtorum. ff. vbi pupill. educ. deb. l. pen. ff. de alimen. & cibar. legat. & ibi Bart. Alex. Dec. Crau. & alij plures, quos probat Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. cas. 169. num. 3. & cas. 183. num. 26. Ann. consi. 4. nu. 67. & 68. Vinc. de Franch. decis. 133. nu. 7. decis. 489. num. 26. & alibi, Naucler. in suis addit. fol. 16. à ter. in addit. magna. vers. Adde etiam, quod in alimentis, & post alios Surd. in tract. de alimen. titu. 4. ferè per tot. & in specie q. 9.

16 vbi ex vera sententia probat, † vt nec pater pro alendis filijs, nec filij pro alendis parentibus teneantur proprietatem patrimonij vendere, si fructus bonorum non sufficerent; sed omnes pro modo, & quantitate fructuum tenentur ad alimentorum præstationẽ, ita vt potius aliquid supersit ex illis fructibus, quàm desit, vt

habetur in d.l.ius alimentorum. vbi Angel. & post Parif. Cordub. & Vital. probat Surd.d.q.9.nu.14.& latius quæst.26. Quod etiam probat Præses de Franchis locis citatis.

Hæc autem conclusio limitatur pluribus modis, vt est videre penes Surd.locis cit. Sed duas tantùm limitationes re-
17 ferã, † Prima est pro conuertendo prætio dictorum bonorum in emptionem prædiorum fertilium, vt ex illorum fructibus possit quis alimenta percipere, sic scripsit Imol. in l. si maritus. verf. secundò addo quid iuris. ff. solut. matri. & post ipsum, Aretin. & Ias. probat Surd. d. q.9.
18 nu. 19. † Et hoc facit in beneficium patris, restituentis filio corredum magni valoris, & modici fructus; nam in arbitrio Iudicis esset cogere filium ad vendendũ corredum, vt eius prætium conuerteretur in emptionem aliorum bonorum fertilium, vt ex illorum fructibus ipse percipiat alimenta, & pater non grauetur, vt post Bald. in l. fi. nu. 6. C. qui bon. ceder. poss. Menoch. & alios notat Surd. d.q.9. nume. 20. & faciunt cumulata per Præsid. de Franch. decis. 617. in prin. vbi
19 ait, † bona viri, super quibus fuit vxor assecurata pro eius dotibus, & antefato, fuisse vendita, & prætium conuersum in emptionem totannuorum introituum, an autem vxor ad hoc cogi possit, dicam infra suo loco.

20 Secundo principaliter limitatur, quãdo alimenta essent necessaria ad sustentationem vitæ, tunc enim vendi debet proprietas, loquendo de illis personis, quæ ex iuris dispositione alimenta præstare tenentur, secùs quoad alias, vt post Cordub. probat Surd. d.q.9. nu. 21. quæ personæ sunt pater erga filios, & contra, maritus erga vxorem, quamuis in marito sit alia ratio, quia ipse ex titulo oneroso tenetur præstare alimenta vxori, ratione scilicet receptæ dotis, vt etiam
21 ipse probat num. 17. & 18. † Sic etiam vxor, præcipuè secundùm has consuetudines, posset alienare dotem, etiam in bonis stabilibus consistentem, vt se, & maritum alere valeat; hic enim casus est principalis de illis quatuor concessis mulieri secundùm has consuetudines alienandi dotes, quos enumerat Neapod. in consuet. si mulier iustam. sub nu. 4. videlicet, vt viuat, sana viuat, libera viuat, & nupta viuat: quæ exempla declarat Præs. de Franch. de cis. 435. num 39. & seqq. & dixi aliqua supra par. 3. q. 1

22 Tertiò, vt hanc non sileam limitationem, limitatur, quando alimenta præstarentur illi, qui futurus esset Dominus dictorum bonorum, vt probat Præs. de Franch. decis. 576. nu. 6. & melius decis. 226. post alios Surd. d.q.9. num. 24. penes quem nu. 28. & seqq. & d.q.26. dicti titu. 4. videri possunt limitationes reliquæ, quando liceat alienare proprietatem alicui, vt possit alteri alimenta præstare.

23 Ex his infertur, quòd si fructus dictorum bonorum vix sufficerent patri pro suis alimentis, non teneretur tunc præstare filio huiusmodi alimenta secundùm has consuetudines, vt post Afflict. in con stit. Regn. Dignum. probat Naucler. in suis addition. fol. 14. à terg. in apostill. incip. in consuet. si quis habeat, quod etiam procedit secundùm ius commune. l. pen. ff. de liber. agnoscen. cum alijs cumulatis per Surd. tit. 7. de alimen. q. 8. vbi plurib.
24 medijs hoc probat, adeò vt filio incumbat onus probandi, illos fructus etiam sibi sufficere pro alimẽtis; & iddem procedit in liberto erga patronum, in seruo erga Dominum, & in omnibus alijs, qui tenentur præstare alimenta, vt primò sibi prouideant, & de eo, quod superest, soluant alteri alimenta, quòd latius probat Surd. d. tit. 7. q. 28. cum trib. seqq. Ea
25 præcipua ratione, † quia prima, & ordinata charitas incipit à se ipso. l. Præses. vbi Salycet. C. de seruit. & aqu. Afflict. decis. 290. nu. 9. Vbi hac ratione infert,
26 quòd si inter duas vniuersitates erat cõmunio in pascuis, si pascua vnius vniuersitatis essent diminuta, vel ob temporis variationem, vel quia ciuium animalia aucta essent, vt vix pro illis animalibus pascua sufficerent, non posset altera vniuersitas vti communione, & pascua sumere, quia esset inordinata charitas, & ciues semper præferri debent, quod etiã notant infrascripti alij DD. seq. num. cumulandi.

27 Iddem esset, si concedi soleant tractæ frumenti, vini, & aliorum bonorum ab aliquo Regno, & in aliquo anno vix bona prædicta sufficerent pro vsu Regni, non sunt concedendę huiusmodi tractæ, seu extractiones, vt post Nicol. de Neapol. probat Surd. d.q.8. nu.6. & 7. probat etiam nouissimè Regens de Pont. in suo tracta. de potest. Proreg. in titu. de tract.

seu

seu extraction. in princ. vbi nu. 8. subdit,
28 per hoc non incurri in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quod verissimum est, si bona prædicta in rei veritate deseruiant pro vsu Regni: nam Regnum, in cuius territorio bona prædicta nascuntur, omnibus alijs præferri debet, vt charitas ordinata sit: deinde, quod superest pro mercimonijs, siue negociatione, extrahi debet, vt latius probaui in explicatione dictæ Bullæ. cap. 9.

29 Vnum superest explicandum circa hanc quæstionem, an si alienentur bona, ex quibus debentur alicui alimenta, trãseant cum hoc onere ad tertios possessores, & opinionem negatiuam videtur defendere Neapod. in consuet. Quod si aliquis. nu. 32. ex tex. in l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. quod latius probat Vinc.
30 de Franch. decis. 286. in fin. † Verùm & si onus non transeat in emptorem, vt præcisè teneatur alimenta soluere; filij tamen habent reuocatoriam, quando non possent habere alimenta ex alijs bonis paternis, quia bona alienata ipsis obligata erant pro alimentis, vt post Andr. in constit. Regn. In aliquibus. col. 6. vers. quid si desinat, & Afflict. probat idem Vinc. in d. consuet. Quod si aliquis. sub nu. 32. fol. 217. in apost. incip. An autem prius. probat etiam Naucler. in suis additon. fol. 16. addit. 3. & fol. 16. à terg. in addit. magna, circa fin. & de vita militia, probat latius Salern. sub d. nu. 32. & de alimentis probant latissimè Castren. consi. 8. vol. 1. Durand. Lup. Beci. & alij quos probat Surd. tit. 8. de alimẽ. priuil.
31 51. & 52. † ita quòd illi tertij possessores habent electionẽ, vel soluere alimenta, vel bona dimittere, & hoc est vnum de priuilegijs alimentorum, vt habeant
32 tacitam hypothecam, † adeò vt nec facienda sit excussio, si extent, vel non extent alia bona, de quibus possint alimenta solui: alimentarij enim habẽt electionem conueniendi tertios possessores, quibus incumberet onus probandi, adesse alia bona; & interim, dum venter non patitur dilationem, soluit alimenta, vt ex innumeris Doctoribus probat Surd. d.
33 priuil. 51. & 52 † vbi hoc etiam dicit esse in pensionibus, quæ loco alimentorum debentur, quod ex Romano consi. 338. Felino, Cordub. & alijs probat d. priuil. 51. nu. 7.

34 Occasione prædicta obseruandum est, quòd si alimentario aliquod prædiũ assignatum fuerit pro alimentis, donec illi aliter prouisum fuerit; tenetur restituere fructus, qui supersunt, deductis alimentis, & hoc omnes docent, adeò, vt nec de partium voluntate possit fieri con
35 trarium. Et hoc ea ratione, † quoniam iudicaretur vsura, dum ob temporis dilationem consequitur lucrum vltra sortem, quod non solùm procedit in alijs creditoribus, in quibus hoc est indubitatum; sed etiam in creditore alimentorũ:
36 † vsura enim nõ debet permitti sub blando alimentorum vocabulo, vel eorum intuitu, vt docuit Anchar. consi. 150. col. 2. nu. 5. vers. sed ex pacto, quem sequuntur Alex. Crauett. & alij penes Roland. consi. 55. nu. 26. vol. 2. & plures alij, quos cumulat Surd. titu. 9. de alimen. q. 18. vbi discusso hoc ad partes, sic tandem residet. nu. 15. & 16.

SVMMARIVM.



Limenta regulariter soluenda sunt secundùm qualitatem personæ, cui debentur, & quãtitatem patrimonij eius, à quo debentur. nu. 1. Debita alicui per modum eleemosynæ, qualiter taxentur, per optimè explicatur, habita consideratione singularum personarum, quibus relinqui possunt. num. 16.

Cui legata est dos, debentur pro quantitate dotis legatæ, non autẽ secundum patrimonium testatoris. nu. 18. Qualiter taxentur tã respectu patris, quàm respectu matris secundùm nostras consuetudines, explicatur. nu. 19. In eorũ taxatione an sit habenda ratio expensarum. num. 22. Si plures teneantur ea soluere, an Iudex cogat vnum ex illis ad ea soluendum. nu. 24.

Consuetudines Neapolitanæ plus voluerunt honorare sexum masculinum, quàm fœmininum, tam in taxatione alimentorum, quàm in dispositione bonorum, quod explicatur. nu. 20. & 21.

Donanti, qui ad paupertatem deuenit, debentur alimenta secundum quantitatem fructuum bonorum, quæ donauit; et si fructus de præsenti non sufficiunt, qualiter donatarius teneatur de bonis proprijs, traditur. nu. 12. & 13.

Ele-

Eleemosyna quando debeatur ex praecepto, & quando de consilio, explicatur. sub num. 16.

Expensae qualiter deducendae sint tam ex bonis, ex quibus soluuntur alimenta, quàm de quibus debetur vita militia traditur. nu. 22. & 23.

Filio, & alijs personis, quibus debetur legitima, non debet minus praestari pro alimentis, quàm fructus legitimae important. nu. 14. Procedere ostenditur etiamsi ab aliquo Monasterio deberentur alimenta huiusmodi personis, quod declaratur. nu. 15.

Iudex potest ex pluribus obligatis ad solutionem alimentorum, vnum ex illis eligere, qui alimenta soluat, & caeteri coobligati correspondeant illi pro eorũ rata. nu. 24. An possit diuidere praestationem alimentorum faciendam mensatim à singulis coobligatis, traditur, nu. 25. Potest singulis alimentarijs assignare suam portionem, si ad inuicem non sint concordes. nu. 26. Debet prouidere ne partes deueniant ad arma. num. 27.

Mater praestans alimenta filijs de hoc iure consuetudinario, tãtum retinet pro se de fructibus dictorum bonorũ, quantum debetur vni ex filijs. nu. 21.

Nobili debentur alimenta etiam pro famulis secundum eius qualitatem, & ratio traditur. nu. 2.

Operari tenentur alimentarij secundùm eorum qualitatem in beneficium eorũ, à quibus recipiunt alimenta. nu. 17.

Pater tenetur aequaliter praestare alimẽta eius filijs. nu. 5.

Primogenitus dicitur habere quandam praebeminentiam in domo patris, ideò maiora, & pinguiora consequitur alimenta prae alijs fratribus. nu. 6. & 7.

Rusticis non sunt praestandi delicati cibi pro alimentis, sed panis grossus etiã ex fabis, & filigine, & pro companagio praestantur nuces, caepa, caseus, & similia. nu. 3. Praestans eis delicatos cibos, venialiter peccare dicitur. nu. 4.

Viduae qualiter praestari debeant alimenta intra annum luctus, traditur. nu. 9. Nõ debet esse otiosa in domo haeredum, sed iuxta eius qualitatem ad commodũ haeredum laborare debet. nu. 10.

Vxori debentur alimenta secundum eius qualitatem, & attenta quantitate dotis soluta, vel promissae, & si dotis fructus non sufficiant, datur supplementum alimentorum ex bonis viri. nu. 8.

QVAESTIO VI.



Extò quęro, quota nam sit portio alimentorũ? De hac quęstione dicta sunt aliqua supr. q. 1. & de ea plura tractant DD. in l. pen. ff. de alimẽ. & cibar. legat. & post alios Surd. tit. 4. de alimen. q. 18. 24. 25. 28. & 29. & in materia istarum cõsuetudinum. Neapod. in consue. Verum. hoc tit. vbi eius addentes. Quaestio igitur haec dupliciter etiam examinari potest, attento, scilicet, iure communi, & secun
1 dùm has consuetudines. † Primò casu, vt constare potest ex dictis q. 1. num. 12. regulariter debentur secundùm qualitatem, & dignitatem personae, cui alimenta soluenda sunt, vt ex ibidem dictis ap-
2 paret; † itaque nobili praestari debent alimenta secundùm illius conditionem, & qualitatem, quia non cogitur edere cibos rusticorum. cap. non cogantur. 41. distin. Et quoniam non decet, vt nobilis sibi ipsi seruiat, idcircò etiam pro famulis sunt illi soluenda alimenta; ad eius enim congruam alimentationem, & decentiam alimenta haec pro famulis necessaria iudicantur. l. habitatio. ff. de ventr. in possess. mitten. l. tutor secundũ dignitatem. ff. de admin. tutor. Glos. in §. fin. in verb. orieta. vbi Bart. Authen. de non eligendo secun. nuben. Bald. Alex. Tiraquell. Cordub. Lambertin. & alij, quos probat Surd. tit. 4. de alimen. q. 18. nu. 9. cum seqq. & q. 24. tota.

3 Hoc iddem procedit respectu rusticorum, vt eorum qualitas attendatur: rusticis enim non sunt praestandi delicati cibi, nec panis albus, sed panis grossus etiam ex siligine, & fabis, si ita in eo loco practicatur, & pro companagio praestantur caseus, nuces, caepa, & similia, quod adeò pro vero Doctores habuerunt, vt
4 dixerint, † venialiter peccare eos, qui delicatos cibos Rusticis subministrant, vt in c. criminis, ante fin. 25. dist. glos. in l. seruis vrbanis, in verb. cibarijs. ff. de legat. 3. post Bald. Tiraquell. Iason. Afflict.

&

& plures alios Surd. d. q. 18 nu. 12. & 13. Ioan. Fran. de Pont in tract. de potestat. Proreg. in titu. de abundan. Ciuit. §. 5. num 6.

5 Plus dicunt DD. quod, licèt pater teneatur æqualiter omnibus filijs alimenta præstare, ne aliquem ex illis priuignũ faceret, ex regu. tex. in l. inter filios. C. fam. ercifcun. cum alijs cumulatis per Surd. dict. titu. 4. q. 23. tota; nihilominus,

6 quia primogenitus dicitur habere quandam præheminentiam in domo patris, & a iure cæteris filiis dignior, & maioris qualitatis reputatur, vt scripsit glo. in §. aliam, in verb. altioti. instit. de bonor. possess. & glos. in c. licet. in verb. prima-

7 tus. vbi Abb. extra de vot. † idcircò maiora, & pinguiora consequitur alimenta, quàm alij fratres, vt scripsit glos. in cap. quanquam periculosum. in verb. primatus. 7. q. 1. Tiraquel. Molin. & plures alij, quos probat Surd. d. quæst. 18. num. 21. cum seqq.

8 In vxore tamen non solùm consideratur eius qualitas, sed etiam quantitas solutæ, vel promissæ dotis, iuxta tex. in l ex annuo. ff. de donatio. int. vir. & vxo. l si cùm dotem. §. finautem in fæuissimo. ff. sol. matrim. & l. cùm vnus. §. fin. ff. de alimen. & cibar. legat. ad hunc enim finẽ vxor soluit dotem viro, vt ex illius fructibus alimenta percipiat Si tamen dotis fructus non sufficerent ad eius congruã substentationem, tunc maritus de proprio tenetur illam alere; sic enim præsumitur contraxisse matrimonium, dum dotem tam modici redditus recepit, vt scripsit Bart. in d. l. cùm vnus. §. fi. & post eum, Roman. Crauett. Campeg & alios, Surd. d titu. 4. quæst. 20. à num. 1. vsque ad num. 6.

9 Hoc idem procedit in vidua, cui præstanda sunt alimenta ab hæredibus viri intra annum luctus; nam haberi debet ratio eius qualitatis, quantitatis dotis, & antefati, siue donationis ꝑpter nuptias, & hoc semper fit, donec illi dos, & donatio propter nuptias restituatur, vt post Bald. consi. 58. nu. 7. vol. 2. Crauet. consi.

10 189. probat Surd. d. q. 10. num. 6. † Quæ quidem vidua non debet esse in domo otiosa, sed iuxta eius qualitatem operari debet ad commodum, & vtilitatem hæredum, glos. in l. sicut patronus. in fin. ff. de operib. libert. Bart. Salycet. Castrens. & alij, quos sequitur idem Surd. d. titu. 4. q. 29. num. 35. 36. & 37. subdens num. 38.

11 & 39. † quòd, si vidua non posset morari in domo hæredum, & ibi recipere alimẽta, debet illa habere extra domum hæredum; deducto tamen commodo dictarũ operarum: quod tamen non puto verum secundùm has consuetudines; quæ loco interesse dotium, & antefati dant viduis huiusmodi alimenta, quamuis posset Iudex dictorum Authorum sententiam practicare, si id expedire viderit, dum consuetudines in hoc nõ statuerunt contrarium, quòad præstationem operarũ.

12 Procedit etiam in donatario; hic enim tenetur donãti, qui ad paupertatem deuenit, præstare alimenta secundùm illius qualitatem, & secundùm quantitatem fructuum rei donatæ, etiam vsque ad integram illorum quantitatem: aliter enim iudicaretur ingratus. Imò si fructus rei donatæ non sufficerent, teneretur donatarius de proprio pro rata illorum fructuũ, quos antea recepit ex bonis donatis, vt antidotali obligationi satisfaciat,

13 † & in hoc maximè versatur officium Iudicis, & æquitas, ne donatarius grauetur de proprio, & ne donans careat conuenienti sustentatione, habita consideratione fructuum perceptorum ex bonis donatis, vt post Iul. Clar. in §. donatio. q. 21. n. 3. & alios innumeros probat Surd. d. tit. 4. q. 23. nu. 8. & seqq. quamuis ipse num. 11. hoc relinquat cogitandum; sed, cogitatis duabus, relatis conditionibus, peroptimè fit taxatio alimentorum.

14 Quò verò ad filios, & alias personas, quibus de iure debetur legitima, non est pro alimentis minor taxanda, & præstanda quantitas, quàm illorum legitima, siue eius fructus importãt, vt scripsit Dec. consi. 180 Vasq. & Cordub. quos probat

15 Surd. d. q. 23. nu. 4. 5. & 6. † vbi etiam hoc locum habere dicit in Monasterio quando tenetur alere filios ingressi, & ratio est manifesta; cùm enim istis personis de iure debeatur legitima, quæ loco alimentorum succedit, vt sæpissimè notatum est; sine dubio illius fructus consequi debent pro eo tempore, quo illam legitimam non habent, & hoc semper eueniente casu, vt illis præstari debeant alimenta, & faciunt d. q. præced. vt in alimentorum taxatione habeatur ratio fructuum bonorum.

16 Si verò alimenta præstarentur alicui per modum eleemosynæ, & tunc duo prin-

principaliter conſiderari debent, facultates, ſcilicet, præſtantis, & indigentia recipientis, vt probat Diu.Thom. 2.2.q. 31.art.5.ad quem ſe remittit Surd. d. tit. 4. q. 28. vbi quæſtionem hanc relinquit decidendam Sacris Theologis, ex quorum dictis ſic reſoluitur, quoniam eleemoſyna vel eſt in præcepto, vt quando aliquis eſt in extrema neceſſitate, quia fame periret; vel eſſet in neceſſitate graui, vt quia indiget ſubſtentatione, qua ſuæ perſonæ, & familiæ decentem conditionem conſeruet, & in his duobus caſibus omnes conueniunt Theologi, Canoniſtæ, & Summiſtę, vt ſit in pręcepto; ſola quæſtio eſt in nęceſſitate ordinaria, quæ vbique occurrit, vt ſunt pauperes hoſtiatim mendicantes, & illi, qui in hoſpitalibus aluntur; & ſi omnes cibo, potu, & veſtitu indigēt: & in hoc caſu communior eſt opinio, vt, ſi neceſſitas non ſit modica, cadat in præcepto, vt poſt D. Thom.Caiet.Syluest.& alios. Nauarr.in manual.c.24.nu. 5. & 9. & de receptiori ſententia teſtatur Azor.par.2.moral.lib. 12.cap.7.q.4. Vel eſt de conſilio, vt quando aliquis liberaliter extra prædictos caſus, etiam non petentibus eleemoſynam elargitur. Igitur qui facit legatum, non præſumitur babere animum ſatisfaciendi præcepto ſimpliciter, ſed potius adimplendi conſilium. Itaque optima eſt regula Diui Thomæ, vt conſideretur quantitas patrimonij legantis, vel aliter dantis alimenta per modum eleemoſynæ, quidnam ſupereſt ex fructibus dicti patrimonij, deductis expenſis, & alijs pro familia ſoluentis: deinde attendatur qualitas eorum, quibus præſtanda ſunt alimenta, vt ſi eſſent pauperes hoſtiatim mendicantes, taxatio fiat iuxta illorum indigentiam; ſic etiam ſi fieret religioſis eleemoſynaliter viuentibus, vt eorum inſtituti ratio habeatur, quid ſingulis opus ſit pro alimentis, videlicet pro victu, in quo etiam medicinæ includuntur, & pro veſtitu; in ipſis enim non eſt quærendum de habitatione; & iddem eſſet in legato facto pauperibus in aliquo hoſpitali degentibus: nam eadem eſt ratio. Si verò fieret pauperibus in Ciuitate, & ſic extra loca pia exiſtentibus, vt multoties fit legatum puellis pauperibus, & tunc haberi debet ratio etiam babitationis congruæ, & decentis, & vt alimenta etiam dentur matronis, quæ ponuntur ad illarum cuſtodiam, & hæc regula deſeruit pro omnibus, & conſequenter verſatur in arbitrio prudentis Iudicis; qui, prędictis omnibus, & alijs circunſtantijs euenientibus conſideratis, taxationem prædictam faciat.

17 Illud tamen aduertit poſt alios Surd. d.tit.4.q.29.num.45.& ſeqq. vt in omnibus perſonis, quibus ex iuris diſpoſitione alimenta debentur, procedat regula; vt teneantur operari iuxta illarum conditionem, in beneficium eius, qui alimenta ſoluit, & dum ex aliqua rationabili cauſa extra domum illius recipiunt alimenta, haberi debeat ratio dictarum operarum, & præcipuè in vidua quoad illas operas, quas præſtare ſolebat in domo viri, ex doctrina Bart.in l. Caio.§.Imperator. ff. de aliment. & cibar. legat.& nu.52.& ſeqq.citat Pic.Alex. Crau.Cordub.& alios ad hoc probandum.

18 Solet etiam contingere, vt alicui ſit legata dos, cùm nupſerit; tunc buic mulieri præſtanda eſſent alimenta non pro modo hæreditatis relinquentis dotem, ſed pro quantitate dotis legatæ, vt in l. cùm vnus.§.fin.ff.de alimen. & cibar. legat.Præſ.de Franch.deciſ.559. nu. 13.

19 In ſecundo caſu reſpectu harum conſuetudinum, taxatiò alimentorum ponitur in conſuetud. Quòd ſi aliquis.boc tit. & ſit hoc modo, vt primò babeatur ratio fructuum omnium bonorum, de quibus alimenta debentur, ad quam videlicet, quantitatem aſcendant. Secundò numerentur perſonę filiorum, patris, & vxoris eius, & cuilibet ſua portio aſſignetur, videlicet, vna pars omnium fructuum, detur omnibus liberis, vt diuidatur inter illos pro æquali portione: duæ reliquæ partes habet pater, ſiue habeat vxorem, ſiue non. Si verò inter filios adeſſent fœminæ, quæ vellent in domo patris permanere, vel aliqui ex maſculis eligerent morari in domo patris; tūc pater ex portione fructuū; aſſignata liberis, deducet ratam illorum, qui vellent cum ipſo morari, & hoc pro tempore, quo ſecum morantur, vt habetur in d.conſuet. fol. 216. vbi Neapod.nu.37.fol.219.

20 Notandum eſt tamen, conſuetudines noſtras etiam in taxatione alimētorum, plus honorare voluiſſe ſexum maſculinum, quàm fœmininum, vt fecerunt in diſpoſitione bonorū; & ideò patri, auo, vel proauo paterno duas portiones fructuum


ctuum dederunt, vnam pro se, alteram verò pro eorum vxore, etiam si illa ca-
21 reant, vt dictum est num. præced. † Sed quando mater præstat alimēta, tunc pro se tantum retinet portionem fructuum, tanquam vnus ex filijs, vt habetur in con suetud. mulier de dotibus. in fi. hoc titu. vbi hoc notat Neapod. num. 68. fol. 225. Subdens tam in testando, & in succeden do, quàm etiam in taxatione alimentorum, masculos esse plus honoratos, quā fœminas.

22 In taxatione alimentorum considerari debent expensæ, quæ fieri contingent in asportatione alimentorum; quod præcipuè euenire solet, quando alimenta nō præstantur in domo hæredum, sed in alio loco, quæ quidem expensæ deducendæ sunt ex ipsis alimentis, si deductio expen sarum non sit talis, vt alimenta redigantur inutilia; quia tunc soluenda sunt integra, & remanent expensæ in damnum soluentis alimenta, vt consuluit Bald. consi. 224. col. 1. vol. 3. docuerunt Barto. Imol. Sim. de Pret. & alij, quos sequitur Surd. d. tit. 4. q. 16. nu. 9. cum plurib. seqq. & hoc notandum est pro taxatione vitæ militiæ, quæ alimentorum loco succes-
23 sit, vt pluries replicatum est: † nam, licèt præstari debeat sine onere, vt pluries iudicauit Sacrum Consilium, teste Camill. Salerno in consuet. si quis habet. in fi. fol. 216. in Apostill. incip. An secundogenitus, hoc tamen intelligitur de onere, quod est annexum feudo, & rebus, ex quibus solui debet, vt sunt Adhoa, tributum, & cætera huiusmodi, & sic procedunt decisiones; non autem procedit in deductione expensarum, quia tunc dedu cuntur, vt de alijs alimentis dictum est num. præced.

24 Vltimò aduertendum est, quòd, si alimenta plures tenerentur soluere alicui, & præstatio esset difficilis, posset Iudex facilitando solutionem, & ob fauorem alimentorum, eligere vnum ex obligatis, vt ipse soluat alimenta taxata, & cæteri cum eo obligati contribuant ipsi soluenti pro eorum portione, ad tex. in l. solent. in princ. ff. de alimen. & cibar. legat. vbi
25 Bart. plus notauit, † vt Iudex possit per tempora prouidere, vt vnus ex obligatis soluat alimenta pro certo tempore, videlicet, pro vno mēse, & alter pro alio mēse, & sic de alijs, vt pbat post alios Surd. tit. 3. de alimen. q. 9. n. 22. cum trib. seqq. Sed in hoc vltimo debet Iudex maxima vti circumspectione, & prouidentia, quia non solet hæc diuisio per mensem afferre vtilitatē alimentario, & regulariter melius est primū remedium, vt vnus ex obligatis eligatur; ipse enim melius potest repetere à cæteris secum coobligatis illorum ratam, & portionem.

26 Plus subdit Surd. d. q. 9. num. 26. post Specul. & alios, quòd si plures deberent recipere alimenta, & inter se essent discordes quoàd modum illa percipiendi; Iudex illos componit, & vnicuique assignat alimentorum portionem pro eius rata, consideratis illis, quæ in hac quæstione dicta sunt, singulorum, scilicet, qualitate, & alimentorum quantitate, omnibus debita, & passim fit, quando casus euenit, vt iam vidi practicatum, nec potest dubitari de contrario; aliter enim præstatio alimentorum esset species seruitutis, si omnes cogerentur simul habitare, continuò litigantes, & bellum ciuile exercentes, quod nullo modo
27 dicendum est, † dum ipse Iudex potius eligit omne medium, ne partes deueniāt ad arma. l. æquissimum. ff. de vsufruct. cū vulgatis alijs.

SVMMARIVM.



Limenta, debita secundùm consuetudines, sapiunt naturā vsusfructus, & per ea constituitur ius in corpore. nu. 2. Debita filio secundùm consuetudines, transmittuntur ad nepotes. nu. 4. Licèt regulariter finiantur morte, non tamen procedit secundùm has consuetudines. nu 5.

Filia exclusa à successione propter masculos. an alimēta illi debita transmittat ad hæredes. nu. 11.

Filio mortuo an portio alimentorum illi debita consolidetur proprietati, vel accrescat alijs fratribus. num. 1. Et num possit de illa portione testari. nu. 6.

Ius accrescendi an locum habeat in vsufructu, si vni tota proprietas, & tertia pars vsusfructus relicta fuerit; duobus verò alijs duæ reliquæ partes vsusfructus sint relictæ, durante illorum vita, vel consolidetur proprietati. numero 3.

Legatum alimentorum, factum pluribus, vnicuique factum præsumitur taxatiuè pro eius portione, & morte singularium finitur. sub nu. 5. Procedit etiã in legato vestium. nu. 7. Sic etiam si victus alicui relinqueretur, vel vsusfructus certi prædij pro victu. nu. 8. & 9. Factum locis pijs qualiter finiatur, sub num. 9.

Legatum alimentorum, relictum pauperi, num sumatur morte. nu. 10.

Victus iddem est, quod alimentum. nu. 8.

QVÆSTIO VII.

1 SEptimò quęro, si vnus ex filijs, quibus alimenta assignata fuerũt intra domum patris, moriatur vel filia nupserit, & dotem recepisset, an eius portio accrescat alijs fratribus, vel extinguatur, & consolidetur cum ipsa proprietate? Respondeo accrescere alijs fratribus, singulis pro rata ipsorum, vt ad literam disponitur in consuet. Verum, fo. 220. & rationem assignat Neapod. in consuet. Quòd
2 si aliquis. nu. 35. fol. 219. † quoniam alimenta secundum has consuetudines sapiunt naturam vsusfructus, & sic per illa constituitur ius in corpore iuxta text. in l. 2. ff. de vsufruct. & consequenter locum habet ius accrescendi, præcipuè secun-
3 dùm has consuetudines, † Imò, etiam attenta dispositione iuris communis, datur ius accrescendi quandoque in vsufructu, vt, si testator vni reliquerit proprietatem suorum bonorum cum tertia parte vsusfructus, & duobus alijs reliquisset vsumfructum pro alijs duabus partibus, durante eorum vita, si vnus ex vsufructuarijs moriatur, portio vsusfructus ipsius non consolidaretur proprietati, sed accresceret pro æquali portione alteri vsufructuario, & proprietario, vt ad literam probat text. in l. si ubi proprietas. iunct. l. præced. §. fi. ff. de vsufruct. accrescen. quod regulariter procedit, si contrarium non constet de voluntate testatoris.

4 Cessat autem hoc ius accrescendi primo, si ille filius reliquisset nepotes, quia tunc eius portio daretur nepotibus, & sic eius filijs, vt ad literam disponitur in d. consuet. Verum. §. nepotes, vbi Neapodan. nu. 44. dicens esse successionem in stirpem, nempè ad portionem pater-
5 nam. † Et inquit esse speciale in hoc casu secundùm hoc ius consuetudinarium, vt alimenta non finiantur morte, nam regulariter finiuntur, etiam quando factum est legatum alimẽtorum pluribus, quia vnicuique censetur factum taxatiuè pro eius portione tantùm, & quando portio taxata est, cessat ius accrescendi. l. dominus. §. 1. ff. de vsufr. Bart. communiter receptus, in l. re coniuncti. num. 42. ff. de legat. 3. quem omnes sequuntur, quàmuis varij sint in ratione assignanda; nam singuli singulas rationes assignant. vt est videre penes. Surd. tit. 5. de alimen. q. 1. cum seqq. vbi ad saturitatem, & tit. 9. q. 5. tota: Quarum rationum discussionem omitto, cùm omnes concedant cessare ius accrescendi. Secundò limitatur,
6 † quando ille talis filius fecisset testamẽtum; nam ab intestato tantùm procedit ius accrescendi, vt probat Neapod. in d. consuet. Verum. nu. 40. vbi hoc explicat, quando talis filius testamentum faceret de bonis maternis, & de quibus disponere potest, seruata forma consuetudinis, prout suo loco explicatum est: sed quò ad portionem alimentorum de bonis paternis nihil Neapodanus determinat, & proinde respectu ipsius morientis sunt extincta alimenta, nec de illis disponit, sed accrescerent pro rata alijs fratribus, seruata forma consuetudinis, prout portio sororis nuptæ illis accrescit, quia sic mandat consuetudo, vt superius notatum fuit.

Vt autem alimenta finiantur morte, latissimè, vt dixi, probat Surd. d. tit. 9. de alimen. q. 5. vbi num. 16. & seqq. hoc am-
7 pliat pluribus modis; † primo in legato vestimentorum ex doctrina Baldi in d. l. Dominus. §. 1. ff. de vsufruct. Secundò
8 quando alicui relictus esset victus; † nã victus iddem est, quod alimentum. l. fin. ff. de alimen. & cibar. legat. & l. verbo victus. iuncta l. seq. ff. de verb. & rer. signif.
9 † Tertiò quando pro alimentis relictus esset alicui vsusfructus certi prædij. d. l. Dominus. §. 1. quod procedit, etiamsi causæ piæ factum esse legatum alimentorũ, vt pro dotibus, pro pauperibus, vel alijs personis, quæ moriuntur; nam in Eccle-

fijs,& locis pijs hoc euenire non poteſt, quia non moriuntur; & ſolum habenda eſt ratio, ſi alimenta relicta eſſent pro numero determinatarum perſonarum; nã ſi perſonæ minuerentur, etiam pro rata
10 alimenta minuerentur. † Quartò etiam in legato tacitè facto pro alimentis, vt eſt legatum annuum relictum pauperi; quoniam præſumitur relictum pro alimẽtis pauperis,& eius morte finitur legatũ. Quas limitationes longiſſimo apparatu probat Surd. d.q.5.& tit. 5. ferè per tot. ad quem relatio habeatur pro reliquis,
11 hac tantùm limitatione notata, † vt etiã morte alimenta finiantur, ſi filiæ ex forma ſtatuti deberentur alimenta, ſtantibus maſculis; nam adhuc per eius mortẽ finirentur alimenta, quoniam alimenta illa cenſentur perſonalia, donec filia ſuperuiuet, vt poſt Bald.in l.1.§.ius naturale, in fin. ff.de iuſt. & iur. Lup. & Brun. probat Surd.d.tit.5.q.1.num.5. quamuis multi in hoc teneant contrarium, quos refert ibid.nu. 31. & 32.Quorum opinio ſic poſſet concordari, vt prima locum habeat,mortua filia,viuẽte patre. Secunda verò, ſi moriatur poſt mortem patris, quoniam in hoc caſu alimenta præſtantur ſorori occaſione bonorum, & ſic loco paragij,& legitimæ,vt dixi ſupra par. 4.q.3. nu. 4. Quod paragium tranſmittit ſoror ad hæredes, vt dictum eſt par.4.q. 15.Vt autem ceſſaret omnis controuerſia ſecundùm has conſuetudines,fuit expreſsè prouiſum, qualiter finiuntur, vel non, vt ex dictis cerni poteſt: & hæc pauca ſufficiant pro hac quæſtione; pro reliquis enim videatur Surdus loco cit.

SVMMARIVM.



Limĩta regulariter præſtãda ſunt in domo obligati illa ſoluere. nu. 1. Si contingat extra domum illius præſtari, arbitrio Iudicis locus eligi debet, in quo omnis maligna ſuſpitio ceſſet. num. 2. Si præſtentur in pecunia, an debitor liberetur ab ipſa præſtatione. nu. 10. Quid ſi deberentur ex fructibus certi prædij, an, deuaſtatis fructibus, debitor liberetur. nu. 11.

Debitor quantitatis an debeat iudicari, vt debitor ſpeciei. nu. 12.

Diuortio facto inter virum, & vxorem filij regulariter educari debeat penes matrem. num. 4. Quid ſi matrimonium ſoluatur per mortem viri. nu. 5.

Educatio filiorum, facto diuortio, ſi pater non eligat locum educationis, an conſanguinei poſſint locum eligere. nu. 7.

Iudex in electione loci ad alimentationẽ debet illum locum eligere, in quo ceſſet omnis maligna ſuſpitio, & euitentur omnes perſonæ, quæ alendorum pudicitiæ inſidiari poſſent, ſub nu. 2. & nu. 3. Si pater alendorum non deſignet locum educationis, ipſe Iudex eligere debet locum, quem vellet pro eius filijs. num. 8. & 9.

Locus alimentorum, aſſignatus à patre pro filiorum educatione, regulariter eligi debet, ſi contrarium non iudicetur magis expediens. nu. 6.

QVÆSTIO VIII.



Ctauò quæro, quonam in loco teneantur parentes ſoluere eorum pro liberis alimenta? Quæſtio hæc non procedit abſolutè, clarum eſt enim,
1 † vt regulariter huiuſmodi alimenta ſolui debeant in domo parentum, & aliorũ omnium, qui obligati ſunt alimenta ſoluere, vt latiſſimè probat Surd. titu. 4. de alimen. q. 16. per tot.& patet ex dictis ſupra q. 2. Procedit igitur quæſtio ex ſuppoſitione, ſuppoſito, ſcilicet, alimenta fore prẽſtanda extra domum parentum; hoc poſito, reſpondeo cum Neapodano
2 in conſuet. ſi quis habet. nu. 5. † eſſe in arbitrio Iudicis, vt illum eligat locum pro alimentorum præſtatione, quem iudicauerit magis decentem,& congruum ad hoc miniſterium, & in quo ceſſet om-
3 nis maligna ſuſpitio; † ipſe enim Iudex prudenter proſpicere debet, vt euitẽtur omnes illæ perſonæ, quæ alendorum pudicitiæ inſidiari poſſent. l. 1. & in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupill. educ. deb. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſ. 168. præcipuè nu. 1. & idem Neapod. in conſuet. Mulier de dotibus. nu. 52. fol. 223.
4 † Vt autem ſuſpitio mali euitetur omnimodo, ſi contingeret ex aliqua cauſa iuſta diuortium fieri inter virum, & vxorem, regulariter filij potius apud matrẽ, quàm apud patrem educari deberent. l.

1.& Authen.ſi pater.C.diuor.fact.apud
quem pupill.educ. Neapodan. in d.con-
5 ſuet.ſi quis habet.nu. 5.† Iddem proce-
deret,ſi pater mortuus eſſet, adhuc enim
filij educari deberent penes matrem,niſi
illa ad ſecundas conuolaſſet nuptias.§.
eiuſdem quoque.Authen.de nupt. Præſ.
de Franch deciſ. 350. & de hac illatione
qualiter procedat dixi ſupra par.3.q.11.
nu.16.cum ſeqq.
6 Si verò pater vellet in hoc caſu aſſi-
gnare locum, in quo præſtãda eſſent ali-
menta, potius locum illum deberet Iu-
dex eligere, quàm illum, quem filia, vel
filius vellet.l.1.§.apud eum.ff.de ventr.
inſpic. & quamuis ille tex. loquatur in
patre mortuo, qui in vita deſignauit lo-
cum; tamen hoc eò magis procedit in
patre viuo,vt probat Neapod. d.num.5.
quoniam nullus præſumitur capere me-
lius conſilium pro filijs, quàm pater, vt
7 ſuo loco notatum eſt.† Attamen ſi pater
eſſet in hoc caſu negligens,vel miſerabi-
lis.non curando, vbi filij, & præcipuè fi-
lia morentur, & alimenta haberent in
loco honeſto,& condecenti eorum con-
ditioni, in hoc caſu requirendi ſunt pro-
pinqui,vt ipſi electionem prædictam,vel
ſaltem nominationem loci faciant, in
quo huiuſmodi alimenta præſtari de-
beant,ita eſt tex.in l.1.circa princ.ff.vbi
pupill.educ.deb. probat Neapoda. loco
cit.nu.6.in fi. aliàs in arbitrio Iudicis erit
locum decentem,& honeſtum eligere in
8 tali educatione,† quod etiam procedet,
quando locus deſignatus à patre, vel ab
alijs non eſſet decens, vt ex tex. in d.l.1.
& poſt Socin.Crau.& Calcaneum,notat
Menoch.lib.2.de arbitr. Iudic. caſ.168.
9 nu.5.† In omni tamen caſu meminiſſe
debet Iudex,quid vellet fieri in ſimili ca-
ſu pro eius filijs, vt talẽ decernat locum
honeſtum, & conuenientem pro educa-
tione huiuſmodi perſonarum,quem vel-
let decernendum eſſe ab alijs ad vtilita-
tem, & commodum filiarum ſuarum,
prout in generali de omni educatione
& loco, vbi pupilli educari debent,
præcipuè dum tranſiret mater ad ſecun-
das nuptias,dixi ſupra par.3.q.11.nu.16.
cum ſeqq.
10 Illud autem notandum eſt,quod,ſi ali-
menta præſtarentur in pecunia, quam
tenetur quis aſportare ad aliquẽ locum
deſtinatum pro alimentis alterius,& illa
pecunia caſu aliquo periret,vt per incur-
ſum latronum,vel alio caſu fortuito, tũc
debitor non eſſet liberatus, quoniam eſt
debitor in genere,& genus perire non
poteſt l.in ratione.§.incertæ.ff.ad legem
Falcid.& iddem eſſet de frumento, &
11 alijs bonis debitis in genere; † ſi tamen
deberetur in ſpecie, vt ex certo fundo,
&c.& tunc, perceptis illis fructibus,de-
bitor alimẽtorum eſſet liberatus, vt poſt
Ang.& alios probat ex pluribus Surd.d.
tit.4.de alimen.q.16.num. 16. & ſeqq.&
12 hoc ea ratione, † quoniam iddem iudi-
camus de debitore quantitatis reſpectu
certæ ſpeciei,quod dicimus de debitore
ſpeciei.l.electio.§.ſi is,in quem.ff.de no-
xalib.cum alijs cumulatis per Surd. dict.
quæſt.16.nu.19.

S V M M A R I V M.



Limenta ſolui debent eo anni tempore, quo fructus colliguntur. nu. 1. Solet attendi conſuetudo patris, quando ſolebat illa ſoluere, & ſi non conſtet, debentur annuatim, vel menſatim arbitrio Iudicis. nu. 4. Solui commodius ſolent ſingulo trimeſtre, vel quadrimeſtre, etiamſi in pecunia debeantur, & ratio traditur nu. 6. Debita Vniuerſitati, Monaſterio, & alijs locis pijs in principio anni ſolui ſolent. nu. 8. Debita in domo alicuius, ſingulis diebus ſolui debent. nu. 10.

Alimenta taxata annuatim, vel alio modo, ſi neceſſitas alimẽtarij ſuperueniat, ſoluenda ſunt ſingulis diebus. nu. 12.

Alimenta an tranſmittantur ad hæredes pro integro anno à morte alimentarij, vel pro illa parte anni, pro qua debebantur. nu. 13. & ſeqq. Quid ſi eſſet annus conuentus inter partes. nume. 17. & 19.

Alimentarius, ſi moriatur infra annum, an pro ſolo reſiduo anni, vel pro anno integro tranſmittat alimenta ad eius hæredes. nu. 5. & num. 13. & ſeqq.

Annui debiti natura eſt, vt in principio anni ſoluatur, & ratio traditur. ſub nu. 7. & nu. 18. Relictum ex cauſa alimentorum, an extinguatur per mortẽ alimentarij. nu. 22.

Decima, debita ex fructibus, ſolui debet tempore recollectionis fructuum. ſub num. 2.

Iudex in alimentorum taxatione, qua con-

considerare debeat, explicantur. nu. 9.

Legatum alimentorum in pecunia, in annos singulos soluendorum, in principio anni solui debet. nu. 7.

Militibus singulis diebus solui debent alimenta, eisdem relicta, & ratione probatur. nu. 11.

Modus alimentorum ex ipsis rebus sumendus est. nu. 2.

Vestes hyemales tam famulis, quàm alimentarijs Kal. Septembris præstari debent; Aestiuæ vero Kal. Aprilis, quod declaratur sub num. 9.

Vita militia, debita secundogenitis, solui debet eo anni tempore, quo colliguntur fructus feudi. nu. 3.

Vsusfructus antefati, mortua vxore, pro quo tempore liquidari debeat in filiorum beneficium, explicatur. nu. 20.

QVÆSTIO IX.

1 Nonò quæro, quo anni tēpore debeantur huiusmodi alimenta? Quæstio hæc nō habet particularem determinationē secundùm has consuetudines, & proinde decidenda est secundùm ius commune, vt docet Neapod. in cōsuet. Verum. nu. 48. videlicet, vt soluantur eo tempore, quo fructus percipiuntur, ex tex. in l. fun
2 dus. ff. de vsufruct. legat. † quoniam modus alimentorum ex ipsis rebus sumendus est. l. cùm alimenta, in princ. ff. de alimen. & cibar. legat. & idem procedit in decima, quæ debetur ex fructibus. sic probat Neapod. loco cit. vbi Pisanell. in
3 Apostill. incip. Inferebam; † dicit hoc iddem esse in vita militia, vt præstetur tempore, quo fructus feudi colliguntur, & addit fuisse arbitratum, soluendam esse in tribus tertijs; stante qualitate introituum. Quod procedit, quādo ex fructibus alicuius prædij prædicta alimenta solui debeant, vt probat Surd. post alios tit. 4. de alimen. q. 17. nu. 22. & seqq.
4 Plus subdit Neapod. loco cit. vt etiam attendi debeat consuetudo patris, quando nam solebat illa alimenta præstare; sed, si vtrunque deficiat, & tunc debentur menstruatim, vel annuatim arbitrio Iudicis, ex tex. in l. pecuniæ. in fin. ff. de alimen. & cibar. legat. & Præs. de Frāch. decis. 155. in princ. dicit fuisse taxatam alimentorum quantitatem in causa Marchionissæ Vasti, vt solutio fieret singulis quatuor mensibus; vt dicit Pisanell. & consequenter videndum est, qualiter secundùm ius commune fieri debeat huiusmodi taxatio quoad tempus, nempè
5 quo anni tempore solui debeant, & † secundò, an si intra annum; vel in principio anni moriatur alimentarius, transmittat alimenta integra totius anni ad eius hæredes. De hoc vltimo plura tradit Præs. de Franch. decisio. 155. & 186. & de vtroque capite multa tradit nouissimè Surd. tit. 4. de alimen. q. 17. tota.

Quod attinet ad primā partem, omissis varijs opinionibus, relatis per Surd. loco cit. verior mihi videtur opinio illo-
6 rum, qui dicunt † singulo trimestre, aut quadrimestre præstanda esse huiusmodi alimenta, & hanc opinionem dicit seruatam in suo Senatu. Surd. d. q. 17. sub n. 2. & seruari in hac Ciuitate, & Regno, patet ex relatis per Præs. de Franch. in d. decis. 155. Et quamuis in hoc soleant nostrates ponere exempla taxatiua in frumento, oleo, vino, lignis, & alijs similibus, vt est videre penes Molin. lib. 2. de primogen. Hispan. cap. 15. num. 73. & penes Surd. loco citato; Nihilominus hoc etiam procedet, quando præstatio alimētorum fieret in pecunia; hoc enim commodum soluentis respicit, ne simul totam summam soluere cogatur, & etiā commodum alimentandi; nam singulo trimestre, vel quadrimestre potest sibi prouidere de omnibus necessarijs pro eius substentatione: itaque Iudex quoàd vtrunque seruaret æquitatem.

7 Declaratur primò, vt locum non habeat hæc taxatio, quando legatum alimentorum præstari deberet in pecunia in singulos annos: nam in hoc casu legatum solui deberet in principio cuiuslibet anni; hæc enim est natura annui debiti, vt soluatur in principio anni, iuxta tex. in l. in singulos. ff. de annuis legat. l. qui hoc anno. vbi Alex. & alij. ff. de verb. oblig. & idem probant Caualc. Sim. de Pret. & alij plures, quos sequitur Surd. d. q. 17. nu. 6. 7. & 8.

8 Declaratur secundò, non habere locū in personis, quæ non moriuntur, nempè in Vniuersitate, Monasterio, Collegio, Hospi-

Hoſpitale, & ſimilibus: tunc enim alimẽta, & quodlibet aliud relictum ſolui deberent annuatim. l. ſi quis ad declinandã. C. de epiſc. & cler. Iacob. de Aren. in l. ſi. vbi Bart. ff. de liber. agnoſc. & poſt alios Surd. d. q. 17. nu. 16. Poſſet tamen Iudex, ſi id expedire iudicauerit, diuidere talẽ præſtationem in duabus, vel tribus tertijs, prout iudicauerit eſſe magis commodum, & expediens in beneficium vtriuſque.

9 Inſuper debet Iudex inſpicere modũ, quo quis indiget alimentis, & locum, in quo præſtari debent, ſi enim præſtanda eſſent in domo hæredis, tunc veſtimenta debent præſtari, vel in principio anni, vt voluit Bal. in l. 1. num. 3. C. commun. de legat. vel hyemales veſtes in Kalen. Septembris, quæ iudicantur duraturæ, & expedientes vſque ad Kal. Aprilis: æſtiuę verò fiant è contra in Kal. Aprilis vſque ad Kal. Septembris, vt eſt tex. in l. 1. C. de milit. veſt. lib. 12. vbi Barto. dicit hoc eſſe notandum pro familiaribus, quibus promittuntur veſtes hyemales, & æſtiuæ, & hanc taxationem poſt Ioan. de Plat. Rimin. Corſett. Tiraquell. & alios plures

10 approbat Surd. d. q. 17. nu. 5. † Et in hoc caſu alimenta præſtanda ſunt perſonis prædictis ſingulis diebus, vt ſcripſit Bal. loc. cit. quem ſequuntur Caualcan. Sim. de Pret. & alij, quos probat Surd. d. q. 17. nu. 15. Subdens nu. 17. ex tex. in l. 1. & l. nulli. C. de erogat. milit. annon. lib. 10.

11 Bart. Ang. & alijs, † hanc præſtationem alimentorum in ſingulis diebus locum etiam habere quando alimenta ſoluenda eſſent militibus: nam ipſis de die in diem, vel ad ſummum alternis diebus præſtari debent alimẽta, ne, ſi ſingulis menſibus, vel alio longiori tempore eis præſtarentur, vel ex ludo, vel aliundè citius conſumerentur, & poſtea non habentes, vnde viuere, militiam derelinquerent, in præiuditium Reipub. quod maximè cauere debent Iudices.

12 Hoc iddem eſſet, ſi ob aliam rationabilem cauſam alimentarius citius indigeret alimentis; licèt enim taxata eſſent alimenta, certis temporibus anni ſoluenda; tamen, ſi ille opprimeretur interim aliqua neceſſitate, eſſent ei præſtanda alimenta ante præfinitum tempus, ne quando tempus adueniret, fame peremptus eſſet, & alimenta deferuirent alijs, & ita determinauit Senat. Delphin. teſte Francif. Marc. deciſ. 797. par. 1. & docẽt etiam Caualcan. Lancellott. & alij, quibus adhæret Surd. d. q. 17. nu. 18. Qui Author videri poteſt pro reliquis quoàd ſolutionem alimentorum, certis temporibus anni præſtandorum.

Quò verò ad ſecundam partem huius quæſtionis, maior controuerſia videtur

13 adeſſe, & variè deciſa, † ſi nempè alimẽta tranſmittantur ad hæredes pro toto anno, vt videre eſt penes Vinc. de Frãch. deciſ. 155. & 186. & penes Surd. d. q. 17. nu. 9. & ſeqq. adeò vt nu. 23. hoc ipſe relinquat cogitandum. Vt igitur certa ab

14 incertis ſecernamus, † dubitatio eſſe nequit ex parte alimentarij; clarum eſt enim morte ipſius alimenta finiri, eo modo, vt probatum eſt ſuprà q. 7. Et hoc ẽt docet Pręſ. de Franch. deciſ. 686. num. 3.

15 Nec ſecundò dubitari poteſt ex parte obligati ſoluere alimenta, hoc enim eſt etiam manifeſtum, vt morte ipſius non finiantur alimenta, ſed tranſmittit hoc onus ad eius hæredes, vt præſtent alimenta; durante vita alimentarij, vt ex tex. in l. ſi quis à liberis. §. iddem reſcriptum. ff. de liber. agnoſc. & alijs pluribus affirmat iddem de Franch. deciſ. 178. 283 645. num. 6. & 686. Itaque ſola dubitatio

16 eſt, † ſi ille, cui debentur alimenta, moriatur in principio, vel in medietate anni, ſi tranſmittat ad eius hæredes illa alimenta pro toto anno integro, an pro ſola rata temporis, quo vixerit. Et vt tranſmittat alimenta pro toto anno integro, probat tex. in l. in ſingulis. & in l. à nobis. ff. de annuis legat. probãt Rom. Caualc. Capyc. & alij plures penes Sũrd. d. q. 17. nu. 7. adeò vt nu. 10. in fin. dicat, ſe in hoc caſu non inueniſſe contradictorem, cùm à iure ſit diſpoſitum, vt fiat huiuſmodi tranſmiſſio, & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio, teſte Præſide de Franchis de-

17 ciſ. 155. num. 1. & 8. & † dicit ſic fuiſſe deciſum, non obſtante conuentione, vt alimenta ſoluerentur in tribus tertijs, quia annus quoàd tranſmiſſionem non debet computari à die initi inſtrumenti,

18 ſed à die mortis, † ex quo in principio anni ceſſit, & venit dies, vt integrè fieret ſolutio annui debiti: dilatio autem data fuit ſoluenti ob eius maiorem commoditatem; non autẽ, ne ipſe alimentarius haberet hoc iuris beneficiũ tranſmittendi ad eius hæredes pro anno integro illa alimenta: clarum eſt enim, vt nemo præſuma-

sumatur renunciare iuri suo, præcipuè quando alia potest capi coniectura, vt sæpius replicatum est supra in tit. de renunciatione.

19 Verùm stante conuentione inter partes, non esset ponere os in cœlum, attentare contrarium; tum quia prouisio hominis cessare facit prouisionem legis: vnde, dum est conuentus annus inter partes, pro residuo illius anni debet fieri trans-
20 missio ad illius hæredes, † vt dicitur de antefato, quod est filiorum quoàd proprietatem, & matris quoàd vsumfructũ, & tamen vsusfructus huiusmodi antefati non esset liquidandus pro integro anno à die mortis vxoris, sed solùm pro tempore, quo illa vixerat, vt latius probat idem de Franch. decis. 186. vbi sic etiam refert decisum, & ex multis idem probat post alios Surd. d. q. 17. nu. 14.

21 Nec obstat, si dicatur, hoc habere locũ in liquidatione vsusfructus, non autem in annuo relicto, dum vsusfructus finitur morte, annuum verò relictum transmittitur ad hæredes pro anno integro; nam
22 respondetur, † vt etiam in annuo relicto ex causa alimentorum multi teneant extingui per mortem alimẽtarij, quos probat Surd. d. q. 17. nu. 11. cum seqq. & etiã quia, dum annus taxatus est inter partes quoad istam præstationem alimentorũ, quatenus transmissio fit, fiat pro residuo illius anni, & hęc videtur æquior opinio, quamuis durum esset recedere à vera opinione, etiam in nostris tribunalibus recepta, pręcipuè dum non præsumatur esse recessum per illam conuentionem à dicto tempore integri anni, vt dictũ est.

SVMMARIVM.



Alimenta, debita ex causa de præterito, non sunt propriè alimenta, sed quodam creditũ ex causa alimẽtorum, & ad hæredes transmittitur. nu. 2. Debita in futurum non possunt alteri cedi. nu. 5. & 6. Quid si debeantur iure actionis, nu. 9. Vt cedi valeant, vel per pactum, vel alio modo Iudicis decretum est necessarium. nu. 12.

Cessio alimentorum debitorum in futurum valida est, si fiat in vtilitatem alimentarij, & ratione declaratur. nu. 8. Si non fieret in vtilitatem alimẽtarij, nec Iudicis decreto valida esset, nec iuramento confirmaretur. nu. 13. & sub num. 14.

Cessio fructuum dotium regulariter non tenet, quia loco alimentorum vxoris, & familiæ dotium fructus succedunt. num. 16. Valeret tamen in vtilitatem cedentis. num. 17.

Decretum Iudicis non validat actum, si ex iusta causa non interponatur. numero 14.

Iuramentum non validat actum de iure nullum. nu. 15.

Patronus an possit vendere alimenta, sibi debita ab Ecclesia ratione Iurispatronatus. nu. 11.

Procurator constitui potest pro exactione alimentorum. nu. 7.

Secundogenitus potest, durante eius vita vendere commoditatem vitæ militiæ sibi debitæ, si Regius assensus interueniat. nu. 10.

Transactio valida est pro alimentis præteritis, etiam si fieret sine decreto Iudicis, & sine alia Iuris solemnitate. n. 1. & 4. Non valet de alimentis futuris, nisi interueniat decretum Iudicis, & ex iusta causa. nu. 5 & 12.

Transmissibile ad hæredes an semper cedi possit, & qualiter regula hæc procedat, explicatur. nu 3.

QVÆSTIO X.



Ecimò qro, an alimẽtarius possit vendere, vel cedere alteri hoc ius percipiendi alimenta? De hac quæstione tradit aliqua Neapod. in consuet. Verùm. n. 43. & alibi. Sed latissimè materiam istam examinat Surd tit. 8. de alimen. priuil. 55 & 56. Ex quorum dictis dupliciter hæc quæstio intelligi potest, primò de alimentis præteritis, & secundò de alimentis futuris.

1 In alimentis præteritis, valida est cessio, & quælibet alia alienatio, si alimenta de-

debeantur iuxta tradita supra q. 4. & ratio est, quia alimenta præterita non sunt ita fauorabiliora, sicut sunt illa, quæ de-
2 bentur in futurum: † hæc enim sola dicuntur alimenta in sua propria significatione, ex quo illa, quæ debentur in præteritum, potius est creditum, quod consequi debet alimentarius ex causa alimẽtorum, & ideò illud creditum transmittit ad eius hæredes. l. vti frui. §. fin. ff. si vsusfruct. petat. & ita in indiuiduo probauit Dec. consi. 571. nu. 5. quem sequuntur Cordub. & alij, quos probat Surd. d. priuil. 55. nu. 11. 12. & 13. Et hoc est clarum; est enim commune pronunciatum,
3 † omne transmissibile ad hæredes, esse cessibile, & contra Bart. in l. ex pluribus. ff. de administ. tutor. dixi in tit. de renunciat. q. 6. nu. 7. quamuis non ignorem, axioma nõ esse semper verum, nam multa sunt transmissibilia, quæ tamen cedi non possunt, vt scripsit Ias. in l. si constante. col. vlt. ff. sol. matrim. Dec. consi. 614. col. 2. Rip. in c. sæpe. nu. 26. de restit. spol. latissimè Tiraquell. de retract. lignag. §. 29. glo. 1. nu. 48. Lanar. consi. 9. toto, præcipuè nu. 6. quam regulam declarat Gomez. in §. fuerat. nu. 26. instit. de action.
4 Insuper pro alimentis præteritis fieri potest transactio sine decreto Iudicis, & sine alia solemnitate iuris, vt scripsit glo. in l. cum hi, in princ. in verb. alimentorũ. ff. de transact. vbi Ias. nu. 9. & post ipsos, Bald. Alberic. Dec. Cordub. & plures alios, Surd. in alleg. priuil. 56. nu. 94. hoc enim creditum est in libera administratione, & libertate alimentarij; & in hoc primo casu non potest esse subsistens dubitatio, vt ex dictis cerni potest.

In secundo igitur casu est tota controuersia, nempe in alimentis futuris, in quibus ponitur regula generalis, videli-
5 cet, † Ius percipiendi alimenta non posse alimentarium alteri cedere, nec quouis modo in alium alienare, & ratio est manifesta, quia hoc ius est personale, & alimentarij personæ cohæret; idcircò in alium transferri nequit, etiam quia alia sunt alimenta in persona vnius, & alia in persona alterius, vt post Bart. in l. Titio. nu. 2. ff. ad leg. Falcid. Bal. Salycet. & innumeros alios probat Surd. tit. 8. de aliment. priuil. 55. nu. 4. & seqq. Neapod. d. nu. 43. Et quamuis DD. sint varij in assignanda ratione, maior tamen pars ipso-
6 rum conuenit in hac, † esse hoc introductum fauore alimentorum, ne alimentarius mẽdicare conetur, vel fame pereat, vel vt alimenta sibi aliunde procuret, aliqua facinora committat, quæ omnia euitanda sunt.

7 Limitatur prædicta regula, si alimentarius cederet exercitium directarum, nempè constituendo procuratorem ad recipiendum alimenta, ita post Bald. Nouell. not. Surd. d. priuil. 55. nu. 14. Sed in hoc casu non est vera cessio, sed exigit per alium, quod posset per se ipsum; nam hoc respicit ipsius vtilitatem, non autem diminutionem alimentorum.

8 Vera igitur limitatio est, quando cessio alimentorum tenderet in vtilitatem cedentis, non autem cessionarij, vt quia alimentarius esset pauper, & ob eius paupertatem, vel ob potentiam aduersariorum non posset commodè alimenta exigere, tunc potest commoditatem percipiendi huiusmodi alimenta alteri cedere, qui interim substineat onus alimentorum: & ratio est manifesta, quia cessio, quæ fit ad commodum cedentis, degenerat, & non retinet vires veræ cessionis. ita post Alex. consi. 46. col. 2. vol. 5. Cephal. cõsi. 21. toto, & alios plures probat Surd. d. priuil. 55. nu. 15. & 16. & hoc etiam affirmat Neapod. d. nu. 43. quatenus docet, hanc commoditatem exigendi alimenta, durante vita alimẽtarij, & patris eius, cedi posse, quod sine dubio debet intelligi, si vergat in vtilitatem ce-
9 dentis; nam etsi aliqui dicant, † vt alimẽta; quæ competunt iure actionis, vt sunt hæc, quæ debentur ex consuetudine, vt dixi supra q. 4. cedi valeant; quia actio facilius cedi potest, quam Iudicis officium; verius tamen est, vt etiam in hoc casu sit inhibita cessio, quia est cessio alimentorum, & alimenta sunt illa, quæ prohibentur cedi, vt probat Surd. d. priu. 55. nu. 13. in fi. & hoc eodem modo debet intel-
10 ligi, quod dicitur, † vt secundogenitus possit, medio Regio assensu cedere vitã militiã, vt voluit Naucl. in suis addit. f. 15 in addit. incip. in ead. gl. ibi, an filius no-
11 biles stare, sic ẽt, † vt patronus possit vendere alimenta sibi debita ab Ecclesia; quod latius prosequitur Surd. titu. 9. de alimen. q. 22. nam ius percipiendi talia alimenta est personale, & cohæret personæ patroni, ideò solum vendere potest commoditatem illam, vt latius probat tota illa q. 22. præcipuè num. 12. & seqq.

Hinc

Hinc etiam dicunt communiter Doctores in l.cùm hi. ff. de transact. & in l. de alimentis.C.eod.titu. cum innumeris alijs cumulatis per Surd. dict. priuil.56.
12 vt transactio ſuper alimentis debitis in futurum, nullo modo valeat, ſi decreto Iudicis non ſit confirmata: iddem eſſet, ſi pacto, renunciatione, vel alio modo alimenta remitteret alimentarius, ſemper enim decretum Iudicis eſt neceſſarium, vt toto illo ptiuilegio 56. probat. Imo nõ
13 ſufficit decretum, † niſi etiam transactio tenderet in alimẽtarij vtilitatem, & ideò etiam ſi per decretum Iudicis alimenta renunciaret, vel cederet alteri, nõ valeret ceſſio, nec renunciatio, ita Bal. in d.l. cùm hi.in prin.col.2.vbi Iaſ. n.10.& poſt alios Surd.d.priu.56.n.106. & ſeqq.& n.
14 113.& ſeqq. aſſignat rationẽ, † q̃a quoties Iudicis decretũ dẽtin aliquo negotio interuenire, iuſta de cauſa debet interponi, & nulla cauſa iuſta adeſt, dum gratis remittuntur, quàmuis fieret ſub quæſito colore transactionis, & num.54. & ſeqq. affirmauit ex veriori ſententia hoc eſſe verum; quàmuis in tali tráſactione, vel renunciatione iuramentum inter-
15 ueniſſet, † quoniam iuramentum non validat actum de iure nullum.l.fin. C. de non numer.pecun. Quibus autem modis alijs amplietur, & limitetur concluſio, vt valeat alimentorum transactio ſine decreto Iudicis, videri poteſt Surd.d.priuil.56.toto. Hæc enim pauca adnotare tantùm volui pro declaratione doctrinę prædicti Neapodani d.nu. 43.

Vnam autem ampliationem nolo omittere, nam illam examinat Neapoda. infra de iure quartæ, in conſuet. Quartã
16 autem.num.89. † ſi valeat ceſſio fructus dotium, & regulariter non valet ceſſio, nec transactio ſine decreto Iudicis, quoniam fructus dotis cedunt loco alimentorum vxoris, & familiæ.l.vbi adhuc, vbi notata. C. de iur. dot. & poſt Roman. Cordub.& alios probat Surd.d.priuileg. 56.nu.10.& 11.& alibi, & nu.41. ex glo. in c.in literas. de reſtit. ſpoliat. Bald. & alijs probat, vt mulier non poſſit renunciare alimentis ſibi debitis occaſione dotium.
17 Quatenus autem Neapod.d.num.89. teneat, vt valeat ceſſio commoditatum fructuum, durante vita alienantis, debet intelligi, vt dictum eſt de ceſſione, & tráſactione alimentorum; qualitet autem taxentur fructus dotis, & antefati, latiùs examinat Vinc.de Franch.deciſ.186.tota; ad quem me remitto.

SVMMARIVM.



Adoptiuus pater tenetur dare alimẽta filio adoptiuo.nu.3.

Affinitas ſpiritualis nõ eſt minor in educatione, quàm carnalis affinitas.num.6.

Alimentario an deneganda ſint alimenta, ſi poſsit in militia, vel alicui Domino ſeruire, & quid Iudex tunc facere debeat, explicatur. num.51.

Auus maternus regulariter non tenetur alere nepotes, ſed in ſubſidium tãtùm, quod explicatur.nu.14. Locum habere probatur etiam quòad nepotes naturales.nu.15.

Clericatus auget charitatem erga proximum, & præcipuè apud magis ſibi coniunctos.nu.21.

Clericus tenetur de fructibus beneficij pauperes fratres, & ſorores alere, & etiam ſorores ipſas dotare.nu.20.

Conſuetudines Neapolitanæ non tollunt alimenta debita alicui ſecundùm ius commune per officium Iudicis, ſed in certis tantùm caſibus, & perſonis voluerunt eſſe præſtanda alimenta iure actionis.nu.1.

Conſuetu.Mulier de dotibus.explicatur. num.45.

Differentia inter agnationem, & cognationem hodie ſublata eſſe dicitur. numero 24.

Dos eſt fauorabilior alimentis, quod explicatur.nu.18.

Filius legitimus, & naturalis, naturalis tantùm, & etiam ſpurius, ac ſpiritualis tenetur parentes alere. num. 52. Si vxorem, & patrem pauperem haberet, cui magis teneatur ſubuenire, ſi vni tantum, &c. num.53. An in tali caſu potius patri, quàm filio pauperrimo teneatur alimenta præſtare.nu.55. Dicitur habere eſſe à patre realiter. ſub nu. 54. Qualiter peccet, ſi potius vxori, vel filio ſubueniat, quàm patri. explicatur. ſub num.55.

Fiſcus tenetur alere vxorem delinquentis ex bonis confiſcatis eiuſdem delin-

 quen-

QVÆSTIO XI.



Ndecimò quæro, an præter patrem, & auū paternum, de quibus dictum est supra q. 3. sint aliæ personæ obligatæ soluere alimenta alicui? Quæstio hęc duplicitér etiam agitatur, & secundùm ius cōmune, secundùm quod disputat Surd. tit.1.de alimen.ferè per tot.de huiusmodi personis, quarum paucas recenseam, vt magis pateant, quæ dicam in secunda acceptione quæstionis propositæ, attento nempe hoc iure consuetudinario; & eò magis recenseam, qualiter secundùm ius commune sint aliæ personæ obligatæ; quia, vt ait Neapodan.in consuet.in

1 omnibus.nu.78. † hæ consuetudines nō tollunt alimenta, quæ debentur liberis secundùm ius commune, & successiuè nec quæ debentur alijs personis per officium Iudicis, sed voluerunt solùm prouidere in certis casibus, quibus aliquibus perso-

personis debeantur alimenta iure actio-
nis, relinquendo præstationem alimen-
torum quoad reliqua dispositioni iuris
communis.

2 Primò igitur, secundùm ius commu-
ne, vltra patrem, & auum paternum legi-
timos, & naturales; de quibus latiùs tra-
ctat Surd. d. tit. 1. de patre. q. 1. & de auo
q. 12. tenentur pater, & auus paternus na
turalis tantùm præstare alimenta filio na
turali, vel nepoti naturali, vt latiùs pro-
bat idem Surd. d. tit. 1. videlicet, De pa-
tre naturali q. 8. & 9. & de auo paterno. q.
13. Et quia etiam quoad has personas di-
ctum est in allegata q. 3. Idcircò videndū
est quoad alias personas.

3 Secundò, pater adoptiuus tenetur da-
re alimenta filio adoptiuo, vt scripsit gl.
in l. onera. ff. de adoption. per illum tex.
qui dicit, in patrem adoptiuum transire
onera filij adoptiui, & sine dubio inter
onera præcipuum est alimētorum onus,
& hoc clarum est, vt post Azon. Io. Fabr.
Specul. Lambertin. & innumeros alios,
testatur Surd. d. titu. 1. q. 2. quod eatenus est
4 verum, † vt etiam locum habeat, si hu-
iusmodi parentes ingrederentur in ali-
quam Religionem; quia, si huiusmodi li-
beri non haberent vnde viuerent, tene-
retur monasterium eos alere, vt ex ve-
riori sentētia notat post alios idem Surd.
d. tit. 1. q. 29.

5 Tertio locum habet in patre spiritua-
li tantùm, vt est ille, qui aliquem puerum
in Sacro fonte Baptismatis, vel ad Sacrū
Chrisma tenuit, seu suscepit, & hoc ea-
6 ratione, † quia spiritualis affinitas non
est minor, quàm carnalis. c. qui dormie-
rit. 27. q. 2. & hanc opinionem defendit
Bald. in Auth. nisi rogati. num. 19. C. ad
Trebell. post ipsum, Ioan. Fabr. Barto. &
alios plures, idem Surd. d. titu. 1. q. 11. vbi
respondet aliquibus contrarijs.

7 Quartò procedit etiam in matre, & re-
gulariter hoc habet locum infra trien-
nium: mater enim tenetur infra trienniū
lactare filium, etiam quādo non tenetur
illi præstare alimenta. l. pen. vbi gl. C. de
patr. potest. Quod procedit, si ei suppe-
8 tat lac, & non sit pauper, † vel non sit
adeò nobilis, vt turpè iudicetur, & incō-
suetum lactare filios, vt euenit in magnis
dominis, quod latiùs post alios probat
Surd. d. tit. 1. q. 14. præcipuè nu. 7. & ma-
gis expressè quoad matrem nobilem,
probat tit. 7. q. 13. tot. docet etiam Nea-
pod. in consuet. mulier de dotibus. sub
9 num. 51. fol. 223. † quoniam non dici-
mur posse, quod honestè non possumus.
l. nepos Proculo. ff. de verb. & rer. signif.
cum alijs cumulatis per Surd. locis citat.
præcipuè d. q. 13. & alibi. Naucler. in
suis addit. fol. 15. a terg. in addit. incip. in
ead. consuetud. in glos. in verb. possunt.

10 Non est meum huiusmodi matres repre
hendere, quæ proprios filios non dedi-
gnantur magnis incommodis gestare in
vtero, & lactare nolle in brachijs, & non
curant multoties lacte inhonestarum
mulierum illos nutriendos, & vt proprij
filij qualitates indecentes assumant di-
ctarum nutricium, ex quarum lacte, vi-
tijs infecto, nutriuntur, & sic multoties
ipsimet sic vitiosi euadūt; sed ipsi videāt,
ad quos pertinet, sunt de hac educatio-
ne, & reprehensione harum matrum
proprij libri, & tractatus multorum.

11 Insuper, si pater esset pauper, & mater
diues, habens facultatem subministrandi
alimenta filijs, est obligata principaliter,
ac si pater esset, subministrare huiusmodi
alimenta filijs, vt probat tex. in l. si quis à
liberis. §. vtrum. vers. ergo & mater. & l.
pen. ff. de liber. agnosc. & in Authē. si pa-
ter. C. de diuor. fact. Bart. Castrens. & alij
innumeri penes Surd. tit. 1. de alimen. q.
14. num. 9. & seqq. & hoc eatenus est ve-
12 rum, vt etiam filiam pauperem teneatur
dotare in hoc casu, vt per illum tex. scri-
pserunt Iacob. de Rauen. Cyn. & alij in
l. neque mater. C. de iur. dot. cum alijs cu
mulatis per Surd. d. q. 14. nu. 13. subdens
13 q. 15. ex receptiori sententia, † vt hoc
etiam locum habeat in matre naturali
tantùm, quod multis, & solidissimis pro-
bat rationibus.

14 Ex his, quæ dicta sunt de matre, colli-
gi potest quid dicendum sit de auo ma-
terno, in quo ponitur regula generalis,
vt regulariter non teneatur nepotes ale-
re, sed tantùm in subsidium, si pater, vel
alij ascendentes paterni, nec mater pos-
set illis alimenta præstare: sic probat tex.
in l. non quemadmodum, vbi Bart. ff. de
liber. agnosc. cum innúmeris alijs penes
Surd. d. tit. 1. q. 16. tota, quod eò magis
locum habet secundùm has consuetudi-
nes, dum etiam parentes materni admit-
tuntur ad successionem nepotum, ab in-
testato morientium, vt supra par. 4. mul-
tis in locis dictum est, præcipuè q. 45. &
46. Et secundùm ius commune plus vo-

15 luerunt DD. † vt hoc procedat etiam
quòad nepotes naturales, & ſpurios; iſti
enim auo materno ſuccedunt, vt in l. Mo
deſtinus.ff.vnd.cognat.& poſt alios Sur-
dus d.q.16.nu. 9. & ſeqq.

16 Quintò etiam in fratre locum habet,
nam frater diues tenetur dare alimenta
fratri, & ſorori pauperi, & ſororem etiã
dotare, vt multis hoc probat Præſ. de
Francb.deciſ.559. & ſecundùm ius com-
mune latius hoc examinat Surd tit. 1. de
alimen. q.25. tota. Verùm notanda eſt
differentia in hoc caſu, inter ius commu-
ne, & has conſuetudines, quia de hoc iu-
re conſuetudinario, loquendo quòad ſo-
17 rorem, † frater duplici iure tenetur ſo-
rorem alere, & dotare, nempè ratione
ſanguinis, & occaſione bonorum, vt la-
tius probaui ſupra par.4.q.3.num.4. Sed
de iure communi ratione ſanguinis tan-
tùm tenetur, & illam magis tenetur do-
18 tare ob paupertatem, † quia dos fauo-
rabilior iudicatur cauſa alimentorum,
quia alimenta continet, & aliquid am-
plius, nempè, vt ſoror illa matrimonium
contrahat, Ciuitas liberis repleatur ho-
minibus, & alia euitentur ſcelera, vt col-
ligitur ex traditis per gloſ. Cyn. Bart. &
alios in l.omni.C.de adminiſtr. tutor. &
poſt alios Surd.d.q. 25. num. 9. vbi nu.3.
ſubdit, & eſt receptior opinio ſecundùm
19 Theologos, † vt, ſi ſpectetur originalis
cauſa paupertatis, & indigentiæ, frater
diues magis obligatus ſit ſubminiſtrare
alimenta ſorori pauperi, eamque dotare,
quàm teneatur fratri pauperi: nam illa
ob ſexus fragilitatem non poteſt ſic de
facili, & decenter ſibi victum quærere,
vt poteſt frater, & etiam, vt euitetur tur-
pitudo familiæ, & peccandi occaſio, dũ
fœmina, data ſibi occaſione, facilius pec-
care ſolet ob ſexus fragilitatem.

20 Procedit etiam in fratre clerico, cleri-
cus enim tenetur de fructibus beneficio-
rum miniſtrare alimenta fratri, & ſorori
pauperibus, illamq; dotare, nam in cleri-
21 co eſt maior obligatio, † clericatus enim
auget potius charitatẽ erga proximum;
& præcipuè erga patrem, fratrem, foro-
rem, & alios ſibi coniunctos, vt ex tex. in
c.1.de cohabitat. cleric. & mulier. Butr.
& Imol. in c. peruenit, de arbitr. & alijs
pluribus, tradit Surd.d.q. 25.nu.11. cum
ſeqq. poſt multos Theologos, & Cano-
niſtas, iddem probat Azorius.par.2.mo-
ral.lib.2.c.40.q.5.& 6.

22 Ampliatur hoc procedere etiam in
fratre cõſanguineo, vel vterino tantùm,
ita Bald. per illum tex.in l. qui filium.ff.
vbi pupill. educ. deb. & alij infra cumu-
23 landi, quorum tamen aliqui dicunt, † vt
frater vterinus non teneatur dotare ſo-
rorem vterinam, ex tex. in l. cùm plures.
§. cum tutor, vbi glo. in verb. alio patre.
Bart. etiam nu.1. ff. de adm. tutor. Bald.
Nouell. Crot. Io. Andr. Pinell. Cordub.
& alij innumeri, quos recenſet Surd.d.q.
25.nu.19. qui nu.20. & ſeqq.& Andr. Ti-
raquell. in tracta. de primogen. q.62.nu.
3.& ſeqq. Campeg.par.1.q.23.in fin. de
dot. Alciat. Rolan. Boer. & alijs pluribus
oppoſitam ſententiam defendit: cùm
enim dos loco alimentorum ſuccedat,
& frater vterinus teneatur in ſubſidium
aliorum fratrum ad alimenta, etiam ad
dotem tenetur, dicentes tex. in d. l. cùm
plures. habere locum inſpecto iure. ff.
24 quorum erat agnita cognatio; † ſed ho-
die ſublata eſt differentia ſexus inter
agnationem, & cognationem. l. fi. §. ſed
neque. C. de legit. hæredib. §. nulla autẽ.
Authen. de hæredib. quæ ab inteſt. cum
alijs cumulatis d. q. 25. num.25.& ſeqq.
Iddem probat Azor. d. c.40.q. 2. tam in
conſanguineo, quam in vterino. Quali-
ter autem hoc procedat ſecundum hoc
ius conſuetudinarium, dixi ſupra par. 4.
q.41.nu.2.5.& alibi.

25 Maritus etiam tenetur vxorem alere,
ſiue diues ſit vxor, ſiue pauper, hoc enim
eſt onus ipſius mariti. l. ſi cùm dotem. §.
ſi autem in ſæuiſſimo. ff ſol. matr. vbi gl.
& omnes, & poſt alios Surd. d. titu.1.q.
32. tota, qui nu.11. ſubdit poſt alios, quos
cumulat, vt hoc locum habeat, etiam ſi
vxorem illam duxerit ſine dote, ex tex.
in l. quòd ſi nulla ff. de religioſ. & ſumpt.
26 fun. † quoniam vxor in tali caſu cenſe-
tur perſonam propriam dediſſe viro in
locum dotis, ex tex. in §. penul. verſ. quid
enim agat. Authẽ. quib. mod. natur. effic.
legit. Quod etiam poſt alios probat San-
chez lib.4. de matrimon. diſp.26.nu.21.
& lib.9. diſp.4.nu.9.& ſeqq. Imo Surd.d.
27 q.32.nu.16.& ſeqq. ampliat, † vt ſi vxor
dediſſet dotem viro, & tamen dotis fru-
ctus non ſufficerent pro alimentis, tene-
retur maritus de proprio illam alere, &
vltra per ipſum cumulatos, hoc iddem
probat Præſ. de Franch. deciſ.617.nu.5.
& procedit etiam ſi vxor culpa ſua ſeor-
ſum habitaret à viro, ſic etiam, ſi vxor eſ-
ſet

ſet infirma, quod latiùs probat q. 33. &
28 etiam Præſ.de Franch.deciſ.435.† Imò, ſi bona mariti confiſcarentur, adhuc fiſcus teneretur vxorem delinquentis alere ex bonis confiſcatis, vt latiùs probat q.34.& in pœnam viri denegantis alimẽta vxori fuit introductum ex receptiori ſententia, vt maritus priuaretur dote, quam aliàs lucrati deberet ex forma ſta-
29 tuti, vt latius probat titu.8.priu. 69. † & potius maritus alere tenetur ſecundam vxorem, quàm teneantur illam alere filij prioris matrimonij, dummodo ſecundus vir habeat hanc facultatem; nam aliter remaneret onus alimentãdi penes filios, etiã primi matrimonij, quod latiùs probat tit.1.q.108.præcipue nu.2.& 3.
30 Eatenus prædicta procedunt, vt, etiã ſi adeſſet quæſtio in iudicio deducta ſuper validitate, vel inualiditate matrimonij, adhuc maritus teneretur interim vxorem alere, vt ex glo. in c. cuius rei, in verb. remouiſſe. 29. q. 2. Innoc. & alijs, probat Sanchez lib.2.de matrim.diſput. 41.nu.51.& Surd.tit.1.q. 33.
31 Illud aduertendum eſt in modo alimẽtorum, ſemper habendam eſſe rationem dotis, vt pinguiùs ali debeat vxor, quæ magnam intulit dotem in domum viri, quàm vxor, quæ modicam, vel nullam dotem dedit: hæc enim vix haberet victum neceſſarium, quod latiùs proſequitur idem Surd.tit.3.de alimen. q.20.præcipuè nu.3.& tit.9.q.9.nu. 1. & dicam aliqua infra par.6.de iur.dot.
32 Septimò è contra vxor diues tenetur alere vitum inopem, vt vices redeat, iux. tex. in l. vbi adhuc. C. de iur.dot. cum alijs innum.penes Surd.tit.1. de alimen. q.35.& 36.& præcipuè nu.9. & alibi. Et ſi fructus dotis non ſufficerent, & vxor haberet alia bona extra dotes, teneretur de illorum fructibus maritum alere. Et
33 hoc eatenus eſt verum, † quòd, ſi vxor ingrederetur in aliquod monaſterium, iam ipſum monaſterium teneretur alere vitum dictæ ingreſſæ, vt poſt Ioã. Andr. & alios probat Surd.d.tit.1.q.37.& Sanchez lib. 9.diſput.4.nu. 19. & ſequentib.
34 Vxor enim, & maritus iudicantur duo in carne vna, & maxima eſt obligatio inter eos. c.ſi vir, & vxor. 35.q.2. cum alijs cumulatis per Surd.loco citãdo, & Præſ.
35 de Franch.deciſ.624.nu.11. & ob talem obligationem vxor tenetur etiam eius ſocero alimenta præſtare, tam ſi ei reſti-

tueretur dos ob vergentiam viri ad inopiam, quàm etiam de alijs bonis extra dotem, quia in hoc caſu ſubingreditur vxor in obligationem viri, vt loco ipſius præſtet alimenta ſocero, qui eſt ei loco patris, vt latiſſimè probat Surd.d.tit.1.q.
36 39.vbi nu.16.& 17.† probat hoc locum habere etiam in genero erga ſocrum, & ſocerum, quia loco parentum habentur, & ipſi loco liberorum, & ob hanc rationem, & ſocrus, & ſocer tenentur generum, & nurum alere in ſubſidium, quod multis probat rationibus Surd.d.tit.1.q. 38.Debet tamen euitari fraus, vt dicam num.56.
37 Dubitatio tamen eſt, ſi vitricus teneatur alere priuignos, vt ſunt filij vxoris ex alio viro, & reſpondetur negatiuè; vitricus enim loco patris non eſt, imò perſona extranea iudicatur, & in alimẽtis hoc probat tex.in l.ſi paterno.C.de neg.geſt. vbi Bald.nu.2. & alij, quos probat Surd. d. tit. 1.q.41. Imò eatenus vitricus iudi-
38 catur perſona extranea, † vt regulariter loquendo, non debeant educari priuigni penes eum, vt probat tex. in l.1. & 2.C. vbi pupill.educ.deb. niſi vitricus talis eſſet conditionis, vt excluderetur omnis penitus ſuſpitio nocendi priuignis, vt probant Caſtren. in d.l.ſi paterno. nu.3. Menoch.lib.2.de arbitr.iudi.caſ.151.nu. 5.poſt alios Surd.d.q.41.nu.7. & dixi ſupra par.3.q.11.nu.16.& ſeqq.
39 Nec vrget, quòd ipſi priuigni teneantur in ſubſidium alere nouercam, ſi illa non habeat, vnde commodè viuere valeat, vt contra Cordub.& quoſdam alios probat Surd.d.titu.1.q 40.Nam ipſemet reſpondet huic dubio d.q.41.nu. 3. illud euenire propter reuerentiam debitam nouercæ, quia loco matris habetur, & magis propter honorem patris, vt ipſi obligationem patris adimpleant, quę rationes non procedunt in vitrico. Addi-
40 tur etiam alia ratio, † quia nouerca ex tali commodo, quod ex priuignis habere poſſet, tenetur eiſdem vices redere, non iam de bonis proprijs, quia nullã in hoc haberet obligationem, ſed de fructibus dotis, quod eueniret, ſi ob vergentiam viri ad inopiam, vel ex alia cauſa eſſet illi reſtituta dos, vel aliter in tuto poſita, in hoc caſu, deductis alimentis filiorum dicti matrimonij, de eo, quod ſupereſt dictorum fructuum tenetur nouerca alere priuignos, vt poſt Cyn.in l. vbi adhuc, q. 10.C.

ro.C.de iur.dot.Bart.& alios plures, firmat Surd.d.q.41.nu.9.& seqq. Et quamuis in hoc variæ soleant assignari rationes, cur nouerca teneatur; mihi tamen magis probatur ratio tradita per Surd.d.
41 q.41.nu. 11. Videlicet, † quòd durante matrimonio fructus dotis, & antefati, siue donationis propter nuptias, sunt mariti, & quando ob aliquam causam ad vxorem peruenirent, deductis expensis,& alijs necessarijs pro ipsa vxore, filijs, & familia, quod superest, remanet in beneficium viri, & creditorum eius, vt latius probaui infra consi. 11.nu. 38.& seqq. Cùm igitur onus paternum sit alere filios, vt creditores alimentorū, hoc onus adimplet nouerca ex fructibus
42 viri, non autem de bonis proprijs; † etiā quia inter priuignum, & nouercam, & vitricum non potest esse successio. l. vitrico.C.commun. de successio. quoniā inter illos est solùm quædā affinitas, quæ non est causa successionis. l. affinitas. C. commun.de successio.& consequenter inter eos non potest esse onus alimentorum.

His paucis notatis secundùm dispositionem iuris communis, videndum nunc superest si eodem modo hoc eueniat, attenta dispositione harum consuetudinū,
43 & iam quoad patrem, & auum paternū non potest esse dubitatio, vt eodem modo sint obligati, sic etiam proauus paternus, vt probat Neapod.in consuet. mulier de dotibus. nu. 50. & patet ex dictis supra q. 3. Nec est contentio quòad fratres, nam quid disponant in illis nostræ consuetudines, patet ex dictis in hac q. num. 16.& 17. Itaque, quòad alias personas desuper enumeratas, est facienda comparatio inter ius commune, & has consuetudines.

Incipiendo à persona matris; iam in consuetud. mulier de dotibus, quòad ma
44 trem hæc prouisio fit, † vt mulier non teneatur de dotibus, donatiuo, quarta, & eorum fructibus, liberis suis alimenta præstare; quoniam de ipsis fructibus potest in vita ad eius libitum disponere; De fructibus verò excadētiarum, vt sunt bona, aliunde ipsi mulieri obuenta, etiam iure successionis, tenetur filijs cuiuslibet matrimonij alimenta præstare. Qui quidem fructus sunt diuidendi inter omnes filios, connumerata etiam ipsa matre pro eius portione, tāquam si esset vnus ex filijs, vt ad literam disponit dicta consuetudo, & patet etiam ex dictis su-
45 pra q.6.nu.20.& 21. † & Neapod.in ipsa consuetud. mulier de dotibus. num. 50.& 51. dupliciter intelligit primam partem dictæ consuetudinis quòad bona; de quibus non tenetur mulier præstare alimenta; primò vt loquatur in vidua; quia, si esset in matrimonio, dos esset viri, non autem mulieris: secundò in hoc sensu procedat in nupta, si, nempe, tota dos primo viro data, non dedisset secundo, & iddem est de donatiuo, nempe de illis bonis, quæ ipsi vxori donata essent eius contemplatione à consanguineis suis, vel viri, siue dona sint, quæ solēt fieri vxoribus, vt dicam infra par.6.& sic etiā de quarta lucrata ex primo viro. Itaque hic secundus intellectus videtur magis ad mentem consuetudinum, & sic Nea-
46 pod. nu. 56. dicit, † mirum hoc esse, vt pater det alimenta filijs de dotibus; mater verò non dat, quod notauit etiam Naucler.fol.14.à ter.in apostill. incip.& nota, quòd hic de dotibus.

Notat deinde Neapod.in ead.cōsuet.
47 nu.64.& 65. † vt hæc præstatio alimentorum in matre de bonis iam dictis, locum habeat, etiam si pater sit diues, & commodè possit alimenta filijs prȩstare, quoniam nullum inconueniens, & nulla iniquitas ex hoc intellectu resultat, & potuit ex iusta causa introduci per consuetudines in fauorem viri, & filiorum, adeò vt etiā si ipsi filij essent diuites, vel aliunde possent alimenta habere; teneatur mater de bonis prædictis subministrare illis alimenta, quoniam alimenta debita iure actionis, etiam diuiti debentur, vt patet
48 ex dictis supra q. 4. nu. 19. † & iddem procederet in vita militia, quia etiam debetur iure actionis, vt post Neapod.& alios notat Salern.in consuetud. Quòd si aliquis.sub nu.34.fo.217.in Apost.incip. Vita militia.& ppriè fol.218.vers. Quid si secundogenitus sit diues.
49 Postremò notatur, præstationem alimentorum, secundùm hoc ius consuetudinarium, non excludere alimentorum præstationem secundum ius commune: Itaque, si pater, auus, vel proauus paternus, non haberent facultatem subministrandi alimenta liberis, teneretur mater filijs alimenta subministrare secundùm ius commune de omnibus bonis, iuxta dicta superius nu. 11.& seqq. quod probat

bat Neapod. in d. consuet. mulier de dotibus. nu. 54. Sed tunc non iure actionis, sed per officium Iudicis, & sic secundùm ius commune, cogitur mater soluere alimenta de bonis, de quibus non cogeretur secundùm has consuetudines.

50 Quò verò ad priuignos iddem est de hoc iure consuetudinario, ac de iure cõmuni, vt non consequantur alimenta ex dotibus secundæ vxoris, quia consuetudines istæ iubent esse alendos communes liberos, & sic eiusdem matrimonij, vt benè notauit Neapodan. in consuet. si quis habet. nu. 22. Quod tamen debet intelligi, vt explicatum est supra nu. 41. & 42. Si non supersunt fructus dotis; nam etiam secundùm has consuetudines fructus dotis, qui supersunt, sunt creditorũ viri, vt dixi d. consi. 11. nu. 38. & seqq.

51 Illud postremò notandum est, vt si filius, vel alter, cui alimẽta debentur, eius honore seruato, & decentia, posset iuxta ipsius qualitatem, in militia, vel aliter decenter seruire alicui Principi; tunc aliqui tenent, non esse illi debita alimenta secundùm ius commune, vt scripserunt Curt. iun. consi. 148. nu. 5. Menoch. & alij plures penes Surd. tit. 9. de alimen. q. 28. nu. 1. & 2. quia cessat remedium subsidiarium, dum potest ex propria industria sibi victum quærere; & sic cessat officium Iudicis, quo debentur alimenta secundũ ius commune; & horum sententiam posset Iudex sequi, data opportunitate seruiendi, & occasione aliunde procurandi alimenta: Regulariter tamen hoc fieri nequit, quia à fortuna dependet, & à voluntate Principis, vt ad eius seruitium aliquis eligatur, & commodè possit eidẽ Principi seruire; & hac de causa, dum hic casus accideret in Senatu Mantuano in causa quorundam nobilium de Mainoldis, fuerunt illis per Senatum prædictum decreta alimẽta, vt testatur Surd. d. q. 28. & eius opinio æquior videtur, quia difficilè datur talis commoditas, & quando datur, debet ille talis se prouidere de necessarijs quoàd vestes, & arma pro expeditione militiæ, vel pro seruitio dicti Principis, nè nudus accedat; & successiuè, si eueniret hæc occasio, teneretur Iudex assignare illi tantam pecuniarum quantitatem, quæ iudicetur conuenienter sufficiens pro omnibus prædictis.

Vltimò aduertendum est in hac quæstione, me non numerasse liberos in præstatione alimentorum erga parẽtes; quia colligitur ex superius dictis d. quæst. 3.

52 Et quia indubitatum est, † eos obligatos esse præstare alimenta parentibus; quod latiùs probat idem Surd. titu. 1. de alimen. vbi quæst. 17. latissimè hoc probat de filio legitimo, & naturali. De filio naturali tãtùm differit q. 18. De filio spurio, tradit q. 20. De filio spirituali docet q. 21. Et tam quoàd patrem, & matrem, quàm etiam quoàd alios ascendentes, probat in locis citatis, & etiam quęst. 22. Imò tanta est obligatio liberorum erga

53 parentes, † vt si filius habeat patrem, & vxorem pauperes, & vni tantùm eorum possit alimẽta præstare, licèt Henriquez tenuerit, vxori potius eum esse astrictũ; verior tamen est contraria opinio, vt magis patri subuenire debeat, prout post Bannes, Valent. & alios plures, probat Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 4. nu. 26.

54 ea ratione, † quia ratio boni, quod dilectionis est obiectum, magis relucet in patre, à quo filius habet esse, & cuius viscerum est pars realiter, quia ab ipso realiter est genitus, quàm in vxore, cum qua ex iuris fictione iudicantur duo in carne vna, ad significandam vnionem voluntatum, & dilectionem ad inuicem, quę esse debet inter virum, & vxorem; nam rei veritate, nec vxor à viro, nec maritus ab vxore habuit esse; & eãdem sententiam post D. Thomam 2. 2. q. 31. art. 11. probat Azor. par. 2. moral. lib. 12. c. 4. q. 1. §. octauo loco Sanctus Thomas. Et hac ra-

55 tione attẽta, † filius tenetur potiùs subuenire patri, quàm eius filio, vt post D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 3. ad 4. & alios innumeros, Sayr. lib. 7. Clau. Reg. cap. 5. num. 16. Azor. d. c. 4. q. 1. §. at verò si ratio charitatis. in fin. quod procedit in extrema necessitate, vt docent præfati Doctores; sic enim procedit ratio, alioquin pater potius filio, & maritus vxori, subuenire tenerentur, quia in hoc casu viro commissa est gubernatio vxoris, & eius educatio, sic patri quoad filios. Et quia differentia quoad has personas non est tanta, vt sufficeret ad mortale, ideò filius non peccaret mortaliter, si potius filio, quàm patri subueniret, vt post Rodriq. notat Sayr. d. nu. 18. in fin.

Quod autem dictum est num. 32. & seqq. vt vxor teneatur subministrare alimẽta viro, intelligi debet, vt omnis fraus

cui-

56 euitetur; † vxor enim non potest occasione alimentorum plus viro relinquere, quàm vni ex filijs primi matrimonij; si id sufficeret viro pro alimentis: non aliter, saltem in locum quartæ, debitæ coniugi pauperi, potest plus relinquere, vt post Crauett. Bertran. & alios, not. Surd. titu. 9. de alimen. q. 9. nu. 3. 16. & seqq. quando tamen hoc non erit, reuocatur illud plus relictum vnà cum fructibus, vt cerni potest ex dictis supra par. 3. præcipuè q. 19.

SVMMARIVM.



Alimenta possunt ex iusta causa denegari personis, quibus debentur. num. 1. Procedit quoad alimenta pinguiora, nõ autem quò ad necessaria ad sustentationem vitæ. num. 2. Quibus ex causis denegari possint, explicatur. nu. 4. & 7. Etiam ob alias causas similes præter 14. expressas in iure, denegari possunt. nu. 18.

Causæ iustæ exhæredationis liberorum, & priuationis alimentorum sunt 14. Quæ explicantur nu. 7. cum seqq. Vna ex illis sufficit, nec coniunctim omnes requiruntur. nu. 15.

Causæ ingratitudinis cessare possunt per remissionem expressam, & etiam tacitam, quod explicatur. nu. 23. cum seqq.

Educatio liberorum quamuis descendat à iure naturali, perditur tamen per offensionem naturæ. num. 6.

Dicenti aliquid incumbit onus probandi. num. 25.

Dictio taxatiua (tantùm) non excludit casus similes. nu. 19.

Filia peccans in corpus suum, quando possit exhæredari, & alimentis priuari etiam secundùm hoc ius consuetudinarium, explicatur. nu. 11. Quando ex iusta causa exhæredatur, & alimentis priuatur, num illam excuset in honesta vita parentum, traditur nu. 12. An satis sit semel peccare in corpus suum, vel actuum frequentia, & prostitutio sit necessaria, nu. 14. Si postquam peccauit in corpus suum, ingredatur religionem, purgatur vitium ingratitudinis. num. 36.

Filius tenetur probare remissionem expressam, vel tacitam ingratitudinis; postquam constiterit de causa ingratitudinis. nu. 24.

Filius, non redimens patrem carceratum pro debito, vel captum ab hostibus, potest alimentis priuari, & exhæredari, dummodo redimendi facultatẽ habeat. num. 8. & 9. Potest exhæredari, & alimentis priuari, si fuerit hostis patriæ. nu. 20. Si malè morigeratus fuerit, vel eius portionem dissipasset, num possit exhæredari, & alimentis priuari. nu. 21. & 22.

Filius naturalis magis exhæredari potest, & alimentis priuari, quàm filius legitimus, & naturalis. nu. 37.

Heretico filio deneganda sunt alimenta, & quid in patre, traditur nu. 10.

Ingratitudo est ventus vrens, siccans fontem pietatis, & naturale debitum à parentibus erga liberos tollens. nu. 3.

Iudæus nihil Iudæo opponere potest. numero 13.

Mulier, semel tantùm peccans in corpus suum, non dicitur meretrix, nec quæstum facere. sub num. 14.

Mutatio nouæ vitæ an tollat ingratitudinis vitium, explicatur. nu. 34. Quid si mutatio fiat per religionis ingressũ, traditur. nu. 35.

Parentes, denegantes alimenta ingratis liberis, pœna parricidij non tenentur, etiam si liberi fame perirent. nu. 5.

Pater potest occidere filium hostem Patriæ, sub nu. 20. Probare debet, si causa exhæredationis, & priuationis alimentorum sit iusta, nu. 24.

Pater recipiens in domum suam filium post commissam ingratitudinem, censetur ingratitudinem remittere. num. 28. Quid si filij ingrati salutationem recipiet, sub nu. 29. Quid si filius præstitisset ei grata seruitia, vel per pœnitentiam se emendasset, aperitur. nu. 30. sub nu. 31. & sub nu. 33.

Pœnitentia delicti tollit causam ingratitudinis. nu. 32. Reducit hominem ad nouam vitam. nu. 33.

Pœnitentia sacramentalis reconciliat hominem Deo, non autem tollit pœnam delicti. nu. 31.

Religionis ingressus nouos homines facit, & purgat delictum præcedens. nu. 35.

Remissio expressa ingratitudinis etiam exhæredationem prius factam tollit sub nu. 26. Præsumpta etiam ex coniecturis inducitur. num. 27.

Renun-

Renunciare quilibet potest iuri suo, si persona habilis sit ad renunciandum, quod declaratur. nu. 26.
Salutatio ad inuicem inter inimicos an inducat inimicitiæ remissionem, explicatur. num. 29.
Secundogeniti possunt ex causa priuari vita militia, quod explicatur. num. 17.

QVÆSTIO XII.

1 

Vodecimò quæro, an parentes possint eorum liberis denegare cum causa huiusmodi alimenta? Respõdeo affirmatiuè, sic habetur in consuetu. in omnibus. hoc tit. vbi Neapod. nu. 70. & seqq. & in consuet. viro mortuo. §. hæredesque mariti. infra de iur. dot. vbi idem Neapod. nu. 75. & 76. Post alios Præs. de Franch. decis. 576. nu. 2. & de iure communi latiùs probat Surd. tit. 7. de alimen. per tot. idcircò ferè per compendium, recensebo causas, quæ magis per extensum videri possunt penes eosdem Doctores.

2 Notandum igitur primò, hanc denegationem alimentorum intelligendam esse quòad alimenta pinguiora, & vltra necessariam substentationem, non autẽ de illis, quæ necessaria sunt ad vitæ substentationem, nam ista ex quadam naturali æquitate debentur etiam filio exhæredato, & hæc fuit opinio Speculatoris, Alciat. & Bonacoss. penes Surd. d. tit. 7. q. 2. ç. 5. & hanc etiam opinionem defendunt Peregrin. in tract. de fideicom. art. 36. nu. 146. Sanch. lib. 4. de matrim. disp. 26. nu. 1. in fin. Quam opinionem, vti magnam continentem æquitatem, amplector, vt subueniatur indigentiæ naturæ, & etiam, vt detur occasio filijs se pœnitendi, quamuis multi teneant, filios omnino esse priuatos huiusmodi alimentis;
3 quoniam ingratitudo est ventus vrens, (vt ait Diu. Bernard.) siccans fontem pietatis, & tollens naturale debitum in parẽtibus erga liberos, & contra, vt post Bald. & alios plures, probat Surd. d. q. 2. nu. 11. & seqq. Verùm ipsemet Surd. d. tit. 7. q. 1. in fi. priuationem intelligit in alimentis ordinarijs; non autem in necessarijs.

4 Hoc autem posito, ponitur regula generalis quòad liberos, vt parẽtes possint eorum liberis ex illis causis denegare alimenta, ex quibus possunt illos exhæredare, ita ad literam disponit tex. in l. fin. iuncta glo. C. de alend. lib. Vnde consuetud. in omnibus. sumpta est, vt ibid. testatur Neapod. nu. 7. & hanc regulam tradunt omnes, teste Surdo d. tit. 7. q. 1. nu. 1. cum seqq. Subdens ex communi sen-
5 tentia, † parentes non teneri pœna parricidij, si huiusmodi ingratis liberis denegarent alimenta, & per hoc perirent, quia per vitium ingratitudinis desinunt esse parentes tam quòad onus alimentorum, quàm quòad eos instituendos hære des iuxta tex. in §. aliud quoque capitulum. Auth. vt cum de appellat. cognosc.
6 † licèt enim educatio debeatur de iure naturæ, perditur tamen, dum offenditur natura; paterna, nempe, reuerentia, & honestas, vt etiam docet Neapoda. loco cit. num. 82. §. optimè. Auth. de nuptijs. Bal. & alij penes Surdum tit. 7. de alimẽ. q. 2. num. 11.

7 Causæ igitur iustæ denegationis alimentorum, prout etiam exhæredationis, sunt quatuordecim, quas ponit Imperator in §. causas. Auth. vt cùm de appellat. cognosc. quas reepilogant Neapoda. d. nu. 70. & alij penes Surd. d. q. 1. num. 4. & sunt videlicet.

Prima, si manus violentas in parentes iniecerint, quæ dicitur iniuria realis.

Secunda, si grauem, & inhonestam verbalem iniuriam eisdem parentibus dixerint, quæ grauitas iniuriæ iudicatur arbitrio iudicis secundùm qualitatem personarum.

Tertia, si in causis criminalibus eos accusassent, nisi crimen esset contra Regem, vel Rempúb.

Quarta, si cum maleficis vt malefici versarentur.

Quinta, si per venenum, vel alio modo parentũ vitæ insidiari attentauerint.

Sexta, si cum nouerca, vel concubina parentum se immiscuerint.

Septima, si delatores contra parentes fuerint, & ob illam delationem ipsi parẽtes grauia dispendia sustinuissent.

8 Octaua, si pater esset in carceribus pro aliquo debito, & filius noluisset pro eo fideiubere, dummodo ad illud debitum

 esset

esset idoneus ad liberandum patrem sub illa fideiussione; nam impotentia illum excusaret, & ideo arbitrio Iudicis iudicanda relinquitur hæc habilitas, si commodè possit à tali debito patrē liberare.

Nona, si parentes testari prohibuissent.

Decima, si contra parentum voluntatē cum mimis, & arenarijs se sociassent, & in illa professione permanserint, dummodo parentes non sint eiusdem conditionis, & professionis.

Vndecima, si parētes furiosos, vel alia infirmitate laborantes custodire neglexerint, & curam competentem de illis non habuerint, saltem si non procurauerint ad aliquod hospitale parentes asportandos esse, vt notat Neapod. loco citat. num. 77.

9 Duodecima, si parentes captos ab hostibus non redemerint, si ad id faciendū facultatem habeant, vt in octaua causa explicatum est.

10 Decimatertia, si ipsi filij essent hæretici, & hanc causā latissimè explicat Surd. tit. 7. de alimen. q. 2. vbi num. 8. dicit, hoc docere omnes in c. quinta vallis. de iur. iur. & reprobat contrarium tenentes, vt per eum.

11 Decimaquarta, si filia sit, & ante vigesimumquintum annum, attento iure cōmuni, & ante decimumsextū, secundum hoc ius consuetudinarium, peccasset in corpus suum, secus si post prædictum tempus id fecerit, tunc enim infortuniū filiæ imputatur patri, qui illam maritare non curauit congruo tempore; & de hac causa latissimè etiam agunt prædicti Authores, & præcipuè Surd. tit. 7. de alim. q. 4. Et quod dictum est de anno decimosexto, vt hoc tempus attendatur de hoc iure consuetudinario, sic refert decisum de anno 1559. die 23. Decembris, in causa Victoriæ de Maio, contra Helenam de Maio, Vinc. de Franch. in d. consuet. in omnibus. sub nu. 84. fol. 227. in Apost. incip. Ad numerum 76. faciunt etiam quę nouissimè ad hoc propositum tradit Mantic. lib. 12. de tacit. & ambig. conuēt. tit. 16. num. 11. & seqq.

12 Declaratur procedere, etiam si parentes essent luxuriosi, & schortis operam dantes; quoniam inhonesta vita patris non offendit familiam, prout illam offendit vita inhonesta filiæ, vt post Fulgos. Ias. Vasq. Viui. & alios, probat Surd. titu. 7. de alimen. q. 4. num. 3. & seqq. vbi tamen nu. 12. cum seqq. ex communi sententia hoc intelligit non habere locum in matre, si ipsa tali vitio laboraret, vt quia esset meretrix, quoniam non posset filiam exhæredare, nec illi denegare alimenta ob simile delictum, cùm mater sit

13 eiusdem conditionis iuxta illud † Nil Iudæus Iudæo, & nil Catelina Cæthego, l. in arenam. in fin. vbi id notat Barto. C. de inoffic. testam. cum alijs cumulatis per Surd. d. nu. 12. cum seqq. Et quamuis aliqui intelligant, hoc locum habere,

14 † quando filia luxuriosam elegisset vitā, & quæ omnibus sui corporis questum faceret, non autem si semel, vel ab vno viro solo passa sit se carnaliter cognosci, quia non dicitur in hoc casu facere questum l. palàm. in princ. ff. de rit. nuptiar. Contrariam tamen sententiam defendit Surd. d. q. 4. nu. 34. quia licèt non sit infamis, est tamen turpis, & inhonesta persona, offendens eius familiam: quæ opinio verior mihi videtur.

15 Illud notandum est, vt in priuatione alimentorum, sicut etiam in exhæredatione, vna ex causis ènumeratis sufficiat, non autem debent omnes, vel plures interuenire, vt ad literam probat tex. in §. siue igitur omnes. Auth. vt cùm de appell. cognosc. Neapod. loco cit. num. 75. & hoc omnes docent, vt testatur Surd. tit. 7. de alimen. q. 1. & Peregrin. in tract. de fideicom. artic. 36. præcipuè num. 14.

16 † vbi hoc probat habere locum etiam in priuatione legitimæ, sic etiam in priuatione feudalium bonorum, vt scripsit Andr. in cap. 1. vers. lex enim. de succes. feud. Neapodan. infra de iur. dot. nu. 75. & 76. Salern. in d. consuet. In omnibus. fol. 126. in apost. incip. ad istā consuetud. Naueler. in suis addit. fol. 15. à ter. in addit. incip. In consuetudine In

17 omnibus: † qui omnes hoc etiam intelligunt in priuatione vitæ militiæ, qua ob easdem causas priuantur secundogeniti.

Cùm igitur istæ sunt iustæ causæ, ob quas & exhæredari, & alimentis priuari liberi possint, duo alia supersunt explicanda; primū si fieri posset per alias causas similes, & secundò, quando dicantur cessare illæ causæ, vt cesset exhęredatio, & alimentorum priuatio, & omissa dispu[tatione] Doctorum, quæ videri potest pe[-]

nes

nes Surd.d.q.1.n.4. cum seqq.receptior
18 est opinio, † vt ob similes, vel maiores causas fieri possit exhæredatio,& alimentorum priuatio;quia,licèt Imperator Iustinianus illas causas tantùm expresserit, non tamen exclusit causas similes, vel
19 maiores: † nam dictio taxatiua (Tantùm) qua ipse vtitur in d.§.causas, non excludit casus similes, vt in l.1.vbi communiter DD.C.de bonor.possess.contr. tabul.Et sic solùm excludere voluit alias causas antiquas, de iure Digestorum, & de iure Codicis introductas,& hæc opinio seruanda est in praxi, vt post alios probauit Iul. Clar. in §. testamentum.q. 41.nu.2.Viu.opin.128. & alij, quos probat Surd.d.q.1.num.6.cum seqq. & ideò secundùm omnes, ex iusta causa exhæredationis, & priuationis alimentorum,
20 † si filius esset publicus hostis, & contra Patriā veniret, & ratio omnium est, quia pater in hoc casu posset filium occidere, & vita priuare.l.minimè.ff.de religios.& sumpt. funer. Multò igitur magis potest illi denegari alimenta, dum filius aliunde potest illa sibi quærere, dum sibi vita relinquitur, quod latiùs post alios probat Surd.d.titu.7.q.3. tota. Iul. Clar.d.q.41. nu.2.Ioan.Oinot.in §.1.num.14.& seqq. instit.de exhæred.liber.

Dixi,vt debeant esse causæ similes, nā non sufficit, vt sint minoris conditionis,
21 & consequenter,† si filius esset malè morigeratus, nempè dans operam schortis, aut aleis,non posset exhæredari, nec alimentis priuari,vt post Cordub. probauit Surd.d.q.1.nu.13. reprobato Mantua, qui singul.683.voluit contrarium,& malè; quia hæc causa non æquiualet decimæ, dum cum mimis, & arenarijs se sociat:nā in hoc casu est infamis,quod non
22 est, dum est malè morigeratus: sic etiam controuertitur, si filius culpa sua, ad instar filij prodigi, portionem, sibi assignatam,consumpsisset, an posset habere alimenta in bonis patris,hincinde certatur, adeò vt discerni non possit, quæ sit communior sententia, vt est videre penes Surd.d.tit.7.q.5. mihi tamen magis probatur opinio,vt priuetur alimentis ordinarijs, & debeantur illi alimenta necessaria pro substentatione vitæ iuxta dicta num.2. Quam opinionem post Dec.Couar. Menoch. & alios sequitur ipsemet Surd. d.q.5.nu.11. & 12.
23 Quò verò ad secundum dubium; duobus modis cessare possunt huiusmodi causæ; primò si remissæ fuerint per parētes; & secundò, si liberi egissent pœniten-
24 tiam de eorum mala vita. Verùm † sicut parentes tenentur probare, veram esse causam ingratitudinis; ita per contrariū, si cum effectu probata semel fuerit, tenētur liberi probare remissionem, vel pœnitentiam, & hæc est omnium sententia, teste Surd.d.tit.7.q.1.nu.19. cum seqq.
25 quia † dicenti aliquid incumbit onus probandi.l. verius. ff.de probation.cum vulg.alijs.

De remissione ingratitudinis non potest esse dubitatio,si expressè fiat,vel per
26 pactum, vel alio modo; † quilibet enim iuri suo renunciare potest, dum est persona habilis,eò magis quando ius renunciatum concernit tantùm commodum renunciantis,vt sæpius replicatum est supra par.4.in tit.de renunciatione, & hęc remissio expressa est adeò efficax, quòd etiam exhæredationem factam destruit, vt probauit Ias.in Authen. non licet. nu. 3. C. de liber. præter. quem sequitur Oinot. in d.§.1.instit. de exhæred. liber. & post Alciat.Couarr.& alios plures Surd.
27 d.q.1.nu.48. † Sed sola dubitatio est, de remissione præsumpta, & in hoc casu Iudex vti debet coniecturis, quæ possent denotare huiusmodi remissionem, qua-
28 rum prima est, & maxima,† si pater post filij ingratitudinem recepisset illum in propriam domum, comedendo cum eo in eadem mensa, & conuersando cum eo familiariter:hæc enim sunt signa amicitiæ,quibus censetur remissa ingratitudinis causa,vt post glo. in §.fin. instit. de iniur.Bal.Alex.Sim.de Pret.& alios plures notat Surd.d.q.1.nu.54.& seqq.
29 Secunda est salutatio ad inuicem, hæc enim est signum remissionis iniuriæ, si talis sit, vt præsumi possit remissio: Verùm si pater esset infirmus,& filius accessisset ad illum visitandum, & salutasset patrem,cum quo non potuisset alloqui, ex sola salutatione non præsumitur remissa iniuria, vt post Innoc. in cap. cùm oporteat.de accusat.Bald.Alex.Ruin.& alios notat Surd.loco cit.num.53. & 56. Nam salutatio multoties fieri solet potius ob vrbanitatem, quàm ad remissionem iniuriæ: itaque alia signa inspici debent, si possit colligi remissio iniuriæ, & reconciliatio ad inuicem, & multoties resalutatio fieri solet inconsideratè, &

Nnn 2 etiam

etiam ne detur occasio certandi ad inuicem in eo loco; non autem vt per eam remittatur iniuria, vt ex notoria praxi apud omnes potest esse notum.

30 Tertiò, si filius grata gessisset officia erga patrem, & talia, quę possent sufficere ad recompensationem ingratitudinis, vt ex pluribus probauit Decian. consil. 62. nu. 35. vol. 3. Mantic. lib. 4. tit. 12. nu. 44. & seqq. de coniect. vlti. volunt. Sim. de Pret. lib. 3. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dub. 6. solut. 4. n. 14. & seqq. Surd. d. q. 1. nu. 37. Quia satis est priuatio alimentorum, durante causa ingratitudinis, vt notant prædicti Doctores.

Quò verò ad pœnitentiam, potest hoc
dupliciter euenire, vel per pœnitentiam
sacramentalem, vel per pœnitentiam
31 delicti: † pœnitentia sacramentalis re-
gulariter non tollit iniuriam, nisi quòad
Deum, cùm sit reconciliatio inter homi-
nem, & Deum; & ideò, si pater sua pecca
ta confiteretur, censeretur remittere in-
iuriam filio quòad Deum tantùm, remit-
tendo rancorem animi, non autem pœ-
nam delicti, & ideò aliunde constare de-
bet, vt facta fuerit remissio etiam quòad
pœnam, vt notant infrascripti DD. Si
verò esset pœnitentia sacramentalis in
filio; nec sufficit, quia pater est ille, qui
debet remittere iniuriam, & per solam
pœnitentiam sacramentalem filij id fa-
cere non præsumitur; ideò deueniendũ
32 est ad pœnitentiam delicti: † hæc enim
tollit præcedentem iniuriam, vt si filius
post commissam ingratitudinem egisset
pœnitentiam, vitam pristinam emendas-
set, & ad meliorem vitam redijsset, pręcipuè si talis sit mutatio, vt colligi posset
saltem, vt in pluribus, quia scilicet plu-
ries per similes actus remittitur inimici-
33 tia; † nam pœnitentiam reducit hominẽ
ad nouam vitam, & post pœnitentiam
peractam incipit esse nouus homo. c. fer-
34 rum. 50. dist. † Et sine dubio hoc proce-
dit, quando causa ingratitudinis tange-
ret personam filij tantùm, vt quia esset
arenosus, maleficus, vel filia in corpus suum peccasset: si enim tangeret etiam personam patris, vt est de iniuria reali, &c. verbali, vel quia illum accusauit in iudicio, vel etiam tangeret dissipationem bonorum patris, vt est septima causa, tunc regulariter hæc mutatio nouæ vitæ non sufficit, ita post Ioan. Fabr. in Auth. sed si post. C. de inoffic. testam. Alex. Alciat. Ias. Rip. Couarru. Cordub. & alios, testatur Surd. dict. quæst. 1. num. 28. & 35. & quamuis ipse dicat, vt Simon de Pret. nõ admittat hanc distinctionem, verùm illam docet, non solùm admittit, vt legitur d. solut. 4. nu. 12. quam etiam probat Mãtic. d. tit. 12. nu. 46.

35 Si verò liberi in aliquam ingrediantur
religionem, & tunc, quia hæc mutatio
non solùm facit eos nouos homines, sed
facit purgare omne delictum præcedẽs:
idcircò nec exhæredati possunt, nec ali-
mentis priuari, vt ex tex. in cap. fin. 19.
quæst. 3. probarunt Iacob. de Aren. in l.
Deo nobis. C. de episc. & cler. Abb. Ro-
man. & plures alij, quos sequitur Surd. d.
quæst. 1. nu. 39. & seqq. vbi etiam respon-
det aliquibus contrarijs, ponit etiam ali-
36 qua † præcipuè in filia, quæ ingressa est
monasterium, postquàm peccauit in
corpus suum, eod. tit. 7. quæst. 4. num. 30.
& 31. qui videndus est pro reliquis in
37 hac quæstione; hoc solo adnotato, † vt
prędicta eò magis locum habeant quòad
filios naturales tantùm; nam isti multò
magis priuari possunt alimentis, & etiam
exhæredari per vnam ex prædictis causis ingratitudinis, quia minus debetur illis educatio, & paterna hæreditas, quod est verissimum, & post alios explicat idẽ Surd. in eod. tit. 7. de alimen. q. 12.

S V M M A R I V M.



Dulterium viri, quando compensetur cum adulterio vxoris quò ad denegationem alimentorum. nu. 13.

Affectio maior est in patre erga filios, quã e contra. nu. 2.

Alimentorum denegatio in filijs erga parentes, in marito erga vxorem, & in alijs personis, intelligitur de alimentis ordinarijs, non autem de necessarijs pro substentatione vitæ. nu. 26.

Beneficio matrimonij non gaudet, qui matrimonij legem non seruat. nu. 24.

Causæ iustæ denegationis alimentorum, & exhæredationis quòad filios erga parentes sunt octo, quæ explicantur. numero 3.

Egentibus, & præcipuè coniunctis, subueniendum est. nu. 27.

Filius, vix habens pro se alimenta, non te-

tenetur parentibus alimenta præstare. nu. 6. Potest denegare alimenta patri, qui hostis patriæ, vel Principis declaratus fuerit, secus si pater esset bannitus tantum. num. 7. Etiam matri ex eisdem causis alimenta denegare potest. num. 8.

Filius est magis obligatus alere patrem, quam matrem, & ratione probatur. sub num. 8.

Filius naturalis potest ex iusta causa denegare alimenta parentibus naturalibus. num. 9.

Frater potest ex iusta causa denegare alimenta fratri, & sorori nu. 11.

Gener, & Nurus possunt priuare alimentis socrum, & socerum ex illis causis, quibus filij priuant eisdem eorum parentes: sic è contra. nu. 10.

Ignominia est vxori habere virum mendicum, & contra nu. 28.

Maritus in dubio non præsumitur renunciare doti congruæ, cum ducit vxorem sine dote. nu. 18.

Maritus pacto se astringere potest, vt alat vxorem, etiam si dos illi non soluatur. nu. 16. Ducens vxorem sine dote, an teneatur illam alere, si vxor diues esset, explicatur. nu. 17.

Maritus potest denegare alimenta uxori adulteræ, vel sine causa recedenti a domo viri. nu. 12. An hoc procedat si culpa viri secum non habitasset, explicatur. nu. 14.

Pater, habens aliunde, vel artificio potens sibi victum quærere, an sit alendus à filio, traditur. num. 5.

Patri denegantur alimenta ex omnibus causis, quibus exhæredari à filio potest. nu. 1. Impugnantur contrarium tenentes. nu. 4.

Quæ de nouo emergunt, nouo indigēt auxilio, & prouisione. num. 21.

Vxor censetur in dubio dare omnia bona sua in dotem viro. nu. 19. Extincta prima dote, an teneatur aliam dotem cōsignare viro. nu. 20.

Vxor hæretica potest à viro propria authoritate expelli, non expectato iudicio Ecclesiæ, & necari potius debet, quam ali. nu. 22.

Vxor potest denegare alimenta viro adultero. nu. 23. Qualiter priuet alimentis virum rebellem. nu. 25. remissiuè.

Vxori non soluenti dotem viro, an deneganda sint alimenta. nu. 15.

QVÆSTIO XIII.



Ecimotertiò quæro, an quæ diximus de alimentorum denegatione de parentibus erga liberos, procedant, è contra, de liberis erga parentes, de fratre erga fratrem, de viro erga vxorē, & contra? Respondeo affirmatiuè, eo tamen modo, vt infra dicam.

1 Primò igitur denegantur alimenta patri ex omnibus illis causis, ob quas potest à filio exhæredari, vt post alios probat Surd. tit. 7. de alimen. q. 14. quæ quidem causæ enumerantur in §. sancimus, & §. victum autem. Auth. vt cum de appell. cognosc. & sunt minores numero, & sic
2 octo tantùm, † quoniam dum maior est affectio patris erga filios, quàm è contra; ideò maiores causas ingratitudinis dicũtur filij committere, quàm parentes, vt post alios notauit Iul. Clar. in §. testamētum. q. 48. & 49. Oinotom. in §. 1. nu. 21. & 22. instit. de exhæred. liber. & alij passim.

3 Prima causa est, si pater de crimine capitali accusauerit filium, excepto crimine hæresis, vel læsæ Maiestatis.

Secunda, si cum nuru, vel concubina filij pater ipse se immiscuerit.

Tertia, si filij vitæ insidiauerit.

Quarta, si illum de peculio Castrensi, vel quasi testari prohibuisset, siue de omni eo, de quo testari potest.

Quinta, si filium furiosum non custodierit, nec nutriuerit.

Sexta, si filium captiuum non redemerit.

Septima, si pater ipse esset hæreticus; de qua causa tractat latè Surd. d. q. 14. nu. 20. & seqq.

Octaua, si veneno vitæ vxoris, vel vxor vitæ mariti insidiauerit, potest filius insidiantem exhæredare.

4 Nec audiendi sunt aliqui, qui in patre tenuerunt contrarium, inter quos est Cordub. relatus per Surd. d. q. 14. sub nu. 2. ea præcipuè ratione, quia plus debet filius patri, quàm è contra: nam esto hoc sit verum, lex tamen ciuilis eandem ob causam vtrunq; indignum statuit alimentis, & in hac parte voluit vtrunque esse æqualem, quamuis ob maiores causas voluit posse filium exhæredari, & successiuè

uè priuari alimentis, quàm pater, vt nu.
5 2. dixi † Procedit etiam, si pater habeat aliunde, vt viuat etiam ex artificio, quoniam alimenta illi debentur officio Iudicis, quo casu debentur in subsidium l. qui filium. ff. vbi pupill. educar. deb. Alex. & alij plures, quos probat Surd. d. q. 14. nu. 5. cum trib. seqq. an hoc sit verum secundùm has consuetudines dixi supra suo loco.
6 Tertiò, si filius vix habeat tãtum, vt sibi præstet alimenta, quia nec etiam tenetur sibi victum coarctare, etiam pro alenda matre, vt post Bald. in l. 1. §. officio. in fin. ff. de tutel. & ration. distrahen. Natt. Caualcan. Alex. Galliaul. Nicol. de Neapol. & alios, Surd. d. q. 14. num. 9. 10. 11. vbi nu. 12. & seqq. ex Nello, Couarru.
7 & alijs probat, † si pater declaratus esset hostis patriæ ob delictum commissum erga Patriam, vel erga Principem, posse filium denegare patri alimenta; secus tamen si esset bannitus, siue forjudicatus ex alia causa: & iddem esset in filio, nam eadem est ratio quoàd vtrunque. Subdit
8 etiam nu. 44. † vt etiam causæ prædictæ locum habeant in matre, vt eisdem ex causis possit filius denegare alimenta matri, quibus potest illa denegare patri, imò magis tenetur patri, quàm matri; nam esse ab ipso patre dicitur habere, vt post D. Thomam, & alios probat Sayr. lib. 7. Clau. Reg. cap. 5. num. 17. Vnde, si patri denegat alimenta, eò magis & matri:
9 † quæ omnia eò magis procedũt quoàd parentes naturales tantùm, quibus minori obligatione debentur alimenta à liberis naturalibus tantùm, vt benè probat Surd. d. quæstio. 14. in fin. ad quem me remitto pro reliquis limitationibus,
10 hoc solùm aduertens, † vt omnia prædicta procedant in Socru, & Nuru, in Socero, & Genero, & alijs personis, quæ loco patris habentur: si enim veris patribus, & matribus, ob causas prædictas denegantur alimenta; maiori ratione denegabuntur illis personis, quæ loco patris, & matris habentur, ex iuris dispositione; vt latissimè explicat idem Surd. d. tit. 7. de alimen. q. 27.
11 Quod attinet ad fratres, est regula vniuersalis, vt frater ex illis causis possit priuare fratrem, & sororem alimentis, ob quas parentes filios, & è contra alimentis priuare possunt, & ratio est manifesta, quia est persona minus coniuncta, vt sunt pater, & filius, nec ita arctiori obligatione, & iure tenetur ad alimenta, & procedit quoàd omnes collaterales, vt post Barto. in l. Diuus. ff. ad leg. Pompe. de parricid. Ias. Cordub. & alios probat Surd. d. tit. 7. de alimen. q. 15. tot.
12 In marito sunt etiam iustæ causæ denegandi alimenta vxori. Primò, si vxor sine causa discesserit à viro, vel eius culpa, vt propter adulterium, vt in l. Mæuia. §. fin. ff. de ann. legat. l. consensu. C. de repud. cum alijs cumulatis per Surd. d. tit. 7. quæst. 16. tota, vbi hoc latissimè expli-
13 cat; † & an, & quando adulterium viri compensetur cum adulterio vxoris, vt non sit causa denegationis alimẽtorum, vltra cumulata per Surd. d. quæst. 16. explicat Sanchez lib. 10. de matrim. disput.
14 8. Dixi culpa sua; quia, † si mariti adesset culpa, vt propter eius sæuitiam, vel ob aliam iustam causam discessissent à viro, tunc haberet alimenta, vt probat dict. quæst. 16. num. 4. & seqq. Surd. & faciunt dicta per Ioan. Franc. de Pont. decisio. 24. & dicam infra de iur. dot. præcipuè quæst. 11.
15 Secunda causa denegationis alimentorum est, si non soluisset viro dotem sibi promissam, dummodo culpa vxoris non soluatur, secùs si culpa viri, quod latissimè probat idem Surd. quæstio. 17. d. tit. 7. Quod intelligitur, si maritus pacto non se astrinxisset alere vxorem, & familiam, etiam si dos ei non soluatur;
16 hoc enim per pactum fieri potest, vt in l. fin. in primo respon. ff. de dol. except. Nam sibi vir imputare debet, dum hoc pacto se astrinxit, quod latissimè prosequitur idem Surd. d. titu. 7. quæst. 18. tot. subdens quæstio. 19. vt nec etiam procedat talis causa denegationis alimentorum,
17 † quando maritus duxerit vxorem sine dote; quia tunc censeretur tacitè promisisse vxori alimenta. Verum hoc intelligo, prout plures intelligunt, penes eundem d. quæst. 19. & etiam quæst. 17. num. 7. & vltra per ipsum cumulatos, probant alij, quos etiam sequitur Sanch. lib. 9. de matrim. disput. 5. nu. 2. quando vxor illa esset pauper, secùs verò si esset
18 diues, † quia maritus in dubio non præsumitur renunciare doti ad minus ei, quę iudicetur conueniens secundum eius conditionem, & qualitatem. Imò multi tenent, quos probat idem Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 59. num. 4. & disput. 60.

vt

19 † vt vxor præsumatur dedisse viro om-
nia eius bona in dotem, & quòd, si spon-
salia essent simpliciter contracta, nulla
constituta dote; deinde sponsa deuenis-
set ad paupertatem, annullarentur spon-
salia ob defectum consensus, qui durare
non præsumitur, cessante causa dotatio-
nis, cui in dubio non præsumitur renun-
ciatum; quod latius ipse prosequitur, &
dixi aliqua supra par. 4. in titu. de renun-
ciat. q. 1. nu. 65.
20 Plus dicunt DD. quòd, si vxor consi-
gnasset dotem viro, & dos illa consiste-
ret in bonis stabilibus, & esset euicta sine
culpa mariti, & vxor illa haberet alia bo-
na, teneretur denuò constituere dotem
viro pro supportandis oneribus matri-
monij, quam si constituere nollet, posset
maritus denegare illi alimenta, ex quo
maritus recipiendo talem dotem, non
præsumitur habere alium animum, quàm
21 vti beneficio iuris, † vt quæ de nouo
emergunt, nouo indigeāt auxilio, & pro-
uisione, vt in specie ꝓbauit Bal. Nouell.
par. 7. de dot. priuil. 42. circa fin. quem
post Cordub. & alios sequitur Surd. d. tit.
7. q. 20. vbi etiam respondet argumentis
tenentium contrarium.
22 Tertia causa est, si vxor esset hæreti-
ca, hæc enim vxor potius necanda est,
quàm alenda, vt in c. legi. 24. q. 8. Imò ma
ritus potest authoritate propria expel-
lere vxorem hæreticam à domo sua, ne
illius contaminetur hæresi; nec expecta-
tur iudicium Ecclesiæ, & iddem proce-
dit è contra, si maritus esset hæreticus.
cap. de illa, vbi Abb. extra de diuort. post
alios Surd. d. tit. 7. q. 21. vbi ad saturitatē
illationem istam examinat: Qualiter au-
tem, & ex quibus causis denegentur ali-
menta viduæ, dicam infra par. 6. q. 7.
23 Vxor è contra ex varijs causis denega
re potest alimenta viro. Primò si ille esset
adulter, & ob illam causam factum esset
diuortium, tunc vxor & dotem, & ante-
fatum repetit, vt suo loco dicetur, & ra-
24 tio denegationis alimentorū est, † quo-
niam non gaudet beneficio matrimonij,
qui matrimonij legem non seruat. l. ab
hostibus. §. si vir vxorem ff. solut. matrim.
cum innum. alijs penes Surd. q. 25. eiusd.
tit. 7. Vbi ponit alias limitationes; sic etiā
25 q. 26. vbi tractat, † quando licitum sit
vxori denegare alimenta viro rebelli,
quod omitto, prout etiam omitto reli-
qua, quæ hic tractari possent: nam qua-
liter debeantur alimenta secundùm ius
commune alijs personis, præter iam ex-
plicatas, tradit titu. 1. per totum, quali-
ter autem eisdem denegentur, & quibus
ex causis; explicat d. titu. 7. præcipuè à
q. 29. vsque in fin. & eò libentius omitto,
cùm non concernant materiam harum
consuetudinum, Dixi pauca, quia per-
quirenti dicta per eum in locis citatis ve
ritas occurret, & quamplura inibi tra-
ctentur, sed credo, ea, quæ tractaui, satis
copiosè examinata fuisse; quòd si minus,
iā citati sunt Authores, penes quos qui-
libet sitim eius explere valeat.
26 Nolo omittere replicare, quæ supra
q. 12. in prin. notata sunt, nempe huius-
modi alimentorum priuationem, intelli-
gi de alimentis ordinarijs, non autem
de necessarijs, videlicet pro victu, & ve-
stitu, quæ dantur per modum eleemosy-
næ, & præcipuè in viro erga vxorem, &
27 contra; † cùm enim egentibus proui-
dendum sit, & subueniendum, iuxta tex.
in cap. pasce. 86. dist. & præcipuè egen-
tibus coniunctis, qui in pari necessitate
sunt præferendi alijs extraneis pauperi-
bus, & maritus, & vxor eatenus sunt con
iuncti, quòd iudicantur duo in carne
vna, ideo magis debent sibi inuicem ali-
menta necessaria præstare, iuxta tex. in
28 c. non satis. 86. dist. & etiam quia † igno-
minia est vxori habere virum mendicū,
& contra: quæ omnia post Abb. & alios
ipsemet Surd. probat d. tit. 7. q. 16. nu. 14.
& q. 25. num. 10. 18. & alibi. & hæc hacte-
nus pro ista quinta parte.

DE

DE IVRE DOTIVM.

PAR. SEXTA.

SVMMARIVM.



Ger fertilis dicitur benè dotatus.nu.7.

Aïa dotes tres sunt, & explicantur. nu. 4.

Annuus redditus, qui soluitur alicui Ecclesiæ, vel Capellæ qualiter dicatur dos, explicatur. num.8.

Corporis dotes sunt quatuor, & quænam sint, numerantur. nu.3.

Dos de paragio, quæ datur monialibus, an sit vera dos, explicatur. nu.9.

Dos, quæ datur pro matrimonio carnali, est vera dos, & eius definitio traditur. num. 10. Dicitur dos, quasi do item, & qualiter hoc fiat, explicatur. nu.11.

Dotem amplam recipiēs, Imperium, quod habet in vxorem, pecunia vendere dicitur. nu.20.

Dotare filiam onus paternum esse dicitur. num.24.

Dotis nomen est æquiuocum, & quatuor modis sumitur, qui explicantur. nu.2.

Dotes corporis glorificati quatuor virtutibus Cardinalibus, dotes verò animæ, tribus Theologicis virtutibus respondent sub nu. 4. Dicitur huiusmodi dos perpetuus ornatus corporis, & animæ, vitæ sufficiens, & in æterna beatitudine iugiter perseuerans. nu. 5. Qualiter sit principium beatitudinis, traditur nu. 6.

Habitare cum Dracone, & leonibus, cur melius sit, quàm cum muliere nequam, aperitur nu.18.

Maritus, ducens vxorem sine dote, an possit illam, vel eius patrem cogere ad dotem congruam ei tradendam, vel satis sit habere personam vxoris in obsequium. nu.22. & 23. Mulierem bonam inueniens, possessionem incohare, adiutorium, & requiem inuenire, & à solo Deo bonum habere dicitur. num. 13. & 14.

Mulieris bonæ qualitates explicantur. nu.14.15. & 16. Sic etiam mulieris nequam. nu.17. cum seqq.

Titul. de iur. dot. de trib. loquitur, & quęnam sint, explicantur. nu.1.

Vir, ducere volens vxorem, non pecuniariam, sed naturalem dotem respicere debet. nu.11.

Vxor benè morata, dos optima dicitur. num.12.

Vxor mala abbreuiat vitam eius viri, domum, & familiam illius destruit. numero 19.

QVÆSTIO I.



Anc dotis materiam in tres partes diuidit hic Neapodan. nu.
1 1. † quia tota hæc rubrica loquitur de trib. Primò de substātia dotis, videlicet, quibus competat ius dotis. Secūdò, de quantitate dotis, videlicet, quota sit dotis quantitas, & tertiò, de tempore exigendi, quando nempe exigi debeat, & possit; & quid exigi possit; & consequenter omnia, quæ in hac Sexta parte dicentur, sub his tribus continebuntur partibus. Et vt primum constet, explicari debent acceptiones dotis quidnam sit ipsa dos, quando dicatur vera dos, quæ personæ teneantur illam cōstituere, & quædam alia, quæ videbuntur concernere eorundem explicationem.

Primò igitur quæro, quotnam modis sumatur dos, & vnde dicatur. Respon-
2 deo ad primam partem quęstionis, † nomen dotis esse nomen æquiuocum, quia in iure nostro diuersimodè sumitur, & in diuersis materijs, quamuis reduci soleat ad quatuor significationes, vt primò accipiatur propriè in sua vera, & reali si-

gnifi-

gnificatione. Secundò largè. Tertiò largiùs, & Quartò largissimè, vt est videre penes DD. præcipuè penes Socin. Iun. in rubr. ff. solut. matrim. quas quidem acceptiones sub breuitate transcurram.

Largissimè dos accipitur pro quadam circumferentia, siue pro aliqua bona qualitate cuiuscunque personæ, & ita communiter docent Sacri Theologi
3 † quatuor esse dotes corporis glorificati, claritatem, videlicet, subtilitatem, agilitatem, & impassibilitatem, vt docet D. Thom. 1. par. q. 12. art. 7. ad primum, & par. 3. q. 45. art. 1. ad tertium. Quibus etiã
4 in locis docet, † tres esse Animæ dotes, videlicet, visionem, fruitionem, & comprehensionem, & corporis dotes correspondere quatuor virtutibus Cardinalibus, dotes verò animæ tribus virtutibus Theologicis, vt etiam probauit in primo sententiar. dist. 1. q. 1. art. 1. in corpore, & in 4. distin. 49. q. 4. art. 5. & ibid. art. 1. diffinit dotem corporis, & animæ hoc mo-
5 do, † dos est perpetuus ornatus animæ, & corporis, vitæ sufficiens, & in æterna beatitudine iugiter perseuerans, & dict.
6 art. 5. quæstiunc. 1. ad quintũ docet, † has dotes esse immediata principia beatitudinis, qua coniungitur anima Christo, & secundum hanc acceptionem etiam corpus passibile dicitur suas dotes habere, videlicet pulchritudinem, bonam dispositionem, & reliquos bonos mores, & hoc modo sumitur dos. Genes. 30. ibi. Dotauit me Deus dote bona.

7 In hac etiam acceptione sumitur dos pro sufficientia rei, siue pro fertilitate agrorum; vnde dicitur ager benè dotatus esse, quando fertilis est, siue fructiferus, & hoc modo sumitur dos in l. 2. & in l. Seiæ. §. prædia. ff. de fund. instruct. & instrum. legat. & alibi pluries.

8 Largius dos sumitur pro illo annuo redditu, qui conceditur alicui Ecclesiæ, vel Capellæ, vt ex illo redditu Rector illius sufficienter ali possit, & ita sumitur dos in c. cùm sicut. de cõsecr. Eccles. vel altar. & quoties fit mentio huius dotis in iure Canonico. vt post Ferret. consi. 250. nu. 1. & alios testatur Mantica lib. 12. de tacit. & ambig. cõuen. tit. 1. n. 4. & 5. in t. par. subdens, vt et hæc dos congrua esse debeat pro hoc matrimonio spirituali, quoniam sicut corpus non potest viuere sine anima; Ita neque Ecclesiæ, neque Sacerdotia esse possunt sine hac dote, siue congruo annuo reddito pro necessitatibus Ecclesiæ, & eius Rectoris.

9 Largè accipitur dos pro illa portione, quæ datur monialibus professis in aliquo monasterio, qua commodè, & decèter ali possint, quæ dici solet dos, siue paragium ingressarum, de quo dixi supra par. 4. q. 16. nu. 11. cum seqq.

10 Vltimò sumitur dos propriè in sua vera significatione, vt à iure disponitur, & est quicquid constituitur pro aliquo matrimonio carnali ab vxore, vel à suo patre alicui viro pro oneribus matrimonij commodè supportandis, & hoc modo sumitur dos in iure nostro, & in hac rub. quas quidẽ significationes latissimè prosequuntur Soci. Iun. loco cit. nu. 60. cum seqq. & Vacon. à Vacun. variar. declarat. lib. 6. declarat. 2. nouissimè Mãtic. d. lib. 12. de tacit. & ambig. conuent. tit. 3. vbi ad saturitatem de hac definitione tractat.

11 Occasione prædictorum declarationũ non erit inutile obseruare, quod vir, volens aliquam mulierem ducere in vxorẽ, non solùm debet habere respectum ad veram dotem legalem, & sic ad quantitatem pecuniæ, sed potius ad dotem naturalem, vt vxor dotata sit bonis moribus, quod etiam Gentiles philosophi docuerunt: nam Plautus in Aphitrione act. 2. scen. 2. penes Gregor. Tholos. lib. 9. Syntagmat. iuris vniuersi cap. 18. de vxo-
12 ris dote sic dicebat. † [Dos optima est vxor benè morata, siue morigerata] hæc enim sunt eius verba. [Dummodo morata rectè veniat, dotata est satis] & faciũt quæ post Solonem tradit Ferret. consil. 34. num. 13. de quo meminit Mantica d. lib. 12. tit. 2. nu. 2. Solonem ipsum voluisse, vt mulieres absque dote cõtraherent nuptias, quia non pretio, sed liberorum charitate societas cõiugii iungi debet, & dubium non est, vt matrimonium possit esse sine dote. l. quod si nulla dos. ff. de relig. & sumpt. fun. Authen. præterea. C. vnde vir. & vx. & Sacra Scriptura docet, nullam esse meliorem dotem, quàm ducere vxorem benè moratam, & timentẽ Deum. Hæc enim non solùm est maxima dos, & possessio viro suo, vt dicitur
13 Eccles. 36. versic. 26. ibi † Qui possidet mulierem bonam, incohat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna, vt requies. Sed etiam eidem viro suo corona est, vt legitur Prouerb. 12.

Ooo adeo

adeò, vt Salomon in dictis prouerbijs c. 18.verf.22.fubdat, vt qui inuenit mulierem bonam, inuenit ipfum bonum, & hauriat fimul falutem à Domino: quod bonum tale eft, vt non poffit ab hominibus, fed à folo Deo concedi, vt dicitur
14 prouerb.19.ibi † [Domus,& diuitię dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens.] Et Ecclef. 26. dicitur. [Pars bona, mulier bona: in parte [hoc eft in portione] timentium Deum, dabitur viro fuo pro factis bonis.] Et qs non videat effe fingulare Dei beneficiũ,
15 hanc inuenire vxorem? † Hæc enim ædificat domum fuam, quoniam opes viri non folum conferuat, fed plurimum accrefcit, & auget; familiam benè regit, & gubernat, vt habetur prouerb. 14. verf. primo. Et Ecclef.26. verf. primo habetur
16 hoc modo † Mulieris bonæ beatus vir, numerus annorum illius duplex. Et hoc euenit, vt ibid. Ianfen. & alij explicant, vel quia tempus vitæ illius hominis duplicabitur, dum in pace, & fine moleftia viuit cum eius vxore, vel quia eo tempore vita duplicata viuit, videlicet, vita naturali, & vita lætitiæ; quod iam experientia docet.
17 De muliere nequam, & malè morigerata fcriptura etiam docet, vt nihil peius inueniri queat; vnde Prouerb. 21. verfic. 19. dicitur. Quod melius eft habitare in terra deferta, quàm cum muliere rixofa, & iracunda. Imò non folum quæuis incõmoda habitatio cum hominibus præfertur commodæ habitationi cum muliere nequam, fed etiam habitatio cum beftijs, & feris magis venenofis, & ferocibus, vnde Ecclef. 25. verf. 23. dicitur
18 † [Commorari Leoni, & Draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.] Et hoc, vt ibi poft alios exponit Ianfen. vel quia huiufmodi animalia arte hominis domari poffunt, nequam autem mulier nullo modo; aut ægrius vincatur: vel quia præftet fubita morte à feris perimi, quàm lenta, & diuturna morte per malitiam improbæ vxoris cruciari, & d. c.25. enumerantur aliæ qualitates iniquę huius mulieris nequam, adeò vt omnes qualitates, oppofitas qualitatibus bonæ
19 vxoris habeat, † vnde vitam viri abbreuiat, domum illius extructam manibus deftruet, opes enim viri fuo malo gubernio diffipat, & malis dictis, & factis totã euertit familiam, vt etiam habetur Prou.

14. Quæ omnia eueniunt, quia habetur oculus ad dotem pecuniariam, non autẽ ad dotem naturalem. Et Ariftot. 8. Ethic.
20 c.10. docet, † vt dos ampla faciat, vt viris deinde dominẽtur mulieres, & apud Plautum in Afinaria conqueritur Demenetus fenex, vt refert Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caf. 149. in fin. hoc modo. Argentum accepi, dote Imperium vendidi. Sed de his hactenus, reuertamur ad noftra, & prædictorum omnium fit fpeculatio, ad quos fpectat.
21 Dos igitur, vt poft Guid. explicat Neapod. in hac rubr. nu. 1. in fin. ab antiquis dicta eft, quafi do item. Nam ritus erat antiquitus, vt maritus, & vxor inuicem fe emerent, & dotarent, ne vxor videretur ancilla viri, & ideò dos dicebatur, quafi do item; quia, præcedente in nuptijs datione viri, fequitur dos vxoris, & ob hanc caufam communiter poftea dixerunt DD. neceffariam effe dotem in vxore, ne ab eius viro tractaretur, vt an-
22 cilla, † & quando maritus voluntariè illam duceret fine dote, cenferetur illam remittere, & de proprijs illam alere velle, & loco dotis perfonam vxoris in obfequium habere, vt fcripferunt Cyn. Bar. & alij in l. quod in vxorem. C. de negot. geft. cum alijs cumulatis per Surd. tit. 6. de alimen. q. 4. & dixi fupra par. 5. q. vlti. nu. 17. vbi etiam dictum eft, vt hoc procedat, fi maritus mulierem pauperem duxiffet in vxorem; fecùs fi diuitem, quia tenetur vxor in tali cafu dare congruam dotem eius viro. Imò, fi ipfa non haberet
23 aliunde, & pater effet diues, † poffet talis mulier cogere patrem ad affignandã ei dotem, quod etiam procedit, fi mulier illa haberet aliunde, ex regula tex. in l. fi. C. de dot. promiff. vbi omnes, & hoc ea
24 ratione, † quia dotare filiam eft onus paternum; non folùm, vt virum inueniat, à quo benè tractetur; fed etiam dotare filiam nuptam; quæ, fi dotem non habeat, malè tractabitur ab eius viro, cùm etiam expelli poffit à viro, fi nollet à patre hãc dotem petere, vt latius poft alios probat Surd. titu. 7. de alimen. q. 6. num. 10. 11. Quæ autem fit dos congrua, dixi fupra par. 4. quæftio. 16. ponit aliqua Mantic. lib. 12. de tacit. & ambig. conuent. titu. 16. num. 5. in 1. par.

SVM.

SVMMARIVM.



Os quidnam ſit, explicatur. nu. 1. Tres ſunt dotis ſpecies, & ſingulæ recenſentur. num. 34. Dos alia eſt profectitia, & alia aduentitia. num. 35. & 36. Eſt quid vniuerſale. nu. 3. & 9. Etiam in re minima eſſe poteſt. nu. 4. Conſtituitur vt ex eius fructibus maritus ſubſtineat onera matrimonij. nu. 31.

Dos promiſſa etiam in foro conſcientiæ, habet tacitam hypothecam. nu. 14. 19. & ſeq. An hoc ſit ſemper verum, explicatur nu. 33. & ſeq.

Dos promiſſa an ſemper dicatur vera dos, num. 11. Eam habens, an veram dotem habere dicatur. nu. 12.

Dos ſemel ab aliquo conſtituta, ſiue extraneus ſit, ſiue perſona coniuncta, an poſſit reuocari. num. 19. 20. & 21.

Dos data mulieri à perſona extranea, an ſubiaceat conſuetudini, qualiter mulier de illa diſponat, vel ei ſuccedatur. num. 37. & 38.

Fructus augent dotem, etiam ſoluto matrimonio. nu. 6. Sunt mariti, conſtante matrimonio, etiam ſi dos eſſet penes perſonam extraneam. nu. 7.

Hypotheca mulieris pro dote promiſſa, qualiter retrahatur à die ſolutionis ad diem promiſſionis, explicatur, numero 18.

In Regno Neapolitano proceditur, ſola facti veritate inſpecta, & quid hoc interſit, explicatur. nu. 10.

Inſtrumentum dotis præfertur alijs creditoribus in paritate temporis. nu. 27.

In vniuerſalibus prætium ſuccedit loco rei nu. 5.

Iter eſt ius eundi, & ambulandi hominis, nullam aliam cōmoditatem continens. num. 2.

Libellus generalis admittitur in iuditio vniuerſali. nu. 8. & 9.

Maritus, habens dotem promiſſam, poteſt exigere fructus dotis, etiam de iure Canonico. nu. 13. An teneatur ſubſtinere onera matrimonij, ſi dos promiſſa illi non ſoluatur. nu. 28.

Mulier an in dote promiſſa præferatur creditoribus viri, qui poſt dotis promiſſionem contraxerunt cum viro, nu. 15. Quid ſi ſponſalia tantùm eſſent cōtracta, & firmata eſſent capitula matrimonialia. nu. 16. & ſeq. & num. 25. An præferatur hypothecę pupillorum, explicatur. num. 26.

Mulier ex ſola dotis promiſſione dicitur dotem habere. num. 12. & ſub num. 21. An ei acquiratur ius ex dotis promiſſione, eidem facta, tam in abſentia, quā in præſentia. nu. 23. & 24.

Onera matrimonij dicuntur durare, etiā ſoluto matrimonio, ſi ex matrimonio filij adſint. nu. 32.

Pater, promittens ſemel dotem filiæ, an poſſit illam reuocare, & diminuere; & quid ſi poſt dotis promiſſionem contraxit debita. nu. 19.

Sponſa de futuro conſequitur priuilegia dotis. nu. 22.

Statutum, loquens de dote, an vendicet ſibi locum in dote promiſſa. n. 29. Quid in dote tacitè conſtituta. nu. 30.

Textus in l. fin. C. de ſenten. quæ ſin. cert. quantitate profer. explicatur, ſub numero 8.

QVÆSTIO II.



Ecundò quæro quid ſit dos? In hac quæſtione non quærimus definitionem dotis ſecūdùm ſcholaſticos, & via diſputatiua; clarum eſt enim, vt, quot capita ſunt, tot ferè fuerint definitiones, vt eſt videre præcipuè penes Socin. iun. ff. ſol. matrim. in rubr. par. 3. tota, & penes Vacon. à Vacun. variar. declarat. lib. 6. declar. 93. Sed inquirimus definitionem communiter receptam in praxi, & eſt illa Azorij, ſiue Bartholi in rubr. num. 21.
1 ff. ſol. matr. videlicet. † Dos eſt ius quodam, continens in ſe id, quòd à muliere, vel eius patre, marito, vel eius patri traditur, vel pro tradito habetur, propter onera matrimonij ſubſtinenda, vt poſt alios teſtatur nouiſſimè Mantica lib. 12. de tacitis, & ambiguis conuent. tit. 3. toto. in 1. par. Ius ponitur loco generis, nā in plus ſe habet, quàm dos, iuxta glo. in §. 1. inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Dicitur, continens, ad differentiam itineris,
2 † quod eſt ius quodam eundi, & ambulandi hominis, nihil continens, præter ambulationem. §. 1. inſtit. de ſeruit. ruſtic. præd. Additur in definitione, quòd à mu-

3 liere datur, &c. † quoniam dos est quid vniuersale, & cõtinet vniuersum ius mulieris, vt explicatum est par. 2. in titu. de bon. q. 3. vbi illatum est, quidnam importet, quod dos sit quid vniuersale. Et dicetur etiam nu. 5. & seqq.

4 Nec vrget, vt etiam in re minima possit consistere dos, iuxta text. in l. Neratius. ff. de religios. & sumpt. funer. nam etiam hæreditas est quid vniuersale, iuxta tex. in l. nihil est aliud. ff. de verbor. & rer. signif. & tamen etiam in vna re potest esse hæreditas, quoniam non attenditur res illa, existens in hæreditate; sed ius vniuersum, quod esse potest in illa hæreditate, vt in l. depositi. §. peculium, & l. peculium. ff. de pecul. & iddem dicitur in dote, vt nõ attendatur res illa, sed ius vniuersum, quod dos comprehendere potest, vt præ cæteris explicat Vacon. d. declar. 93. præcipuè post num. 4. & hoc omnes docent, quamuis in via disputatiua aliqui velint oppositum, oppositiones tamen, & earum solutiones videri possunt penes Manticam d. tit. 3. nu. 14. & seqq.

5 Vtilitas est hæc, tum quia in vniuersalibus prætium succedit loco rei, & in specie in dote probatum est supra par. 2. in tit. de bonis. q. 3. 5. & alibi, post alios Mantica d. tit. 3. num. 23. & seqq. & tit. 6. toto, tum etiam quoniam fructus augẽt ius vniuersale; & sic fructus augeat dotẽ ipsam. l. si marito. §. fin. ff. solut. matrim. vbi omnes, & in rubr. eod. titu. Surd. in tract. de alimen. tit. 3. q. 2. num. 2. & seqq. Mantic. d. tit. 3. num. 22. quod procedit post solutum matrimonium, vt post Bal. in l. fin. §. pręterea. de iur. dot. Surd. tit. 1. de alimen. q. 43. nu. 13. & d. quæst. 2. tot.

7 † quoniam, constante matrimonio, fructus illi sunt mariti, etiam quando dos reponitur in tuto, vt latiùs probaui infra cõs. 11. & vltra ibidem cumulatos Surd. in d. tract. de alimen. tit. 1. q. 36. nu. 12. & q. 39. nu. 3. tit. 9. q. 43. nu. 43. vbi hoc etiã probat habere locum in vidua, & deductis alimentis viduæ fructus, qui supersunt, lucro hæredum cedant, de cuius veritate dicetur infra q. 7. & alibi, latissimè tractat etiam Mantic. par. 1. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. titu. 30. & 31. vbi etiam de fructibus dotis soluto matrimonio pertractat, & coincidit cum data distinctione, vt legitur d. tit. 31. nu. 10. & seqq.

8 Tertia vtilitas est, quia libellus generalis nõ admittitur, nisi in vniuersalibus, vt scripsit Bart. communiter receptus, in l. 1. ff. de eden. & ideò admittitur fauore dotis. l. fin. C. de sent. quę sin. cert. quant. vbi sententia illa, lata in causa dotis fuit annullata ex duplici defectu, tum quia petita fuit ex libello generali; tum etiam quia certam non continebat quantitatem, & Doctores magis communiter dicunt, nullitatem principalem, fuisse defectum quantitatis: nam lex illa collocata est in tit. de senten. quæ sin. cert. quãt. profer. si enim esset ex solo libello generali, voluisset sententia, ita Bart. in rubr. ff. sol. matrim. vbi Rip. nu. 97. & ex communi testatur ibidem Socin. iun. nu. 31. quamuis Bald. Castrens. Cuman. & Salycet. teneant contrarium, quos nouissimè probat And. Facchin. lib. 10. controuer.
9 iur. c. 39. † & vt dotis iuditium sit vniuersale post alios probat Surd. tit. 1. de alim. q. 45. n. 9. Verum quicquid sit secundùm ius commune, In hoc tamen Regno opi-
10 nio Bartholi seruatur, † in eo enim proceditur, sola facti veritate inspecta, summariè, simpliciter, & de plano, & satis est, si præcedat talis, qualis petitio, vt sciatur, quod petitur, & reus cognoscere valeat, velitne cedere, vel contendere, siue se defendere, vt in pragm. 1. de ordin. iudic. Quo casu admittitur libellus generalis, vt post alios probat Maran. in suo specul. par. 4. dist. 9. nu. 12. & 13.

11 Postremò dicitur in ipsa definitione, (traditur, vel pro tradito habetur) quoniam non solùm dos, quæ cum effectu traditur, est vera dos, sed etiam illa, quæ promittitur; nam secundùm communẽ sententiam, dos promissa est vera dos, vt notant magis communiter DD. in rubr.
12 ff. sol. matrim. † Quia vbi est verum matrimonium, est etiam vera dos, l. 3. ff. de iur. dot. & mulier, habẽs dotem promissam, rẽ ipsam habere dicitur. l. cum post,
13 §. 1. ff. de adminis. tuto. † & maritus, qui dotem promissam habet, potest interim, pendente solutione, petere interesse pro fructibus dotium, & hoc tam secundùm ius ciuile, vt in d. l. cùm post. §. t. & l. vlti. §. præterea. C. de iur. dot. quàm etiam secundum ius Canonicum, vt in c. salubriter, vbi omnes. extra de vsuris, cum alijs cumulatis per Farina. Quòad vtrunque caput veritatis dotis, & interesse. decis. 248. nu. 6. decis. 253. & decis. 774. & di-

& dictum est etiam suo loco, quamuis Mãtica d.lib.12.tit.4. oppositum teneat, sed loquitur contra veram sententiam,
14 & hoc est adeò verùm, † vt dos promissa habeat tacitam hypothecam, & potiatur priuilegio iuris quòad anterioritatem, vt ex tex. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot l. assiduis. C. qui pot. in pign. habean. & alijs pluribus probat Surd. decis. 287. nu. 2. & Guttier. in tract. de iuramẽ. par. 1. c. 46. Quod etiam in foro conscientiæ locum habeat, vt post Vgon. & Lopez probant Sayr. lib. 10. Clau. Reg. tract. 5. c. 10. nu. 15. & Rebellius par. 2. de oblig. iustit. lib. 6. q. 10. tot.
15 Additur prædictis, quoniam, si dos promissa fuisset, & post promissionem, & eius instrumenta dotalia, confecta inde per virum, contraxerit maritus debita, & post debita contracta, fuisset ei soluta dos; vxor præfertur illis creditoribus viri, quia non attenditur tempus solutionis, sed promissionis dotis, vt est videre penes citatos Doctores: imò debetur etiam antefatum vxori pro dote promissa eo modo, vt dicam infra par. 7. q. 6.
16 Plus aliqui dixerunt, quòd, † si dos promissa fuerit, & firmata essent capitula matrimonialia inter sponsum, & sponsã, & firmatis illis capitulis, sponsus contraxisset debita, secuto postea matrimonio, mulier pro eius dotibus, & iuribus dotalibus, præfertur illis creditoribus; quoniam, facta promissione dotis, & firmatis capitulis matrimonialibus, statim mulieri est ius quæsitũ, & eius obligatio retrahitur ad tempus promissionis dotis, sic scripsit Cyn. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habean. probant etiam Bal. Nouel. in tracta. de dot. par. 8. priuil. 23. & par. 10. priuil. 1. num. 37. & seqq. Guttier. in tract. de contract. iuratis c. 46. nu. 10. vt legitur tom. 6. tract. commun. par. 2. fol. 91. ex Reg. text. in l. 1. & l. qui Balneum. ff. qui potior. in pign. habean.
17 Verùm multi tenent, vt hæc opinio locum habeat, si matrimonium contractũ esset de præsenti, secùs verò, si contracta essent sponsalia tantùm, quia tunc non esset verum matrimonium, & consequẽter nec esset vera dos, vt ex doctrin. Bar. in l. fi. C. qui potio. in pign. habea. probat Bal. Nouell. d. priuil. 1. vt habetur tom. 9. tractat. fol. 248. & ita intelligunt Cyn. Salycet. & Dec. in d. l. assiduis. Negus. in tracta. de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 79. vt habetur tom. 6. tractar. par. 1. fol. 206. & Reg. de Pont. consi. 80. num. 5. & 6. Et
18 hoc ea ratione, † quia omnes leges loquentes de hypotheca mulieris pro dote, dicunt retrahendam esse obligationem in præteritum in beneficium mulieris à tempore solutionis ad tẽpus contracti matrimonij, & ita supponitur, matrimonium esse contractum cùm non possit esse dos, vbi non est verum matrimonium, vt dictum est.

Attamen contrarium etiam in sponsalibus habere locum, talem hypothecam,
19 scripserunt infrascripti DD. adeò vt, † si pater promisisset dotem filiæ, non posset illam amplius reuocare, tam quòad primum matrimonium contractum, quàm etiam respectu secundi matrimonij, sic consuluerunt Dec. consi. 35. cum duob. seqq. Iacob. Berrett. cõsi. 26. vol. 1. Desider. Guidon. consi. 170. à n. 41. vsq; in fi. inter consilia vltim. volunt. par. 1. Laurẽ. Syluan. consil. 2. num. 74. & seqq. Socin. iun. consi. 79. nu. 74. lib. 3. Notarunt etiã Crot. in repet. tex. in l. si constante. in 2. lectur. nu. 19. & seqq. ff. sol. matrim. Cardin. Alban. in addit. ad Barto. in l. si filiæ. num. 3. ff. de leg. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. cas. 88. nu. 39. in fin. Et in patre mouentur hac ratione, quia ipse semper præsumitur habere animum; etiam matrimonio non secuto, dotem illam donare filiæ, iuxta tex. in l. ex morte. §. fi. C. de pact. conuent. & l. fi. C. de iur. dot. quod etiam probauit Alex. consi. 99. nu. 2. vol. 7. & successiuè non poterit dotem
20 illam amplius reuocare; † quod etiam procedit in extraneo, vt ex tex. in l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor. act. & alijs pluribus, probauit Ioan. Crot. in tracta. de fructib. in rubr. dotis constitutæ. num. 6. cum seqq. Hierony. Gabr. consi. 58. nu. 4. & seqq. vol. 1. Menoch. d. cas. 88. nu. 36. & in extraneo tantùm hoc probat Bald. in d. §. accedit in princ. & in l. fi. num. 14. C. de dot. promiss. dicens secus esse in patre, ea ratione, quia extraneus dum non tenebatur dotare mulierem, præsumitur habere animum donandi; & statim facta promissione dotis, fuit acquisita actio mulieri: sed in patre hoc locum nõ habet; quia potius dicitur soluere naturale debitum, quàm liberalitatem exercere.
21 Sed prima opinio etiam quòad patrẽ probatur, quia statutum, excludens filiã do-

dotatam à successione, locum habet etiā in dote constituta pro futuro matrimonio, quia ex sola promissione dicitur mulier habere dotem, vt scripsit idem Bal. in l. 1. nu. 2. ff. solu. matr. Salycet. in l. si constante. num. 4. C. de donation. ante nupt. Guid. Pap. decis. 565. num. 3. & post alios Cacheran. decis. 21. nu. 5.

22 Accedit prædictis, quia sponsa de futuro consequitur priuilegia dotis, ac si matrimonium contractum fuisset. l. 2. §. fin. ff. de priuileg. credit. & hoc quamuis promissio fuisset facta sponso, quia illa promissio intelligeretur facta pro ea, cuius interest esse dotatam. l. pater. in fin. ff. de dot. præleg. quod magis procedit,

23 † si in tali promissione accesserit iuramentum; tunc enim magis quereretur actio mulieri, vt post Alex. consi. 207. nu. 2. & cons. 208. in princ. vol. 7. probauit Anto. Gabr. in titu. de iur. dot. concl. 3. limit. 3. & post alios Francisc. Milanens. in decis. Regni Siciliæ decis. 10. num. 15. lib. 1. Et

24 eò fortiùs hoc locum haberet, † si mulier illa præsens esset tempore promissionis dotis, tunc enim, saltem ex pacto nudo oriretur actio in beneficium mulieris contra promittentem dotem, ex regul. text. in l. ad exactionem. C. de dot. promiss. Rip. in l. 1. num. 53. ff. solut. matrim.

25 Et hæc opinio tanquam magis pia, & in beneficium mulierum, & bonum publicum respiciens, mihi probatur, tam respectu illorum, qui dotem promittunt, vt à die promissionis incipiat obligatio in beneficium mulieris, & præferatur postea alijs creditoribus; quàm etiam respectu viri, si post promissionem dotis, & firmata capitula matrimonialia, currat hypotheca in beneficium vxoris, secuto deinde matrimonio; quia, licèt in præsenti non sit verum matrimonium, illa tamē dos fuit constituta respectu futuri matrimonij, cuius respectu est vera dos, vt dixi nu. 11. & seqq. & successiuè dotis priuilegia habet.

26 Illud tamen notandum est, quòd mulier, habens hypothecam pro dote, præfertur omnibus creditoribus, quamuis anterioribus, etiam si inter illos adesset pupillus, qui haberet bona tutoria tacitè obligata pro mala administratione, & ita procedit tex. in l. assiduis. vers. licet prioris temporis priuilegio. C. qui potior. in pign. habean. & hoc vno ore confitentur DD. teste Ioanne Oinotom. in §. fuerat. num. 55. instit. de action. probant etiam Negusan. in 2. par. de pignor. membr. 4. nu. 99. & Andr. Facchin. lib. 10. controu. iur. cap. 35.

27 Notandum secundò, quòd, si eodem die esset initum matrimonium, & maritus contraxisset debita, nec appareret de prioritate temporis, saltem in ordine prothocolli Notarij, in dubio iudicandū est pro dote, & antefato, vt probauit Neapodan. in consuet. Quartam autem. num. 54. & seqq. fol. 258. Et hoc docent omnes; nam in ambiguis pro dote respōdendum est, & iudicādum. l. in ambiguis. ff. de reg. iur.

28 Notandum tertiò, vt maritus teneatur substinere onera matrimonij, etiam si dos fuerit tantùm ei promissa, dummodò non stetisset per vxorem, quin dotem soluerit, iuxta tex. in §. fin. vbi glo. Auth. de non eligend. secundo nuben. & post Cyn. & alios Surd. tit. 7. de alimen. q. 17. tota, & notaui supra par. 5. q. 13. nu. 5.

29 Postremò notandum, quòd statutum loquens de dote, habet etiam locum in dote promissa ex tex. in l. fi. C. solu. matr. ibi [Dos, quæ dicitur data, seu promissa] & per hæc verba hoc locum habere dicunt nonnulli, etiam si statutum loqueretur de dote data, vt post alios probat Vacon. à Vacun. variar. declar. lib. 6. declar. 93. Afflict. decis. 61. vbi Addentes, quàmuis communis opinio sit in contrarium, si statutum loqueretur de dote data, quia intelligeretur de dote consignata cum effectu, si maritus non habuisset dotem pro consignata, vt post Bar. in l. iubemus. §. sanè. num. 7. C. de sacrosan. eccles. Angel. consil. 180. Socin. sen. in l. de diuisione. ff. sol. matrim. Tiraquell. & alios probat Vrsill. d. decis. 61. præcipuè num. 5. tenent etiam Rol. à Vall. in tract. de lucr. dot. q. 6. Cacher. decisio. 21. Facchin. lib. 10. controuer. iur. cap. 26. vbi ex pluribus hanc sententiam confirmat, & etiā contraria soluit, vt etiam facit Mantic. d. li. 12. tit. 5. tot. vbi hāc distinctionē probat num. 12. & seqq. vbi hoc limitat ex communi sententia, quoties promissor esset in mora soluendi, tunc enim dos promissa haberetur pro vera dote; ne ex mora, & negligentia sua lucrum haberet, vt post alios probat etiam Vr-

30 sillus loco cit. † an autem hoc statutum habeat locum in dote tacitè constituta, iam hoc explicat Mantic. d. lib. 12. tit. 20. vbi

vbi cum nullos casus considerat, & quæstionem soluit; ad quem me refero.

Vltimò additur in dicta definitione dotis (pro oneribus matrimonij commodè
31 supportandis, † quoniam ad hunc finem constituitur dos, vt ex illius fructibus maritus possit onera matrimonij sustinere l. dotis fructus. ff. de iur. dot. & l. pro oneribus. C. eod. & hoc est vulgatum, etiam secundum Canones, vt in c. salubriter. de vsur. cum alijs cumulatis per Surd. tit. 7. de alimen. q. 6. num. 8. & seqq. & q. 17. & alibi, & vt dixi q. præced. num. 21. aliter
32 vxor censeretur ancilla: † quæ quidem onera dicuntur durare, etiam soluto matrimonio per mortem vxoris, si ex illo matrimonio adessent filij, & ideo currũt vsuræ, & interesse dotium, vt post Berousm in consi. 140. nu. 10 vol. 2. & alios plures probat Borgnin. decisio. 24. num. 23. par. 2.

33 Quod dictum est de hypotheca dotis, etiam promissæ, intelligunt aliqui, quando essemus extra tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, sed si essemus intra tempus opponendi exceptionem prædictam, secus est, quia hæc dos dici nequit, vt in l. 1. C. de dot. caut. non numer. cum alijs nouissimè congestis per Cardin. Mantic. par. 1. de tacit. & ambig. conuentio. lib. 11. tit. 20. per tot. Qui quidem auctor ibidem lib. 12. titu. 7. post Bal. in l. 1. nu. 9. ff. sol. matri. & alibi,
34 † distinguit tres species dotis; prima est ciuilis tantum, quæ consistit in sola confessione viri, non apparente numeratione dotis. Secunda est naturalis tantùm, quando interuenit numeratio, deficit tamen stipulatio Notarij, quia inde non est confectum dotale instrumentum, & tertia dicitur naturalis, & ciuilis simul, quãdo numeratio, & stipulatio interuenit, quamuis dicat, ciuilem dotem non esse veram dotem, quod debet intelligi iuxta explicata superius, si essemus intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis.

35 Vltimò notandum, † quod vera dos dupliciter nuncupatur, vel enim dicitur profectitia, vel aduentitia; profectitia est, quæ quouis modo à parentibus, vel ex eorum bonis datur liberis nomine dotis. l. profectitia. ff. de iur. dot. cum innumeris alijs cumul. per Mãtic. d. lib. 12. tit. 8.
36 † Aduentitia est, quæ aliunde, quàm ex parentum bonis aduenit filiabus, alijsq; liberis, iuxt. tex. in l. 2. §. quod si in patris, vbi glo. ff. sol. matr. & in hoc omnes conueniunt, vt post Ias. & alios, testatur Mãtic. d. lib. 12. tit. 9.

37 Ex dictis num. 19. & seq. decidi potest quæstio, dum extraneus dotauit aliquã mulierem; nam si in dubio præsumitur facta donatio illius dotis, ex quo non tenebatur mulierem illam dotare; censetur etiam dedisse facultatem illi mulieri, vt ad libitum disponeret de illa dote, seruata forma iuris communis, vt relicta legitima filijs, possit ad libitum aliã portionẽ alienare, vt in simili dictum est supr. par. 3. q. 21. n. 13. & seqq. de dote data mulieri eius contemplatione, vel propter pulchritudinem, vt mulier possit de illa ad libitum disponere, & hoc intelligitur quando mulier ipsa dispone-
38 ret de illa dote, sed si moriretur ab intestato, tunc vocantur ad dotem illam proximiores dictæ mulieris, seruata forma consuetudinum, Dixi; mulieris, quia proximiores donantis, non succederẽt, si constaret de donatione, ex quo sunt bona illius mulieris, & ad summum non possent hæredes donantis, siue dotantis aliud prætendere, nisi medietatem dictorum bonorum, ex illa regula, vt censeatur data dos, seruata forma consuetudinum, vt de medietate possit mulier disponere, si careat liberis, & alia medietas reseruetur ad dotantem, siue ad eius proximiores, vt sic dando dotem censeretur se conformasse cum dispositione dictarum consuetudinum.

SVMMARIVM.



Os est quid annexum, & consietum matrimonio, nec potest esse ante matrimonium, nec sine matrimonio. num. 1. 2. & 3.

Dos, debita mulieribus exclusis à successione propter masculos, an sit vera dos. num. 4. Quid si relicta sit filiabus in testamento, & an hæc dos imputari illis debeat in legitimam. nu. 5. & 6.

Dos, destinata pro futuro matrimonio, an sit vera dos, nu. 7.

Dos

Dos propriè est, constante matrimonio, etiam non consumato per carnalem copulam. num. 12. Procedit etiam si dotis quantitas non esset expressa. nu. 13.

Dos, soluto matrimonio, habet priuilegia dotis ante exactionem, secus verò postea. nu. 17. & 20.

Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed patrimonium adeuntis hæredis. nu. 21.

Interesse, licèt veniat ex causa de præterito, incipit deberi post hypothecam aliorum creditorum. nu. 25. An habeat priuilegium sortis principalis. num. 24. & 26.

Matrimonium, si non est legitimè contractum, an filij sint legitimi, dicatur vera dos, & maritus gaudeat beneficio, ne conueniatur, nisi in quantum facere potest. nu. 14. 15. & 16.

Mulier, secundò nubens, quam dotem censeatur dedisse secundo viro sub nu. 13.

Mulier, soluto matrimonio, qua ratione non possit bona dotalia alienare. numero 22.

Nuptiæ, non autem sponsalia celebrant dotem esse. nu. 10.

Priuilegium dotis an detur mulieri, etiã pro interesse dotis. nu. 24. & 26. An detur hæredibus extraneis. nu. 18. Dicitur etiam ad Diabolum transire. numero 19.

Sponsa non est educanda in domo sponsi, & ratione probatur. num. 9.

Sponsalia possunt dissolui ex voluntate partium. nu. 8.

Sponsus tenetur insolidum ad restitutionem dotis. nu. 11.

Vidua dicitur perdurare in eodem matrimonio. nu. 23.

QVÆSTIO III.



Ertiò quæro. An dos possit esse sine matrimonio? De hac quæstione plura tractãt Doctor. in rubr. ff. sol. matrim. vbi post alios Soc. iun. nu. 23. † tria consi-
1 derat tempora pro eius dilucidatione. Primum est antequam contrahatur matrimonium. Secundum est, durante matrimonio, iam contracto, & Tertium soluto iam matrimonio, quæ distinctio mihi non displicet, & iuxta illam resoluam hanc quæstionem.

2 In primo tẽpore regulariter nulla est dos. Hæc enim non potest esse ante matrimonium, nec sine matrimonio. l. 3. ff. de iur. dot. l. fin. C. de donat. ante nupt. Præs. de Franch. decis. 677. nu. 5. & vltra per ipsum cumulatos, Surd. in tract. de
3 alimen. tit. 8. priuil. 65. n. 12. † Dos enim est quid annexum, & cõiunctum ipsi matrimonio, nec potest ab illo separari, vt habetur in dictis iuribus, & etiam in cap. de prudentia, de donat. inter vir. & vxo. & probat etiam idem Surd. tit. 7. de alimen, q. 19. nu. 8. & dixi supra par. 4. q. 15. nu. 5. & 16.

4 Dixi regulariter, quoniam licèt mulieribus, exclusis propter masculos ab aliqua cõsuetudine, vel statuto à successione alterius, debeatur dos de paragio, etiamsi nollent nubere, & supplemẽtum portionum illarum masculis accrescat, vt suo loco notatum est, & post Bald. Brun. & alios affirmat Surd. tit. 9. de alimen. q. 25. nu. 13. & seqq. hæc tamen potius est illa portio, quæ ex forma statuti, vel consuetudinis debetur fœminis, quã vt sit propria dos, & faciunt dicta superius par. 4. q. 24. num. 10. vt dos de paragio non dicatur, quia dotis titulum exposcat, sed ex eo, quoniam, vt plurimum soluitur fœminis earum portio ex causa dotis.

5 Idem esset, si Pater in testamento eius filiabus dotem reliquisset. Nam hæc dos succedit loco portionis, illis filiabus debitæ ex forma statuti, vel consuetudinis, vt scripsit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. Alex. & alij quos sequitur Socin. iunior in dict. rubr. num. 30. ff. solu. matrim. vbi Rip. nu. 61. probant etiã Andr. Facchin. lib. 10. controuers. iur. c. 24. & 25. Surd.
6 tit. 9. de alim. q. 35. nu. 4. Adeo vt † dos, relicta filiæ, imputetur illi in legitimam, siue in portionem ei debitam, & consequenter, nec ista est vera dos, donec cum effectu contrahatur matrimonium, & interim quoad nubat, habet alimenta à fratre, vt ex multis probat Vinc. de Frãchis decis. 559. quod pluries repetitum est supra par. 5. & par. 4.

7 Est tamen notandum, quòd si contracta essent sponsalia, & dos fuerit destinata pro futuro matrimonio contrahendo, tunc hæc diceretur quasi dos, & sic impropriè dos esset; vt scripsit gloss. in l. de diui-

diuisione.ff.sol.matr.Soc iun.loco citat. nu.24. & 25. cum alijs infra cumulandis,
8 † quia adhuc non est verum matrimonium, cum sit in potestate sponsi,& sponsæ recedere à sponsalibus. Imò vt hæc libertas adsit, sponsa non esset educanda in domo sponsi, quamuis tunc adessent
9 aliæ iustæ causæ, videlicet, † vt sponsæ pudicitia sit in tuto, & ne malis imbuatur moribus propter frequentes sponsi amplexus,& oscula,vt probauit Bart. q. 16.incip.Quæritur vtrum Iudex, docent etiam Castrensis, Alex.Menoch.& alij, quos probat Surd.tit.4. de alim.q.13.nu. 34.Nam licet sit arbitraria Iudici educatio aliorum, & etiam puellarum, tamen prædictas conditiones, & alias conuenientes statui educandorum, inspicere debet, & num educatio eius filiorum vellet fieri penes personas iam dictas, vt etiam suo loco notatum est. Et ideo cum non adsit verum matrimonium, non po-
10 test esse vera dos. † Nam nuptiæ, si siue matrimonium celebrant dotem esse, nō autem sponsalia.l.in potestate.ff.de sponsal. §. neque illo. Auth.de triente, & semisse, cum vulg. alijs, & hoc eatenus est
11 verum,† vt sponsus teneatur in solidum ad restitutionem dotis receptæ; In eo enim non cadit reuerentia transacti matrimonij,vt not. omnes in l. maritum. ff. sol. matr. & faciunt cumulata per Mantic.lib.12.de tacit. & ambig. conuentio. tit.1.nu.11.& seqq.in 1.part. & quæ dixi supra q præced.
12 In secundo tempore quatenus nempè matrimonium durat, tunc est in confessum apud omnes, veram esse dotem, & propriè, si verum & proprium esset matrimonium; quod procedit etiamsi matrimonium consumatum non esset per carnalem copulam, quia matrimonium facit consensus,& non concubitus.l. nuptias.ff.de reg. iur. quam sententiam defendit Bar.in l.nihil.ff.rer.amotar. quam dicit communem Rip. in rub.num.68.ff. sol.matr.vbi etiam Soc.iun. in 1.par.nu. 43.alios citat,probant etiam Campeg.in tracta.de dot.par.5.q. 13. Afflict. & eius Addentes decisio.61.vt alios omittam. Procedit etiam si dos non esset consti-
13 tuta,† vt quia esset contractum matrimonium, & vxor non expressisset quantitatem dotis. Nam vel hæc mulier esset nupta primo loco, & tunc censetur secundo viro eandem dotem dedisse, quā primo viro dedit, vel nunquam esset nupta,& tunc censetur promisisse viro dotem congruam arbitrio boni viri,secundùm qualitatem ipsius viri, quantitatem patrimonij vxoris, & consuetudinem loci, vt ex tex.in l.dotem, quæ in prius. ff.de iur.dot.& alijs,probauit Bar.quæst. 7.incip. Mulier habens magnum patrimonium,tenent etiam Soc.iun.consi. 19.nu. 16.& seqq.vol.1.post alios Mascard.in tract.de probat.concl.215. Menoch. de arbitr.iudic.cas.149.Afflict.decis.160.& nouissimè probat Mantic.par.1.de tacit. & ambig. conuent. lib. 12.titu.14.& 15. vbi ad saturitatem materiam istam explicat.
14 Si tamen matrimonium non esset legitimè contractum, vt quia cōtrahentes essent in gradu prohibito, & tunc data bona fide ex parte vnius coniugis tantùm,filij sunt legitimi,& si mulier erat in bona fide, dicitur propria dos, quamuis sit dos putatiua, & non repetitur per actionem ex dote, sed per conditionem sine causa,vt in l.auunculo.ff.de condit. sine causa.Socc.loco cit. nu. 79. & seqq. And.Facchin.lib.10. controuer.iur.cap.
15 30.qui omnes docent, † maritum in hoc casu teneri insolidum ad restitutionem dotis,quia non fuit verè maritus,& non datur in eo reuerentia transacti matrimonij, de quo loquitur tex. in l.mari-
16 tum.ff.sol.matr. † si tamen adesset scientia impedimenti,& tunc coniuges essent infames, filij nati essent illegitimi,& consequenter nec vir,nec vxor, nec dos esse poterit in hoc casu,vt in §.si aduersus.inst.de nup.& hoc est indubitatum; adeo vt etiam amittatur quod hinc inde datū fuit,vt dixi infra par.7.q.7.

In tertio tempore, nempè post dissolutum matrimonium, & tunc duo tempora consideranda. Primum est ante restitutionem dotis ; & Secundum post
17 dotis restitutionem. † In primo tempore re vera est dos, & habet priuilegia dotis,& ita procedit titulus.ff.solu.matr.vt ibid.in rub.post Bar. tenent Castrens. in princ. Alex.nu.24. Soc. sen.nu. 10. Iason nu.9.Corasius nu.12.Soc.iun.num.15.& post alios Facchin. d. lib.10.c.27. vbi ad partes hoc disputat, & contraria soluit, & tradit etiam Mantic. par.1. de tacitis, ambiguis conuent. lib. 12. tit. 1.& seqq. & disputationem relinquo, quoniam veritas est, esse veram dotem, & dotis

priuilegia habere, quamuis aliqui teneăt
18 † hoc procedere in hæredibus vxoris, nempè quoàd filios, non autem quoàd hæredes extraneos, vt ſcripſit gloſ. in l. vnic. C. de priu. dot. & faciunt dicta per Afl. deciſ. 306. & poſt Iaſ. in §. fuerat. nu. 138. vbi Gomez. nu. 34. & ſeqq. Inſt. de act. Quam etiă diſputationem relinquo, nam Bart. in l. poſt dotem. nu. 34. ff. ſolut.
19 matr. affirmat, † priuilegium dotis, etiă ad diabolum tranſire, quod etiam affirmant Iaſ. & Gomez. locis cit.
20 Si verò dos recuperata fuiſſet, vt quia mulieri, vel eius hæredibus eſſet reſtituta, & in hoc caſu non eſt amplius dos, quia eſt proprium patrimonium illius, cui facta eſt reſtitutio, vt ex tex. in l. vlti. C. communia vtriuſq. iud. notant omnes in d. rub ff. ſol. matr. vbi Caſtren. in prin. Iaſ. nu. 10. Soc. iun. nu. 62. & ſeq. Facchin. d. lib. 10. cap. 31. Mantica d. titu. 1. nu. 14.
21 & ſeqq. & hoc eſt clarum, † nam etiam hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, ſed conuerſa eſt in patrimonium adeuntis hæredis. l. qui liberis. §. hæc verba. & l. ſed & ſi plures, §. filiofam. ff. de vulg. & pup. & hoc modo procedit eorum opinio, qui tenent, ſoluto matrimonio, non dici dotem eſſe, ideſt ſequuta recuperatione dotis, vt explicat Soc. iun. loco cit. nu. 67. & ſeq.
22 Nec obſtat, quòd aliqui teneant, vt re vera eſt; mulierem, etiam ſequuta recuperatione dotis, non poſſe illa bona alienare, niſi ſeruata forma iuris communis, ſi habet filios ex diuerſis matrimonijs; vel ſeruata forma ſtatuti, & conſuetudinis loci, vt ſcripſit Bal. in l. 1. vbi Dec. C. vnde vir, & vxor, & eſt communis ſententia, vt ſcripſit Soc. iun. in d. rubr. ff. ſol. matr. nu. 13. vbi Ripa nu. 72. Alciat. num. 53. Soc. iun. nu. 74. poſt alios Facchin. d. lib. 10 cap. 29. nam hoc procedit, quia illa bona remanent dotalia, & ſubiecta diſpoſitioni iuris communis, vel municipalis, & in illis habent filij, & aliæ perſonæ ius quæſitum; & largo modo dotis nomen retinent. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoc. l. 2. & l. ſi cùm dotem. §. 1. ff. ſol. matr. Campeg. in tract. de dot. quæſt. 3. Alex. conſi. 55. vol. 1. & patet ex dictis ſupra par. 3. in explicatione tex. l. hac edictali. & l. fœminæ. C. de ſecun. nupt.
23 Additur etiam alia ratio, quoniam vidua dicitur perdurare in eodem matrimonio. l. fin. C. de bon. mater. Etiam quia retinet eandem fragilitatem, & nè ad libitum diſponat in præiuditium filiorum, contra diſpoſitionem iuris etiam municipalis illius loci, & ob alias rationes, quæ penes prædictos Authores reperiuntur.
24 Eſſet hic, occaſione prædictorum, examinanda quæſtio, ſi priuilegium, competens mulieri pro dote, detur etiam pro eius intereſſe; & partem negatiuam defendit Frezz. libr. 2. ſubſeud. quæſtion. 20. Præſ. de Franch. deciſ. 613. & alij penes Reg. de Ponte deciſ. 34. num. 30. & ſeqq. Qui nu. 54. ſic etiam refert deciſum in Sacro Conſilio. Quamuis ipſe inuehitur contra dictam deciſionem: Et ratio
25 eſt, † quoniam, licèt intereſſe veniat ex cauſa de præterito, incipit tamen deberi poſt hypothecam ſortis principalis aliorum creditorum: nam cùm intereſſe ſit debitum annuatim de anno in annum; eſt debitum ſucceſſiuum, & conſequenter incipit deberi poſt obligationem aliorum creditorum, & hæc opinio magnam habet æquitatem; cùm ſatis ſit vnicuique ex creditoribus ſuum habere ca-
26 pitale. Verùm multi tenent contrarium, vt detur prælatio etiam pro intereſſe, quia intereſſe venit ex prælatione ſortis principalis, quæ ſors principalis à principio habet hypothecam pro ſe, & pro intereſſe ipſius, vt ex gloſ. in l. Lucius. vbi Barto. & Angel. ff. qui potior. in pign. hab. Oſaſc. deciſio. 129. nume. 11. & alijs probat idem de Pont. d. deciſ. 34. nu. 53. Et hanc opinionem tenet Roderic. in tract. de ann. reddit. lib. 2. q. 20. vbi ſic refert deciſum in illo Senatu. Itaque hincinde ſunt deciſiones.

SVMMARIVM.



Auus maternus, & auia materna quando teneantur dotare neptes. nu. 12.

Auia materna, dotans neptem, an poſſit exigere ſubuentionem à vaſſallis. n. 23

Auus paternus quando teneatur dotare neptem. nu. 8.

Clericus tenetur dotare ſororem pauperem, etiam ex fructibus beneficij. n. 14.

Dotis

QVÆSTIO IIII.

QVartò quæro, quænam personæ teneantur ad dotandum? Pro solutione huius quæstionis ponо regulam generalem, deinde illam explicabo quasi per compendium quòad alias per-
1 sonas. Igitur regula est, † onus paternū esse dotare filias. l. vlt. C. de dot. promiss. cum vulg. alijs: & hoc est adeò verum,
2 † quòd, si filiæ non sufficit legitima pro congrua dote, debet illa augeri ex Trebellianica, & ex bonis subiectis fideicommisso, vt ex tex. in Auth. res, quæ. C. commun. de legat. & alijs pluribus suo loco probatum est: & post alios notat etiam Farinac. decis. 503. nu. 5. & seqq. & quænam sit dos congrua dixi supra par. 4. quæst. 16.
3 Eatenus paternum est onus dotare filiam, vt procedat etiam si illa esset diues, & aliunde posset dotem habere. d. l. vlt. Imò nec valeret lex, quæ disponeret, nè pater teneretur dotare filiā, vt in §. optimè. Auth. de non eligen. secund. nuben. cum alijs cumulatis per Surd. titu. 1. de alimen. q. 1. nu. 5. per Facchin. lib. 3. controuers. iur. c. 45. & nouissimè per Mantic. par. 1. lib. 12. de tacit. & ambig. conuent. tit. 16. qui tit. 19. ampliationes, & li-
4 mitationes ponit, † quando pater dotando filiam, etiam proprias facultates habentem, censeatur illam de proprio dotasse, vt per eum. Hoc etiam locum
5 habet, † si filia nuberet sine consensu patris, dummodo virum dignum duxerit secundùm eius qualitatem, vt scripsit gl. in c. fin. 32. q. 2. & in c. de raptoribus. in verb. excusata. 36. q. 1. Nam si viro indigno se copulasset, non haberet dotem, sed alimenta necessaria ad sustentationē vitæ, vt patet ex dictis p. 5. q. 12. nu. 2. & seqq. & latissimè tractat Surd. titu. 1. de alimen. quæst 6. præcipuè à nu. 17. cum sequentib.
6 Ampliatur secundò in filia naturali, & in filia spuria, vt scripsit Bart. in Auth. ex complexu. nu. 4. C. de incæst. nupt. latissimè Surd. d. titu. 1. q. 1 & 10. Mantic. d. lib. 12. tit. 16. num. 20. Et dixi supra par. 5.
7 q. 3. nu. 7. cum seqq. † Sic etiam procedit in patre spirituali, qui leuauit aliquam puellam in Sacramento Baptismi, vel in Sacramento Confirmationis, vt nempè teneatur filiæ spirituali dare illam dotē, quæ potest ascendere ad congruam quātitatem alimentorum, vt scripsit Ioan. Fab. in l. 1. C. de alend. liber. Bald. Tiraq. & alij, quos probat Surd. d. tit. 1. de alimen. q. 11. nu. 16. & seqq. Et faciunt dicta superius par. 5. q. 11. nu. 5.
8 Secundò auus paternus tenetur dotare neptes ex filio, & nepotes ex filio alere, vt scripsit glo. in l. si quis à liberis, per illum tex. ff. de liber. agnosc. Quod procedit in defectum patris, qui omninò, si viueret, & haberet in bonis, haberet hæc onera, & in subsidium ipsius tenetur auus paternus, vt not. omnes in l. vlt. C. de dot. promiss. post alios Surd. d. tit. 1. q. 12. Mātic. d. tit. 16. sub nu. 20. §. quod quidē.

9 Tertiò,in fubfidium patris, & aui pa-
terni,mater tenetur dotare filias, fi ad id
facultatem habeat,& filiæ aliundè non
poffent dotem habere,vt fcripfit glo.per
illum tex.in l.neq; mater. C.de iur. dot.
vbi Iacob.de Rauenn.Cyn. Bald. & alij,
latiffimè Surd.d.tit.1.q.14.& 15.Mantic.
10 d.tit.16. nu.28. qui omnes docent,† vt
dos prædicta afcendere debeat non iam
ad quantitatem legitimæ, fed quòad ali-
menta neceffaria,cùm debeatur dos in
fubfidium,& loco alimentorum:fed quia
mater tenetur dare legitimam filijs, vt
fæpius replicatum eft, fi Iudex id expe-
dire iudicauerit, poterit taxare dotem
11 vfque ad legitimam, † & vt mater te-
neatur etiam filiæ naturali,& fpuriæ da-
re dotem, faltem quòad alimenta necef-
faria, tenent prædicti DD. & patere po-
teft ex dictis par.5.q.11.

12 Quartò in fubfidium patris, aui pater-
ni,& matris,tenentur auus maternus, &
auia materna dotare neptes, vt fcripfit
Bald. in d. l. neque mater. C. de iur.dot.
poft alios Surd.d.titu. 1. quæft. 16.nu.5.
cum feqq.Mantic.d.titu.16. num. 29. &
patet ex dictis fupra par.5. quæft. 11. nu.
14.& 15.Nam in fubfidium etiam tenen-
tur nepotes, & neptes alere, & ideò
faltem loco alimentorum tenentur quan
titatem dotis dare.

13 Quintò,frater diues tenetur etiam de
proprio fororem pauperem dotare, vt
fcripfit glo.in l.cùm plures.§.fin.in verb.
ex alio patre.ff.de adminift. tutor.Guid.
Pap.decif.439.nu.7.Vinc.de Franch.de-
cif.73.nu.4.& decif.87.nu.12.Mantic.d.
tit.16.nu.30.& feqq.Surd.d.tit.1. de ali-
men.quæft.25. præcipuè nu. 13. & feqq.
14 Et hoc procedit etiam in fratre clerico,
qui etiam ex fructibus beneficij tenetur
fororem dotare, quàmuis effet coniun-
cta ex vno tantùm parente, fic etiam fi
effet frater naturalis, vt notant præcita-
ti DD. & patet ex dictis d. par. 5. q. 11.
Omitto alias perfonas,quoniam genera-
15 liffima regula eft, † vt omnis perfona,
quæ tenetur alimenta præftare, tenea-
tur etiam dotare, faltem pro illa quanti-
16 tate alimentorum, † & hoc onus etiam
ad eorum hæredes tranfit, fiue teftamen
tarij fint,fiue ab inteftato fuccedāt, quia
ex perfona hæredis non mutatur obliga-
tio defuncti.l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig.
& præcipuè in dote.l.fi ego.§.1.ff.de iur.
dot.cum alijs, ad hoc propofitum cumu-
latis,per Mantic.d.lib.12.tit.16. vbi am-
pliationes, & limitationes ponit, ad quē
me remitto,vt breuitati ftudeam.

Illud folùm notandum eft prædictorū
occafione, inter alias perfonas, quæ fal-
tem contribuere folent ad folutionem
dotis alicuius mulieris, effe vaffallos ali-
17 cuius Baronis; † qui quidem vaffalli te-
nentur præftare fubuentionem, fiue ad-
iutorium Domino feudi pro maritanda,
vel monacanda filia,vel forore, vt in con
ftit.Reg. Quamplurimùm. vbi Andr. Af-
flict. & alij. Camill. Salern. in hac Rubr.
fol. 228. Frezz. lib.2.fubfeudor.in 2.Au-
18 thor. † cuius fubuentionis quantitas re-
gulariter eft media collecta generalis,
quæ quidem collecta generalis eft caro-
lenorum decem, & ideò fubuentio exi-
gitur ad rationē carolenorum quinque
pro quolibet foculari;taxato tamen in
numeratione,facta per Regiam Curiam,
nec babetur ratio, fi deinde augeantur
focularia; hoc enim cedit ad cōmodum
Vniuerfitatis, ficut focularium diminu-
tio vergit in damnum ipfius, vt eft com-
munis praxis,& taxatio in Regia Came-
ra,de qua taxatione notat aliqua Gram-
mat.decifio.fua 88. & in additionibus ad
19 Afflict.decifio.136. † In vno tamen cafu
exigitur medietas huius taxæ commu-
nis,fcilicet quarta pars collectæ genera-
lis,nempe grana vigintiquinque pro fin-
gulis focularibus, & eft pro monacanda
filia, vel forore, & ita communiter pra-
cticatur: quæ praxis fundata eft in hoc,
quoniam monialis non indiget tanta do-
te,prout indiget illa, quæ nubit in fæcu-
lo,vt dixi fupra par.4.q.16.nu.11. cum
feqq.& faciunt latè difcuffa per Præf. de
Franch.decif.42.

20 Hæc autem fubuentio refpectu patris
nullam habet dubitationem,vt poffit ta-
lem fubuentionem à vaffallis exigere, vt
habetur locis citatis num.17.& hoc adeò
eft verum,quòd,fi in eius teftamento le-
gaffet dotem filiæ,& poftea frater collo-
caffet fororem in matrimonio cum illa
dote legata à Patre, adhuc frater petit
adiutorium à vaffallis,& ita fuit decifum
in caufa Comitis Montellæ ad relationē
illius Doctiffimi Viri Ioannis Andreę de
Curte,vt teftatur Ann.in fuis fingularib.
in verb. Adiutorium, & quamuis videa-
tur contrarium tenere Præf. de Franch.
decif.73.nu.12.Nihilominus num.13. &
21 feqq.refert decifum, † vt etiam fi frater
do-

dotaſſet ſororem, poſſit ſubuentionem petere à vaſſallis.

22 Procedit etiã in auo paterno; ſi enim auus paternus dotaſſet neptem in caſibus, vbi tenetur ex diſpoſitione iuris ad dotandum, poteſt exigere à vaſſallis prędictam ſubuentionem, & ita fuit deciſum annis elapſis in cauſa Principis Venuſij cum eius vaſſallis.

23 In matre tamen fuit maxima dubitatio; num, dotando filiam, poſſit petere adiutorium à vaſſallis, & Frezz. in d. 2. authorit. ob articuli difficultatem, reliquit quæſtionem indeciſam, & dùm caſus accidit annis elapſis in Regia Camera in cauſa Baroniſſæ Martignani cum ſuis vaſſallis; quæ Baroniſſa tanquam auia materna dotauit D. Beatricem Caracciolam eius neptem, ſtante paupertate parentum, & petijſſet ſubuentionẽ à vaſſallis, & Paulus Staibanus, meus Magiſter, contenderet, deberi ſubuentionem; nihilominus contra ſe obtinuit ſententiam, & fuerunt Vaſſalli ad relationem Præſidis de Montaluo nunc Regentis meritiſſimi, abſoluti ab impetitis per Baroniſſam, & ratio potiſſima fuit,

24 † quoniam illis debetur ſubuentio ſecundum terminos dictæ Conſtit. Quamplurimum. Qui de iure aſtringi poſſunt ad dotandum, vt etiam conſiderat Vinc. de Franch. deciſio. 73. nume. 9. Et inter has perſonas non eſt auia materna; quæ potius ex quadam æquitate tenetur ad hanc dotem, potius loco alimentorum debitam; vt ex dictis nu. 12. & alibi cerni poteſt.

25 Aliæ autem quæſtiones in hac materia ſubuentionis, ſi poſſit exigi, quando Domina alicuius Caſtri ſe ipſam maritaſſet: quid ſi abſque dote ob eius pulchritudinem ducta fuerit in vxorem ab aliquo

26 viro? Quid in filia ſpuria, etiam legitimata, & in pluribus alijs caſibus, nam videri poteſt Frezz. d. author. 2. Sic etiam an debeatur proprietario Domino, vel vſufructuario; nam videri poteſt Præſ. de Franch. deciſ. 131. & an poſſit ſubuentio hæc remitti, videri poteſt idem deciſio. 73. ſic etiam Reg. de Pont. deciſ. 3. & etiã Salern. d. fol. 228. hæc enim pauca tantùm de hac materia adnotare volui, nec ſicco pede omnia pertranſirem.

SVMMARIVM.



Dulterium vtriuſque coniugis eſt iuſta cauſa ſeparationis matrimonij quòad thorum. num. 55. Quid ſeruetur in praxi quò ad viri adulterium. num. 56.

Aſſecuratio dotium infra quod tempus peti debeat per vxorem traditur. num. 37. Peti poteſt, ſi maritus relegetur in Inſulam, vel ad tempus damnetur ad triremes. nu. 14. Sic etiam mortuo viro ciuiliter. nu. 8. Sic etiam, ſi maritus ingrediatur in aliquam Religionem. nu. 15. & 19. Sic etiam vergente viro ad inopiam. nu. 20. Vel ſocer ad inopiam vergeret. num. 36. Sic etiam ſi ob viri ſæuitiam ſeparetur matrimonium, vel ob aliam culpam viri. num. 46. 52. & ſeqq. Locum habet etiam in bonis feudalibus. nu. 29. Procedit etiam in donatione propter nuptias. nu. 30. Fieri debet pro ſolo credito vxoris tantùm. nu. 33. Ad quid inuenta ſit ſub nu. 28.

Bonis mariti publicatis, an vxor aſſecurari debeat pro eius dotibus. nu. 11.

Creditores viri non habent ius offerendi dotem vxori, petenti aſſecurationem dotis, ob vergentiam viri ad inopiam, & ita ſemper fuit practicatum in Regno. nu. 32.

Diuortium dicitur à diuerſitate mentis vtriuſque coniugis. nu. 41. Propriè cadit inter virum, & vxorem. nu. 39. De iure ciuili ſeparabat vinculum matrimonij. num. 42. Quid in lege veteris Teſtamenti. num. 43. Secundùm Canones ſolùm fit quòad ſeparationem thori. num. 44. Permittitur ob viri ſæuitiam & varijs alijs ex cauſis. nu. 45. & 47.

Dominium dotis, reſtitutæ vxori, conſtante matrimonio, non eſt penes vxorem. num. 28.

Dos exigi poteſt, conſtante matrimonio in octo caſibus. nu. 1. Dum reſtituitur, conſtante matrimonio, infra quod tempus reſtitui debeat? nu. 2. Reſtituitur vxori ob mortem ciuilem viri. nu. 7.

Dos, data filio, vel ſeruo, reſtituitur vxori, conſtante matrimonio, ſi pater, vel Dominus ratam non habeant dationẽ dotis. nu. 5. & 6.

Edu-

Educatio filiorum, facta separatione matrimonij culpa vnius coniugis, fieri debet penes coniugem innocentem, expensis tamen coniugis nocentis. num. 53. & 54.

Fructus dotis, etiam penes vxorem existentis, an sint viri? nu. 31.

Interesse dotis debetur, quando dos petitur actione ex dote; secus si conditione generali petatur. nu. 4.

Ius offerendi non habet locum in assecuratione dotis, nisi bona viri essent mobilia, quod explicatur. nu. 32. & 34.

Maritus quando dicatur mori ciuiliter. & fieri seruus pœnæ. nu. 9. Si ingreditur Religionem, quando matrimonium erat ratum tantum, quid facere debeat Coniux remanens in sæculo, si vir vagetur de vna Religione in aliam? num. 17. & 18. Nolens habitare cum vxore, tenetur illi restituere dotem. nu. 38.

Marito incipiente malè vti substantia sua, dicitur ad inopiã vergere, & vxor assecurari debet pro dote. num. 21. Sic etiam dum contrahit æs alienum. num. 22. Vel vltra eius facultates teneret familiam. nu. 23. & 26. Sic etiam si eius bona essent in loco periculoso, vel vsuris essent subiecta. nu. 25.

Matrimonio contracto, & consumato, an dos repetatur actione ex dote. nu. 3. Si culpa vxoris separetur, non habet vxor assecurationem dotis. num. 48. & seqq. An soluatur per Religionis ingressum. nu. 15. & 16.

Pœna nulla soluit hodie vinculum matrimonij. nu. 10

Princeps potest imponere modum, & regulam expensarum, vt subditi ordinatè viuant. nu. 27.

Repudiũ propriè cadit inter sponsum, & sponsam. nu. 40. Quandoque tamen pro eodem sumitur cum diuortio nu. 39.

Separatio matrimonij regulariter fit etiã ob adulterium viri, sed an hoc seruetur in praxi. nu. 55. & 56.

Sæuitia viri quando sit iusta causa separationis matrimonij, traditur. sub numero 45.

Viuens inordinatè, cito ad inopiam reducitur. nu. 24. & 26.

Vxor, comparens pro assecuratione dotiũ, an impediat incorporationem, fisco faciendam de bonis viri. nu. 12. Potest bona viri ei obligata propria authoritate capere. nu. 13.

Vxor, comparens pro assecuratione dotiũ, an impediat executionem faciendam per creditores viri; & pro qua summa. num. 35.

Vxor amittit dotem propter adulterium num. 49. Quid per oscula libidinosa, & alios actus impudicos? nu. 50. Si ob eius sæuitiam separetur matrimonium, licèt non repetat dotem, debet tamen habere alimenta. nu. 55.

Vxor non tenetur redire ad virum adulterum, nisi præstita cautione de expellenda concubina, & quòd in posterum illam non admittat. nu. 57.

QVÆSTIO V.



1 Vintò quæro, in quibus casibus possit exigi dos constante matrimonio? De hac quæstione plura tradit Napod. in cõsuet. Vbi dos. à n. 26 ad num. 38. vbi octo enumerat casus, notatos in §. dotes autem. vbi glo. in verb. Imò. Authen. de nupt. tradit Afflict. aliqua. decis. 311. vbi eius Addentes, & Vrsill. ad eund. Afflict. decis. 336. sub nu. 3. & alij infra cumulandi. Qui quidem casus, vel saltem magis vsitati, ex aliorum dictis sunt hic examinandi.

2 Est tamen aduertendum pro dicendorum explicatione, quòd, dum restituitur dos, constante matrimonio, non datur tempus vnius anni ad dotis restitutionẽ, prout datur in restitutione, soluto iam matrimonio, vt suo loco dicetur: sed statim, saltem ex æquitate, dos ipsa restituitur, vel per conditionem sine causa, quãdo matrimonium declaratur nullum ob aliquod impedimentum, iuxta text. in l. auunculo. ff. de conditio. sin. cauſ. & l. 1. C. de condition. ob cauſ. cum alijs cumulatis per Neapod. in consuet. Viro mortuo. num. 54. in fin. Vel per actionem de dote, siue per conditionem generalem;

3 † nam, si matrimonium erat contractum, & consumatum, regulariter repetitur dos, conditione generali. l. quemadmodum. §. 1. ff. de iur. dot. Neapod in d. consuet. Viro mortuo. nu. 53. latissimè Præs. de Franch. decis. 562. tamen si in capitu-

lis

lis matrimonialibus fuerit expressè conuentum ex pacto, vt solet fieri Neapoli, vt dotium restitutio fiat tam ob mortem viri, quàm etiam in omnem alium casum restitutionis, & assecurationis, tunc sine dubio petitur dos actione ex dote, vt post alios probat idem de Franch. d. decis. 562. in fin.

4 Est autem magna vtilitas in hac cognitione; quia, si petitur dos actione de dote, venit interesse seruata forma consuetudinis, quod secus est, quando dos petitur illa conditione generali ex lege, quæ conditio est stricti iuris, vt docuit glos. in l. 1. in verb. vsuras. C. de condit. indeb. probant etiam Cyn. & alij, quos sequitur Præs. de Franch. d. decis. 562. nu. 12.

His notatis, deuenio ad casus magis practicabiles circa dotium restitutionē, constante matrimonio: quorum primus

5 est, † si dos data fuerit filio, vel seruo, & pater, vel dominus ratam non habeant dotis dationem. l. quemadmodum. §. 1. ff. de iur. dot. Neapod. in consuet. vbi dos.

6 nu. 27. & ratio est manifesta; † quoniam dos debet esse in tuto, ne vxor indotata maneat: at quia filius, & seruus supponūtur, non habere bona, super quibus vxor pro eius dotibus assecurari possit, idcircò datur vxori repetitio in hoc casu. Qualiter autem pater teneatur restituere dotem, datam filio, dixi supra par. 4. in tit. de renunciat. q. 19. nu. 21. & seqq. Et est, si pater expressè mandasset, dotem illam esse soluendam filio, vel ipse pater dotem recepisset, ideò in hoc casu, vbi id non interuenit, requiritur ratificatio patris, vel Domini; aliàs dos poni debet in tuto.

7 Secundus casus est propter mortem ciuilem ipsius mariti, vt tradit Neapod. d. nu. 27. & est, si maritus esset deportatus, vel relegatus in Insulam, vel esset dānatus in metallum, & loco huius pœnæ hodie successit condemnatio ad triremes, vt per Vinc. de Franch. decis. 140. Vbi nu. 8. subdit, quòd, si damnatio ad triremes esset in vita, mors ciuilis proxima esset morti naturali, & in omnibus his casibus restituitur dos vxori, constante matrimonio, vt etiam ipsemet probat, decis. 562. sic etiam Neapod. d. num. 27. & melius in consuet. Viro mortuo. nu. 47. & seqq. præcipuè num. 53. & dixi supra par. 4. q. 47. 49. & 50. vbi etiam de viro hæretico dictum est, & an tunc debeatur interesse, declaratum est dicta quæstio. 47. num. 24.

8 Notādum est tamen quòad prædictos casus mortis ciuilis, quòd, si maritus perpetuò moriatur ciuiliter, vt est in deportatione, & in condemnatione in vita ad Regias triremes, tunc sine dubio dos, & donatio propter nuptias, siue antefatum perpetuò esse debēt penes vxo-

9 rem; † quia in hoc casu maritus efficitur seruus pœnæ, quæ quidem seruitus irrogatur per decretum Iudicis, & consequenter morti naturali æquiparatur. l. cum hic status. §. si donator. ff. de donat. int. vir. & vxor. Et quamuis hodie etiam secundùm ius ciuile, per has pœnas non soluatur matrimonium, iuxt. tex. in §. sed

10 & captiuitatem. Auth. de nupt. † nulla enim pęna soluit hodie matrimonium, quòd est indubitatum secundùm ius canonicum, vt etiam notauit Præs. de Franch. decisio. 102. num. 2. tamen dos, & antefatum bene potest repeti ab vxore, vt hæc omnia docet Neapodan. in dict. consuetud. Viro mortuo. num. 54. ex not. in Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. Crot. in l. si constante. nu. 28. ff. sol. matr. vbi Bal. Nouell. num. 49. Ias. nu. 66. & seqq. Ioan. Lup. & alij, quos probat Surd. tit. 1. de alimen. q. 34. præcipuè num. 2. & seqq. Qui omnes hoc di-

11 cunt habere locum etiam, † quando bona mariti iam publicarentur ob eius crimen, nam siue publicatio sit quòad omnia bona, & de hoc non est dubium; siue in partem bonorum, vxor repetit dotē, & donationem propter nuptias, quoniā dicitur maritus malè incipere vti substantia sua, & expedit vxori, vt ipsa sit in tuto pro eius dote, & iuribus dotalibus.

Plus subdit Surd. d. q. 34. nu. 7. & seqq. ex doctrina Angel. in l. si marito. ff. solut. matr. vbi Bal. & Alex. tradendo practicā

12 in hoc casu, † etiamsi dos ipsius vxoris consistat in bonis stabilibus, tunc impedit incorporationem faciendam fisco de bonis viri, quoniam in illis bonis habet dominiū, & ideò impedit de iure incorporationem, fisco faciendam. l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. & hoc etiam procedit in alijs bonis viri, vndecunque acquisitis, quando vxor habet ad illa bona hypothecam, quam acquirit in contractu matrimonij, quando viro constituitur, vel soluitur dos, & ratione huiusmodi hypothecæ impedit incorporationem præ-

13 prædictam † cùm vxor illa bona, etiam
propria authoritate capere valeat, vt eſt
tex. notatus pro ſingulari in l. ſi quis poſt
hac. C. de bon. damnat. Ang. Lup. & alij,
quos probat Surd. d. q. 34. nu. 10. Reg. de
Pont. deciſ. 19. tota, præcipuè nu. 19. &
20. vbi hanc materiam examinat.
14 Si verò ipſe maritus ad tēpus per de-
cretum Iudicis condemnetur, vt euenit
in relegatione, quæ non excedit decen-
nium, ſic etiam in damnatione ad trire-
mes ad tempus, tunc etiam vxor repetit
dotem, & antefatum, & penes ſe illa bo-
na habet, vt ſe, & familiam inde alere va-
leat, quod clarum eſt, & patet ex dictis
nu. 7. & ſeqq.
15 Iddem procedit, ſi maritus ingredia-
tur in aliquam Religionem, quoniam
licet non ſoluatur matrimonium conſu-
matum, per religionis ingreſſum, tam
ſecundum ius canonicum, quàm etiam
ſecundùm ius ciuile, & in vtroque caſu
dum matrimonium eſt conſumatum co-
pula carnali, non poteſt vnus ex coniu-
gibus ingredi religionem, niſi manens in
in ſæculo voueat caſtitatem. l. Deo no-
bis. C. de epiſc. & cler. cum alijs cumula-
tis per Neapod. d. conſuet. viro mortuo.
nu. 51. & de iure quartæ nu. 82. latiſſimè
16 Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 21. † ſi ta-
men non eſt conſumatum, tunc poſſet
vnus ex illis, etiam contradicente alio,
ingredi religionem, & vxor manens in
ſæculo poſſet alium ducere virum, &
contra; quod latius proſequitur idem
Sanch. d. lib. 2. diſp. 18. cum duab. ſeqq. &
17 diſp. 24. examinat, † infra quod tempus
tunc liceat religionem ingredi, & vide-
tur opinio magis recepta, vt infra bime-
ſtre tempus poſſit deliberare, ſi velit in
religionem ingredi, & infra alium annū
teneatur alter coniux expectare, vt ille
18 emittat profeſſionem; † qui, ſi intra an-
num nouitiatus vellet vagari de vna re-
ligione in aliam, tunc Iudex aſſignat illi
terminum conuenientem, vt certam eli-
gat religionem, in qua velit profeſſionē
emittere, aliàs redeat ad ſæculum, & ma-
trimonium conſumet, quòd latiſſimè ex-
plicat Sanch. d. diſp. 24. vbi innumeros
19 cumulat Doctores. † Secuta igitur pro-
feſſione viri, dubitari non poteſt, dotem,
eidem viro conſignatam, reſtituendam
eſſe vxori, & ſi periculum adeſſet diſſi-
pationis honorum, reſtitui deberet ſta-
tim, & ſi aliqua dilatio concedenda eſſet
viro, vel monaſterio, in quo profeſſionē
emiſit, vxor interim habebit alimenta, vt
in qualibet reſtitutione dotis dicetur in-
fra q. 7.
20 Tertius caſus eſt, ob vergentiam viri
ad inopiam, & de hac cauſa reſtitutionis
plura tradit Neapod. in cōſuet. vbi dos,
ſub nu. 27. verſ. tertio caſu, cum nu. ſeqq.
Præſ. de Franch. deciſ. 54. DD. commu-
niter in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. & in l.
vbi adhuc. C. de iur. dot. cum alijs tradi-
tis per Surd. tit. 1. de alimen. quæſt. 35. &
queſt. 36. nu. 5.
Exempla vergentiæ viri ad inopiam
plura enumerari ſolent, quorum aliqua
ponit Neapodan. in d. conſuet. Vbi dos.
21 num. 29. Nec expectandus eſt exitus, vt
maritus cum effectu diſſipet bona ſua,
ſed ſatis eſt, ſi incipiat bona ſua diſſipare;
nam hoc ſufficit, vt detur aſſicuratio do-
tium; & in hoc attenditur vulgi opinio,
vt incipiat aliquis malè vti ſubſtantia
ſua. §. illud. Auth. de ęqualit. dot. gl. in d.
l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Neapodan. d.
22 nu. 29. Primum igitur exemplum eſt, † ſi
maritus magnam pecuniarum ſummam,
ſibi à patre relictam, voluntariè expen-
diſſet, & mutuò recipere pecuniam in-
cœpiſſet. c. licet Heli. vbi Innoc. extra de
23 ſimon. † Vel ſi multos familiares, vltra
ſuas facultates teneret, Authen. Vt de-
terminatus ſit numerus clericor. circa
princ. collat. 1. Neapod. loco cit. nu. 31.
24 Et ratio eſt, † quia citò ad inopiam redu
citur, qui inordinatè viuit, non ſeruato
ordine, modo, & menſura viuendi, iuxta
eius facultates, vt ſcripſerunt Andr de
Barul. & Ioan. de Plat. in l. 1. C. de frum.
vrb. Conſtantinop. Quod latiſſimè pro-
bat, & exornat Reg. de Pont. in tract. de
poteſt. Proreg. in rubr. de diuerſ. proui-
ſion. fier. ſolit. in tit. de limitat. expenſar.
25 nu. 1. & 2. † Et iddém eſſet, ſi bona viri
eſſent in loco periculoſo, vel ſubiacerēt
vſuris. l. 2. vbi glo. ff. ſolu. matrim. Et hæc
tria exempla inter alia ponit Neapodan.
loco cit.
26 Si igitur hæc exempla attendi debe-
rent, omnes ferè vxores in hac Ciuitate
aſſecurari deberent pro earum dotibus,
& antefato, quoniam eſt tamen exorbi-
tans expenſarum ſumma, quas faciunt
viri vltra eorum facultates, vt nullum
ordinem, nullum modum, & nullam ſer-
ueunt menſuram in viuendo, adeò vt ob
hanc cauſam in dies multi incidant in
deco-

decoctionē, & in concursu creditorum
27 graduationes fiunt, † & hac de causa solent in hoc Regno, & in alijs pluribus, prout Romani, & alij antiqui faciebant, fieri sanctiones, & pragmaticæ circa moderationem expensarum, circa famulorum numerum, domorum ornamenta, vestes, & alia, vt quilibet moderatè viuat; decoctiones, & alia incommoda euitentur, vt latissimè, & doctissimè pariter fundat Reg. de Pont. loc. cit.

28 Cùm igitur dos restituitur vxori ob vergentiam viri ad inopiam, tit. aduertēdum, non esse propriam restitutionem dotis, vt illius dominium sit penes vxorem; sed est potius assecuratio quædam, & ita communiter nuncupatur; & fuit adinuenta, vt vxor penes se habeat illa bona, vt tuta sit pro dote, & eius iuribus dotalibus, & de illorum fructibus seipsā, & familiam alere valeat. l. si cùm dotem. §. si verò. ff. solu. matr. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & vtrobique omnes, Afflict. decis. 291. Capyc. decis. 65. Thesaur. decis. 45. Farinac. decis. 249. Surd. tit. 1. de alim. q. 35. nu. 5. Reg. de Pont. decis. 19. nu. 19.
29 & sed fit vtcunque, † vbi hoc etiam probat habere locum in bonis feudalibus, præcipuè ex doctrina Barto. Roman. & Imolan l. vsufructu. ff. sol. matr. & ex alijs pluribus: & hoc est clarum: quia vel illa bona feudalia fuerunt data viro in dotē, & tunc vxor illa repetit, vt bona sua, per ipsalliam, vt suo loco dicetur, & patet tota illa decis. 19. Regentis de Pōt. vel sunt bona viri, obligata vxori, mediāte assensu, vt est in hac Ciuitate Neapolis, vbi mulieres habent assensum legis, vt dixi infra consi. 3. & tunc mulier assecuranda est in illis bonis, sibi obligatis in omni casu assecurationis, quod est cla-
30 rum; † quæ quidem assecuratio etiam procedit quòad donationē propter nuptias, siue quòad antefatum, vt cerni pōt apud citatos Authores, præcipuè penes Thesaur. & Farinac. & tradit etiā Vinc. de Franch. decis. 54. 561. & alibi passim.

Ex hac cognitione non esse dominiū dictorum bonorum penes vxorem, duo
31 sequuntur maximæ cōsiderationis. † Primum est, fructus, qui supersunt vxori, deductis eius, & suæ familiæ alimentis, cedere in beneficium viri, & creditorum ipsius, quia maritus remanet Dominus illorum fructuum, vt probauit Alex. in d. l. si constante. nu. 38. ff. sol. matr. tenent etiam Io. Lup. Cordub. & alij, quos sequitur Surd. d. q. 35. n. 5. & 6. & hoc multoties replicatum est superius.

32 Secundum est, quoniam in hoc casu creditores viri non habent ius offerendi, vt possint offerre vxori prætium dotis, & antefati, vt bona viri sint penes creditores ipsos; tum quia consignatio non fit vxori quòad proprietatem, sed potius loco assecurationis, & quòad alimenta tantùm, quo casu, ex receptiori sentētia, non habet locum ius offerendi; tum etiā, quia magis expedit vxori, & etiam bono publico, ne indotata maneat: nam etiam si ex pecunia, vxori per creditores oblata, emerentur annui introitus, vel alia bona stabilia, possent ab alijs creditoribus euinci: quæ omnia euitantur, dum vxor assecuratur in bonis viri, vt latissimè probat Ann. consi. 79. toto, vbi etiam respondet aliquibus contrarijs; probat etiam Vinc. de Franch. d. decis. 54. vbi dicit, ita semper practicatum vidisse suo tempore, & hanc opinionem maiori cumulo Doctorum firmatam, & veriorem esse probat nouissimè Mantic. par. 1. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 30. nu. 15. & seqq. vbi etiam respōdet aliquibus contrarijs; & vult, esse limitandam in
33 duobus casibus. † Primò, vt non excedat creditum vxoris, hoc est, vt fiat assecuratio pro sola quantitate debita vxori, & non pro maiori summa, & hanc limitationem admittunt omnes, nè fiat in fraudē creditorum, quod introductum
34 est in beneficium vxoris tantùm: † Et secundò limitatur, quando bona mariti consisterēt in pecunia, mercibus, vel alijs bonis mobilibus, ex quibus non posset vxor fructus percipere: quoniam in hoc casu satis erit vxori suam habere pecuniam, quam posset conuertere in emptionem bonorum stabilium, vel annuorum introituum, vt quandoque fieri solet in hac Ciuitate, vt suo loco notatum est.

35 Regulariter igitur non datur hoc ius offerendi; imò si creditores viri obtinuissent executionem in bonis viri, si mulier compareat, & velit ob vergentiam viri ad inopiam assecurationem habere, potest impedire executionem illam, & iure retentionis, & familiaritatis bona viri penes se retinet pro dotibus, & iuribus dotalibus, & in reliquo bonorum viri fit executio, vt latius probauit Bal. Nouell.

in tract. de dot. par. 7. priui. 18. & 24. Gramat. decis. 92. num. 17. Rolan. & Neguss. quos recenset Thesaur. decis. 207. nu. 1. vbi eius filius in additio. sic pluries refert decisum in illo Senatu, & solùm vult opinionem contrariam habere locum, quoties vxor in odium creditorum vellet executionem impedire; Secus verò pro suo iure. Quicquid tamē dicat ibid. uterque Thesaur. ut soluenda sit dos, & donatio propter nuptias uxori in pecunia, oppositum tamen est uerius in hoc Regno, ut cernitur ex dictis nu. 32.

36 Plus dicunt DD. ut prædicta locum habeant, etiam quando socer, & sic pater uiri, ad inopiam uergeret, tunc etiam daretur actio ad repetendam dotem, constante matrimonio; quia eadem est ratio conseruandi dotes, & iura dotalia, ut post Cyn. in l. ubi adhuc. nu. 5. ubi Salyc. nu. 7. C. de iur. dot. Barto. Alex. & alios innumeros, probat Surd. titu. 1. de alim. q. 39. nu. 12. & seqq. & Neapod. in d. consuet. Vbi dos. nu. 28. ubi dicit, hoc esse uerum, si infra tempus legitimum

37 assecuratio esset petita, † quod tempus solet iudicari congruum infra decenniū à tempore, quo maritus, uel socer ad inopiam uergere incipiunt, ut est tex. in l. in rebus. §. in omnibus. C. de iur. dot. Cuma. consi. 93. nu. 1. & alijs pluribus probauit Mascard. in tract. de probation. conclus. 1148. num. 11. Sed solent assecurationes peti statim, ut uir malè incipit uti substātia sua. solet. n. periculum esse in mora.

38 Quartus casus principalis est, † quando maritus sine causa uxorem repudiasset, nolens secum habitare, & fortuitos casus, simul uiuendo, cum illa communicare; tunc enim in pœnam diffidij tenetur uxori restituere dotem. l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. matr. l. consensu. §. uirum. C. de repud. cum alijs traditis per Neapod. in consuet. Vbi dos. nu. 32.

Vt autem hic quartus casus, in quo quidam alij comprehenduntur, magis pateat; notādum est, in iure nostro duos reperiri terminos quoàd separationem

39 matrimonij, † Repudium, uidelicet, & Diuortium: qui quidem termini quandoque cōfunduntur, & pro eodem ponun-

40 tur. † Diuortium igitur propriè cadit inter uirum, & uxorem, secuta ad inuicē carnali copula, nempe, quando matrimonium separatur post secutam carnalem copulam inter coniuges; Repudium uerò cadit etiam inter sponsum, & sponsā. l. inter stuprum. §. diuortium. ff. de uerb. & rer. signif. glos. in cap. quod autem. in uerb. negatur. 27. q. 2. Et ideò etiam inter uirum, & uxorem quandoque uocatur repudium, ut cerni potest in tit. de repud. sic etiam in §. has itaque causas. Auth. de nupt. Quos terminos longiori apparatu post Theologos, & Legistas, explicat Sanchez lib. 10. de matrim. disp. 1. cum plurib. seqq. ubi repudij, & diuortij causas latissimè prosequitur; quarum aliquas magis usitatas recenseam.

41 Diuortium igitur, quod dicitur à diuersitate mentium, uel quia in diuersas partes eunt, qui matrimoniū distrahunt.

42 l. 2. ff. de diuort. † De iure ciuili separabat, & dissoluebat matrimonium etiam quoàd uinculum, & uxori post diuortiū factum, licitum erat, alium ducere uirū; sic è contra, licebat uiro aliam ducere

43 uxorem, ut tot. tit. ff. de diuort. † Et hāc separationem hoc modo permisit etiam Deus Hæbreis in lege ueteris testamenti, uel ad uitanda maiora mala, quæ euenire solebant, si coniuges inuiti simul habitare cogebantur, ut docēt multi, quos refert Sanchez d. lib. 10. disput. 1. num. 5. Vel ex Dei dispensatione; quam sententiam post Diu. Chrisost. Albert. Magn. & alios probat Sanchez d. disp. 1. num. 7. &

44 seqq. † Sed hodie de iure canonico, diuortium solùm permittitur quoàd mutuam cohabitationem inter coniuges, ut est de fide determinatum in Conc. Trid. sess. 24. can. 7. & 8. Quæ dici solet thori separatio, vt latissimè post alios hoc prosequitur Sanchez d. lib. 10. disp. 3. cum seqq.

45 Fit autem diuortium ex varijs causis. Primò ob sæuitiam viri, dummodo tanta esset, vt absque grauis damni periculo non posset vxor cum illo habitare: secùs si modica esset coertio, & castigatio, vt in c. literas. de restit. spol. & hæc est omnium sentētia, teste Sanch. d. lib. 10. disp. 18. nu. 2. & quando non est grauis sæuitia satis est vxori secura cautio, vt à viro benè tractetur, quod etiam notauit Neapod. in d. consuet. Vbi dos. n. 35. Præs. de Franch. decis. 244. nu. 4. probant etiam Surd. tit. 7. de alim. q. 16. post nu. 4. Thesaur. decis. 130. Prax. Archiep. Neap. in

46 1. impress. c. 27. sub nu. 27. † Qui omnes docent, facta separatione matrimonij ob viri sæuitiam, esse vxori restituendam dotem,

dotem,& iura dotalia, & extra domum viri ex illis bonis ali possit, & sub sæuitia compræhenditur etiam causa, si maritus insidiatus esset vitæ vxoris, & non esset cautum mulieri alio modo per idoneam cautionem, vt est videre penes citatos Authores.

47 Secunda causa est, furor adeò vehemens, vt periculum sit cum illo coniuge habitare, vel maritus ita inebriari soleat, vt ebrietas illa tendat in periculum vitæ vxoris, vt post alios probat Sanchez d. disp. 18. nu. 18. Tertia est, si alter coniux efficiatur hæreticus, & periculum esset incidendi in eandem hæresim. Quarta vitium Sodomiticum. Quinta ob adulterium alterius coniugis. Sexta, si maritus esset leno vxoris, vel viros procaces in eius domum introduceret; qui vxorem ad turpia sollicitarent, & maritus rogatus ab vxore nollet illos dimittere. Septima, si non posset vxor habitare cum uiro, nisi cum peccato: quas quidem causas, & alias plures, longissimo apparatu exornat, & explicat Sanch. d. lib. to. de matrim. à disput. 2. usq; ad disput. 18. Sic etiam explicant aliqua ex dictis causis Author d. prax. Archiep. d. c. 27. præcipuè nu. 13. & seqq. Thesaur. d. decis. 130. quæ omnia omitto, ne maius efficerem uolumen.

48 Illud solùm notandum est, quòd, si separatio matrimonij ob culpam uxoris fieret, tunc non habet beneficium assecurationis dotis; nam si fieret ob crimen hæresis uxoris, tunc eius dos applicaretur fisco, ut latius probat Sanch. d. lib. 10. disp. 21. nu. 7. Et hoc clarum est, quæ quidem bonorum publicatio uiget etiã secundùm nostras consuetudines, ut dixi supra par. 2. tit. de bon. q. 4. nu. 4. & alibi.

49 † Si uerò fieret separatio thori propter adulterium uxoris, tunc illa amittit dotem, & maritus illam acquirit ex utriusq; iuris dispositione. c. plerunque. de donation. int. uir. & uxor. l. consensu. §. 1. C. de repud. cum alijs innumeris cumulatis per Sanch. d. lib. 10. disp. 8. n. 2. cum seqq. qui quidem Author disp. 4. præcipuè nu.

50 41. & seqq. disputat articulum, † num uxor amittat dotem propter oscula libidinosa, & alios actus impudicos, & disp. 5. tradit, quid si ui cognita esset ab alio; & quid si culpa mariti incidit in adulteriũ; ad quem me remitto, ut studeam breuitati.

51 Postremò, si ob uxoris sæuitiam separaretur matrimonium, nec dotẽ, nec alimenta extra domum viri habebit, quoniam non debet vir innocens, ob vxoris delictum, dotis commodo priuari; quod clarum est, & notat post alios Sanch. d. lib. 10. disp. 20. sub nu. 7. Quæ quidem priuatio alimentorum intelligitur de alimentis ordinarijs, non autem de necessarijs ad vitæ sustentationem, si vxor aliunde non habeat, vt patet ex dictis supra par. 5. q. 12. ne huiusmodi alimentorũ denegatio esset vxori maior occasio peccandi, & consequenter tunc ali debet in aliquo loco decenti, & honesto, & ordinariè est in aliquo monasterio, in quod detruditur vxor, quando eius culpa fit diuortiũm, vt sic corrigatur, & resipiscat.

52 Itaque tunc procedit assecuratio vxoris pro eius dote, & iuribus dotalibus, quando matrimonium separatur culpa viri, & ita loquuntur DD. citati num. 45. Et patet ex dictis per Sanch. d. disp. 20.

53 num. 7. † Et in hoc casu filij educari debent penes vxorem innocentem, expensis tamen viri, quia dos restituitur vxori ex iuris dispositione ob viri culpam, & delictum, & sic fructus vxoris sunt, & alimẽta soluenda sunt de bonis viri. Auth. si pater. C. de diuor. fact. post alios Sãch.

54 d. disp. 20. nu. 4. §. quamuis autem. † sicut è contra, quando culpa vxoris fit separatio, filij educandi sunt penes patrem, expensis tamen matris, si ad id facultatem habeat, vt patris, & matris æqualis sit pœna. glo. in l. alimenta. in verb. materna. C. de negot. gest. vbi Bart. nu. 1. Castr. nu. 3. Alex. num. 6. & plures alij, quos recenset Sanch. d. disp. 20. nu. 6. quos tandem probat nu. 7.

55 Illud solum notandum est, dum sermo incidit de adulterio viri, quòd licèt regulariter, etiam ob viri adulterium fiat separatio matrimonij quòad thorum, vt seruetur æqualitas quòad vtrunque coniugem, vt est videre penes Authores relatos per Sanch. d. lib. 10. disp. 18, & post alios probat Thesau. d. decis. 130. tum quia Concil. Tridentinum sess. 24. can. 7. loquitur de adulterio vtriusque coniugis, & tamen permittit separationem thori, tum etiam, quoniam etiam ex parte viri fit iniuria matrimonio per eius

56 adulterium, † In praxi tamen in hac Ciuitate regulariter non fit hæc separatio per adulterium viri, nisi maritus retine-

ret adulteram tanquam concubinam; tunc enim ſuſpicari ſolet mors vxoris, nam ſolet concubina inſidiari vitæ vxoris; imò multoties mariti propter concubinas ſolent inſidiari vitæ eorum vxorũ, vt dicetur infra par. 7. q. 13. Et propter hoc periculum ſemper fit ſeparatio matrimonij, vt notat Author d. prax. Archiep. Neapol. d. c. 27. Et ita audiui præcticatũ, quia non benè conueniunt vxor, & concubina, præcipuè ſi maritus in domo propria concubinã illam teneret, &
57 in hoc caſu, † non tenetur vxor redire ad virum, niſi præſtita per eum cautione de expellenda concubina, & in poſterũ nullo modo eam ſe admiſſurum, vt poſt Bald. Ioan. Lup. Dec. & alios, probat Sanch d. diſp. 18. nu. 20. & ſeqq. Theſaur. d. decif. 130. nu. 4. & hęc hactenus de hac quæſtione; nam reliqua videri poſſunt penes Sanchez in locis citatis.

SVMMARIVM.



Dminiſtrans bona alterius ſine eius mandato, ſi contrahat debitum, an teneatur debitum ſoluere? nu. 13.

Debitum in diem eſt verum debitum, attento præſenti ſtatu. num. 7.

Dos an poſſit reſtitui vxori, conſtante matrimonio, & an ſit onus viri, probare dotem verſam fuiſſe in vtilitatem vxoris? nu. 9.

Filij an teneantur ſoluere debita contracta per patrem occaſione alimentorum. nu. 11. & 15.

Maritus an poſſit cogere vxorem, vt dotem recipiat. nu. 1. Ante tempus, reſtituens dotem vxori, cenſetur fructus remittere. nu. 5. & 8. Soluens vxori debitum ad certum diem, validum actũ gerit. ſub nu. 7.

Maritus poteſt expreſſè remittere vxori fructus dotis. num. 8. An teneatur probare dotem reſtitutam vxori, verſam fuiſſe in vtilitatem vxoris. nu. 9.

Maritus contrahens debitum pro alimentis vxoris, & familiæ, an transfundat debiti obligationem in vxorem. nu. 20.

Mutuum habet actionẽ perſonalem, quæ non egreditur perſonam obligatam ad mutuum. nu. 16.

Obligatio cohæret oſſibus obligati, & beneficio iuris tranſit ad hæredes, & contra hæredes. nu. 17.

Obligatio patris alendi filios, & viri alendi vxorem, an ſit extincta per viri, & patris inopiam. nu. 19.

Repetitio quoad pecuniam, ſolutam alteri, an detur contra omnes, quibus pecunia proficit. nu. 14.

Vxor ſine dote dicitur vxor iniuſta. nu. 2. Recipiens dotem, conſtante matrimonio, an liberet eius virum ab obligatione dotis. nu. 3. 4. & 6. An teneatur ſoluere debita contracta per virum occaſione alimentorum. nu. 10. 11. & 12.

Vxor, ſoluto matrimonio, integram dotẽ repetit à viro, etiam ſi ille vltra ſuas facultates vxorem, & familiam prodigaliter aluerit. nu. 18.

Vxor diues qualiter teneatur alere virũ pauperem. nu. 25.

QVÆSTIO VI.



1 EXTO quæro, an maritus poſſit cogere vxorem, conſtante matrimonio, vt dotẽ recipiat? Reſpondeo negatiuè, ex doctrina Neapod. in conſuet. Vbi dos. nu. 36. tum quia vxor, recipiens dotem, præiudicaret ſibi in antefato, ſiue in donatione propter nuptias. §. fi. Auth. de non eligen. ſecun. nuben. Ex quo præſumeretur vxor antefatum remittere, tum etiam, quia hæc receptio dupliciter eſſe poſſet in præiudicium vxoris. Primò quia poſſet illam dotem amittere: Secundò, quia malè tractaretur à viro, † quoniam iudicaretur vxor iniuſta, quæ dotẽ
2 viro non ſoluit, vt habetur in d. §. fin. & not. Neapod. d. n. 36. probat etiam Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 34. in prin.
3 Verùm hoc procedit, ſi vxor nollet conſentire in receptione dotis; ſed ſi voluntariè dotem reciperet, valeret reſtitutio dotis, & maritus eſſet liberatus, præcipuè ſi reſtitutio fieret cum iuſta cauſa. l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot. l. vnic. C. ſi dos, conſtan. matr. ſuer. ſolut. cum alijs

alijs cumulat. per Surd. d. priuil. 34. nu. 3. & seqq. Dubitat tamen Neapod. loc. cit.
4 nu. 37. Si restitutio fieret sine causa, an valeret, ex quo videretur quędam donatio inter virum, & vxorem, nihil tamen affirmat, & remittit se ad tradita p DD. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & hanc sententiam plures probant, quos recenset Barbos. in l. 2. par. 2. in prin. nu. 1. ff. solu. matr. quos etiam sequi videtur Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 3. nu. 10. in fi. quia,
5 dum maritus ante tempus restituit dotē vxori, saltem remittit fructus dotis, & per hoc censetur facere vxori donationem; quæ donatio à iure improbatur.
6 Mihi tamen contraria sententia probatur, vt etiam si dotis restitutio fieret vxori sine causa, valeret, quam sententiā post alios probat Barbos. loco cit. nu. 2. Peralta in l. 3. §. fin. nu. 71. ff. de hæredib. instit. & probant alij relati per Sanch. d.
7 disp. 3. nu. 10. 11. & hoc ea ratione, † quia quod debetur in diem, est verum debitū, attento præsenti statu. l. in diem. ff. de condit. indeb. & quando maritus soluit vxori anticipatè, quod debet ad certum diem, ualet solutio. l. sed si vir vxori. ff. de donat. int. vir. & vxor. cum alijs cumulatis per Sanch. d. disp. 3. sub num. 10. vers. si tamen. Cùm igitur hæc restitutio anticipata respiciat executionem solutionis faciendæ ad certum diem, nulla habenda erit ratio de tali anticipatione, nisi maritus de proprio donaret vxori, quod nō est in hoc casu.
8 Nec obstat, vt sit donatio respectu fructuum dotis, quoniam maritus potest expresè remittere vxori fructus dotis non exactos. l. vir vsuras. ff. de donat. int. vir. & vxor. & hoc est indubitatum; quod ēt concedit Sanch. d. disp. 3. nu. 11. & consequenter si potest expresè remittere dotis fructus, nihil aliud facit, dum ante tempus restituit dotem vxori, & proindè valet restitutio: debet tamen esse cau
9 tus in tali restitutione; † quoniam, si dos non esset versa in vtilitatem uxoris, & restitutio præcipuè facta esset sine causa, tunc non liberaretur maritus ab onere iterum soluendi dictam dotem. d. l. unic. C. si dos constan. matr. fuer. solu. Et hoc tenetur probare maritus tanquam fundamentum suæ intentionis, aliàs non liberaretur ipse maritus. l. si cùm dotem. §. 1. ubi Castr. ff. sol. matr. l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot. cum alijs cumulatis per Surd. d. priuil. 34. num. 6. & seqq. Vbi aliquos Doctores recenset hoc tenentes, etiam si restitutio dotis fieret uxori ex iusta causa, ut adhuc maritus teneretur probare illam dotem uersam esse in uxoris utilitatem, Sit igitur cautus maritus in tali restitutione.
10 Potest tamen dubitari, quando dos restituitur mulieri, quouis modo fiat restitutio, an teneatur soluere debita contracta per uirum pro alimentis uxoris, & familiæ: & de hac quæstione plura tradit Surd. tit. 8. de alimen. priu. 48. Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 4. num. 28. & seqq. Vbi innumeros cumulat Authores, etiam recentiores: quæ quidem quęstio aliquibus adeò difficilis uisa fuit, ut illam indecisā reliquerint, ut egit Bar. in l. his solis. in fi. ff. de condi. indeb. Ioan. de Plat. in l. uxorem. in fin. C. de decur. lib. 10. Ioan. Lup. in rubr. de don. int. uir. & uxor. §. 66. nu. 5. & 6. Quidam uerò partem affirmatiuā defenderunt, in filijs tamen, uidelicet,
11 † vt filij tenerentur ad debita patris, cōtracta pro alimentis patris, filiorum, & familiæ, ut scripserunt Ang. in l his solis. nu. 1. Ias. nu. 2. ff. de condi. indeb. Purpur. in l. si cum seruum. nu. 5. ubi Ias. nu. 1. ff si cer. pet. Cremens. sing. 36. incip. Tu mutuasti. Roman. sing. 210. incip. pater erat
12 pauper. † In filio uerò, & uxore simul, probant Lup. Castill. Azebed. Barbos. & Surd. quos recenset Sanch. d. disp. 4. nu. 28. Qui nu. 29. opinionem istam satis pro-
13 babilem putat, præcipuè, † quia dum aliquis absque mandato meo bona mea administraret, & aliqua contraxisset debita, si debita contracta uersa essent in utilitatem meam, quia mihi hoc commodum attulit, si contrahens debita, non sit soluendo; ego in subsidium obligatus sum soluere debita contracta. l. ei, qui. §. alioquin. C. quod cum eo, qui in alien. potest.
14 Confirmant eorum sententiam, quia, licèt ius repetendi pecuniam, solutam alteri, regulariter competat contra recipientem, non autem contra eos, quibus pecunia profuit, ut in d. l. his solis. ff. de cond. indeb. Nihilominus, si pecuniam recipiens, non esset soluendo, & illi, quibus pecunia profuit, haberent ex causa lucratiua, non autem onerosa, tunc in subsidium, tenerentur ad solutionem talis debiti, ut scripsit glo. in d. l. his solis. in uerb. proficit, ubi Saly c. nu. 1. Castr. nu. 2. & alij,

& alij, quos recenſet Sanch d. nu. 28. Sed quando pater, vel maritus inops, acceperint pecunias ad alendos filios, vel vxorem, illæ pecuniæ verſæ ſunt in vtilitatē filiorum, & vxoris, & illas habent ex cauſa lucratiua, quia nec pater, nec maritus inopes tenentur alere vxorem, & filios, vt patet ex dictis ſupra par. 5. Si igitur nō tenentur alimenta ſoluere, iam ex mera liberalitate dicuntur alimenta præſtare, & conſequēter ex cauſa lucratiua habuerunt alimenta, & ſucceſſiuè in ſubſidium tenentur ſoluere debita, contracta occaſione alimentorum.

15 Contrariam tamen ſententiam, reſpectu filiorum, defendunt Alcia. in l. ſi cum ſeruum. num. 27. vbi Dec. nu. 1. ff. ſi cert. pet. Et in vxore eādem ſententiam probant Gomet. ad leg. Thauri. leg. 59. nu. 7. Molin. in tract. de contractib. diſp. 435. §. tertiū eſt. Rodriquez in ſua ſumma par. 1. cap. 100. nu. 1. quos etiam ſequitur Sanchez. d. diſp. 4. nu. 29. Et ego hanc eandē opinionem iudico veriorem, & receptā in hoc Regno; ſemper enim creditores hoc poſſent prętendere in damnum vxoris, & filiorum, vt alimenta habuiſſent ex pecunia recepta à viro, vel à patre, & ſic priuarentur dotibus, & iuribus dotalibus, ſed indiſtinctè admittitur, vt dos, & iura dotalia ſint in tuto reſpectu mulierum, & ſatis eſt, vt ſi aliquid ſupereſt ex fructibus, hoc cedat in creditorum beneficium, vt dixi q. præcedenti, & latius infra conſi. 11 præcipuè nu. 42.

16 Probatur hæc opinio à prædictis Doctoribus, quoniam vel pecunia illa accepta eſt ex mutuo, & tūc actio illa eſt perſonalis, nec egreditur perſonam recipiētis. l. non aduerſus. C. ſi cert. pet. l. eum cui. C. de action. & oblig. vel eſt contractum debitum medio inſtrumento, &

17 iddem procedit, † nam obligatio cohęret oſſibus obligati, ſicut lepra leproſo, & ſolùm ex diſpoſitione iuris introductum eſt, vt tranſeat ad hæredes, & contra hæredes, quatenus poſſident de bonis hæreditarijs. tot. tit. de action. ab hæred. & contr. hæred. & ideò eſt introductum beneficium inuentarij. l. fin. C. de iur. deliber. cum vulg. alijs. Sed vxor nec obligata eſt cum eius viro, nec illius eſt hæres: igitur nullo modo ad illa debita tenetur.

18 Confirmatur, quoniam vxor, ſoluto matrimonio, poteſt integram dotem recuperare, quamuis maritus prodigè expenderit illam dotem, vltra debitum alens vxorem, & familiam, & in foro conſcientiæ hoc probāt. Nauarr. in manual. cap. 17. num. 155. Rodriquez d. cap. 100. num. 7. Sanch. ſub d. num. 29. Quoniam, licèt maritus non tenebatur illud ſuperfluum ſoluere, non tamen transfundit illud onus in vxorem, vt ab ea repetat, vel cum eo compenſet, Iddem igitur eſt in propoſito.

19 Nec vrgent contraria, quoniam in viro inope, & ſic etiam in patre, non eſt penitus extincta obligatio alendi vxorem, & filios, ſed eſt tantùm ſuſpenſa, durante tempore inopiæ, & proinde ob hanc impotentiam non cogitur æs alienum contrahere, ſed poſſet cogere vxorem diuitem ad ſubminiſtrandum ei alimenta, vt

20 patet ex dictis par. 5. quæſtio. 11. † Si tamen debitum contraxiſſet, nec per hoc transfunderet in vxorem obligationem iſtam, cùm vxor non ſit obligata in tali inſtrumento, & conſequenter non ex mera cauſa lucratiua vxor recepit alimenta, ſed potius ex cauſa onerosa, nempe ex debito viri, qui tenetur vxori omni meliori modo, quo poteſt, alimen-

21 ta ſoluere; † nam vxor in ſubſidium tantùm obligata eſt præſtare alimenta viro, & filijs, quatenus, ſcilicet maritus non habet illam facultatem ad præſtandum alimenta ex bonis ſuis, & quòd nec aliunde poſſit illa alimenta procurare, & conſequenter, dum maritus aliundè procurauit alimenta, onus ſuum adimpleuit, & ideò nec vxor tenetur erga virum, quia in arbitrio eius fuit renunciare beneficio, quod habebat contra vxorem ad petendum alimenta; Nec etiam tenetur creditoribus viri: nam illi nullam actionem habent aduerſus vxorem, vt ad ſenſum patet; & hanc opinionem poſt alios tuetur Surd. titu. 8. de alimen. priuileg. 48. ſub num. 6. pręcipuè quando maritus, vel pater erant ſoluendo tempore contracti debiti, nam magis fauet bono publico, præcipuè dū viri ex varijs cauſis contrahant debita, & ſemper poſſit eſſe iſta prætenſio, vt pro alimentis eſſent contracta.

SVM-

SVMMARIVM.



Orredum vndenā dicatur, traditur. nu. 18.
Corredalia bona ad quem finem dētur viro. nu. 19. *Quando sint restituenda vsu consumpta, & quando pereant viro, explicatur. num.* 20. & 21.
Dos, consistens in bonis stabilibus, soluto matrimonio, statim vxori restituenda est. nu. 6. & 7. *Quid si consistat in nominibus debitorum. nu.* 14.
Dos legata vxori, etiam in bonis mobilibus consistens, statim illi restitui debet. nu. 9. & 10.
Dos, data sponso, habet priuilegia dotis. num. 12.
Hæredes mariti habent electionem infra annum restituere dotem vxori, retento sibi commodo interusurÿ illius anni. nu. 15. & 16.
Hæredes sponsi non gaudent dilatione anni ad restitutionem dotis. nu. 11.
Nomina debitorum an iudicentur tanquam bona stabilia sub nu. 14.
Pater, simul cum filio recipiens dotem, solus tenetur dotem restituere, & ratione probatur nu. 17.
Restitutio dotis, consistentis in bonis stabilibus, fit statim, mortuo viro; consistentis verò in bonis mobilibus, fit post annum. nu. 1. & 5. *Quidnam in hoc disponant Nostræ Consuetudines, traditur. nu.* 8. *Quid si bona stabilia vendantur, & pretium eorum sit existens in Banco, vel in arca. nu.* 13.
Soror dotata succedit cum alÿs sororibus, collata dote, vel eius actione, si dos adsit: si verò dos sit consumpta, succedit simpliciter. nu. 22.
Vidua cur soleat Neapoli sibi incidere crines super corpus viri, & qua ratione fiat instrumentum de capillorum incisione, & de luctu, traditur nu. 2. & 3. *Quo in loco sibi crines incidat, si maritus extra Ciuitatem moriatur, & corpus eius haberi nequeat, traditur. num.* 4.

QVÆSTIO VII.



Eptimò quæro, infra quod tēpus possit vxor repetere dotem, soluto matrimonio p mortem viri? Quæstio hæc duplicem sensum habere potest. Primus est simpliciter, & secundus, si dos legata fuerit vxori: Quam quæstionem in vtroque sensu explicaui supra par. 4. q. 47. & plura habentur penes Neapod. & eius Addentes in consuet. Viro mortuo. hoc tit.

1 Sit igitur regula generalis, dotem consistentem in pecunia, & valorem corredi, cōsistentis in auro, argento, & pernis, si nō apparet, vt corredum existat, restitui debere ab hæredibus viri mulieri infra annum, connumerandum à die mortis viri, vt habetur in d. consuetud. Viro mortuo. vbi omnes; quod est etiam verum secundùm ius commune, vt in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Præf. de Franch. decis. 562. & dixi supra d. q. 47. nu. 21. & seqq.

2 Vt autem vxor certa sit de eius interesse, & etiam, vt appareat certitudinaliter dies mortis viri, communiter practicatur Neapoli, quòd illo die, quo maritus moritur, fit per vxorem requisitiō hæredibus viri coram Notario ad hunc finem vocato, vt dicti hæredes restituant ipsi mulieri dotem, & antefatum, & ab ipso die computatur annus restitutionis dotium, & iurium dotalium, vt notauit Capyc. in d. consuet. Viro mortuo, in Apostill. incip. ad tex. vbi Stephan. de Caiet. in §. hæredesque mariti. fol. 242. in addit. incip. circa finem istius textus. dicens, hoc esse adinuentum in beneficium vxoris pro eius maiori cautela, vt constari possit de requisitione restitutionis dotium, & iurium dotalium, & ad hunc finem solet vxor sibi incidere crines super corpus mariti, & lugere eum, & de omnibus prædictis fit instrumentum, quo probetur postea dies mortis viri, luctus vxoris, initium anni, & aliorum temporum, postea currentium à morte viri.

3 † Item declaratur animus vxoris volentis consequi sua iura dotalia, & sic postea in iuditio non habebit aliter onus vxor probare prædicta, sed sufficit exhibere

4 instrumentum. † Si verò maritus mortuus

tuus esset extra ciuitatem, ita quod eius corpus haberi non posset, tunc vxor loco corporis viri ponit vnum de vestimẽtis eiusdem viri supra pannum, quem ad hunc finem in terra posuit, & ibi uxor incidit sibi capillos, & fit talis actus desuper explicatus. Vnde cùm semel non esset confectum tale instrumẽtum, fuit necesse examinare testes ad æternam rei memoriam, sic notat Stephan. de Caiet. loc. cit. & ibid. Frezz. iddem notat, quod etiam notarunt Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 370. & Præs. de Franch. decis. 217. & 218.

5 Limitatur primò regula prædicta, restituendi dotem intra annum, quando essent bona stabilia, vt notant omnes Authores in principio citati, & colligitur ex iuribus ibid. allegatis; quæ limitatio

6 etiam procedit, † si maritus in dotem recepisset bona mobilia æstimata; tunc enim perinde habẽtur illa bona, ac si dos consisteret in bonis stabilibus, & statim debet restitui ab hæredibus viri, vt habetur in d. §. exactio, cum alijs cumulatis p Surd. tit. 1. de alimen. q. 44. nu. 63. & habetur etiam in consuet. Ita quod: hoc titu. ibi. [Et bona stabilia æstimata statim mulieri ipsi restituenda sunt. Quinimo authoritate propria potest illa capere quandocunque] Vt habetur f. 246. Imò Barbos. in l. si æstimatis. post nu. 13. vers. nec ratione. ff. sol. matr. addit vnum, quod esset

7 notandum, † quoniam in hoc casu maritus remansit debitor in prętio bonorum, non autem in dote; est enim tunc debitor quasi emptor, & non quasi maritus, & sic non gaudet hoc anno ad restituendum. Et in hoc casu quod procedit de iure communi, seruatur etiam secundùm has consuetudines, vt est videre penes

8 Præsid. de Franch. loco cit. † & solùm addiderunt consuetudines, vt quando filij nollent, vel non possent morari cum patre, tunc teneatur pater restituere filijs statim omnia bona dotalia, siue æstimata fuerint, siue inæstimata, sic etiam correddum, vt habetur in consuetud. Si mulier nupta, vbi Neapod. & omnes.

9 Secundò limitatur, quando maritus legauit dotem, & iura dotalia vxoti, tunc enim statim fieri debet restitutio, etiam si dos consisteret in pecunia, hoc enim est commodum legati, vt incontinenti solui debeat. l. 1. §. verùm. ff. de dot. prælegat. & notant etiam omnes Addentes in d. consuet. Viro mortuo. Vbi Consil. de Bott. in addit. incip. Si dos legetur. fo.

10 237. dicit hoc esse verum, † etiam si maritus in legato prędicto se referret ad instrumentum dotis, & ita dicit iudicatum per duas vices in Sacro Consilio; quod tamen intelligo verum, iuxta explicata superius par. 4. q. 47. & non aliter.

11 Tertiò limitatur in hæredibus sponsi, quoniam hæredes sponsi non habent cõmodum, & dilationem anni ad hanc restitutionem faciendam, vt notauit Neapod. in d. consuet. Viro mortuo. num. 55. Ex tex. in l. si sponsa. ff. de iur. dot. vbi etiã

12 docet, † pecuniam, datam sponso nomine dotis, retinere priuilegia dotis quò ad prælationem, ex tex. in d. l. si sponsa. & in l. 2. §. si. coniuncta l. seq. ff. de priuil. creditor. & patet ex dictis supra q. 2. pręcipuè nu. 22. & seqq.

13 Notarunt tamen aliqui quòad dilationem anni circa dotis restitutionem, vt hæredibus viri detur dilatio anni, etiam si ipse maritus vendidisset bona dotalia stabilia, & eorum prætium existeret in Banco, vel in arca, vt post Roman. singu. 228. incip. Tu habes. notauit Vrsill. ad Afflict. decis. 236. nu. 3. Quod dicit esse notandum, prout re vera notandum esset, sed Neapod. videtur velle contrariũ in consuet. si mulier nupta. nu. 15. & 18. fol. 232. & 233. vbi concludit, pecuniam ipsam statim restituẽdam esse vxori, imò etiam merces emptas ex ipsa pecunia: sed faciunt quæ dicam quæst. seq. de annuis introitibus.

14 Insuper si dos consisteret in nominibus debitorum, tunc etiam restitutio fieri deberet infra annum, vt cedatur actio, quam maritus, vel eius hæredes haberẽt contra dictos debitores, vt not. Neapod. in d. consuetud. Si mulier nupta. nu. 19.

15 Quæ quidem dilatio vnius anni fuit introducta in beneficium hæredum viri, & idcircò esset in eorum electione intra annum restituere dotem, etiam in bonis stabilibus cõsistentem, & dum restituunt dotem, possunt sibi retinere interesse, siue interusurium medij temporis, quod deberet cedere in illorum beneficium intra spatium dicti temporis, quod tenẽt multi relati per Tiraquell. in tracta. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. nu. 36. probat etiam Consiliar. de Bottis in d. consuetu. Mulier nupta. fol. 231. in fin. in addit. incip.

cip. Quid si hæredes viri, & tenet ibid. etiam Neapodan. num. 18 vers. Nec obstat. fol. 233. Tenent etiam Bald. in Authen. ei, qui. C. de bon. author. Iud. possid. Cuman. Socin. Cordub. & alij relati per Surd. titu. 1. de alimen. quæstio. 44.
16 num. 53. cum tribus sequentib. † quamuis ipse numero 58. & sequentib. contrarium teneat, sed loquitur contra communem, & receptam sententiam: vxor enim ex hac restitutione nullum patitur damnum, & successiuè cùm interusurium esset hæredum, possunt illud sibi retinere, & cogitur vxor oblationem recipere ex illa iuris regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, est faciendum.
17 Est tamen aduertendum, quòd, si pater simul cum filio recepisset dotem Nurus, quoniam illa dos præsumitur in totum peruenta ad patrem, ideò ipse solus tenetur illam dotem restituere, vt post Cyn. & alios probauit Crauet. consi. 91. num. 3. tenent etiam Cacheran. decisio. 44. Menoch. & alij, quos probat Anna consi. 76. num. 9. An autem pater ex sola præsentia tempore receptionis dotis, per filium receptæ, obligetur, dixi supra par. 4. in titu. de renunciatio. quæstio. 19. num. 21. & seqq. & supra quæst. præceden. num. 6.
18 Dum igitur supra num. 1. facta sit mentio de corredo, notandum est, corredum dictum esse à corredo, quod est idem, quod recolligere. l. ita autem. in princ. ff. de administr. tutor. & hoc quia potest recolligi, siue repeti, & tunc secundùm hanc significationem potest etiam dici à redeo, quia simul cum dote reddit ad vxorem, vel tertio dici potest à corro-
19 do, siue rado, † quia ad hoc dantur ista bona mobilia, vt simul ad inuicem maritus, & vxor ipsa corrodant, & consumant, & ideò hæc bona corredalia restituuntur postea sic vsu consumpta, & inueterata, prout inueniuntur tempore restitutionis, vt ex tex. in l. quicunque. ff. de fals. explicat. Neapodan. in d. consuet. si mulier nupta. num. 10. 11. fol. 232. & in consuetu. Viro mortuo. §. ita quod. num. 98. fol. 246. Quod procedit, quando simpliciter dantur bona corredalia, vel cum expressa conuentione, vt corredum restituatur vsu consumptum, prout reperietur tempore soluti matrimonij,
20 † & tunc id, quod apparet superexistens tunc temporis, statim restituitur, nulla data expectatione vnius anni, vt habetur in d. §. ita quod, vbi Neapod. nu. 98. & si nihil superesset, nihil deberet restitui, dùmodo illa bona non essent consumpta, & dilapidata culpa ipsius viri, vt est text. in l. de his, vbi Bald. C. de donation. inter virum, & vxorem. Angel. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & l. fin. C. de pact. Corn. consil. 224. colum. 2. volum. 3. probat Consiliarius de Rubeis in suis addition. fol. quinto, in Apostill. incip. Quis teneatur probare consumptionem, & faciunt dicta per Capycium in dicto §. ita quod. fol. 247. in Apostill. incip. Ad istam glosam. Vbi dicit, Sacrum Consilium sibi in hoc reseruasse meliorem deliberationem in causa vxoris Federici Sanctafe: Quæ deliberatio clara videtur, si corredum culpa viri consumptum non esset.
21 Dixi, si daretur simpliciter, quoniam, si esset datum æstimatum, vt restitutio corredi fieret in pecunia, tunc consumptio esset in damnum viri, & eius hæredibus daretur annus ad restituendum corredum, & ita procedit text. in consuetud. Viro mortuo. Quæ omnia probat Neapod. in consuetud. Si mulier nupta. sub nu. 11. vers. & sic refert, & melius in consuetud. Si quis, vel si qua. nu. 233. fol. 140.
22 Vltimò aduertendum est, quòd si dos daretur in bonis mobilibus sine æstimatione, & tunc mortuo patre, succederet filia vnà cum alijs sororibus, collata illa dote, sic vsu consumpta, prout reperietur ex tex. in Authen. quod locum. cum alijs traditis per Afflictum decisio. 247. Et si daretur æstimata, & maritus non esset soluendo, succederet etiam, collata tamen actione ad exigendum contra Virum, vt habetur decisio. 247. num. 3.



SVMMARIVM.



Ontrahentes,haben do reſpectum ad ſtatutum, vel conſuetudinẽ, an poſſint mutare cõtractum in præiudi- tium eorum, quibus per contractũ fuit ius quæſitum. num.20.

Diſpoſitio, collata in tempus mortis, an ſubſtineatur vigore præcedentis contractus. nu.29.

Dotalia ſunt, & dotis loco ſuccedunt bona,adiudicata mulieri loco dotis.nu. 13.& ſeqq.

Electio datur mulieri, petendi bona empta ex pecunia dotali,vel pecuniam. n. 11. Procedit etiam in filijs. num. 12. & 14.

Fructuum, perceptorum ex bonis emptis de pecunia dotali, an ſit habenda ratio in reſtitutione dictorum bonorum. num.4.

Ius Longobardorum vocat omnes filios ad ſucceſſionem feudi,Ius verò Francorum primogenitum tantùm. numero 24.

Longobardus poteſt fieri francus in filiorum præiudicium.nu.23.

Maritus non tenetur reſtituere fructus perceptos ex annuis introitibus,emptis ex bonis dotalibus,non facta petitione per hæredes vxoris. nu.6. Recipiens dotem in nominibus debitorũ, an ſtatim ſoluto matrimonio, teneatur dotem reſtituere.nu.7. In dubio non præſumitur renunciare eius commodo. num.9. Mutuando pecuniam dotalem cum voluntate vxoris, an cedendo actionem hæredibus vxoris,liberetur.nu.10.

Mater ſecundò nubens an poſſit mutare formam primi inſtrumenti dotalis, in quo contraxit iuxta conſuetudines in ſcriptis redactas, & vt valeat diſponere ſecundùm morem Magnatum. nu. 17.& ſeqq.& nu.32.vbi quædam deciſio ad hoc propoſitum recenſetur.

Mater,qua ratione poſſit diſponere inter viuos de bonis dotalibus, & non poſſit mutare formam ſuccedendi, traditur. num.22.

Mulier poteſt petere bona empta ex pecunia rei dotalis.num.1.& 11. Sic etiam petit annuos introitus illa pecunia emptos.nu.5. Quando poſſit in vita de bonis dotalibus diſponere. nu.31.

Mutatio viuendi patris quando præiudicet eius filijs.nu.25. & 26.

Nomina debitorum an ſequantur naturam bonorum mobilium in reſtitutione dotium.nu.8.

Pactum, vt certis perſonis reſtituatur dos,reuocari non poteſt in præiudiciũ tertij.nu.21.

Pater,dans dotem filiæ,non poteſt ex interuallo reuocare pactum,adiectum in conſtitutione dotis.nu.19.

Res empta de pecunia dotali,efficitur dotalis.num.2. Quid ſi emeretur ex pecunia pupilli, Eccleſiæ,vel militis. nu.3.

Vidua de quibus bonis poſſit meliorare ſecundum virum.nu.27. An poſſit facere pactum in beneficium ſecundi viri de lucranda dote. nu.28. Qua ratione dicatur difficile ſecundum virum inuenire,traditur nu.30.

QVÆSTIO VIII.



Ctauò quęro,an vxor poſſit petere, vt ſibi reſtituantur bona empta ex pecunia rei dotalis,& ſi eidẽ mulieri loco dotis & iurium dotalium dentur bona viri, an illa bona ſuccedant loco dotis,& ſint ſubiecta diſpoſitioni conſuetudinum? Ad primam quæſtionis partem reſpondet Neapod. in conſuet. ſi mulier

1 nupta. nu. 15. † poſſe mulierem petere bona empta ex pecunia rei dotalis, tum quia,quod ex dote cõparatum eſt, quaſi dotale eſſe dicitur. l. res quæ. ff. de iur.

2 dot.tum etiam, † quia res empta ex pecunia rei dotalis efficitur dotalis fauore dotis,& fauore mulieris. l.ex pecunia.C. de iur.dot.Neapod.d.num.15.vbi Præſ. de Franch. in Apoſtill. incip. Vide Alexandrum. fol. 233. Vrſill.in additıon.ad Afflict. deciſ. 369. nu. 10. & patet ex dictis ſupra par. 2. in titu. de bon. q.3.& 5.

3 Nam, licet regulariter † res, empta ex aliena pecunia, fiat emptoris, qui ad ſolum prætium tenetur; tamen hoc limitatur

tatur non solùm fauore dotis, sed etiam fauore Ecclesiæ, in vtilitatem minoris, & ex priuilegio militis, quoniam, & si alieno nomine illa bona empta fuerint, nihilominus ex beneficio iuris ipsis acquiruntur, vt notauit Glo. in l. si ex ea. C. de rei vendic. Neapod. d. nu. 15. Soci. Abb. Roman. Tiraquell. & alij, quos probat Vrsill. ad Afflict. decis. 336. nu. 2. Reg. de Pont. consi. 38. Couarr. in c. 1. num. 5. de testamen. Mascard. in tract. de probatio. conclusio. 53. nu. 6. Surd. decis. 15. Lanar. consi. 26. nu. 17. qui nu. 19. subdit,

4 † habendam esse rationem fructuum, quos percepit maritus, cōstante matrimonio, ex dictis bonis emptis de pecunia dotali.

5 Hoc etiam procedit, si ex illa pecunia essent empti per virum aliqui annui introitus: isti enim bona immobilia sunt, vt suo loco notatū est, adeò vt sola quæstio sit, num dicti annui introitus sint statim restituendi vxori, ita vt restituens nullum sentiat commodum ex fructibus percipiendis ab illis annuis introitibus, & Præs. de Franch. in d. consuetud. si mulier nupta. fol. 232. in apostill. incip. Quid si ex pecunia refert decisum in Sacro Consilio in anno 1557. die 29. Decembr. iunctis Aulis, in causa Ferdinandi Carrafæ cum Ioanna Carlina, referente Consiliar. de Rubeis,

6 † vt maritus non teneretur restituere fructus perceptos infra annum, quando hæredes vxoris non petierunt illos annuos introitus emptos ex pecunia dotali, ea ratione, quia viro data fuit electio restituendi, vel pecuniam, vel illos annuos introitus, & dum electio est viri, potuit sibi retinere fructus perceptos ex annuis introitibus, secus ergo esset sine tali electione.

7 Notādum tamen est, quòd, si maritus recepisset dotem in tot nominibus debitorum, qui condemnati essent ad soluendum dotem, & deuenissent ad conuentionem cum viro, vt corresponderent ei ad rationem tot pro centenario; in hoc casu veriorem iudico sententiam, hæredes viri habere dilationem totius anni ad restituendam dotem, quia interusurium pro nominibus debitorum illius anni, quo moritur maritus, ad eius hæredes pertinet. l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrim. Vbi Bar. nu. 5. Castrens. num. 6. Dyn. in c. dolo facis. de regu. iur. in 6. Et hoc iddem docet Neapod. in consuet. Si mulier nupta. in verb. si non extant. nu. 18. vt nomina debitorum restituantur

8 infra annum, † quia debitorum nomina quantum ad restitutionem, sequuntur naturam bonorum mobilium, itaque & de iure communi, & de iure consuetudina-

9 rio hoc procedit. † Imò locum habet, etiamsi maritus promisisset restituere integras dotes, soluto matrimonio cum verbis admodum prægnantibus, quia in dubio se obligasse censetur, secundùm ius commune, & secundùm loci consuetudines, vt hoc beneficio vtatur, vt est particularis decisio Angel. in l. damni infecti. & in l. vlt. §. cum parietem. ff. de damn. infect. probant etiam Purpur. cōs. 476. nu. 2. vol. 2. Dec. consi. 402. & faciūt ea, quæ sæpius replicata sunt in tit. de renunciat. vt nemo in dubio præsumatur renunciare iuri suo.

10 Si tamen pater de voluntate vxoris mutuasset alicui pecuniam dotalem, tūc pater non diceretur habere in dotem, nisi actionem illam cōtra mutuatarium, & ideò filijs teneretur solùm actionem illam cedere, & per illam cessionem liberatus esset, vt ex tex. in l. quod debetur. ff. de pecul. notat Neapod. in d. consuet. Si mulier nupta. nu. 20.

Quòd autem dictum est in principio, Vxorem, & filios habere actionem ad petendum bona empta ex pecunia rei do-

11 talis, non habet locum præcisè, † sed in eorum electione est, si velint bona illa, vel pecuniam, vt ex tex. in l. ita constante. ff. de iur. dot. probat Neapod. in consuet. Si mulier nupta. n. 15. vers. & iddem

12 in prædio empto. † Quam quidem electionem haberent etiam filij. quando pater recepisset dotem in pecunia, & postea nec pecuniam haberet, nec habere speraret; tunc, soluto matrimonio per mortem vxoris, restituet pater filijs tot bona stabilia pro dote, ad electionem tamen filiorum, vt ex tex. in §. quod autem. Auth. de fideiussor. probat Neapod. loco cit. nu. 22. fol. 233.

Ad secundā partē quæstionis patet respōsio ex sæpiss. replicatis supr. par. 2. in

13 tit. de bon. vbi probatum est, † vxorem posse repetere à viro suas dotes, & pro illis recuperandis etiam bona antiqua viri repetere posse, & sine dubio illa bona succedunt loco dotis: quod eò magis procedit ex dictis supra hac parte 6. q. 3. nu. 22. vbi conclusum est, vt mulier non possit alienare bona dotalia in præiudi-

Rrr 2 tium

tium filiorum, & etiam quia si bona, empta ex pecunia dotali, dotalia sint, vt superius dictum est: sic etiam dotalia sunt, quæ loco dotis subrogata fuerunt; hæc enim est regula subrogati, vt sapiat naturam eius, in cuius locum facta est subrogatio cum omnibus eius qualitatibus, vt suo loco notatum est.

14 Additur etiam alia ratio, † quia dum maritus recepit dotem in pecunia, & nō haberet deinde pecuniam, iam filij haberent electionem eligendi sibi dotem in tot bonis stabilibus patris, vt num. 12. dictum est, eodem igitur modo loco dotis succedent illa bona, quæ fuerunt adiudicata vxori, cùm non sit ratio diuersa, sed
15 eadem: sic etiam, † quoniam si pater in pecunia, vel in stabilibus recepisset dotē, & postea, soluto matrimonio per mortē vxoris, nō adessent illa bona stabilia, nec eorum pretium, nec bona empta ex pretio illorum, vtiq; pater teneretur restituere filijs dotem illam in pecunia, si pecuniosus sit, vt dictum est, & ad restitutionem illam haber dilationem iuris, vt post Dyn. varijs rationibus probat Neapod. in d. consuet. si mulier nupta. nu. 17. Quod quidem beneficium dilationis intelligitur eo modo, quo explicatum est q. præced. ne videatur adesse contradi-
16 ctio, † & consequenter ex dictis cernitur, quòd tam ex parte vxoris, vel filiorū exigētium dotem, quàm ex parte Patris restituentis semper illa bona iudicantur dotalia, & loco dotis succedere.

17 Occasione prædictorum examinanda est quæstio, quæ solet quotidie succedere, si mater primo loco recepisset dotem cum pacto, vt de illa disponeret secundum consuetudines in scriptis redactas; si, mortuo primo viro, ex quo haberet filios, transiret ad secundas nuptias, non posset mutare causam disponendi de dote, & introducere, vt ei liceat disponere secundum morem Magnatum; & ratio est manifesta, quia ex prima capitulatione est acquisitum ius filijs prioris matrimonij, vt non liceat matri disponere, nisi de decima; quod ius fuit confirmatum
18 per mortem patris. † Igitur non potest mater mutare modum disponendi in præiudicium filiorum primi matrimonij, vt ex tex. in l. si inter virum. ff. de pact. dotalib. & in l. Diui. vers. pactis. C. de naturalib. liber. & alijs probat Guid. Pap. decis. 267. Q[illegible] quidem .dd. affirmat cons. 12. nu. 5. cons. 54. nu. 6. & singul. 522. vers. pactum factum est in contractu matrimonij. Et iddem probant Castr. consi. 108. Dubitatio præsentis articuli. nu. 2. lib. 2. in nouis. Bertran. consi. 27. Multa sunt. col. 1. & 2. vol. 1. Dec. consi. 215. nu. 2. consi. 224. sub nu. 2. consi. 244. nu. 5. & consi. 578. nu. 9. Crau. consi. 19. num. 10. Boer. decis. 172. nu. 4. & 5.

19 Cōfirmatur eorum opinio, cùm enim pater semel dedit dotem filiæ, non pōt amplius ex interuallo postea mutare formā disponendi, adhibitā in constitutione dotis. vt post Hostien. probat Camill. Salern. in consuet. Si qua moriēs. fo. 194. aliàs 195. in apost. incip. Ex hac consuet. vers. sed pone, ꝙ pater: nam ex tali pacto censetur acquisitum ius filijs, quia in eorum beneficium introductum est, ne possit mater disponere, nisi de decima tantum, & reliquæ nouem partes sine filiorum legitima, vt sæpius par. 4. replicatū
20 est, præcipuè q. 60. † Et in omni pacto, respiciente beneficium filiorum, præcipuè dum babetur relatio ad statutum, siue consuetudinem, ne possit reuocari in præiudicium filiorum, scripsit Bar. in l. 2. §. videndum. ante num. 2. vers. & pro euidentia. ff. ad Tertull. in l. liberorum. vers. nam statutum. ff. de verb. signif. & in l. seruo legato. §. si testator. ff de leg. 1. Oldrad. consi. 242. ante num. 2. Deci. consi. 448. num. 5. & consi. 537. aliàs 538. Viso puncto. nu. 6. & 7. Bald. consi. 212. Ea, quæ. vol. 5. Crau. consi. 45. num. 4. Paris. consi. 2. nu. 56. lib. 3. & successiuè non potuit mater reuocare primum pactum in filiorum præiuditium, vt latissimè etiam probat Fab. de Ann. consi. 79. præcipuè num. 14. & 15.

21 Denique confirmari potest; quia, si mulier in capitulis matrimonialibus fecisset pactū, vt certis personis restituatur dos, postea non posset recedere ab illo pacto inter viuos inito, vt ex multis probauit Neapod. in consuet. Siquis, vel si qua. nu. 223. & seqq. vbi Pisanell. probant etiam Præs. de Franch. decis. 196. nu. 4. & seqq. Morot. consi. 19. nu. 4. & 5.

22 Nec vrget primò, vt mater inter viuos possit, cessante fraude, disponere ad libitum de dote, vt latissimè probatum est supra par. 3. q. 1. Nam respondetur hoc esse verum, si mater cum effectu disponeret inter viuos, sed nunc hæc mutatio succedendi, & disponendi, licet fiat inter viuos,

viuos, confertur tamen ad tempus mortis, quæ dispositio est in fraudẽ filiorum primi matrimonij, contra quos non potuit se habilitare, vt in specie scripserunt Bal. in l. vnic. nu. 8. vers. contrarium fuit determinatum. C. de inoffi. dotib. Salyc. in l. hac edictali. nu. 5. vers. quartò quia. C. de secund. nupt. Alexand. consil. 158. num. 3. volum. 5. Roman. consi. 448. nu. 7. Socin. consi. 35. num. 4. volum. 4. alios id idem affirmantes recenset Roland. in tract. de lucr. dot. q. 20. nu. 8. & 13. latissimè Ann. d. consi. 79. nu. 13.

Nec obstat secundò doctrina Andr. in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. in t. addit. de prohib. feud. alien. per Federic.
23 vbi docet, † quòd si Longobardus viuere incœpit, vt Franchus, erit franchus ipse, & eius filij, & in hoc casu, feudũ, quod prius erat Longobardum, efficitur franchum, & in ista mutatione non attẽditur
24 præiudicium secundogeniti; † qui, attento iure Longobardorum, admittebatur post mortem patris ad partem feudi, vt in cap. omnes filij, si de feudo defuncti mil. fuer. contr. à qua portione feudi fuit exclusus, dum feudum est factum franchum; tunc enim solus primogenitus succedit. Nam respondetur, id euenire, quia filij, viuente patre, nullum habebant ius quęsitum ad illud feudum, & ideò Andr. duos casus distinguit: primus est, quando feudum venit ad filios ex stipulatione
25 patris, † tunc mutatio viuendi patris nocet filijs, ex quo pater in dubio censetur stipulari pro filijs, vti hæredibus, quo casu potest illis præiudicare, vt latissimè probaui infra consil. 2. Alter casus est,
26 † quando pater emisset feudum pro se, & filijs, adeò vt filij sint vocati, & comprehensi in inuestitura, & in hoc casu factum patris non nocet filijs, vt ibid. not. Andr. in vers. hoc indubitanter; Et clarũ est, præcipuè dum ex facto alterius est acquisitum ius filijs, prout est in casu nostro, dum ex facto aui, & ex beneficio cõsuetudinum vocantur ad illas nouem partes, non igitur potuit mater in eorum præiudicium recedere à pacto, & mutare formam disponendi; quæ opinio in puncto iuris verissima mihi videtur, si in contrarium non adsit aliqua qualitas sic vrgens, vt iustum iudicetur, recedẽdum esse a prædicta sententia.

27 Igitur, si vidua, secundò nubens, non posset ita de facili inuenire virum ob rationem pacti adiecti in primo matrimonio, disponendi de dote, nec haberet alia bona extra dotem, vt posset virum meliorare, tunc posset vxor mutare formã disponendi, quod facilè probatur, primò ex dicta doctrina Andręę, vt illa mutatio de Longobardo in Franchum noceat fi-
28 lijs: Secundò, † quia mulier, secundò nubens, potest facere pactum de lucranda dote, vt facilius virum inueniat, cùm hoc non fiat in vltima voluntate, sed inter viuos, & in hoc non attenditur præiudiciũ filiorum primi matrimonij; quia non habebant ius formatum infallibiliter in illis bonis, dum mater ex varijs causis potest illa alienare, vt scripserunt Neapod. in consuet. Si qua moriens. nu. 6. Paul. de Castr. in l. vnic. n. 4. C. de inoffic. donatio. Alcia. in tracta. de præsump. reg. 1. præsump. 8. nu. 6. vers. ita etiam. Ias. in Auth. præterea. ante n. 15. C. vnde vir, & vxor. Fanut. in tract. de lucr. dot. in glo. fine liberis. nu. 35. 38. & seqq. & faciunt dicta per Præsid. de Franch. decis. 435. nu. 17. cùm ex hac mutatione non tollatur le-
29 gitima filiorum; † quia, licèt dispositio videatur collata in tempus mortis, substinetur tamen vigore præcedentis contractus, initi in vita, & ab illo sumit vires, iuxta tex. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstr. l. vnus ex familia. §. si de lege Falcidia. ff. de lega. primò. l. asse toto. ff. de hæredib. instit. cum vulgat. alijs.

30 Additur etiam prædictis, quia viduæ, occasione filiorum primi matrimonij, & ob alias causas, traditas per Sylu. Nupt. lib. 2. nu. 30. vers. ampliatur quintò, cum seqq. Andr. Tiraquell. lib. 6. de legib. connubial. difficillimè nubere solent, & in hoc Regno, præcipuè in hac Ciuitate, adeò exosum erat ducere viduas vxores, vt ciãbellariæ fierent, quas pœnali pragmatica sanctione Don Petrus à Toledo, tunc Regni Prorex in anno 1540. fieri prohibuit, vt in pragm. 1. in titu de iniur.
31 & successiuè † vt mulier potuisset nubere, & nupta viueret, potuit mutare formam, & modum succedẽdi, cùm hoc sufficiat ad alienationem dotis, & etiam quia vxor in contractu dotali tenetur seruare consuetudinem viri, vt not. DD. in l. exigere dotem. ff. de iudit. cum vulgat. alijs, & hanc sententiam defendunt ad-
32 dentes ad Afflict. decis. 237. in fin. † & videtur etiam decisa per Sacr. Cõsilium; nam annis elapsis Donna Lucretia Carrafa

rafa primo loco cõtraxit matrimonium, & fuit illi limitata potestas disponendi secundùm consuetudinem in scriptis redactam, & dum ex primo viro vnicum susceplisset filium, Marchionem, scilicet, Lauri, & ad secundas conuolasset nuptias cũ Marchione Turris, ex quo nullum suscepit filium, iam postea in vltimis constituta, quia in secundo matrimonio mutauit formam capitulorum, & voluit, vt liceret ei disponere secundùm morẽ Magnatum, & dictum Marchionẽ Lauri sibi fecisset hæredem, & eius Viro Marchioni Turris quędam legata reliquisset, & quædam alia Don Hieronymo Carrafæ fratri, & sic disposuit secundùm morem Magnatum, dum prædicti legatarij pro legatorum consecutione egissent in Sacro Consilio, & Marchio Lauri hæres aduersus vtrunque legatarium se opposuerit, vt fieri non posset talis mutatio in eius præiudicium; tamen, lite pendente, cessit litem in beneficium Marchionis Turris Vitrici, cui integrè legatũ soluit, & se opposuit solùm contra dictum Don Hieronymum patruum, cum quo tandem, discusso plenè articulo, iunctis aulis, fuit iudicatum contra Marchionem Lauri, qui condemnatus fuit ad integri legati solutionẽ, vt est videre penes Balsamum, & consequenter ex dictis cerni potest articuli veritas, quando liceat huiusmodi mutatio.

SVMMARIVM.



Os quandocunque petatur, & à quocunq; exigatur, insolidũ exigitur secundũ Ius consuetudinariũ. n. 1. Quod explicatur. num. 5. & seqq. Quãdo in tali restitutione sit habenda ratio alimentorum viri. num. 2. An procedat, si possit opponi compensatio. nu. 3. An in dote confessata. num. 13. & 14.

Dos confessata, precedente instrumento dotali, in quo dos promissa fuit, habet hypothecam à die promissionis, etiam in creditorum viri præiudicium. num. 15. An locum habeat, si dotale instrumentum non præcesserit. num. 16. Quid si dotis cõfessio facta esset per errorem, vel honoris causa, & ad pompam. numero 17.

Exactio insolidum non habet locum in restitutione antefati. nu. 9.

Exactio quando fit, in quantùm aliquis facere potest, non proprietatis, sed fructuum bonorum habenda est ratio. numero 11.

Hæres regulariter tenetur ad debita defuncti solùm pro portione hæreditaria, fauore tamen dotis conuenitur in solidum. nu. 10.

Iura multum deferunt patri, nec illum volunt comprehendi in generali dispositione, præcipuè in eius odium. nu. 6.

Maritus multoties tenetur insolidum in casibus, in quibus teneretur, in quantum facere posset. nu. 12 remissiuè.

Pater non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, etiam fauore dotis, etiã de hoc iure consuetudinario, quod explicatur. nu. 4. & 7

Socer an teneatur insolidum ad restitutionem dotis. sub nu. 7. An contra eum possit liquidari instrumentum via ritus. nu. 8.

Tex. in consuet. Vbi dos. in verb. & à quolibet, declaratur non comprehendere parentes. nu. 5. & 6.

QVÆSTIO IX.



Onò quæro, an dos possit exigi insolidum? Hęc quæstio habet duas partes; prima, si maritus, vel qlibet alius, qui dotem soluere tenetur, teneatur insolidũ ad restitutionem dotis, vel solùm in quãtum facere potest, & secundò num possit insolidum exigi ab vno ex pluribus cohæredibus ad electionem vxoris? & in vtraque parte respondeo affirmatiuè.

1 Prima pars conceptis verbis habetur in consuet. vbi dos. hoc tit. qua expresè sancitur, vt quando dos est restituenda, in omni casu restitutionis, siue à marito, vel eius hæredibus, vel à quocunq; alio restitutio fiat, fit condemnatio, & exactio insolidùm, non obstante lege communi, quæ in casibus restituendæ dotia

vult

vult fieri condemnationem, & exactionem in quantum ipse, qui ad restituendam dotem tenetur, facere potest, habita ratione, ne egeat, sic habetur in d. consuet. vbi Neapod. nu. 25. eam intelligit, quacunque actione dos ipsa petatur, sufficit enim, vt teneatur ad dotem, siue restitutio fieret, soluto matrimonio, siue constante matrimonio in casibus notatis supra q. 5. prout latissimè explicat ibid. Neapod. nu. 26. & seqq.

2 In vno tamen casu procedit etiam secundum ius commune, quando nempè vxor esset pauper, & dos illi non sufficeret pro alimentis, quoniã illa datur præcipuè pro alimentis mulieris, & de eo, quod superest, subministrentur alimenta viro: ideò dum vxor meliorem causam habet, & æquiorem; exigit dotem insolidum à suo viro, nulla habita ratione alimentorum viri: ita post Iacob. de Aret. in l. si maritus. ff. sol. matr. Cyn. Bal. Alex. Campeg. Couarr. & alios Surd. in tracta. de alimen. tit. 8. priuil. 84. præcipuè nu. 3. & 4. Vrsill. ad Afflict. decis. 222. nu. 3.

Hoc intelligitur primò, dum agitur de illa dote, vt dictum est, nec tamen sim-
3 pliciter, & in omni casu, † sed solùm quãdo deberet fieri exactio, nec posset opponi exceptio compensationis, vt quia restituens esset creditor petentis dotem ex alia causa, quoniam hæc consuetudo non tollit compensationem, nec retentionem; vt not. Neapod. nu. 46. ex tex. in l. vnica. §. taceat. cum seq. C. de rei vxor. act. Cum enim ius commune corrigat in vno casu, non extenditur correctio ad alium.

4 Secundò limitatur in filia, quæ à patre exigeret dotem, pater enim non teneretur, nisi in quantum facere posset, vt latius probat Neapod. loco cit. sub nu. 43. vers. ex hoc ergo videtur, tum quia pater potest vendere filios propter famis necessitatem; ergo multo magis potest sibi detinere de bonis, quæ debet filiæ; tum etiam quia per egestatem, & mendicitatem reduceretur pater ad ignominiam, & tamen filij debent patri magnã reuerentiam, sic etiam magnam curam, & obsequium, vt in §. si quis ex prædictis. Auth. vt cùm de appellat. cognosc. & ob alias rationes, quas cumulat Neapod. sub d. nu. 43. & hoc iddem tenet Iacob. Anell. de Bott. ad Neapod. in d. consuet. Vbi dos. in princ. fo. 234. in apostill. incip. Illam consuetudinem, ibi (& limita istam consuetudinem non habere locum in filio exigente dotem à patre:) & iddem tenet Vrsill. in addit. ad Afflic. decis. 222. num. 2. vbi dicit non esse controuersiam, quando filia esset, quæ peteret dotem sibi restituendam ab eius patre: sic etiam Præs. de Franch. decis. 424. tota, & præcipuè nu. 7. vers. verùm.

5 Nec obstant illa verba d. consuet. Vbi dos. ibi [Et à quolibet alio, qui tenetur ad restitutionem dotis] nam intelligitur à quolibet alio eiusdem qualitatis, & cõditionis, vt est maritus, & eiusdem mari-
6 ti hæredes, non autem de patre, † cui iura multum deferunt, & etiam huiusmodi cõsuetudines, quæ nunquam illum comprehendunt, nisi in specie de illo faciant mentionem, vt latissimè discussum est supra par. 4. q. 44. & q. 46. vbi hoc iddem dictum est habere locum in alijs ascendentibus, & faciunt illa, quæ tradit Afflict. decis. 202. & quæ ibi not. etiam Vrsill. quoniam licèt consuetudines possint extendi ad casus similes, vt suo loco nos etiam notauimus, hic tamen non est casus similis, & qa hic casus est clarus; ideò disputandus est casus dubius.

7 Casus igitur dubius est, si pater, vel alius promisisset dotem genero, & sic prouisio facta fuit marito; quæ tamen dos non fuit illi soluta; an tunc possit fieri exactio insolidum, vel in quantum socer facere potest. & Afflict. decis. 222. refert bis iudicatum, fieri exactionem insolidum; vna vice in Sacro Consilio, & altera in Regia Camera, & Vrsill. ibid. n. 3. testatur alia vice, sic etiam determinasse Sacrum Consilium de anno 1545. se patrocinante, vt per eum, & de prædictis duabus decisionibus Afflicti meminerunt Scip. Bucin. & Iacob. Anell. de Bott. in dict. consuet. Vbi dos. in princ. quãuis ipse de Bott. cõtrarium teneat, & Bucinus hoc relinquat cogitandum, nihilominus Præs. de Franch. supponit, esse veram opinionem, vt socer exigatur insolidum pro dote, & quòd etiam possit
8 carcerari, † & contra eum possit liquidari instrumentum via Ritus, & ita fuit iudicatum, vt tradit decis. 366. in fin. & not. etiam decisio. 164. pluribus in locis, adeò vt hodie non possit dubitari de hac obseruantia, vt detur exactio insolidum; quicquid sit de alijs statutis.

9 Limitatur conclusio, vt non habeat locum

cum in antefato, tum quia confuetudo non extenditur de cafu ad cafum, præcipuè dum non eft eiufdem rationis, vt eft in hoc cafu, tum etiam, quia in antefato agit mulier de lucro captando, & fucceffiuè debet feruari ius cõmune, vt reftituentes non teneantur, nifi in quantũ facere poffunt, habita ratione, deducto, ne egeant, & fame pereant, & ita iunctis aulis, ob nouitatem articuli determinauit Sacr. Confil. in anno 1560. die 21. Iunij in caufa Angelæ Bouæ cum Doctore Francifco de Thetis, vt refert Salern. ad Neapod. in d. confuet. Vbi dos. incip. Limita etiam fol. 234. Quam Apoftillam Prẹf. de Franch. decif. 71. nu. 13. vbi hanc opinionem tuetur, tribuit Confiliario de Rub. qui in fuis addition. fol. 5. incip. An fit iddem. meminit de dicta decifione. Et ex pluribus hanc fententiam firmauit, vt per eum, & conferunt etiam dicta per eundem de Franch. tam dicta decif. 71. quàm etiam decif. 164.

10 Secunda pars etiam probatur de iure communi, licèt enim regulariter quilibet hæres teneatur ad debita defuncti pro fua portione hæreditaria; attamen fauore dotis poteft etiam vnus ex hæredibus conueniri infolidum ad electionẽ vxoris, vel alterius, petentis dotem, vt in l. cùm ab vno. ff. de leg. 2. l. fi poffeffor. ff. de rei vendic. l. 2. §. fed fi vnus. ff. de Prætorijs ftipulat. cum alijs traditis per Afflict. decif. 332. num. 2. Vbi Vrfill. num. 6. alios cumulat, & iddem probat Cornazan. decif. 35. nu. 6.

11 Eft tamen notandum, quòd, fi fieret exactio in quãtum aliquis facere poffet, non haberetur ratio proprietatis, fed fructuum bonorum, vt notarunt Boer. decif. 19. nu. 7. Vrfill. decif. 222. nu. 4. Quæ opinio mihi probatur, quia in alimentis præftandis non habetur ratio proprieta-

12 tis, vt dixi fupra fuo loco par. 5. † In quibus autem cafibus teneatur infolidum maritus, & omnis alius, qui regulariter non tenetur, nifi qui in quantum facere poteft, poft alios tradit Surd. tit. 1. de alimen. q. 78. tota, qui videri poteft.

13 Hoc iddem procedit in dote promiffa, & à viro confeffata pro recepta; nam iftæ confuetudines etiam in dote confeffata vigent, vt probat Neapod. in confuet. Viro mortuo. §. hęredesque mariti. vbi docet infra tempus, determinatum à lege, folùm opponi poffe exceptionem nõ numeratę dotis, qđ etiã dixi fupr. fuo loco, tradunt Affli. decif. 222. decif. 402. Thefaur. decif. 112. Mafcard. in tract. de probat. concluf. 361. & 362. Surd. decif. 65. nu. 2. decif. 116. nu. 5. decif. 154. decif. 214. nu. 6. Cornazan. decif. 130. Facchin. lib. 2. controuerf. iur. c. 92. Sanchez lib. 6. de matrim. difput. 9. tota. difp. 14. nu. 13. & feqq. & difp. 15. qui omnes materiam iftam examinant: Ex quorum dictis fic

14 refolui poteft hæc illatio. † Si enim prȩcefferit inftrumẽtum dotale, in quo fuiffet promiffa dos marito, qui poftea, conftante matrimonio confiteretur fe recepiffe dotẽ illã, tunc confeffio ifta receptę dotis, virtute præcedentis promiffionis, marito, eius hæredibus, & creditoribus,

15 piudicaret, & hoc eft adeò verũ, † vt vxor habeat hypothecam in bonis viri, non iam à die confeffionis, fed à die promiffionis dotis, & ad fummum in hoc cafu, qui prętendit, dotem non fuiffe folutam, poteft in fe affumere onus probandi exceptionem non numeratæ dotis, vt ex tex in l. in contractibus. §. 1. verf. illis etiã fecuritatibus, & in l. fin. C. de non num. pecun. Cyn. Io. Andr. Bald. Salyc. Felin. Yfern. & alijs probat Afflic. d. decif. 402. vbi num 13. verf. quare fuit votatum. dicit, fuiffe votatum per omnes de Confilio, vt mulier affecuraretur in bonis viri in damnum creditorum. vbi Vrfill. nu. 4. Sic etiam dicit decifum in anno 1556. prout etiam decifum fuit in Senatu Pedemont. tefte Thefauro Iun. ad patrem decifio. 112. tenet etiam Naucler. in fuis additio fol. 16. in 4. addit. in confuet. vbi dos. probant etiam Mafcard. d. concluf. 362. nu. 20. Natt. conf. 316. nu. 1. Couarr. Menoch. Guttier. & alij plures, quos fequitur Sanch. d. lib. 6. difput. 9. num. 10. quia tunc non præfumitur facta confeffio fub fpe futuræ numerationis; fed re vera præfumitur, maritum recepiffe dotem.

16 Si verò non præceffiffet dotale inftrumentum, & maritus, conftante matrimonio, confeffus effet, fe recepiffe dotem, & poft confeffionem, elapfum effet tempus biennij ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis; illa confeffio præiudicat viro, & etiam creditoribus eius, vt fcripfit Andręas in Cõftit. Regn. caufas: vbi docet, imperitè, & minus cum iuris fapore loqui illos, qui contrarium tenent, & Andræam ibid. fequitur Affli.

& etiam

& etiam d.decis.402.num.11. vbi Vrsill. nu.1.tenent Mascard.d.conclus.362.nu. 8.& 9.& post alios Surd.decisio.285. vbi refert, fuisse decisum in illo Senatu in beneficium vxoris,& de ipso Surdo meminit Thesaur.Iun.ad patrem d. decisio. 112.vbi sic pluries refert decisum in illo Senatu in vxoris beneficium, quæ quidẽ opinio eò magis locum haberet, si proba tum esset ab vxore, fuisse solutam aliquã summã dictæ dotis, vt post Pau.de Castr. Socin.Iason.& Crau.probat Mascard.d. concl. 362.nu.17.18. quoniam etiam ob modicam summam solutam cessat suspitio fraudis, ex tex. in l. cùm hi.§.modus. ff.de transaction.c.quæstionis.de simon. cum alijs cumulatis d.concl. 362. nu.19.

17 Verùm hoc locum habet, si vera esset confessio dotis, secùs tamen, si maritus per errorem confessus esset, se recepisse dotem, vel aliquam eius quantitatem, vt ex multis probat Thesaur. d. decis. 112. nu.3.Molin.in tract.de contract. disput. 439.Sanch.d.lib.6.disput.12.n. 1. & hoc deseruit, quando fieri solet confessio dotis, honoris causa,& ad pompam, vt quãdo re vera marito soluitur certa quantitas dotis, sed propter honorem,& ad põpam promittitur maior quantitas, quam postea confitetur maritus se recepisse; tunc enim illi nõ præiudicat, vt post Valasc.consult.5.num.21.& Molin. probat Sanch.d.disp.9.num. 2. Et in illa disputatione, & etiam disput. 15. tractat, quando confessio facta per virum constante matrimonio de receptione dotis, illi præiudicet, ad quem me remitto, satis enim est, hæc pauca adnotasse.

SVMMARIVM.



Limenta debentur in subsidiũ viduæ intra annum luctus, & si non transierit ad secundas nuptias. num. 11. Debentur etiãsi illa vidua efficeretur monialis. nu.12. Sic etiam, si hæredes viri in aliquam Religionem ingrederentur. nu. 13. & etiamsi ipsi hæredes essent pupilli. num.14.

Alimenta pro qua summa debeantur viduæ intra annum luctus, tam à filijs, quàm ab hæredibus extraneis. num.15. & 16. An excomputentur cũ proprietate dotium. nu.21.

Consuetudo, taxans alimenta, debita viduæ intra annum luctus; sic etiam certum interesse pro dote, valida est. num. 24. & 25.

Dos penes filios, & hæredes extraneos titulo lucratiuo manere dicitur. nu.25.

Fructus dotium, deductis alimẽtis viduæ, sunt hæredum viri. num.23.

Interesse dotium an debeatur viduæ, si petitum ab ea non esset. nu.9. Ad quam rationem debeatur intra annũ luctus. nu.15. & 16.

Interesse dotium non debetur viduæ, si cùm filijs, vel etiam hæredibus extraneis habitasset, & sic pluries decisum refertur. nu.17.18. 19. & 20.

Onus soluendi alimenta viduæ intra annum luctus, ipsi tantùm debetur, non autem eius hæredibus. nu.6.

Restitutio dotis infra quod tempus fieri debeat viduæ, vel eius hæredibus, traditur num.10.

Vidua, se ipsam alens intra annum luctus, an petere possit alimenta ab hæredibus viri. nu.7. & 8.

Viduæ pauperi debentur alimenta intra annum luctus, vel interesse dotium, & Iurium dotalium, ad electionem tamẽ hæredum. nu.1. & 2. Procedit etiam in hæredibus extraneis. num.5. An locum habeat, si ipsa esset diues. num. 3. & 4. Quid si haberet aliã bona extra dotem, an cogeretur illa vendere, vt intra annum luctus se aleret. nu.22.

QVÆSTIO X.



Ecimò quæro, quid debitum sit vxori, durante exactione dotium, & Iuriũ dotalium, num debeãtur illi alimenta tãtùm, vel interesse tantùm, vel vtrunque simul. Hæc quæstio cùm sit magis controuersa tam de iure communi, quàm de hoc iure consuetudinario; ideo maiori diligentia explicanda est, nam si vxori legata sint alimenta, an

præ umantur relicta animo compensan di,d cetur q.seq.

1 Sit igitur regula generalis, vxori debentur alimenta intra annum luctus, vel interesse dotium, & iurium dotalium, & si soluuntur illi alimenta, præstatio fieri debet secundùm quantitatem dotis, & donationis propter nuptias; Itaque in electione hæredum est vnum ex illis præstare, nã ad vnum tenentur, ita post Bald. consi.58.nu.7.vol.2.Craue.consi. 189 & alios probauit Surd. titu. 1. de alimen. q. 44.nu.52.& seqq.tit.4.q 20. nu.6.& tit. 5.q.2.Capyc.decis.20.& Præs. de Frãch. decis.489.nu.23.& quando dos restituitur, debet integrè restitui, vt cesset præstatio alimentorum, secus si oblatio esset pro parte dotium, vt not. Præs. de Frãch.

2 loco cit. † Et quando vxor relicta, esset pauper, nec haberet, vnde se aleret, omnes hoc docent, quoniam vxor ali debet ex fructibus dotis, vt suo loco notatum est, & hoc onus maritus transtulit ad eius hæredes, vt latissimè probat Surd.d.ti. 1. q 44.n.11. & seqq.tit.7.q.22.n.2.& seqq. Thesaur. decis. 43. quia vidua censetur esse in eodem matrimonio, & ob eius honorem, alimẽta habere debet; & ob alias rationes, vt est videre penes citatos Authores.

3 Sola igitur quæstio fuit, si vidua esset diues, an tunc haberet alimenta ab hæredibus viri, & opinionem affirmatiuam defendit Alberic. in l. vnica. §. exactio. C.de rei vxor. action. & Dec. in l. de alimentis.nu.6.C.de transactio. & alij, de quibus meminit Surd d.q.44.num.9.Sed verior videtur opinio, vt non habeat alimenta; nam hæc debentur vxori intra annum luctus per officiũ Iudicis, & successiuè debentur in subsidium, si ille, cui præstantur alimenta, non habeat aliunde, vt suo loco probatum est, & per hanc rationem ita in casu nostro ex tex. in l. pen.ff.vt in possess.lega, vbi gl. Dyn.Bar. & alij in l.diuortio. ff. solut.matr. & alijs pluribus, defendit Surd d.q.44.num. 48. vterque Thesaur. decis. 43.& 44. Præs. de Franch.d.decis.489.præcipuè nu. 17. & seqq. Sunt etiam aliæ limitationes ad

4 hanc regulam, † vt viduæ non debeantur alimenta intra annum luctus, quas ponit Surd.d.q.44.& tit.7.q.17. & 22. cum duab. seqq. nempè non solùm, si habeat de suo, sed etiam quando transiuit ad secundas nuptias; vel si facta esset restitutio dotis mulieri, vel quarto, si alteri, quã mulieri fieri deberet restitutio dotis; quæ omnia examinat Surd. in locis citat.

5 Cùm autem vidua est pauper, & illi solui debent alimenta, etiam hæredes extranei tenentur illi alimenta præstare, vt notant præcitati Doctores, & determinauit etiam Sacrum Consilium, vt refert Præs. de Franch. d. decisio. 489. sub

6 num.22. † Et cùm hoc onus sit personale respectu vxoris tantùm, non transit ad eius hæredes, vt post alios notat Sur. d. q.44. nu.72.

7 Ex dictis sequitur, quòd, si vxor intra annum luctus seipsam aluerit, nec alimẽta ab hæredibus viri petijsset, non consequitur alimenta præterita, vt probauit Bar.in l.diuortio, vbi Castr.nu. 6. ff solu. matrim. & ex communi sententia notat Thesaur. decis.44. quod habet locum, nisi vidua pro alimentis præteritis contraxisset æs alienum, vt optimè not. Thesaur. loco cit. probat Præs.de Franchis decis.605. in princ. & decis. 217. de quo meminit additio ad Capyc. decis. 24. & patet ex dictis par.5.q.4. Quamuis Surd. & alij ab eo cumulati titu. 0. de aliment.

8 q.10. tota probent contrarium, † vt possit vidua exigere alimenta præterita, nõ exacta, quia illa debentur propter dotẽ, quam penes se retinuerunt hæredes; Nõ tamen est ratio concludens, dum alimenta debentur in subsidium, vnde ipsemet Surd.titu.9.de alimen.quæst.18. num. 3.

9 post alios notat, † Viduæ non deberi interesse dotium, si illud nõ petijsset, quoniam ob moram tantùm debetur; & dum nec alimenta, nec interesse petuntur, signum est, vt mulier illud ius remisisset, & præcipuè si cum filijs habitasset, vt post Viu.Campeg. Cott. Vrsill. decis. 284. Vinc. de Franch. decis. 217. notant Addentes ad Capyc.decis.24.in 1.addit. vers.aduerte, quod si vxor. Et patet etiã,

10 † quoniam si dos consisteret in bonis stabilibus, quo casu statim fieri deberet restitutio, vel si consisteret in bonis mobilibus, quo casu post annum luctus dos restituitur; Vt viduæ debeantur alimenta, durante tempore restitutionis, necessaria est petitio vxoris, vt post Barto.in l.si neget.ff.de liber.agnosc.Bal.Angel. Roman.Castren.Afflict.Couarru. Menoch. & alios, probat idem Surd.d.tit. 1. de alimen.quæst.218. nu. 8. cum seqq. & conferunt dicta per Præsidem de Franchis decis.

decis.489.562.617.& alibi.

11 Eatenus hæc alimentorum præstatio subsidiaria est, quòd, si vidua pauper intra annum luctus transierit ad secundas nuptias, & secundus vir haberet, vnde alimēta præstaret vxori; tūc liberati essēt heredes primi viri a præstatione dictorū alimentorū, quia deficit illud remediū subsidiarium, vt post Cyn. & alios in l.fi. C.de bon.matern. Ange. Rebuff. & alios probat Surd. tit. 1. de alimen. q. 44. num. 74. q. 45. nu. 54. & tit. 7. q. 22. nu. 9. Iason. Couarru. Azebed. Molin. & alios plures. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 87. nu. 30.

12 Et dum viduæ debentur alimēta, † sunt illi debita etiam si infra annum luctus efficeretur monialis; nam tunc etiam alimentis indiget, vt ex tex. in Auth. iddem est. C. de bon. quæ liber. probat Neapod. in consuet. Viro mortuo. §. hæredesque mariti. nu. 91. & prius num. 52. hoc pro-

13 bauit habere locum, † etiam si è contra hæredes viri intra tempus præstationis alimentorum ingressi essent in aliquod monasterium, quoniam hoc onus ad monasterium transiret, quod clarum est; nā onus, præstandi alimenta alicui, transit etiam in monasterium, vt ex pluribus probauit Surd. titu. 1. de alimen. q. 37.

14 tit. 4. q. 23. nu. 6. & alibi passim. † Procedit, etiam si hæredes viri pupilli essent, vt docet Neapodan. loco cit. nu. 93. ea ratione, quia ipsi etiam ligantur dispositione harum consuetudinum, vt latè probatum est supra par. 2. in tit. de Personis. q. 7. quoniam ipsorum tutor conuenien dus est; & si tutore carerent, daretur eis curator ad litem, cum quo ageretur iudicium, & interim præstantur alimenta.

Reassumendo prædicta secundùm materiam istarum consuetudinum; dico vnà cum Præside de Franch. decis. 562. nu. 2. & seqq fuisse introductum de hoc iure consuetudinario quoàd alimentorū

15 præstationem, † vt, decedente viro cum filijs, teneantur filij, hæredes patris, primis sex mensibus anni luctus alere matrem, & in hoc tempore nullum currit interesse dotis, & iurium dotalium in beneficium matris. Elapsis primis sex mensibus, tenētur filij soluere matri per alios sex menses sequentes interesse ad rationem quinque pro centenario, vt habetur in consuet. Viro mortuo, vbi Neapod. sub nu. 47. vers. nota ex primo dicto. & ibid. Bucin. in §. hæredesque mariti. in Apostil. incip. In verbo liberi. vers. adde quia iste tarenus. fol. 242. Præs. de Frāch. d. decis. 562. nu. 2. & in hoc est differentia inter filios, & hæredes extraneos;

16 † nam hæredes extranei primis sex mensibus, non tenentur ad alimenta, nisi in subsidium, & in hoc filij sunt deterioris conditionis, quod fuit introductum, vt ex alimentorum præstatione alliceretur, & induceretur mater, illis sex mensibus ad morādum cum filijs, ad suam, & filiorum consolationem; sed quoàd præstationem interesse sunt pares filij, & hæredes extranei, vt post Neapodan. in pluribus locis not. Vinc. de Franch. d. decisio. 562. nu. 3. & 4. & dixi etiam supra par. 4. q. 47. num. 2. & seqq.

17 Verùm si illis sex mensibus sequentibus, mater habitasset cum filijs; non haberet interesse dotium, & iurium dotalium, vt notauit Neapod. in d. consuet. Viro mortuo. §. hæredesque mariti. nu. 94. fol. 246. Et in eodem §. in princip. fol. 242. in apostill. incip. circa finem. Iddem tenet Stephan. de Caiet. & ita fuit determinatum in Sacro Consilio, vt testatur

18 Vinc. de Franch. decis. 217. † Quod etiā procedit in hæredibus extraneis, si cùm illis mulier habitasset illo tempore, vt consuluit Florian. consi. 9. num. 9. cum seqq. Et ratio est, quia hæc alimenta excomputanda essent cum interesse dotis, quod etiam post Dyn. Bald. & Imol. in l. diuortio. ff. solut. matrim. probat Surd. titu. 1. de alimen. quæst. 44. num. 64. in fi.

19 & num. 65. † quoniam in hoc casu mulier præsumitur elegisse sibi viam petendi alimenta, nō autem interesse dotium; cùm vnum ex illis tantùm sit debitum

20 mulieri, vt in principio dictum est, † & ita pluries determinauit Sacrum Consil. vt viduis nō debeatur interesse dotium, stante præstatione alimentorum, & præcipuè in causa Angelellæ de Capite cum Principe Hostiliani, referente Consiliar. Vincentio de Franch. vt legitur in dicto processu penes Balsamum fol. 123. Sic etiam fuit aliàs decisum, iunctis Aulis, referente Consiliario Fuluio de Constantio, in causa D. Victoriæ Spinellæ cum Principe Casertæ, penes Ciuitellam.

21 Illud notandum est, vt alimenta, præstita mulieri, non sint excomputanda in proprietatem dotis; vt inaduertenter voluit Capyc. decisio. 24. & cum eo Bucin. sed cedunt in damnum hæredis, vt benè

post alios fundauit Præs. de Franch. decis. 489. num. 22. vers. dicebatur tamen cum numeris seqq. Quia habens alimenta ab aliquo, non cogitur vendere proprietatem, vt dixi supra in tit. de alimen. præstand. Et hoc eatenus est verum,
22 † quòd, si mulier illa haberet alia bona extra dotem, ex quibus non haberet fructus, vnde posset alimenta habere, non cogeretur vendere proprietatem, vt inde se aleret, sed ex fructibus dotis, & antefati haberet alimenta ab hæredibus viri, secus si illa bona extra dotem consisterent in fructibus, vt in frumento, vino, & alijs similibus: nam hæc bona cogeretur vendere, vt ex illorum prętio se aleret, vt post Bald. consil. 39. vol. 2. Socin. Rolan. & alios probat Surd. d. titu. 1. q.
23 44. num 41. cum plurib. seqq. † Et quod superest de fructibus dotium, cedit in beneficium dictorum heredum, quod latissimè probat idem Surd. titu. 9. de alim, q. 43. tota.
24 Vltimò aduertendum est, validam esse hanc consuetudinem, quæ certa alimenta, & certum interesse pro dotibus taxauit, & fuit introducta ad tollendam omnem dubitationem; & ratio validitatis est, ratione interesse, quia non soluitur vt vsura, sed tanquam interesse,
25 † cùm illa dos non solùm penes extraneos; sed etiam penes filios maneat titulo lucratiuo, vt rectè scripsit Neapodan. in consuetud. Viro mortuo. §. hæredesque mariti, num. 79. Præs. de Franchis decisio. 558. num. 11. Probant etiam Abb. in cap. salubriter, num. 6. de vsur. Surd. d. quæst. 44. nu. 33. in 1. titu. & titu. 7. quæstio. 42. nume. 10. Borgnin. decisio. 35. de quo meminit prima addit. ad Capyc. dict. decisio. 24. de qua materia latissimè tractant Couarru. lib. 3. variarum resolut. cap. 1. præcipuè num. 3. Ioseph. Ludouic. decisio. 21. num. 28. cum pluribus sequentibus. Odd. consi. 75. & hæc satis sint pro hac quæstione; nam plura de interesse dotium, & antefati dicentur infra par. 7. q. 12.

SVMMARIVM.



Limentà præterita non imputantur in legitimam. nu. 23.

Compensatio an detur pro alimentis. nu. 22.

Compensatio legati cum debito an inducatur, si testator id non expresserit. num. 6. 18. & 20.

Debitum ex causa legali dicitur necessarium, & admittit compensationem. sub num. 18.

Dos an peti possit sine instrumento dotali, & qualiter filij illam petant à patre post mortem matris. nu. 28. remissiuè.

Extensio quando locum habeat in legato alimentorum. nu. 3. 9. & 19.

Legatum alimentorum relictum sub modo, siue conditione, donec dotes petierit, an valeat. nu. 8.

Legatum debet esse vtile legatario, etiam si hæres duplici onere grauaretur. numero 2.

Legatum, relictum à debitore creditori, an præsumatur factum animo compensandi. nu. 4. & 18. Num expressè fieri possit, vt compensetur cum interesse, quod debetur creditori. nu. 21.

Legatum alimentorum, relictum à marito vxori, an præsumatur factum animo compensandi cum interesse dotis, & antefati. nu. 2. 9. 11. & seqq.

Legatum relictum tutori an præsumatur factum animo compensandi cum salario illi debito, sub nu. 24.

Legatum, relictum alicui, cui debetur legitima, an præsumatur factum animo compensandi cum legitima. nu. 16. Factum naturali filio an compensetur cũ alimentis, illi debitis. nu. 17.

Legitima legatum interpretatur factum titulo institutionis, sub nu. 16.

Maritus an dicatur debitor voluntarius restituendi dotem. n. 5. Legans aliquid vxori, imputatur in quarta, debita vxori. nu. 12.

Operæ deducuntur ab alimentis, si alimẽtarius eas non præstet soluenti alimenta, sub nu. 9.

Quarta debita vxori ex Auth. præterea. C. vnd. vir, & vxor, succedit loco alimentorum. nu. 13. Excomputatur in eo legatum factum vxori per virum, & ad

& ad summum datur ei supplementũ. nu 14 & 15.

Salarium tutori debitum quantum sit, & quando solui debeat. sub nu. 24.

Vestes lugubres qualiter debeantur viduæ. nu. 26. An sint restituendæ hæredibus viri, si vidua transeat ad secundas nuptias. nu. 27.

Vidua transiens ad secundas nuptias, an perdat legatum alimentorum. nu. 25.

Vsura committitur, quando aliquid soluitur pro retardata solutione sortis. nu. 7. Aliud esse dicitur a relicto, vt cõputetur cum interesse. nu. 40.

Vxor, si relinquatur Domina, & vsufructuaria, quid commodi habeat ex legato. nu. 1.

QVÆSTIO XI.

1 
Ndecimò quære, si maritus legauit alimenta vxori, vel illam reliquit Dominam, & vsufructuariam (quo casu, stantibus filijs, legatum resoluitur in alimentis, vt latissimè tractat Mãtic. lib. 4. de coniect. vlti. vol. tit. 5. per tot. lib. 9. titu. 7. tot. Surd. titu. 2. de alimen. q. 16. Præs. de Franch. decis. 58. & decis. 605. Cornaz. decis. 3. Addentes ad Capyc. decis. 24. in addit. 4. vbi alios cumulant, & hæc dicitur consuetudo Bulgari, vt tale legatum resoluatur in alimenta, vt prædicti Authores notant) an hoc legatum præsumatur relictum animo compensandi cum interesse dotium, & antefati, vel vtrunque sit debitum.

2 Vt debeatur legatum, & interesse dotium, & antefati, suadetur primò, quoniã legatum debet esse vtile in beneficium legatarij. l. Mæuius. ff. de legat. 2. Et sunt termini notissimi, etiam si hæres duplici onere grauaretur. l. Titia. §. qui in vita. ff. de leg. 2. cum alijs cumulatis per Surd. tit. 2. de alimen. q. 16. per tot. Sed in hoc casu legatum esset inutile, cum interesse dotium, & antefati sit necessariò debitũ mulieri; non igitur præsumitur animus compensandi.

3 Secundò, quia sumus in legato alimentorum, quorum fauor adeò viget, vt potius tale legatum debeat extendi, quàm restringi, & præcipuè ne præsumatur relictum animo compensandi. l. si cùm dotem. §. si pater. ff. solu. matrim. Bellon. consi. 31. num. 4. Surd. titu. 8. de alimen. priuil. 30. cum alijs cumulandis num. 6. Sed nunc tale legatum restringeretur, ergo.

4 Tertiò confirmatur; nam, licèt sit maxima controuersia, si legatum, relictum à debitore creditori, præsumatur factum animo compẽsandi, tamen quando esset debitor ex causa voluntaria, nunquam præsumitur factum legatum animo compensandi, vt notãt omnes per illum tex. in d. §. si pater, & in l. vnica. §. sciendum. & in Auth. præterea. C. vnd. vir, & vxor,
5 † sed maritus est debitor voluntarius ad restituendam dotem infra tempus dicti anni, vt patet ad sensum, & probant Bar. in l. huiusmudi. §. cùm pater. ff. de lega. 1. Rolan. consi. 65. num. 18. vol. 2. cum alijs cumulatis per Surd. titu. 1. de alimen. q. 16. num. 11. Non igitur potest præsumi animus compensandi.

6 Quartò probatur, quoniam, si testator habuisset animum compensandi, iam id expressisset, dum erat in eius facultate id exprimere, & consequenter, dum omisit, censetur noluisse compensationem facere ex regul. tex. in l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. prout sic scripserunt Paul. de Castr. consi. 224. legatum prædictum. col. 1. volum. 2. Capr. consi. 72. nu. 18. Cephal. consi. 184. Rolã. Crot. Bero. Natt. Caualcan. & alij, quos probat Surd. d. q. 16. nu. 9. & seqq.

Quintò posset confirmari, nam si contrarium diceretur, dari nempe compensationem, esset maxima suspitio vsurarũ;
7 † vsura enim committitur, quando aliquid soluitur pro retardata solutione sortis, vt probauit Bart. in l. qui fine. ff. de neg. gest. cum alijs traditis per Surd. d. q. 10, nu. 49. & seqq. Vbi post Anchar. consi. 150. In quæstione, quæ vertitur nu. 5. Castr. Alexan. Socin. iun. Couarru. Me-
8 noch. & alios concludit, † quòd si alimẽta essent relicta expresè cum illa conditione, siue modo, donec dotes petierit, legatum non esset validum, præcipuè, quando illa quantitas alimentorum fuerit relicta illi, quæ compensationem haberet cum vsuris dotium. Et successiuè vt testator tolleret omnem difficultatẽ, & dubitationem vsurarum, non præsu-

mitur

mitur habuisse animum compẽsandi alimenta cum interesse dotium, & antefati: & hanc opinionem videtur sequi Capyc. in consuet. Viro mortuo. §. hæredesque mariti. in princ. fol. 242. in apostill. incip. Si vir legaret vxori. nam pro hac opinione citat Paul. de Castr. & Pic. & cum illis
9 transit, † & Consiliar. de Bott. ibid. sic dicit decisum in Sacro Consilio in anno 1553. in causa Antoniæ de lo Sapio cum hæredibus Thomæ Vespuli; & Anton. de Alex. ibid. in addit. incip. Quid si maritus. in fi. sic etiã dicit decisum in causa vxoris D. Antonij de Cappellis, quàmuis ipse hoc cogitandum relinquat, & pro hac opinione faciunt multæ ponderationes factæ per Neapodan. in consuetud. Quartam autem. num. 59. & seqq. infra de iur. quart.
10 Sextò, addi potest, quia, vt dictum est, nu. 3. in alimentis regulariter non datur compensatio. l. in ea. C. de compẽsat. post Ioan. Fabr. & alios innumeros Surd. tit. 8. de alimen. priuil. 53. nisi quando alimẽta deberentur ratione operarum, quas alimentarius tenetur præstare soluenti alimenta: nam tunc deducuntur alimenta pro rata operarum non præstitarum, vt latius probat Surd. d. priuil. 53. num. 9. cum seqq.
11 Mihi verò contraria sententia probatur, vt legatum præsumatur factum animo compensandi cum dicto interesse dotis, & antefati, prout iudicauit etiam Sacrum Consilium, vt testatur Anton. de Alexan. loco cit. Et moueor ex infrascri-
12 ptis. Et Primò, † quia, si maritus legaret quartam vxori, censetur relinquere animo compensandi cum quarta vxori debita secundùm has consuetudines, vt firmauit Neapod. in consuet. Quartam autem. nu. 18. nu. 65. & seqq. & etiam num. 59. vbi formans hanc quæstionem, & arguens hinc inde, concludit tamen, legatum esse factum animo compensandi, qđ etiam probauit in consuet. in bonis. in verb. cõtracti matrimonij. fol. 304. Naucler. iddem tenet in suis addition. fol. 16. in apostil. incip. In ead. consuet. Vbi dos. super eod. verb. insolidum: Qui Author fol. 16. à terg. iddem tenet in legato alimentorum, vt etiam præsumatur relictum animo compensandi cum interesse dotium, & antefati.
13 Confirmatur secundò, quoniam quarta, debita vxori pauperi ex dispositione tex. in Authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. succedit loco alimentorum, non iam ad sustentationem vitæ, sed eorum, quæ debentur ad status condecentiam, ne illa mulier in opprobrium transacti matrimonij mẽdicare cogeretur, vt ibid. notant communiter Scribentes, & post alios Surd. tit. 7. de alimen. q. 11. num. 10.
14 & alibi. † Sed si maritus aliquod legatũ reliquisset vxori, iam compẽsaretur cum dicta quarta, debita vxori ex iuris dispositione, vt notant omnes in d. Auth. præterea. & post alios Surd. tit. 9. de alimen. quæst. 29. & 37. vbi ex veriori sententia
15 probat, † vt ad summum vxor cõsequatur supplementum dictæ quartæ, si minus sit ei relictum ab eius viro.
16 Tertiò probatur, si enim fieret legatũ alicui, cui deberetur legitima, cẽseretur factum legatum animo cõpensandi cum legitima, & etiam titulo institutionis, vt ex veriori, & receptiori sentẽtia probat vterq; Thesaur. decis. 58. post alios Surd. tit. 9. de alimen. quæst. 34. vbi hoc etiam probat in dote.
17 Postremò, omissis alijs, confirmatur; quia, si pater reliquerit aliquid filio naturali, censetur reliquisse animo compensandi cum alimentis, & cum vncia, illi debita ex iuris dispositione, & ad summum si minus esset ei relictum, petit supplemẽtum, vt post Imol. & alios notat Couarr. in c. officij. num. 2. extra de testamen. & post omnes Surd. titu. 7. de alimen. q. 10. tot. Omitto alias confirmationes; nam ex solutione contrariorum patebunt; & tenendo hanc sententiam, non obstant contraria.
18 Ad Primum enim, & tertium respondetur procedere, si testator non esset debitor ex causa legali; nam omne debitũ ex causa legali est necessarium, & successiuè legatum, relictum à testatore, compensatur cum tali debito, vt notant Authores ibid. relati, & latissimè etiam habetur penes Menoch. in tracta. de præsump. lib. 3. præsump. 10. num. 13. lib. 4. præsump. 109. nu 60. & conferunt dicta per Sebast. Medic. in tracta. de compensat. par. 1. q. 17. nu. 4. & seqq.
19 Ad secundum respondetur, tunc fieri extensionem in legato alimentorum, quando non præsumitur contrarium de voluntate testatoris, prout præsumitur esse in hoc casu; nam testator in dubio præsumitur minus grauasse hæredem, quàm

quàm sit possibile, & successiuè pro illa rata præsumitur facere compensationẽ cum debito, pro qua reliquit legatum, vt post Castr. & Alex. in l. si compensandi. C. de hæredib. instit. Imol. Roland. & alios not. Surd. tit. 7. de alimen. q. 10. nu. 20. & seqq. & per hoc ratio patet ad quartum, vt tunc compensatio non præsumatur, quando posset capi aliqua coniectura in contrarium.

20 Ad quintum respondetur, quòd aliud est vsura, & aliud, vt legatum, relictum à debitore, compensetur cum credito, siue cum interesse debito creditori, put patet ex Authoribus relatis in d. 5. argumẽto, & penes alios cumulatos per Sur. q. 16. ibid. citata nu. 54. & seqq. Et tantò

21 magis, † quia expresse potest fieri legatum a debitore creditori animo compensandi cum interesse, illi debito, etiam si dicat, vt valeat pro omni eo, quod potest petere in bonis meis, quia solutio debiti esset, vt post innumeros probat idem Surd. tit. 7. de alimen. quæst. 10. nu. 20. & sequentibus. Itaque argumentum non concludit.

22 Ad vltimum respondetur, aliud esse non dari compensationem pro alimentis, quæ supponuntur iam præstita, hoc enim verum est, & aliud, vt relictum loco alimentorum compensetur cum debito ex dispositione Iuris: nam admodum diuersa sunt hæc duo, vt patet ad sensum & probat latissimè Surd. d. tit. 7. q. 10. nu. 9. cum sequentib. sicut etiam dicimus,

23 † vt alimenta præterita, & inter viuos præstita, non imputentur in legitimam iuxt. tex. in l. neque pater. ff. famil. ercisc. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. cum innumer. alijs cumulatis per Surd. tit. 8. de alimen. priuil. 57. Sed legatum relictum filio, imputatur ei in legitimam, vt probatum est, & post alios tradit Surd. tit. 9. de alimen. quæst. 34. itaq; termini non sunt pares, & de vno ad alium casum non potest subsistenter fieri illatio.

24. Nec vrgent decisiones relatæ num. 9. potuit enim Sacrum Consilium ex alia ratione se mouere, vt non esset factum legatum animo compensandi; sæpissimè enim replicatum est, Doctores defendere causam ex vno Iuris articulo, & Iudices decidere illam per alia iuris media, etiam quia pro hac eadem sententia iudicauit Sacrum Consilium, vt dixi num. 11. & hanc opinionem iudico esse veriorem. De compensatione legati facti tutori, quod in dubio præsumitur animo compensandi factum, & plura de materia ipsa compẽsationis, post alios tractat Guttier. in tracta. de tutel. par. 3. cap. 5. cui quidem tutori debetur salarium, arbitrio Iudicis taxandum, & in eius taxatione consideranda sunt tria, nẽpè qualitas ipsius tutoris; quantitas patrimonij pupillorum, & labor, qui tàm in illa administratione, quàm in alia simili soleat adhiberi; debet etiam iudex perpendere loci consuetudinem, videlicet, in simili facto quid seruari soleat, & qualiter taxatum sit alteri in similibus salarium; quæ omnia longissimo, sed doctissimo apparatu, pertractant, alios cumulando, Præs. de Franch. decis. 122. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. centur. 6. cas. 512. Guttier. in tracta. de tutelis. par. 3. tota. vbi etiam quid seruetur in aliquibus Regnis tradit, & præcipuè cap. 2. Quod quidem salarium debitum est tutori in fine administrationis, quoniam expectandus erit exitus administrationis prædictæ, si debeat ipse pupillo, nec ne, vt post Barto. Bald. & alios notat Menoch. d. cas. 512. circa fi. §. Dubitari sæpè contingit; & ad summum debitum est in fine anni, interim enim ipse tutor detinet penes se pecuniam pupillarem, quã exigere debet, & in fine anni postea facit particulare compositum, quid penes se superest de illa pecunia, vt eam cõuertat in emptionem tot annuorum introituum, & interim infra annum vtitur ipse illa pecunia in damnum pupilli; non igitur debet in alio grauare pupillum; In aduocato tamen est diuersa ratio, tum quia causa honoris datur ei salarium in principio anni, quod hodie nec seruari solet; tùm etiam, quia non debet reddere rationem clientulo de pecunia illius, cùm penes se illam non habeat, & proinde non potest vti illa pecunia, prout hæc omnia sunt in tutore; meritò in fine anni debetur ei salarium, nisi ex rationabili causa iudicari possit contrarium, quia tunc tertiatim tantum iam posset solui, prout est salarium, quod succedit loco alimentorum; & hoc potest confirmari ex dictis par. 5. in præstatione alimentorum.

25 Occasione prædictorum illud obseruandum est, esse magis receptam opinionem, Viduam amittere legatum alimentorum

torum per transitū ad secundas nuptias, de qua materia cum eius limitationibus latissimè disputant Surd. tit. 9. de alimē. q. 30. & Sanch. lib. 7. de matri. disput. 87.
26 nu. 23. & seqq. ad quos me remitto, † & hoc iddem procedit, quoad vestes lugubres, debitas viduæ secundùm eius qualitatem, secundùm quantitatem patrimonij viri, & secundùm loci consuetudinē, de qua materia post Capyc. decis. 26. & alios tractat Præs. de Franch. decis. 413.
27 † Si enim vidua intra annum luctus trāsiret ad secundas nuptias, amitteret et illas vestes, non iam in pœnam transitus ad secundas nuptias; nam istæ pœnæ hodie sublatæ sunt, sed ea ratione, quoniam vestes illæ censentur accomodatæ illi viduæ, donec, & quousque in vita viduali permanserit, & successiuè, facto transitu per eam ad secundas nuptias, cessat illa conditio; quia finitum est tempus commodati, & succedit obligatio restituendi illas vestes, sic probauit Couarru. in tract. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 9. nu. 10. probant etiam Vrsill. ad Afflict. decisio. 315. num. 1. 2. & 3. & alij, quos probat Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 87. num. 31.
28 Et hęc satis sint pro hac sexta parte; † nā qualiter dos petatur de hoc iure consuetudinario dicetur infra par. 7. quæst. 15. Sic etiam qualiter filij possint hanc dotē petere à patre, soluto matrimonio per mortem matris, iam explicatum est par. 5. quæstio. 5. etiam quia penes Authores citatos in discussione harum quæstionū, videri possunt consimiles quæstiones in hac eadem materia.

DE IVRE QVARTAE.

PAR. SEPTIMA.

SVMMARIVM.



Ntefatum quid sit, vnde dicatur, & qualiter inuentum sit. nu. 11. & 12. Antefatum successit loco quartæ debitæ vxori secundùm consuetudines, nec simul cum quarta debetur, si non sit contrarium conuentum inter partes. nu. 18. & 19.

Antipherna quidnam sit, & vnde dicta, explicatur. nu. 12.

Donatio propter nuptias quid sit, & cur adinuenta fuerit, explicatur num. 2. & 15.

Dotarium de quibus bonis debeatur, traditur nu. 10. Qualiter differat à quarta, quæ debetur vxori secundùm consuetudines. num. 16. Quando succedat loco quartæ, & quando loco dotis. traditur nu. 17.

Falcidia de quibus bonis debeatur, & an hæres, soluendo legatum, censeatur illi renunciare. num. 2. An debeatur simul cum legitima. nu. 3.

Legitima debita à parentibus eorum liberis, & contra, vocatur quarta de iure naturæ. nu. 1.

Mulier quando lucretur donationem propter nuptias, & quando antefatum num. 14.

Quarta, quæ debetur filio arrogato, vel Curiæ, vel Episcopo quænam sit. traditur nu. 5.

Quarta debita vxori pauperi ex Authen. præterea. C. vnd. vir, & vxor, non est correcta per has consuetudines. nu. 6.

Quarta debita vxori per has consuetudines quid sit, & qualiter vxori debeatur. num. 7. Qualiter differat à donatione propter nuptias, à dotario, & antefato, traditur nu. 13. & seqq.

Quarta debita vxori secundùm ius Longobardorum, Morganica vocatur. num. 8.

Trebellianica ex quibus bonis debetur, & quo iure sit adinuenta. nu. 4.



QVÆ-

QVÆSTIO I.



PRo dicendorum explicatione, vt Neapodani ordinem seruemus, in hac rubrica. Primo loco explicandum est, quot quartæ inueniantur in iure nostro, respicientes matrimonium, & qualiter quarta, de qua loquitur hæc rubrica ab illis differat. Dixi, respicientes matrimonium, quia plures aliæ quartæ
1 inueniuntur in iure, nempè, † quæ debetur à parentibus eorum liberis, & contra, quæ vocatur legitima, & iure naturę eis debetur. l. cùm ratio. ff. de bon. damnat. l. parentibus. C. de inoffic. testam. latissimè Ann. consil. 6. & Peregrin. de fideicom. art. 36. & de hac quarta pluries supra dictum est, præcipuè par. 4. q. 62.
2 Alia dicitur quarta falcidiæ, quæ debetur de singulis legatis, & fideicommissis iuxta tex. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. cum alijs traditis per Peregrin. loco cit. art. 3. & 4. & an per solutionem legatorum censeatur hæres huic quartæ renunciare, tradit etiam post alios Surd. decis. 119. nu. 29. decis. 132. nu. 21. & decis. 246. Qui quidem Author decis. 251.
3 post alios probat, † hanc quartàm non deberi simul cum legitima, quoniam nullibi hoc inuenitur expressum: quid autem sit de Trebellianica, si debeatur simul cum legitima, dixi supra par. 2. in
4 tit. de person. quæst. 10. † & hæc quarta Trebellianica, quæ debetur ex fideicommissis, quando bona alteri restituuntur; habet quæstionem de lana crapina, sitne adinuenta de iure ciuili: quam quæstionem omitto; videndus est enim Peregr. d. art. 2. & 3. & tradita per DD. in l. iubemus. C. ad Trebell.
5 Sic etiam alia est quarta, debita filio arrogato in bonis patris arrogātis; Alia, quæ debetur Curiæ in bonis Curialis: Alia, quæ debetur Episcopo de legatis ad pias causas, siue de funeralibus, & sic de alijs, vt est videre penes Aretin. in §. sed quia hæres. instit. de fideicommiss. hæredit. penes Capyc. & eius Addentes decis. 23. & penes Salern. in hac rubr. fol. 248. in apostill. incip. ad materiam huius rubricæ, quarum discussionem omitto, vti de materia non concernente hanc rubricam.

Redeundo igitur ad materiam nostrā, vna dicitur quarta respectu matrimonij; altera verò respectu matrimonij, & do-
6 tis. † Prima est, quæ debetur vxori pauperi in bonis mariti diuitis, in honorem trāsacti matrimonij; vt habetur in Auth. præterea. C. vnd. vir, & vx. De qua dictū est par. 6. quæst. vlti. nu. 13. Quæ quidem quarta non est correcta per has consuetudines, vt suo loco notatum est, non tamen de hac quarta loquitur hæc rubri-
7 ca, sed de secunda, † quæ, scilicet, est quarta omnium bonorum viri, debita vxori, quam quidem quartam, mortuo viro, potest vxor capere propria authoritate, & si filios habeat, solùm est Domina vsusfructus illius quartæ: si verò liberis careat, etiam proprietatem illius consequitur, vt habetur in consuet. Quartam autem. hoc tit. Vbi quædam aliæ recensentur qualitates huius quartæ, quas infra suis locis examinabimus.

Hæc autem quarta varijs solet nuncupari nominibus, secundùm varias con-
8 suetudines locorum: † nam de iure Longobardorum vocatur quarta Morganica, vt habetur in Longobard. in titu. de his, quæ à vir. in vx. dan. l. 1. §. fin. Et de hac quarta nullibi fit mentio in Iure, nisi in cap. 1. in fin. de inuest. de re alien. fact.
9 vt ibid. notauit gloss. † nam in iure communi hæc quarta vocatur donatio propter nuptias. vt habetur tot. tit. C. de donat. propt. nupt. Quæ quidem donatio fuit inuenta ob securitatem, & cautionē dotium, & est titulus conseruatiuus dotis, vt ex pluribus probauit Neapod. in hac rubr. nu. 1. & seqq. & dicentur aliqua
10 infra quæst. 9. † Si verò matrimonium esset contractum cum Barone, tunc hæc quarta vocari solet dotarium, vt in Constit. Regn. Mulier, quæ dotarium, & alijs nuncupatur nominibus, vt etiam patebit d. quæst. 9.
11 Communiter tamen hæc quarta vocari solet in Regno antefatum, vt notauit Neapod. in consuet. Si mulier. num. 21. fol. 277. Luc. de Penn. in l. 1. colum. 1. in fin. C. quand. & quib. quart. par. debea. lib. 10. & hoc est commune Regnicolarum pronunciatum, etiam penes perso-
12 nas communes, † & hoc nomen antefatum, siue Antiphatum est nomen vsuale, quia in iure non inuenitur expressum hoc nomen, sed solùm Antipherna, vt in l. cùm multæ. C. de donat. ant. nupt.

vbi glos. exponit, dici ab Anti, quod est contra, & pherna, idest dos, quasi contra dotem datio: itaque aliqui dixerunt esse corruptum vocabulum Antiphatum, pro Antipherna, cùm loco illius donationis successerit, quamuis aliqui dicant, dictũ esse ab anti, quod est contra, & phatum, idest mortem, quasi contra mortem; quia vxor tunc illud lucratur, si vir eius præmoriatur, vt ex dicendis patebit: & secundùm hanc expositionem esset nomen ab euentu, vt patet, vtcunque tamẽ sit, communiter dicitur antefatum, & relinquendo tales interpretationes, redeo ad institutum.

13 Quarta igitur, de qua loquitur hęc rubrica, differt à donatione propter nuptias. Primo in quantitate, illa enim non potest excedere dotem, nec contra, sed hæc quarta illam excedit; quia patrimonium viri potest esse magnum, & dos minima; potest etiam excedi ab ipsa dote, si è contra dos sit magna, & patrimonium viri paruum. Secundò differunt in lucro,
14 † quoniam mulier regulariter non lucratur donationem propter nuptias, nisi ex pacto, vel adesset statutum, vel consuetudo, vt maritus lucraretur dotem, tunc enim è contra vxor lucraretur illã donationem; sed mulier lucratur antefatum, vt suo loco dicetur. Tertiò diffe-
15 runt ex titulo, † nam donatio propter nuptias fuit adinuenta ob securitatem, & cautionem dotium, & ideò, si, constante matrimonio, vir ad inopiam vergeret, posset donationem illam petere, vt secura sit pro eius dotibus: sed antefatum nõ potest mulier petere, nisi post mortem viri, sic notat Neapodan. in hac rubr. & etiam in consuet. Quartam autem. num. 46. Anton. de Alex. in hac rubr. fol. 147. in apostill. incip. Vnde licet. Sed hoc vltimum non puto verum: nam etiam, viuente viro, potest hodie vxor petere antefatum, vt dicetur infra q. 10.

16 Differt etiam hæc quarta à dotario; illud enim constituitur à Barone, siue à viuentibus iure Francorum, & in bonis feudalibus. Secundò illud est certum à principio, nec postea accrescit, vel mi-
17 nuitur. Tertiò, † quia dotarium quandoque loco quartæ succedit, vt quando dos consisteret in pecunia, & dotarium in tertia: quandoque loco dotis, vt quando dos, & dotarium est in pecunia; sed hæc quarta debetur in bonis burgensati-cis, crescit, & decrescit, nec fit aliqua distinctio, si dos consistat in bonis stabilibus, vel in pecunia: quæ omnia latissimè explicat Neapod. in hac rubr. num. 8. & seqq. Vbi etiã tradit, qualiter hæc quarta differat à quarta; & tertia, quæ debetur mulieri secundùm ius Longobardorum, vt penes eum, & Addẽtes ad ipsũm ibidem videri potest. Omitto etiam,
18 † qualiter hæc quarta differat ab antefato, quoniam hodie recessit ab aula hæc quarta, & loco ipsius successit antefatũ, vt notauit Neapoda. in d. consuet. si mulier. in verb. quant ũm ad quartam. nu. 21. fol. 277. Afflict. decis. 242. & in cap. 1. §. donare. qual. olim feud. alien. poter. Capyc. in hac Rubr. vbi Salern. & ita communiter practicatur, & Notarij in capitulis matrimonialibus, dùm constituitur antefatum, dicunt, pro antefato, & in
19 locum quartæ, † & successiuè vtrunque non debetur, nisi expresè sit conuentum contrarium, vt videri potest penes Authores citatos.

SVMMARIVM.



Ntefatum, & donatio propter nuptias an soleant constitui; consuetudinis loci standum est. nu. 3. Quantum sit secundũ consuetudines, in scriptis redactas tam in Virgine, quàm in Vidua, explicatur nu. 4. Quid secundùm nouum vsum Capuanæ, & Nidi. num. 5. Quid secundùm morem Procerum, & Magnatum? nu. 12.

Antefatum secundùm morem Magnatum, an debeatur filijs, tanquam filijs, vel tanquam patris hæredibus? num. 12. & 13.

Creditores patris præferuntur filijs in antefato, & num hoc procedat in creditoribus filiorum. nu. 8.

Decisio facta in causa Comitis Montellæ in successione filiorum quòad antefatum secundùm morem Magnatũ, expenditur. nu. 13.

Dispositio iuris communis quòad donationem propter nuptias constituendã, bodie correcta dicitur. nu. 1.

Domi-

Dominium antefati, viuente matre, & filijs, qualiter dicatur esse penes filios. num. 11.

Donatio propter nuptias quando debeat esse æqualis in quantitate cum dote cõstituta. nu. 2.

Filij, secundùm nouum vsum Capuanæ, & Nidi non habent antefatum, nisi sint hæredes patris. nu. 6. Quid secundũ cõsuetudines, in scriptis redactas? nu. 7. Quid secundum morem Procerum, & Magnatum? nu. 12. & 13. Qualiter ex pacto soleant illud habere. nu. 14.

Mulier, an iure successionis habeat antefatum post mortem filiorum, cuius erat vsufructuaria in eorum vita. nu. 10.

Portio antefati, quæ debebatur fratri, accrescit alteri fratri, non autem matri, & ratione probatur. nu. 9.

QVÆSTIO II.



Ecundò quæro, antefatum vsq; ad quam summam, siue quantitatem ascendat, & qualiter debeatur filijs? De hac quęstione pauca dicenda sunt, nam
resoluta fuit in prima parte pluribus in
locis. Solùm igitur aduertendum est pro
dicendorum explicatione, optimè locu-
tos fuisse Innoc. & Panhormit. in c. fi. de
donation. inter vir. & vxor. quos probat
Azor. par. 3. moral. lib. 11. cap. 12. quæst.
1 3. §. dubiæ quæstionis. † hodie correctã
esse dispositionem iuris communis, quo
sancitur, donationem propter nuptias
æqualem esse debere quantitati receptæ
2 dotis; † quę quidem æqualitas tunc pro-
cedebat, quando prius erat constituta,
& assignata dos ab vxore, vel ab alio eius
nomine, & deinde vir faciebat donatio-
nem, tunc enim donatio debebat ascen-
dere vsque ad quantitatem receptæ do-
tis. l. vlti. §. sancimus. & Auth. æqualitas.
C. de pact. conuen. Secùs tamen erat, si
eodem tempore constituebatur dos, &
fiebat talis donatio; tunc enim non erat
necessarium, & maritus exęquaret dotẽ,
vt in dictis Iuribus habetur, & not. Azor.
d. quæstio. 3. hoc; inquam, correctum est,
3 saltem in aliquibus locis, † in quibus nul-
la fieri solet constitutio antefati, vel do-
nationis pp nuptias vxori, vt vidi practi-
ctatum in pluribus locis huius Regni, &
in aliquibus est. tertia, in aliquibus me-
dietas, & in aliquibus quarta pars dotiũ,
vt etiam ex dicendis patebit tam in hac
quæstione, quàm intra quæst. 9. & succes-
siuè in hoc stari debet consuetudini lo-
corum tam quòad eius quantitatem, &
constitutionem, si ipso iure constituta,
siue cõstitutum dicatur, sic etiam quòad
eius lucrum, siue successionem; cùm quę-
libet Prouincia suo sensu abundet.
4 Vt igitur resoluatur prima pars quæ-
stionis, Antefatum, secundùm consuetu-
dines, in scriptis redactas, multoties est
pro illa summa, quæ inter contrahentes
cõstituitur, & prout melius inter eos cõ-
ueniri potest; ordinariè tamen constitui-
tur pro medietate dotium, si futura vxor
esset Virgo, si tñ esset vidua, tunc antefa-
tum est pro tertia parte dotium, & hæc
est communis obseruantia praxis, & sty-
lus notariorum in hac Ciuitate; quamuis
in aliquibus locis, & præcipuè Putheo-
lis, etiam in viduis taxatio sit vniformis,
nempè pro medietate dotium.
5 Quo verò ad nouum vsum Capuanæ,
& Nidi attinet, tunc antefatum est me-
dietas dotium receptarum, & in omni-
bus regulatur secundùm consuetudinem
in scriptis redactam, sic etiam quòad lu-
crum, & successionem, vt patet ex dictis
par. 1. cap. 2. num. 1. cap. 3. num. 18. & 21.
6 vbi etiam dictum est, † filios habere hoc
antefatum tanquam hæredes patris, non
autem tanquam filios, & sic decisum re-
tulimus; nam quamuis Afflict. decis. 314.
7 conatus fuerit probare † etiã secundùm
consuetudines, in scriptis redactas, de-
beri antefatum filijs, tãquam filijs, prout
seruatur de iure communi, quod etiam
ibidem conatus fuit probare Vrsill. Ni-
hilominus in contrarium est veritas, vt
semper debeatur filijs tanquam hæredi-
bus, & Vrsill. ibid. quinque decisiones
refert contra Afflict. tres antiquas, quas
etiam ibid. posuit Pisanell. quartam de
anno 1556. in causa illorum de Patromi-
nis, & quintam de anno 1564. in causa
creditorum quondam Martini Securæ
Hispani, & subdit, ridiculum esse hodie
firmare contrarium, & indistinctè hodie
iudicatur contra opinionem Afflicti, te-
ste præside de Franch. decis. 106. num. 7.
De quo ad hoc propositum meminerũt

Addentes ad Capyc. decis. 65. in 2. addit. Idem de Franch. decis. 621. Anna consil. 74. toto, præcipuè num. 7. & seqq. Cornazzan. decis. 10. nu. 51. & hoc expreßè docet Neapoda. in consuet. Quartam autem. num. 80. fol. 262. & Pisanell. in ead. consuet. fol. 250. plura de hac materia tradit idem Neapodan. in hac consuet. Si quis, vel si qua. nu. 195. fol. 132.

8 Eatenus hoc est verum, vt non solùm creditores patris præferantur filijs in dicto antefato, de qua materia non potest dubitari, stantibus tot decisionibus Sacri Consilij, sed etiam creditores fratris præferendi sunt, videlicet, si plures essent filij, qui post mortem patris successissent in antefato quoad proprietatē, cùm vsusfructus sit penes matrem, & vnus ex dictis filijs contraxisset debita post mortem patris, portio eius est obnoxia creditoribus ipsius, & ita determinauit Sacrum Consilium, teste Vincē. de Franch. decis. 106. & hoc in specie ex verbis Neapod. in consuet. Quartam autem. sub num. 84 fol. 262. in fin. & 263. in

9 princ. † Si enim moreretur sine liberis, potius fratri accresceret, quàm matri, quia frater est cohæres in proprietate, mater verò est tantùm vsufructuaria, & portio accrescit portioni, & sic proprietati, non autem vsufructui, vt suo loco probatum est, & notant etiam prædicti Authores, quod intelligitur, si mortua esset mater, superstite ad minus alio fratre, aliàs secus esset, vt infra dicetur.

10 Nec obstat principale motiuum Vrsilli in dicta decis. 314. sub num. 3. quod, mortuis filijs, mater lucretur antefatum etiam quoad proprietatem, ipsumque habeat ex prouidentia consuetudinum, non autem iure successionis; Nam clara est responsio, argumentum non subsistere ob rationis diuersitatem, mater enim superstes ex prouidētia consuetudinum lucratur antefatum, etiam quoad proprietatem; quam quidem proprietatem habet ex bonis viri, non autem ex bonis

11 filiorum; siquidem † dominium antefati, viuente matre, & filijs, licèt sit penes filios, est tamen sub conditione, si nempè filij superuiuant matri: sed si præmoriātur matri, consolidetur proprietas cum vsufructu, in beneficium matris, & successiuè, quia penes filios secundum has consuetudines, reperitur iure successionis, & de bonis paternis, ideò cùm sit diuersa ratio, est etiam diuersa iuris dispositio.

12 Postremò, secundùm morem Magnatum, antefatum est pro tertia parte dotium, & ita solet tertiaria nuncupari, vt dixi supra par. 1. cap. 3. num. 2. & eodem modo lucratur per mulierem, & eodem iure debetur filijs, vt patet ex dictis d. cap. 3. & ex verb. sententiæ ibid. relatis nu. 21. de qua decisione meminit etiam Consiliarius de Bott. in consuetu. si quis, vel si qua. fol. 132. in fin. Sic etiam Vincē. de Franch. decis. 106. num. 8. & 9. Vbi refert illam decisionem factam in causa Comitis Montellæ, & rationes non ponit, quia tunc pendebat reclamatio, de qua etiam decisione meminit Io. Francisc. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de

13 success. mulier. nu. 25. vbi dicit, † Decisionem illam visam fuisse duram, & fuisse factam, instante Regente Salernitano, tunc Præside Sacri Consilij, qui contrariam tenebat opinionem; Qui Præses, vt fieret decisio in fauorem eius sententiæ, adiunxit Iudices sibi meliùs visos, vt adhærerent eius sententiæ: quæ decisio dicit ipse de Ponte nullo modo fieri debebat; & suadetur, quia, dum mos Magnatum in omnibus, & per omnia reduxit successionem ad ius commune, vt patet ex dictis par. 1. d. c. 3. & 4. etiam in successione antefati seruari debet ius cōmune, vt antefatum debeatur filijs tanquam filijs, prout in particulari affirmat Afflict. decis. 34. aliàs 37. num. 6. latissimè Vrsill. decis. 314. etiam quia decisio illa in causa dicti Comitis Mōtellæ fuit cum disparitate votorum, & cum magna di-

14 scussione, † quamuis hodie ad tollendā omnem dubitationem soleat fieri pactū, vt filij succedant in antefato tanquam filij, non autem tanquam hæredes, vt dixi infra consi. 2.

SVMMARIVM.



Ntefatum non debetur mulieri, non constituta dote. nu. 6.

Antefata, vel quartæ, si plures inueniantur constitutæ, quo ordine solui debeant. nu. 15. & seqq.

Bona intelliguntur, deducto ære alieno. num. 17.

Bona

QVÆSTIO III.

1 TErtiò quæro, an si pater vnà cum filio recipiat dotē, teneatur eius nurui constituere antefatum? Respondeo affirmatiuè; quia, sicut erat onus patris dotare filiā, ita etiam in recompensationem receptę dotis constituere filio donationem propter nuptias. l. fin. C. de dot. promiss. & consequenter pater non solùm tenetur postea ad restitutionem dotis, cùm casus accidit, sed etiam ad restitutionem antefati, siue donationis propter nuptias, ita est particularis decisio Bart. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. nu. 4. vers. puto verum. ff. solu. matrim. Probant etiam Lup. in c. per vestras, in rubr. §. 23. de donation. inter virum, & vxor. Frezz. lib. 2. de subfeud. quæst. 13. num. 2. Bernardin. Pandus in tracta. de dotar. par. 2. quæst. 18. Fab. de Ann. consi. 76. nu. 8. Subdens num. 10. cum sequentib. ex communi sen
2 tentia; † quòd si pater non esset obligatus ad dotem, vt quia non fuisset ei soluta dos, nec filio ex eiusdem patris consensu, tunc nullo modo tenetur ad tale antefatum; imò si nomine filij soluisset nurui antefatum in hoc casu, posset tunc ab ea illud repetere tanquam indebitè solutum, quod clarum est, quia supponimus patrem esse obligatum ad dotis restitutionem, & non aliter.
3 Solet tamē hæc regula ab aliquibus limitari, primò, si per statutum disponeretur, vt filijfamilias non possent se obligare sine consensu patris, vt est in hoc Regno ex tex. in pragmatica prima, de Senatusconsul. Maced. & rationes pro hac sententia patere possunt ex traditis infra consi. 4. Verùm, supposito patris consensu in receptione dotis, hęc limitatio nullam habet subsistentiam, vt in simili statuto Florentiæ post alios consuluit Corne. consil. 256. volum. 1. quod eò magis
4 procedit in hoc Regno; † quia illa pragmatica non procedit indistinctè in omnibus contractibus, à filiosfam. sine patris consensu celebratis, sed in illis tantum, in quibus pater priuaretur vsufructu, ac alijs iuribus, & commoditatibus, quas habet in bonis aduentitijs, & profectitijs filiorum, vt latissimè probat Carauit. in eadem pragmatica. §. 5. nume. 15. Sic etiam, quando contractus cederet in beneficium solius patris, tunc enim Iudicis decretum esset necessarium, vt plenè dictum est d. consi 4. Quæ quidem
5 ratio cessat in hoc casu, † cum pater ex iuris dispositione, teneatur præstare consensum filio ex causa matrimonij; imò cogi posset ad consensum præstandum, vt latissimè probat Corne. loco cit. quod procedit, si filius duceret vxorem, decentem eius statui, nec pater haberet iustam causam contradicendi.
6 Secundò solet etiam limitari, si non esset

esset constituta dos, quod clarum est; nã
antefatum non debetur, si dos ad minus
non sit promissa, vt suo loco dicetur, sed
si matrimonium contractum esset, vt dos
fuisset promissa, tenetur socer constitue-
re antefatum, imò si filius in vita ipsius
non petijsset sibi assignari antefatum ꝑ
cauthela vxoris, posset illa socerum co-
gere ad dandum ei antefatum, quod sibi
debetur ex iuris dispositione, & cum
hac distinctione concordat opiniones
Bald. Nouell. in hoc casu in tract. de do-
te. par. 6. priuil. 20. nu. 7. & num. 5. dixit,
7 † vt hoc locum habeat etiam quando fi-
lius sine patris consensu vxorem duxit,
quia ex iuris dispositione tenetur pater
assignare filio antefatum in recompensa-
tionem receptæ dotis ex dictis num. 1.
& hanc sententiam tuentur etiam Soci.
consi. 269. Pro inuestigatione. nu. 3. vol.
2. Aretin. in §. fuerat. num. 45. Instit. de
actionib. Negus. in tract. de pignor. in 2.
par. membr. 4. num. 36. Campeg. in tract.
de dot. par. 3. q. 168. & alij, quos recenset
Osasc. decis. 43. nu. 8.

8 Tertiò solet ab aliquibus limitari,
quoties in aliquo loco adesset statutum,
vel consuetudo, vt bona patris sint obli-
gata pro filio ex causa dotis receptæ, &
9 mouentur ea ratione, † quoniam nemo
duplici onere grauari dẽt, ex reg. tex. in
l. nauis onustæ. ff. ad leg. Rhod. de iactu.
At nunc pater duplici onere grauaretur,
nempe pro restitutione dotis, & etiam
10 pro restitutione antefati. † Verùm hæc
limitatio rectè confutatur per Corne. d.
consi. 256. num. 24. & seqq. quia pater ex
iuris dispositione tenetur constituere
filio donationem propter nuptias, vt sæ-
pius replicatum est, & dum statutum vo-
luit obligare bona patris pro dote, no-
luit tollere obligationem iuris commu-
nis constituendi donationem propter
nuptias, sed solùm prouidere, vt cautum
esset mulieribus pro earum dotibus, &
quemadmodum pater, præstans consen-
sum filio ad recipiendam dotem, tene-
tur & ad dotem, & ad antefatum, vt su-
perius dictum est, ita etiam teneretur in
11 hoc casu, † quod maximè facit ad inter-
pretationem tex. in consuet. Filio ducen
te vxorem, etiam quia illa consuetudo,
& si loquatur de obligatione dotium,
receptarum per filios, loquitur tamen,
si dos recepta fuerit de consensu patris;
quo casu nec etiam remanent obligata
omnia bona patris pro dotium restitu-
tione, sed solùm pro illa portione, quæ
ad filium spectat post mortem patris,
quæ quidem consuetudo, vt ibid. not.
Neapodan. nu. 1. in fin. loquitur de sim-
plici consensu, ob quem de iure commu-
ni non obligatur pater in receptione
dotis filiorum, vt dixi supra par. 4. in tit.
12 de renuncia. quæstio. 19. & alibi: † Sed si
consensus esset expressus, tunc omnia
bona patris obligata essent pro dotis, &
antefati restitutione, vt patet ex dictis,
& est si simul in instrumento dotali con-
scripti sint pater, mater, & filius recipere
dotem; tunc expressè pater, imò in soli-
dum tenetur dotem integram restitue-
re, si tamen esset soluendo, vt in consue-
tud. Si pater. Et ratio est, vt ibid. Neapo-
dan. not. num. 9. & 10. & superius repli-
13 catum est, † quoniam ad ipsum patrem
solùm tota dos præsumitur peruenisse;
nam filius, & vxor nihil ex ea habere
præsumuntur, & solùm pro eius reue-
rentia, sub qua erant constituti, præsu-
muntur interuenisse in tali receptione,
14 & subdit Neapod. † quòd, si pater non
esset soluendo, potius filius teneretur,
quàm mater, quia ipsa iuuari posset be-
neficio Velleiani, de quo quidem bene-
ficio latiùs tractant Vinc. de Franch. &
Io. Francis. de Pont. locis infra citandis;
& successiuè ex prędictis cernitur; quòd,
dum pater expressè est obligatus ad do-
tem, tenetur & dotem, & antefatum
soluere, seruata forma consuetudinis: &
sic patet, vt dubitatio, orta ex tertia limi-
tatione; nullo modo procedat, secũdùm
formam harum consuetudinum.

15 Occasione prædictorum aduertendũ
est, quòd, si plures quartæ, siue antefata
reperirentur constituta, quod primo lo-
co constitutum fuit, prius deduci, & sol-
ui debet, non obstante, quòd illa, vel
ille, cui debetur prima quarta, consense-
rit constitutioni secundæ quartæ, vt ad
literam habetur in consuetud. Si de bo-
nis. infra de iur. prim. quar. Quod potest
tripliciter euenire, vt ibid. explicat Nea-
16 podan. Primò, † si aliquis constituisset
quartam vxori suæ, deinde præmoria-
tur, relictis vxore, & communibus filijs;
si postea vnus ex filijs duxerit vxorem,
cui quartam cõstituisset super bonis suis,
consentiente eius patre, & deinde præ-
morir etur filius, superstitibus matre, &
vxore; tunc mater prius deducit suam
quar-

quartam; deinde nurus deducit suam, & hic est casus dictæ consuetudinis, & ratio est secundum Neapodan. ibid. nu. 20. quia mater intelligitur præstitisse cõsensum filio, constituendi quartam suæ
17 vxori in bonis suis; † quæ quidem bona intelliguntur, deducto ære alieno. l. subsignatum. §. bona ff. de verbor. & rer. signif. & consequenter, deducta quarta matris, quæ in dubio non præsumitur sibi præiudicasse; Hoc autem debet intel-
18 ligi in simplici consensu; † si enim mater expresse intercesserit pro filio in constitutione quartæ, siue antefati; tunc præiudicat sibi quòad omnia eius iura; intantum, quòd nec iuuaretur beneficio Velleiani, vt post alios latissimè probat Vincen. de Franch. decis. 182. tota, & nu. 17. Ita refert fuisse decisum in beneficium
19 nurus; † Subdit tamen nu. 18. tutius esse super hoc impetrare dispensationem, siue assensum à Collaterali Consilio ad tollendas omnes lites, & dubitationes; Et an, & quando huiusmodi dispensationes valeant, tractat latissimè Reg. de Pont. in tracta. de potest. Proreg. tit. 1. de diuers. prouision. in rubr. de decret. Collat. Consil. super obligatione, seu alienat. rer. dotal. fol. 487. & seqq.
20 Secundus casus est, quando socer constituisset antefatum nurui cum expresso consensu suæ vxoris; deinde præmoreretur filius, superstitibus patre, matre, & sua vxore; In hoc casu primò deducitur antefatum nurus, quia hæc quarta primò deducitur etiam quia socrus ex tali consensu sibi præiudicauit, vt expresse determinat Neapod. loco cit. nu. 21. 22. & 23. vbi dicit secus esse, si socrus non consentijsset in tali constitutione, quoniam licèt filius præmoriatur; tamen ius ipsius socrus dicitur quasi dormiens, vt suo loco excitetur, & exeat in actum, & nurui præferatur.
21 Tertius denique casus est, si pater ex primo matrimonio haberet filios, & mortua prima vxore, collocasset filium in matrimonium, siue consentijsset matrimonio filij, & eius nurui constituisset quartam, siue antefatum, deinde ipse pater secundam duxisset vxorem, cui similiter constituisset quartam; In hoc casu sine dubio primo loco deducitur quarta constituta nurui, etiamsi primò moriretur socer, quia habetur tanquam æs
22 alienum, † & dicitur ius purum quòad ipsam acquisitionem, cùm statim sit ius quæsitum nurui, & cuilibet alteri, est tamen conditionale quòad apprehensionem, dum capitur post mortem viri, vt latè probat Neapod. loco cit. quod clarum est, nam prior in tempore est potior in iure. l. qui prior. ff. de iudit. cum vulg. alijs.

SVMMARIVM.



Antefatum, siue quarta regulariter deducitur de bonis hæreditarijs viri, censualibus, & emphyteoticis, eidem viro concessis per laicas personas. nu. 1.

Antefatum non deducitur de bonis, concessis alicui in perpetuum, quæ nõ sunt in libera administratione possessoris. nu. 5. Nec de bonis feudalibus, etiam de expresso consensu viri. nu. 6. An possit deduci de bonis emphyteoticis concessis ab Ecclesia, & Ecclesiasticis personis nu. 8. & sub num. 12. Quis teneatur probare, illa bona esse ecclesiastica. num. 14.

Bona censualia sunt in dominio possessoris. nu. 3.

Bona concessa alicui pro se, & descendentibus ex corpore in perpetuum, an sint prohibita alienari. sub nu. 5.

Bona hæreditaria sunt in libera dispositione domini, & ratione probatur. numero 2.

Concessio bonorum quando dicatur fieri iure libellario. nu. 15. remissiuè.

Consuet. in bonis. declaratur de quibusnam bonis ecclesiasticis loquatur. numero 12.

Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ nec per indirectum legari possunt laicorum statuto, & consuetudine. nu. 9.

Dominium vtile, penes emphyteutam existens, est sui natura alienabile, etiam si bona concessa sint à Curia in emphyteusim. nu. 4.

Feudo legato alicui, an debeatur eius æstimatio. nu. 7.

Libellario iure quænam bona dicantur concedi. nu. 13.

Reliquiæ pristini dominij, & etiam præcedentis tutelæ quandoque ascenduntur. n. 10.

Reliquiæ præcedentis consensus faciunt durare matrimonium. nu. 11.

QVÆ-

QVÆSTIO IIII.



QVartò quæro,de qbus rebus detrahēda sit quarta, siue antefatum? Quæstio hæc facillimè soluitur ex tex. in consuet. in bonis. infra In quibus rebus habet loc.quar.vbi traditur regula genera-
1 lis,† vt detrahatur quarta de bonis hæreditarijs,censualibus,& emphyteoticis per sæculares personas, viro perpetuò
2 concessis; & ratio primi dicti est,† quoniam bona hæreditaria sunt in libera dispositione Domini, & de illis disponit ad libitum, iuxta tex.in l.in re mandata. C.de mādat.& in illis bonis vltimus successor est fiscus,meritò igitur ex illis deducitur quarta, vt rectè infert ibid. Neapod.num.7. & hoc est notissimum, ideò alios non cumulo authores.
3 Quò verò ad bona censualia est eadem ratio,in illis enim possessor habet verum dominium, & solùm tenetur ad annuum censum ,vt latissimè probatum est supra par.2.in tit.de bonis.quæst.9.meritò igitur ex illis, tanquam ex bonis proprijs viri,deducit vxor eius quartam, siue antefatum,vt not.Neapod.loc.cit. num.8. In bonis verò emphyteoticis est alia ra-
4 tio;† quoniam per illa bona transfertur in emphyteutam vtile dominium, quod est sui natura alienabile,præsertim ex titulo lucratiuo,& obligatorio, vt in l.fin. vbi glos.in verb. vendere. C. de iur. emphyteo. quod etiam habet locum, quando illa bona essent concessa alicui in emphyteusim à Regia Curia. l. 1. C. de fund. patrimon. lib. 11. Meritò igitur ex illis bonis deducit vxor eius quartam, siue antefatum, vt not. Neapodan.loco cit.num.9.
5 Limitatur autem regula tribus modis, & primò quando huiusmodi bona concessa essent in perpetuum alicui,& eius hæredibus masculis, vel ex suo corpore legitimè descendentibus; & hoc ea ratione, quia quantumcunque dicantur illa bona concedi in perpetuum, possunt tamen sine facto recipientis ex sola virtute conuentionis ad concedentem reuerti, & ideò de illis bonis mulier non detrahit quartam,quia non sunt in plena dispositione viri, vt not. Neapodanus loco cita.
6 Secundò limitatur non habere locum in bonis feudalibus, quouis modo concedantur alicui, & ratio est, quia bona feudalia non comprehenduntur in dispositione istarum consuetudinum, vt latissimè probat Neapod.loco cit. nu. 13. & 14.& probatum est supra par.2. in tit. de bonis.quæst.7. & successiuè, cùm hoc sit introductum in beneficium Curiæ, nec expressè maritus potest in illis bonis cō-
7 stituere quartā sine assensu Curiæ, † imò si legaret quartam de bonis feudalibus, nec æstimatio deberetur, quod latè probat Neapod.ibid. num. 11. & faciunt dicta superius par.3.quæst.2. Si legato feudo debeatur æstimatio : an autem hoc procedat quoad deductionem quartæ in mulieribus Neapolitanis ex assensu in earum beneficium concesso,patet ex dictis infra consi.3. & alibi.
8 Tertiò limitatur in bonis censualibus, vel emphyteoticis, libellario iure concessis ab Ecclesia,& Ecclesiasticis personis; & de hac limitatione tres rationes reddit Neapodan. in d. consuetu.In bonis.sub num. 15.& seqq.fol.307.Prima,
9 ne Ecclesia, vel Ecclesiasticæ personæ ligarētur per indirectū dispositione istarum consuetudinū,& cogerentur recipere particularē solutionē; quæ ratio latissimè examinata est par.2.tit.de personis:
10 quæst.7.Altera ratio est,† propter reliquias pristini Ecclesiastici Dominij. arg. tex.in l.vnus.§. seruus. ff. de quæstionib. sicut etiam quandoque attenduntur reliquiæ præcedentis tutelæ. l. si quis sub conditione. ff. de testamentar. tutel. &
11 alibi disponitur, † vt reliquię præcedentis consensus faciunt durare matrimonium. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt
12 sui, vel alien. iur. † & hanc rationem Neapodan.dicit esse secundùm mentem dictæ Consuetudinis, dum loquitur de bonis concessis; itaq; supponit illa bona fuisse prius Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum propriè,& successiuè num. 16.hanc limitationem sublimitat, quando dicta bona non fuissent Ecclesiæ, vel Ecclesiasticarum personarum, sed fuissent eisdem relicta à persona sæculari; tunc enim cessat ratio consuetudinis, & cessant reliquiæ pristini domi-

nij

nii Ecclesiastici, & vxor detraheret ex illis bonis eius quartam siue antefatum.
13 Tertia denique ratio est, quæ est prima in ordine secundùm Neapod. quia illa consuetudo loquitur de huiusmodi bonis, concessis iure libellario; quo iure fit concessio cum potestate renouandi, & sic nullum dominium per hunc contractum transfertur in concessionarium;
14 † semper tamen constare debet de concessione facta libellario iure, & quòd res fuit Ecclesiæ; aliàs mulier obtineret, & deduceret quartam, siue antefatum ex illis bonis; quoniam possunt alio iure ad Ecclesiam pertinere, & conferunt dicta per Ioan. Francis. de Pont. loco infra
15 citando. † Qualiter autem præsumatur facta concessio libellario iure, siue ad libellum, varios modos tradit Neapod. in d. consuet. in bonis. sub nu. 15. Sed qualiter hodie fiat, remittit se ad tradita per Andr. in cap. 1. in verb. libellario. quibus mod. feud. amitt. de qua materia latissimè disputat Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tit. de electio. official. §. 4. toto, ad quos me remitto.

SVMMARIVM.



Ntefatum, secundùm ius commune, an præsumatur constitutũ ipso iure, facta promissione dotis. nu. 1. 2. & 3. De iure consuetudinario nõ debetur, si expresiè constitutum non fuerit, vel saltem esset promissum constitui. nu. 4. & 5.

Antefatum potest tripliciter constitui, quod explicatur num. 8. si constitutum fuerit in vltima voluntate, a quo tempore hypothecam habeat, & an præsumatur constitutum in fraudem creditorum. nu. 10.

Maritus, recipiens dotem, iniustè facit, si non constituit antefatum vxori. sub num. 6.

Mulier, non soluens dotem viro, iniustè facit, si petat donationem propter nuptias, siue antefatum. nu. 6.

Omnia licent, quæ expresiè non prohibentur. num. 9.

Promissio, facta alicui de se obligando, an habeatur pro obligatione. nu. 7.

QVÆSTIO V.



Vintò quæro, num debeatur antefatum vxori, si expresiè non fuerit constitutum? Pro dicendis suppono primo, non esse hic quæstionem, se-
1 cundùm ius commune, † quo sancitum est, antefatum intelligi ipso iure constitutum, vt constituitur dos, & consequenter solùm agitur, vt soluatur, sic scripsit glos. in Authen. dos data. in verb. meretur. C. de donat. ante nupt. quam glo. singularem dicit Bar. in Authen. de æqual. dot. nume. 9. Boer. & alij penes Vrsillum decisio. 242. num. 3. quod intelli-
2 gitur, † si iure Romano viueretur, & non adesset consuetudo in contrarium, vt antefatum deberet expresiè constitui per stipulationem notarij, vt scripsit Angel. in §. aliud quoq;. col. 2. vers. sed quæro an matrimonio. Authẽ. de æqual. dot.
3 Dummodo dos promissa soluatur vt dicetur quæst. seq. prout probant Glos. in §. igitur. in verb. virum. Auth de æqualit. dot. Affl. decis. 222. Gram. decis. 97. tot. & in specie, nu. 4. Quamuis aliqui contrarium teneant, quos probat Iul. Clar. in §. donatio. quæst. 15. num. 2. Gabr. consi. 160. num. 10. vol. 2. Glos. in Const. Regn. Muliet quæ dotarium. in glos. magn. in princ. Luc. de Penn. in l. 1. colum. 1. in fin. C. quando, & quibus quar. par. deb. lib. 10.
4 Hoc supposito, dico, antefatum non deberi per has consuetudines, nisi expresiè fuerit constitutum, vt habetur in consuet. quartam autem. vbi Neapodan. num. 18. & in consuet. Dos, & quarta latissimè Gramma. decis. 97. vbi sic etiam refert decisum. Afflict. & alij, quos recenset Vrsil. ad Afflict. decis. 242. sub num. 2.
5 Bene verum est; quod si promissum esset constitui, tunc deberetur antefatum, ac si constitutum esset, vt post Ioan. Andr. & alios, probat Anto. de Alex. in d. consuetud. Quartam autem. in additio. incip. Sentit quod si sit promissa constitui, vbi sic bis iudicatum refert secundùm morem Procerum, & Magnatum. Et hoc tradit ibidem Neapodan. num. 16. Imò Gram. ibidem fol. 253. in Apostil. incip. Mulier etiam. dicit bis fuisse etiam decisum per Sacrum Consilium deberi ante-

 fatum

fatum promissum constitui, quamuis postea constitutum non fuerit, & ad id probandum citat Alexan.& Ias. vt per eum, & iddem tenent Afflict. & Vrsill. decis. 61.de quibus meminit Addit. ad Capyc. decis.65.vers. Et promissio constituendi antefatum.tenet etiam Regens de Pont. cons. 10. & Neapod. loco citat. rationẽ
6 assignat, † quoniam sicut iniustè faceret mulier, non soluens, siue dans dotem, si peteret donationem propter nuptias, ita è cõtra faciet maritus, recipiens dotem, si donationem propter nuptias non constituat vxori ob dotem receptã, ex tex. in §. fin. Auth. de non elig. secund.nub. & Ant.de Alexã. loco cit. aliam assignat rationem,
7 † quia si promisisti te mihi obligare ad soluendum decem, teneris ad illa decem absque alia obligatione, vt euitetur circuitus inutilis, argum.tex.in l.diminuto testamento, cum ibi notatis. ff.de cond. & demonstr.
8 Illud notandum est, antefatum tripliciter posse constitui, nempe ante matrimonium, in ipso actu matrimonij, & post matrimonium contractum, vt docuit Neapodan.in consuet. In bonis. infra, in
9 quib.bon. hab. loc. Quart. † nam omnia licent, quæ prohibita non sunt. §. fina. Auth.quib.mod. natur. effic. sui. De qua materia latissimè tractant Andr. de Afflict.in cap.1. §. donare, qual.olim feud. alien. pot. Neapod.etiam in consuetud. Quartam autem.n.15. vbi Ant. de Alex, Fret. & alij.
10 Imò potest maritus constituere vxori donationem propter nuptias, siue antefatum, etiam in vltima voluntate, quo casu si promissum esset constitui tempore initi matrimonij, tunc incipit habere vires à tempore promissionis, & sic à die celebrati matrimonij; sed si non esset facta talis promissio tempore contracti matrimonij, valeret quidem constitutio antefati prædicti, sed in vim legati, & sic haberet vires à die legati, & nõ præiudicaret hæc constitutio creditoribus viri; nisi tñ maritus cum iuramento affirmaret, se tempore nuptiarum promisisse vxori constituere antefatum prædictum, vt docet Neapod. in consuet. Quartam autem, in verb. constitutam. nu. 15.fol. 252.& in verb.sed vbi habet liberos. nu. 68.fol.261. Andr.& Afflict.in d. §. donare. Itaque hoc relinquitur arbitrio Iudicis, qui ex qualitate viri potest coniecturare, si constitutio prædicta facta esset in fraudem creditorum.

SVMMARIVM.



Ntefatũ debetur integrè vxori, si integrè soluerit dotem viro, alias solùm debetur p parte solutæ dotis.nu.1.& 2.

Duo requiruntur, vt debeatur; quæ explicantur.nu. 5. An debeatur, si matrimonium contractum esset sub conditione. nu.14.

Antefatum an debeatur vxori, si maritus non exegerit dotem ei promissam.nu.7. & 10. Quid si socer, cui maritus dedit dilationem ad soluendum, esset decoctus, pendente solutione.nu. 11. Quid si soluere debens dotem, fuisset in mora soluendi, num. 12. Et quid si maritus mutasset instrumentum dotis in causam mutui.nu. 13.

Dos meretur donationẽ propter nuptias, pro illa tamen quantitate, pro qua dos ipsa soluitur. num.3. Quid si antefatũ constitutum esset tam respectu dotis, quàm respectu matrimonij. nu.4.

Dos habetur pro soluta quando non stat per aliquem, quo minus soluatur.nu. 9. An hoc procedat si via iuris exigenda erat à socero. num. 10. Quid si socer decoctus sit, pendente solutione dotis. nu. 11. Quid si promittens dotem fuisset in mora soluendi. nu.12.

Mulier quando ex solo osculo lucretur medietatem antefati.nu.6. An ei imputandum sit, si maritus non exigisset dotem ei promissam nu.8. Quando lucretur antefatum, si maritus dotem non exigisset.nu.7. & seqq.

QVÆSTIO VI.



Extò quæro, an semper mulier lucretur integrè antefatum, & quid si matrimonium contractum esset sub conditione? Suppono pro dicẽdis, matrimonium contractum, fuisse validum; nam si inualidum esset, diceretur quæst. seq. Hoc sup-
1 posito, † antefatũ integrè debetur vxori, soluenti integrè suam dotem, & hoc docent omnes, ob rationes discussas quæst. præceden. præcipuè num. 6.& 7.

Si

2 Si verò dos integrè non esset soluta; pro ea parte mulier lucrata est antefatũ, pro qua soluit dotem, vt ex tex. in §. hoc igitur, iuncta glos. in verb. virum. Auth. de æqualit. dot. & in §. illud quoque. vbi Angel. Auth. de non elig. secund. nub. & alijs, probat Guid. Pap. decis. 274. & decis. 430. Aret. in §. fuerat. nu. 12. instit. de action. Natt. consi. 258. Surd. in tracta. de alimen. tit. 1. q. 42. num. 56. & tit. 7. q. 17. num. 35. post Barto. & Andr. not. Fret. in consuetud. Quartam autem. in princ. fol. 250. in addit. incip. Ad hanc consuetudinem. Afflict. decis. 242. ad quem se remittit Consiliarius de Bottis in d. consuetu. Quartam autem. fol. 253. in Apostill. incip. si quarta est promissa. vers. Et quod pro rata dotis solutæ, sic etiam Naucler. in suis addit. fol. 17. in 3. addit. in d. consuetu. Quartam autem. Et ratio est mani-
3 festa, † quia dos meretur donationem propter nuptias, vt dictum est quæstio. præcedenti: vnde dum dos pro parte soluitur, pro parte etiam meretur donationem propter nuptias; nam vxor iniustè ageret, si peteret integram donationem, siue antefatum, & solueret dotem pro parte, ex dictis quæstione præcedenti num. 6.

Nec obstat quod tradit Pisan. in d. consuet. Quartam autem. in verb. Constitutam. fol. 252. in Apostill. incip. Nota ex
4 ista glos. † quod Notarij soleant apponere in instrumento dotis, quod maritus constituit antefatum tam respectu dotis, quàm respectu matrimonij, & successiuè dum matrimonium est contractum, & consumatum, licet dos pro parte soluta esset, & sic cessaret vna causa, adesset tamen causa altera, consumatio nempè matrimonij, & proinde ad minus pro virginitate amissa, deberetur vxori integrũ antefatum. Nam Pisanell. hoc non dicit affirmatiuè, sed cogitandum reliquit, & eius motiuum non videtur subsistens,
5 quia † duo copulatiuè requiruntur, vt debeatur mulieri antefatum. Primum est, vt dos, promissa, integrè soluatur; & secundò, vt matrimonium validè & cum effectu contrahatur, & consumetur, vt quæst. sequen. dicetur; sed in hoc casu, licet sequutum sit matrimonium, dos tamen non fuit soluta, & consequenter iniustè ageret mulier, si integrè antefatum peteret; nam obstaret illi exceptio non adimplementi ex parte sua, quia integrè dotem non soluit, vt notant præcitati Doct. quod verissimum est.

6 Nec obstat secundò, vt mulier ex solo osculo lucretur medietatem antefati, vt dicetur infra quæst. 8. Nam supponitur esse constitutum, & vt re vera sit illi debitum, si nempè integrè dotem promissam soluisset, non autem ex osculo solo, vt loco cit. dicetur, & successiuè cùm maritus in dubio non præsumatur renunciare doti, ex dictis par. 6. q. 1. num. 22. & seqq. & alibi non est præsumendum, vt vellet dare vxori antefatum integrum, dum ei pro parte tantùm dos soluta fuit.

7 Limitatur hæc regula dupliciter, & Primò, si dos promissa fuerit infra certũ tempus solui, vel statim, & maritus voluntariè dedisset dilationem promittenti dotem, & pendente illa dilatione maritus moriatur, debetur vxori antefatum integrum, vt notant Authores relati nu. 2. & ita fuit decisum, vt testatur Afflict. decis. 333. nu. 2. probant etiam Roland. consi. 10. nu. 4. & seqq. volum. 1. Surd. in tract. de alim. titu. 1. quæstio. 42. num. 57.
8 Quoniam non est imputandum mulieri, si dos viro non fuerit soluta, dum ipse maritus voluntariè dilationem dedit ad
9 soluendum, & ratio omnium est, † quoniam dos habetur pro soluta, dum stat per aliquem, quo minus soluatur. §. pen. vbi glos. magna. Auth. de non eligen. secund. nub. Bald. & alij, quos probat Roland. in tract. de lucro dotis. quæst. 7. in verb. Restituenda. num. 35. Surd. d. q. 42. nu. 55. Et hoc idem probant Vrsill. decis. 242. nu. 2. & decis. 333. vbi Carauit. citat etiam Ioan. Crispinum in Cap. Reg. Mulier dotarium, in opere Bartholomæi de Capua, & faciunt quæ dixi infra consil. 11. num. 19.
10 Dixi voluntariè, quia si ex aliqua iusta causa maritus non exigisset dotem, vt quia debebat illam exigere ab eius Socero; quem deberet constringere via iuris; tunc præsumitur non exacta ob reuerẽtiam debitam socero, & in hoc casu vxor non potest improperare viro de gratia, & dilatione concessa patri, dum non præsumitur posse contrarium decenter facere, ob reuerentiam illi debitam, vt ex tex. in l. si extraneus. ff. de iur. dot. notat ibidem Bald. sic etiam Castr. & Alex. in l. nupta. §. quoties. ff. sol. matrim. Boer. decis. 329. Vrsill. d. decis. 242. sub num. 2. post alios plures Vincen. de Franchis de-

cis.424. præcipuè nu.3. & in illa decisio-
11 ne probat, † quod si tempore solutionis pater erat soluendo, & data sit ei aliqua dilatio, vt decenter solueret, & pendente dilatione illa socer decoctus esset, non teneretur maritus ad restitutionem dotis, ob rationem iam dictam, ex quo dilatio fuit illi data ob reuerentiam illi debi-
12 tam. Et hoc idem esset, † si promittens dotem fuisset in mora soluendi illam, & viro non posset aliqua culpa imputari, tunc enim non dicitur stetisse per virum, quin dotem exigisset, & successiuè vxor non lucratur antefatum, vt scripserunt Guid.Pap.decis.565.& Vrsill. decis.333. in fin. vbi sic etiam refert iudicatum in Sacro Consilio de anno 1565. in causa quadam cum Ioãne Thoma Vmbriano, & citat se ipsum in decis.61.

13 Limitatur secundò, nõ habere locum, si maritus post dotem, ei promissam, con fiteretur recepisse dotem, & constituisset vxori antefatum, & deinde socer se obligasset eidem viro per instrumentum mutui, ad ei soluendum tantam pecuniarum quãtitatem, tunc debetur vxori antefatum, quia confessio viri habetur in hoc pro vera solutione; nam in eius ele ctione fuit, mutare causam dotis in causam mutui, vt ex doctrina Bar. in l. penul. §. pen. ff. solu. matrim. & aliorum, probat Pisanell. in additio. ad Afflict. decis.242. vbi dicit ita se consuluisse, & etiam obtinuisse in Sacro Consilio, in anno 1519. & hanc eandem sententiam probant Socin. consi.32. In præsenti. volum.3. Paris. consil. 95. vidi. num. 35. cum sequentib. Gramma. decisio.97. Vrsil. ad Afflict. decisio.333. sub nu.1. vers. Et multo magis prædicta.

14 Postremò, si matrimonium contractum esset sub conditione aliqua, ita etiam deberetur antefatum; si, nempe, sequeretur matrimonium, vt ex pluribus probauit Neapod. in consuetud. Quartam autem. nu. 51. fol. 258. quod debet intelligi, si matrimoniũ sequatur, & dos promissa viro esset ei soluta, vt ex prædictis cerni potest.

SVMMARIVM.



Ger sterilis retinet vsumfructum sub nu.19

Antefatum debetur vxori, si matrimonium culpa viri consumari non potuit. nu.1. Secus tamen si culpa vxoris consumari non posset. nu. 5. & 11. Quid si maritus habeat virgam erectam, & satisfaciat mulieri, non tamẽ semen emittat. nu.14. Quid si matrimonium consumari non posset per mortẽ alterius coniugis. nu.15. Quid si matrimonium esset consumatum, tamen declararetur nullum ob aliquod impedimentum affinitatis, vel consanguinitatis. nu.16. Quid si matrimonium esset immaturè contractum. nu.17.

Conditio habetur pro adimpleta, quoties stat per eum, cui erat implendum, quo minus adimpleatur. nu.4.

Episcopus loci an debeat permittere, vt qui non possunt matrimonium consumare, maneant simul tanquam frater & soror. num.12.

Maritus, si ex forma statuti lucraretur dotem, illam haberet, si matrimonium culpa vxoris consumari non posset. numero 6.

Matrimonium non est, si consumari non posset culpa alterius coniugis ex impotentia ad generandum, & ratione probatur. nu. 8. Idem procedit si maritus esset Eunucus quamuis vterque consensit habitare simul. num. 9.10. & 12. Potest esse inter steriles, & ratione probatur. nu.20.

Matrimonium duos fines habere dicitur, & vterque explicatur. nu. 20.

Matrimonium si ob vinculum consanguinitatis, vel affinitatis declaretur nullum, an data hinc inde, restituantur. nu.16.

Mulier sterilis lucratur antefatum. numero 19.

Neapod. in consuet. Quartam autem. nu. 31. reprobatur nu. 13.

Pœna cognoscentis mulierem, non viri potentem, quænam sit, recensetur. numero 18.

Resti-

Restitutio non est facienda in pœnalibus, nisi post sententiam condemnatoriam. num. 21.

Vxor, vt præstet operam maritalem viro, non tenetur vagare per orbem. num. 2.

Si culpa viri non habitet in eius domo, consequitur alimenta in bonis viri. num. 3.

Vxor an verè dicatur, si matrimonium non possit consumari, & quid si maritus habeat virgam erectam, vt fine semine satisfaciat mulieri. nu. 7. & 11.

QVÆSTIO VII.



Eptimo quæro, an debeatur antefatum vxori, si matrimoniũ consumari non potuit, quid si fuerit immaturè cõtractum, & quid si mulier sterilis esset? Ad primam partem quæstionis respondetur cum distinctione, nam aut matrimonium culpa viri, vel culpa vxoris, vel ex aliquo accidente consumari
1 non potuit. Primo casu, † si culpa viri matrimonium cõsumari non potuit; debetur vxori antefatum, & euenit si matrimonium contractum esset per verba de præsẽti; dos viro soluta fuisset, & omnia alia adimpleta essent ex parte vxoris, adeo vt per eam non steterit, quin esset in obsequio viri, & in opera maritali, siue per absentiam viri id euenerit, vel alia culpa viri, vt probat Neapod. in consuet. Quartam autem. sub nu. 32. vers. si vero stetit per virum. fo. 257. & sub nu. 43. vers. Item quid si post contractum matrimonium, & eandem sententiam post Castill. l. 52. Tauri. nu. 5. probat Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 21. num. 8. & disp. 18. nu. 3. Subdens Neapod. loc. cit.
2 rationem esse, † quia vxor non tenetur vagare per orbem, vt præstet opera maritalia viro; ex tex. in l. quod nisi. ff. de oper. liber. dicens, bonum esse cõsilium, vt mulier ante recessum viri, se protestet, se esse paratam, esse in obsequio viri, & in opera maritali.
3 Confirmatur hæc opinio, quoniam si culpa viri mulier non esset in eius obsequio, & cogeretur extra domum viri habitare, cõsequeretur alimenta, ac si esset in obsequio viri, vt post Iacob de Arena. Cyn. & alios in l. quod in vxorem. C. de negotijs gestis. Bar. Roma. Afflict. Menoch. & alios innumeros probat Surd. titu. 1. de alimen. quæst. 22. nu. 17. Et ra-
4 tio est, † quia conditio habetur pro adimpleta, quando per eum, cui erat implendum, stat, quominus impleatur. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonstr. cum alijs innumeris cumulatis per Surd. loco cit. nu. 18. & idem est in proposito, vt patet ad sensum.
5 In secundo casu, si matrimonium culpa vxoris consumari non potuit; tunc nõ debetur illi antefatum ob easdem rationes desuper cumulatas ex parte viri, nemo enim ex culpa sua debet lucrum aliquod reportare, & hoc eatenus est verũ,
6 † quod si maritus ex forma statuti deberet lucrari dotem, iam illam lucraretur, si culpa vxoris matrimonium consumari non posset, quia sufficit adimplementum ex parte sua, & in hoc maritus & vxor iudicantur ad paria, vt rectè probauit Napod. in consuet. Quartam autem. nu. 32. fol. 256. vbi Consiliar. de Bott. iddem probat ex Decio consi. 577. & Gramma. decis. 103. nu. 88. & 89. post Alex. Socin. Phan. & Natt. probat Surd. d. quæst. 32. num. 19. Sanch. lib. 6. de matrim. disp. 18. nu. 3. qui dicunt, hoc habere locum, etiã si statutum vellet, maritum lucrari dotẽ sequuta carnali copula, quia habetur pro sequuta, & adimpleta, si per eum non stetisset, quin sequeretur, & adimpleretur.
7 Idem procederet, si hoc impedimentum ex parte vxoris esset, nè matrimonium consumari posset, vt quia esset ita arcta, vt adhibitis congruis remedijs, & medicamentis, virga viri non posset eius vas naturale penetrare. Et idem esset è contra si virga viri non esset potens ad consumandum matrimonium, quæ omnia post Canonistas, & Theologos, probat Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 92.
8 † quia re vera in hoc casu non est matrimonium, dum maritus & vxor non possunt effici vna caro, quod semper euenit, dum matrimonium ex parte vnius consumari non potest cap. laudabilem. de frig. & maleuc. cum alijs per eum cumu-
9 latis, quod etiam haberet locum, † si maritus esset eunucus, vt quia careret potentia generatiua, vt post D. Thom. in 4. distin.

distin. 34. in fin. & alios innumeros, probat Sanch. d. disp. 92. nu. 17. vbi sic refert declaratum per Sixtum Quintum Summum Pontificem in anno 1587. vt nullo modo in hoc casu sit matrimonium, etiã
10 de consensu vtriusque coniugis; † nam consensus vtriusque coniugis non potest validare matrimonium, quod est inualidum ex dispositione iuris, vt est in hoc casu, & successiuè possent simul manere, non vt mulier sit vera vxor, nec vt vir re vera sit maritus, sed potius manent ad inuicem, tamquam frater, & soror, vt scripserunt Innoc. in cap. consultationi. de frig. & malefic. vbi Ant. nu. 2. Abb. nu. 2. & alij plures, quos probat Sanch. d. lib. 7. de matrim. disp. 97. præcipuè nu. 2. quod debet intelligi, dummodo ex tali cohabitatione ad inuicem, non sequeretur aliquod peccatum, nec aliqua commistio ad inuicem, & idcircò Sixtus Quintus in d. motu proprio d. anni 1587. vt refert Sanchez d. disp. 97. nu. 5. prohibuit talem
11 cohabitationem per hæc verba. † [Eos autem, qui sic de facto contraxerunt, si appareat eos non vt castè simul viuant, contraxisse; sed actibus carnalibus, & libidonosis operam dare, simul ne in vno eodemque lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur; omnino similiter separari cures] & post Hostien. in d. cap. consultationi. vbi Ioan. Andr. nu. 2. & alios, not. Sanch. loco cita. num. 5. &
12 seqq. † vt Episcopus in hoc casu ad euitanda peccata prædicta, cogat prædictos prætensos coniuges ad inuicem separari, & dum adest tale periculum incontinentiæ, nullo modo permittere debet talem cohabitationem simul, quæ in continentia sufficit esse ex parte vnius. Et
13 Ex his patet, malè loqui Neapod. in d. consuet. Quartam autem. nu. 31. fol. 256. vt satis sit, si vti prætensi coniuges voluntariè simul habitent, & quod maritus impotens ad emittendum semen intra vas naturale mulieris, si habeat virgam erectam, vt satisfaciat concupiscentiæ mulieris, teneat matrimonium, & mulier lucretur antefatum, nam vtroque dictum non est verum; non primum, quia re vera non est matrimonium, vt ex dictis cernitur, & talis commistio sit omnino prohibita tanquam fornicaria, cum re vera non fiat coniuges. Nec secundum,
14 † quia antefatum non debetur, vbi non est verum matrimonium, & successiuè mulier alio titulo lucraretur quantitatẽ illam, nempè ex liberalitate dicti viri, quando quantitatem illam expresśè donasset illi mulieri, quoniam ex iuris dispositione non posset antefatum prætendere, vt ex dictis cerni potest.
15 Si tamen per aliud accidens non posset matrimonium consumari, vt per mortem alterius coniugis, & tunc nec vxor lucratur antefatum, nec maritus lucraretur dotem, si ex forma statuti illam lucrari deberet, vt scripsit Neapodan. in consuetu. Quartam autem. num. 34. fol. 257. Præses de Franchis decis. 182. nu. 19. An autem in hoc casu ratione osculi vxor lucretur medietatem antefati, dicetur quæst. seq.
16 Insuper, si matrimonium esset consumatum, & postea ob aliquod consanguinitatis, vel affinitatis impedimentum declararetur nullum, in hoc casu si vxor sciebat impedimentum, tunc non solùm non lucratur antefatum, sed priuatur dote: sic è contra maritus priuatur donatione propter nuptias, si ipse sciebat impedimentum. l. qui contra. C. de incestis nupt. Si verò scientia adesset ex parte vtriusque, tunc maritus priuaretur antefato, vxor verò dote, vt suo loco dictũ est. At si vterque ignorauit impedimentum, nemo punitur, nec etiam maritus tunc lucratur dotem, nec vxor antefatũ, & ideo data hincinde restituuntur per conditionem sine causa, vt ex tex. in l. quod seruus. ff. de condit. caus. dat. non sequut. probat Neapoda. in consuetud. Quartam autem. sub num. 37. fol. 257. ex pluribus etiam probat Præses de Frãch. vbi etiam sic refert decisum in Sacr. Consilio decis. 52. Bald. Nouell. in tracta. de dote par. 11. vt legitur tom. 9. tracta. fol. 248. latissimè ad saturitatẽ Borgn. decis. 18. tota par. secund. Barb. l. 2. in princip. nu. 158. ff. soluto matrimon. Sanch. lib. 6. de matrim. disput. 20. nu. 3. & sequentib. An autem in hoc casu propter osculum lucretur mulier aliquid, dicetur quæstio. sequen.
17 Quo verò ad secundam quæstionis partem, clarum est, vt mulier non lucretur antefatum, si matrimonium sit immaturè contractum, quamuis mulier esset earnaliter cognita, vt latissimè probat Neapodan. in consuet. Quartam autem. nu. 36. 40. & seqq. & patet ex dictis supra par. 4. quæst. 5. nu. 1. & 2. Subdens Neapod.

Neapodan. loc. cit. quod licet prius Bartholomæus de Capua tenuerit contrarium in beneficium vxoris, nihilominus postea mutauit consilium in melius, vt mulier nullo modo in hoc casu lucretur
18 antefatum, † imo qui talem mulierem, non viri potentem, cognosceret, deberet puniri, vel pœna vltimi supplicij, vel mitiori pœna, vt latissimè probauit vterque Thesaurus decis. 148. & patet ex dictis d. quæst. 5.

19 Postremo quoad tertiam partem quæstionis de muliere sterili, clarum est eam lucrari antefatum, vt scripsit Neapodan. in d. consuetud. Quartam autem. nu. 33. quia ager, licet sterilis sit, retinet tamen vsumfructum. l. arboris. §. fi. ff. de vsufru-
20 ctu, † & etiam quia inter steriles est verum matrimonium, nam licet finis primarius matrimonij sit generatio prolis, quo fine carent steriles: nihilominus huiusmodi matrimonium habet finem secundarium, nempè satisfacere concupiscentiæ licitæ, vera copula habita, & habet etiam alia opera obsequialia, quæ præstantur inter virum, & vxorem, vt post D. Thom. in 4. dist. 34 quæst. vnica. art. 2. ad tertium, & alios Theologos, & Canonistas cõmuniter, paucis exceptis, probat Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 92. num. 26. & seqq. vbi etiam respondit aliquibus contrarijs, qui quidem finis vterque deficit, quando matrimonium consumari non potest: ideo non potest fieri illatio de vno ad alterum casum.

21 Vltimò incidenter notandum est, quod dum matrimonium scienter est contractum in gradu prohibito, quo casu maritus donationem propter nuptias, & vxor dotem amittunt, vt suo loco superius dictum est, non tenentur ante condemnationem per sententiam ad restitutionem bonorum prædictorum, quia priuatio dictorum bonorum est in pœnam eorum delicti, & ideo requiritur sententia Iudicis, vt latissimè probat Sanchez libr. 6. de matrimon. disput. 20. num. 7. Sed quia hoc pertinet ad forum conscientiæ, ideo hoc nunc non disputo.



SVMMARIVM.



Antefatum non debetur vxori, si matrimoniũ consumari non potuit, etiã per ingressum Religionis. nu. 3. & 4. non debetur titulo lucratiuo, sed oneroso ob virginitatem, & pudicitiam amissam, sub nu. 1. Statim consumato matrimonio est acquisitum vxori, solutio tamen illius differtur post mortem viri. num. 2.

Copula carnalis consumata à viro impotente ad emittendum semen, An sit causa, vt mulier lucretur antefatum. num. 8.

Doctores non dicuntur legere, nisi debitis, & congruis horis legant. nu. 14.

Ingressus Religionis dissoluit sponsalia, non tamen priuat sponsam medietate antefati, lucrata propter osculũ. n. 20.

Maritus, & vxor non debent ad imparia iudicari, quoad lucrum dotis, & donationis propter nuptias. nu. 10.

Maritus si ex forma statuti lucretur dotem, consumasset matrimonium, non tamen semen emittit, an dotem lucretur. num. 9.

Osculum quando sit causa, vt sponsa lucretur medietatem antefati, explicatur nu. 6. 7. 11. 15. & 16.

Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi. num. 17.

Requisita, vt sponsa lucretur antefatum sunt tria, quæ recensentur. num. 15. & seqq. probari debent à sponsa, & eius hæredibus. nu. 18.

Sacerdotes non dicuntur Altari assistere, nisi debitis, & congruis horis assistant. sub num. 14.

Sponsa non lucratur antefatũ, nisi sponsus ex mera liberalitate illud ei donasset. nn. 1. 3. & 5. An sequuto osculo lucretur eius medietatem, & quid in Hispania. nu. 6. & 7. Quid si gratia sponsæ sequatur osculum. num. 12. & 13. Quid si post osculum ingrederetur Religionẽ vnus ex sponsis. n. 19. & quid si sponsalia soluãtur ex consensu vtriusque. nu. 21.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

1 
Ctauò quæro, An sponsa lucretur antefatum? Respondeo negatiuè, & ratio est manifesta, quia antefatum non debetur titulo lucratiuo, videlicet ex solo titulo matrimonij de futuro, vel de præsenti, sed titulo oneroso, nempe in signum amissæ virginitatis, &
2 pudicitiæ; † qua amissa, statim est acquisitum antefatum vxori, quamuis dilatio solutionis differatur post mortem viri, vt probat tex. in l. lex vxoris. C. de donat. int. vir. & vxo. vbi Bald. dicit non inueniri alibi tex. alium similem, probat etiam Neapod. in consuet. Quartam autem. nu. 22. & melius à nu. 28. ad num. 32. vbi discusso articulo, sic tandem residet, probat etiam post alios Vrsill. ad Afflict. decisio. 291. num. 3.

Nec vrget vt debeatur vxori antefatum, etiam si matrimonium cõsumatum non esset, vt patet ex dictis quæst. præced. Nam id procedit quando culpa viri matrimonium consumatum non fuit, vt ibidem dictum est, sed hic supponimus,
3 nullam adesse culpam viri, † & in his patet malè loqui Franc. de Paul. in addit. ad Neapod. sub d. nu. 28. fol. 255. Quatenus affirmat, antefatum deberi, etiam non sequuta copula, & ita dicit fuisse decisũ, quodam compromisso inter quosdam de Putheolis, quem videtur sequi Vrsill. ad Afflict. decis. 61. sub nu. 5. vers. Igitur dico, nam Capyc. sub d. nu. 28. dicit communiter obseruari Napod. sententiam, ne debeatur antefatum, si copula carnalis non esset sequuta inter coniuges, &
4 hoc catenus est verum, † vt locum habeat, etiam si matrimonium contractum esset de præsenti, nec osculum interuenisset, & per mortem naturalem, vel per ingressum Religionis solueretur matrimonium, adhuc enim mulier non lucraretur antefatum, vt post Ioan. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 4. initio, probat Sanch. lib. 6. de matrim. disp. 19.
5 num. 3. † quod tamen limitatur non habere locum, quando sponsus ex mera liberalitate illud donasset sponsæ, quod in dubio non præsumitur, vt rectè probat Napodan. in d. consuet. Quartam autem. nu. 22. vers. sed certè. fol. 253.

6 Verum si inter sponsos sequutum esset osculum, tunc sponsa lucratur medietatem antefati, vt ex tex. in l. si a sponso. C. de donat. ante nupt. probat Napod. loco cit. num. 29. quem ibidem sequuntur Capyc. & Salern. & eandem opinionem post Afflict. Couarru. & alios defendit Vincen. de Franch. decisio. 503. vbi nu. 23. sic refert decisum in Sacro Consilio in anno 1567. die 24. Decembris in causa Lucretiæ de Mauro cum sororibus de Parascandalo, & in fine decisionis prædictæ affirmat, non esse recedendum ab opinione Napod. & vltra per eum cumulatos, idem probant Ioã. Lup. Gomez. Matthien. Barbos. & alij, quos sequitur Sanchez lib. 6. de matrim. disputatione 18. à nu. 3. ad nu. 6. quamuis disputat. 22.
7 præcipuè nu. 17. & seqq. teneat, † in Hispania sponsam per osculum lucrari medietatem solum iocalium, & sponsalitiæ largitatem, non autem medietatem arrarũ, quæ in illo Regno successerunt loco donationis propter nuptias: Quidquid tamen sit de illa obseruantia, quæ tamen ex vsu apparere potest, verior tamen est opinio nostra, dum osculum dicitur, & est pro medietate caro sponsæ corrupta, & etiam quia Sanch. in illo Regno contra se citat Gom. l. 50. Tauri. nu. 29.

8 Illud obseruandum est, quod si post osculum sequeretur copula carnalis, à viro impotente ad emittendum semen, consumata, iuxta dicta in quæst. præcedenti, adhuc mulier non lucraretur totum antefatum, quia non esset verum matrimonium, nec illa copula sequuta est ad matrimonium, vt pater ex dictis quæst. preced. & probat Napod. in locis
9 citatis; & hinc est, † quod si maritus ex forma statuti deberet lucrari dotem, vel partem eius; si matrimonium consumatum esset ex illa sola erectione virgæ, quia fractum esset vas naturale mulieris, non tamen emissum esset semen; quia non esset verum matrimonium, idcircò non lucraretur dotem, etiam si per multos annos onera matrimonij substinuisset, vt ex multis probauit Phanut. in tract. de lucr. dot. glos. 3. in princ. vt legitur tom. 9. tractatum fol. 420. sic etiam Rolan. in tract. de dote quæst. 104. Iddẽ

igitur

10 igitur esse debet in vxore, † vt maritus,
& vxor in hoc iudicentur ad paria, quò
ad lucrum dotis, & donationis propter
nuptias, vt sæpissimè replicatum est.
11 Secundò aduertendum est, vt osculum
debeat interuenire gratia viri, non autē
gratia vxoris, vt probat Napodan. in
consuetud. Quartam autem. num. 34. fol.
257. Preses de Franch. decisio. 182. num.
19. & decisio. 503. & ponit exemplum
Napodanus, quando osculum sequitur
12 gratia vxoris, dupliciter. Primo, † si
sponsa esset infirma, & vt eius infir-
mitas alleuiaretur ob gaudium futura-
rum nuptiarum, vocatus esset sponsus,
& inuitatus ad illam deosculandam; tunc
nihil sponsa lucratur, quia osculum fuit
13 sequutum gratia sui, non viri; † Iddem
esset si maritus esset infirmus, & sponsa
non vocata accesserit ad domum viri, ac
illum deosculata esset, non lucraretur
antefatum, quia præsumitur accedere
spe lucrandi antefatum, & non se præ-
parauit congruo tempore ad opera ma-
trimonialia, vt rectè probat Napoda. d.
14 num. 34. quoniam † Doctores non di-
cuntur legere, nisi debitis, & congruis
horis legant. cap. de quibusdam. 37. di-
stinct. Sic etiam Sacerdotes non dicun-
tur altari assistere, nisi debitis & cōgruis
horis assistant. cap. sacerdotibus. 31. dist.
hæc Napoda. loco citato, & Vincen. de
Franchis d. decis. 503. tota, & præcipuè
nu. 6. 7. 8. & 19.
15 Requiritur secundò, vt osculum sit in
ordinem, & vt præparatorium ad futu-
rum matrimonium, validum tamen, vt
rectè probat Præses de Franch. d. decis.
503. nu. 20. & ex dictis hic, & quæst præ-
16 ced. cernitur. Imo requiritur tertiò, † vt
osculum detur congruo tempore, nem-
pè postquam contracta sint sponsalia;
secus tamen esset, si osculum antecede-
ret spōsalia; nam in hoc casu osculū esset
peccatum, & potius pœnam, quam præ-
mium aliquod mereretur, vt post Ioan.
Lup. l. 52. Tauri. Castill. Gomez. Couarr.
Guttier. Barbos. & alios plures tenet
Sanch. lib. 6. de matrimo. disput. 18. num.
6. & 7. & hoc est clarum; nam tex. in d.
l. si à sponso. C. de donat. ante nupt. lo-
quitur de osculo sponsi, igitur debet in-
telligi postquam sponsi sunt, & non an-
17 tea, † nam qualitas adiuncta verbo, de-
bet intelligi secundùm tempus verbi. l. in
delictis. §. si damnum extraneus. ff. de
noxalib. cum alijs cumulatis per Surd
decisio. 57. num. 6. Minad. decis. 6. Gram
18 decisio. 57. nu. 18. † Quæ quidem requi
sita tenetur probare sponsa, vel eius hę
redes, vt antefatum debeatur, videlicet
vt osculum datum sit gratia viri. Secun-
dò, vt datum sit à sponso, & Tertiò, post
contracta sponsalia: quod etiam obser-
uandum est, dum matrimonium culpa
viri non fuit postea sequutum, vt probāt
Ioan. Lupus l. 52. Tauri. num. 12. Castill.
nu. 9. & Matthien. quos sequitur Sanch.
d. disp. 18. nu. 9. & seqq. Et ratio est, nam
quilibet probare tenetur fundamentum
suæ intentionis, vt sunt Iura vulgaria, &
dum probata sunt dicta requisita, non est
probandum, vt maritus habuerit animū
donandi medietatem antefati, cum illud
lucretur sponsa ex Iuris dispositione, vt
probant præcitati Doct.
19 Insuper hoc locum habet, etiam si
sponsa post osculum sequutum ingressa
esset in religionem, nam adhuc medie-
tatem antefati lucraretur; & ratio est,
20 † quia licet sponsa sit causa, vt soluan-
tur sponsalia per ingressum Religionis,
est tamen causa inculpabilis, vt scripsit
glos. per illum tex. in cap. Decreta lega-
lia. in fin. 27. q. 2. Corn. consi. 228. vol. 1.
Lup. Couarr. Gomez. Molin. & alij, quos
sequitur Sanch. d. lib. 6. disput. 21. num.
4. Vbi iddem probat si sponsus ingressus
esset in Religionem, quia libertas sponsi
non debet nocere sponsę, vt amittat me-
dietatem antefati, acquisitam propter
osculum.
21 Verùm, si sponsalia dissoluerentur ex
voluntate vtriusque; tunc nihil sponsa
lucraretur, & ratio est, quia ex pacto vi-
detur actum, vt hinc inde data restituan-
tur; dummodo vterque à principio con-
sentiat, sed si sponsa ex post facto consen
tiret; nempè postquam sponsus recesse-
rit à sponsalibus, non censeretur remit-
tere medietatem antefati, sed solùm con
sentire, vt dissoluantur sponsalia, reten-
to lucro sibi debito, vt post Cyn. Iacob.
de Aren. & Salyc. in l. cum veterum. C.
de donat. ante nupt. Angel. Lup. & alios
probat Sanch. d. disp. 21. nu. 6. & seqq.

SVMMARIVM.



Rra in Hispania dicitur donatio propter nuptias. nu. 4.

Donatio, facta inter spōsos, num valeat, recensentur authores. nu. 1. Si fiat ante matrimonium valida est, etiam si eodem die postea sequatur matrimonium, dummodo etiam traditio sequatur. num. 10. & 11.

Donatio inter sponsos non valet, si fiat tempore contracti matrimonij, vel in illud tempus differatur solutio. nu. 13. Quid si non constet de tempore matrimonij, traditur. nu. 14.

Donatio propter nuptias dicitur donatio ob causam, & necessariò debetur vxori in recompensationē receptæ dotis. n. 2. Non potest esse sine nuptijs, & ab illis nomen accepit, quod explicatur. nu. 3. Qualiter differat à donatione inter virum, & vxorem. nu. 5.

Munera consueta inter sponsos, quænam dicantur in Ciuitate Neapol. explicatur nu. 8. Contracto matrimonio, sunt sponsæ, & sponsi, & de illis disponunt ad libitum. nu. 9.

Paria sunt, aliquid fieri tempore inhabili, vel prohibito, & conferri ad tempus inhabile, vel prohibitum. nu. 12.

Sponsalitia largitas cur inuenta sit inter sponsos, & quando fiat. nu. 6. Qualiter vocetur in Hispania, & qualiter in hoc Regno, explicatur nu. 7.

QVÆSTIO IX.



1 Onò quæro, an donatio facta inter sponsos dicatur valida, & pro qua quantitate? De hac quæstione plura tractant, Napod. in consuet. Quartam autē. nu. 23. & 24. Afflict. decis. 315. Præses de Franch. decisio. 503. & decis. 712. Azor. par. 3. Moralium lib. 11. cap. 10. & 12. & relatis antiquis, & modernis, Sanch. lib. 6. de matrim. disp. 1. cum tribus sequen. & dispu. 26. Surd. in tract. de alimen. titu. 1. quæst. 42. nu. 112. & seqq. Borgn. decis. 18. tot. par. 2. Et penes prædictos cæteri videri possunt, & dixi aliqua supra par. 4. in tit. de renunc. q. 19. nu. 4.

In hac quæst. non quærimus de antefato, siue donatione propter nuptias; clarum est enim, vt maritus necessariò teneatur dare antefatum vxori, vt patet ex
2 dictis in quæst. præcedentibus; † debetur enim in recompensationem receptę dotis, adeo vt non dicatur donatio simplex, sed ob causam receptæ dotis. l. vlt. C. de donat. prop. nup. nam quemadmodum non potest esse dos sine matrimo-
3 nio, vt suo loco notatum est, † ita nec talis donatio sine nuptijs, & ab illis nomen accepit; nam olim maritus donabat sponsæ ante contractas nuptias, & ideò dicebatur donatio ante nuptias; hodie verò donat post nuptias, & ideo dicitur donatio propter nuptias, vt notant prænarrati Doctores, & loco citius donationis successit in hoc Regno antefatum, vt
4 dictum est supra quæst. 1. nu. 12. † & in Hispania vocantur Arræ, quę loco ipsius donationis successerunt, & eiusdem sunt qualitatis, & conditionis, vt ex tex. in l. 1. tit. 11. par. 4. probāt Gom. Castill. Lup. & alij plures penes Sanch. d. lib. 6. dispu.
5 1. nu. 1. §. arræ autem; † Et hæc donatio in hoc differt à donatione inter virum, & vxorem, nam illa fit per matrimonium contractum, & sic dum matrimonium est in actu, quæ quidem donatio regulariter non valet, vt patere potest ex dictis par. 3. & plura tradit Sanch. d. lib. 6. ferè per totum, sed hæc donatio fit cùm ipsæ nuptiæ contrahuntur, & dos promittitur, vt patet ex dictis supra q. 2.
6 Nec quæstio est de sponsalitia largitate, vt est donatio quę fit inter sponsos de futuro, propter spem ineundi matrimonij, & ob eius causam; quæ quidem donatio contrahitur, & fit, quando facta est promissio inter sponsos futuri matrimonij, & de eo contrahēdo fides datur, & accipitur; vnde post Ioan. Lup. Matthien. & Gom. Sanch. d. lib. 6. disp. 1. sub
7 nu. 1. tradit, † vt apud Hispanos dici soleant munera, Hispane dicta, *las donas, y jojas que se embian los desposados*. In hoc vero Regno vocantur munera consueta, siue nuptialia, seu solemnia, vt probat Napod. in consuet. Mulier de dotibus, in verb. donatiuo. num. 57. fol. 224. Vin-

Vinceu.de Franchis decis.503.nu.3.4.& 5.& decis.712. Et dixi supra par. 4. in tit.
8 de renunciat.quæst. 19.nu.4. adeò, † vt hæc munera consueta hodie redacta sint ad necessitatem; quoniam concluso matrimonio, sponsus mittit sponsæ sub nomine doni, & pro dono de singulis ducatis mille, ducatos centum, & sic pro decima parte dotium hæc munera fiunt, & quod peius est, addit Præses d.decis.503. datur afferenti munus aliqua quantitas non contemnenda, & fiunt etiam dona per coniunctos ex parte vtriusque spõsi, & ita seruatur passim; adeò vt hodie dubitari non possit de validitate huiusmodi
9 donorum; † itaque sequuto matrimonio, dona prædicta sunt vxoris, secus verò si matrimonium non sequatur, vt notant authores citati, & probat etiam post alios Sanch.d.lib.6.disp.18. Et idem esse ait disp.19.nu.7.& seqq. de donis factis à sponsa, vel eius consanguineis sponso; nam per omnia huiusmodi dona regulantur ad paria, & cùm sint vtriusque sponsi, de illis disponunt ad eorum libitum, tamquam de bonis nouiter acquisitis, vt videre est apud præcitatos Autbores.
10 Sola igitur disputatio est, si alio modo fieri contingat donatio inter sponsos, nũ valida sit, & Napodan. in consuet. Quartam autem. nu.23. & 24. ita distinguit. Si constare poteft, donationem fuisse factam ante contractas nuptias, fore validam.l.inter eos. ff de donat. inter virum, vxorem, & procedit, etiam si eadem die postea sequatur matrimonium, adhuc enim firma manebit talis donatio, vt probat tex.in d.l.inter eos, probat glos. in l.quod sponsæ, in verb. sine effectu. C. de donatio.ante nupt.cum alijs cumulatis per Sanch.d.lib.6.disp.1.nu.7. Quod
11 locum habet, † si bona prædicta tradita essent; si enim solutio differretur, facienda ad tempus contracti matrimonij, tunc non valeret donatio.l.quarta. C.de donatione ante nuptias, & hanc declarationem teneat omnes, teste Sanchez
12 dict.disput.prima. num.6. † nam paria sunt, rem aliquam fieri tempore inhabili, vel prohibito, & conferri ad tempus inhabile, vel prohibitum. l. in tempus. ff. de hæredi. instituen. cum vulgatis alijs.
13 Secundò, si constaret; donationem fieri tẽp ore matrimonij, & tunc clarum est, donationem esse nullam, & inualidã & hoc omnes docent, vt dixi supra par. 3. vbi etiam declaratum est, quando valere possit huiusmodi donatio inter coniuges, & pro qua summa, de qua etiam materia tractat aliqua nouissimè Cardin. Mant. par.1. de tacit.& ambig. conuen. lib.12.tit.20.nu.20. & seqq.
14 Tertiò, si dubitaretur de tempore, & tunc Napod.loco cit. hac nititur distinctione, si donatio facta fuerit in domo mulieris, antequam duceretur ad domũ viri, tunc valeret donatio, quia facta videretur, vt à sponso sponsæ; non autem à viro vxori. Si verò facta esset in domo viri, tunc non valeret donatio ob contrariam rationem, quia à viro vxori facta est, & hanc eandem distinctionem probat post alios Franc. Marc. decisio. 70.nu.8. par.2. & etiam passim seruatur, vt est communis obseruantia in hac Ciuitate, & tradidit Vincen. de Franch. d. decis.503.

SVMMARIVM.


Ntefatum debetur etiã vxori indotatæ, si iniustè maritus illam eijciat de eius domo.nu.3.

Antefatũ an debeatur vxori, si matrimonium soluatur per ingressum Religionis.nu.7.

Donatio inter coniuges, an confirmetur professione vnius in aliqua Religione. num.6.

Ingressus Religionis ex voluntate vtriusque coniugis, licet non soluat vinculum matrimonij consumati, impedit tamen mutuam cohabitationem, & repetitionem inter coniuges.nu.5.

Maritus sine causa expellens vxorem ab eius domo, tenetur illi restituere dotẽ, & antefatum soluere.nu.2.

Religio, an habeatur loco filij in successione antefati, explicatur num.8.

Vxor, viuente viro, licet regulariter non possit petere dotem, & antefatum, potest tamen in multis casibus. num. 1.2. & sequentib. An lucretur proprietatem antefati, si filius ingrediatur in Religionem, & ibi moriatur, ipsa matre superstite.nu.8.

QVÆSTIO X.



Ecimò quæro, an vxor, viuente viro, possit antefatum petere, vt illud penes se habeat? Quæstio hæc nō indiget multa discussione, quoniam ex dictis supr. par. 6. q. 5. resoluta apparet. Est
1 igitur regula generalis, † vxorem viuente viro, nec dotem, nec antefatum petere posse. Non dotem, quia illa deseruit pro oneribus matrimonij, & sic esse debet penes virum, qui ex fructibus dotis seipsum, vxorem, & eius familiam alat, vt loc. cit. dictum est. Nec antefatum, quia licet post consummatum matrimonium sit acquisitum vxori; illud tamen debetur post mortem viri, nam est acquisitio sub conditione, si vxor superuiuat, vt sæpissimè in hac 7. par. replicatum est. Et consequenter vxor caret actione ad petendum antefatum.

2 Limitatur tamen hæc regula duobus modis. Et primò, si maritus sine causa expelleret vxorem à domo sua, tunc vxor repeteret dotem à viro, & etiam antefatum haberet, vt patet ex dictis d. quæst.
3 5. Et hoc eatenus est verum, † vt etiam locum habeat, si vxor esset indotata, adhuc enim antefatum haberet in pœnam iniustæ expulsionis viri, vt ex tex. in §. fi. Authen quib. mod. natur. effic. legit. probat Napod. in d. consuet. Quartam autē. nu. 46. fol. 258. quem sequitur Frez. lib. 2. subfeu. in 1. author. q. 2. post nu. 17. & dicam infra q. 13. nu. 6.

4 Limitatur secundò vniuersaliter in omnibus casibus, in quibus potest vxor repetere dotem, constante matrimonio, vt ob vergentiam viri ad inopiam, & in alijs casibus notatis d. p. 6. q. 5. Et probat Napod. d. nu. 46. tunc enim etiam antefatum habet vxor, vt loco citato dictum
5 est. † Si verò matrimonium solueretur per ingressum Religionis, quo casu talis ingressus non dissoluit vinculum matrimonij consumati; nam morte naturali tātùm hoc vinculum soluitur; sed solùm soluitur quòad effectum, quia non licet cōiugibus vti matrimonio, separato per ingressum Religionis de voluntate vtriusque coniugis, quòad mutuam cohabitationem, nec possunt ad inuicem se reposcere. cap. accedens, & cap. significauit. extr. de conuers. coniugat. & post alios Sanch. lib. 6. de matrimon. disp. 17. præcipuè nu. 7. vbi disputat articulum.
6 An donatio facta inter coniuges confirmetur professione alterius coniugis professi de voluntate alterius, vbi videtur concludere negatiuè, si illa Religio possideret bona in communi, secus verò è contra, si bona in communi non possideat: Sed hæc resolutio patere potest ex dictis supra par. 3. q. 8. & par. 4. q. 65.
7 † Cùm igitur separatum est matrimoniū consumatum, clarum est, vt vxor lucretur integrum antefatum; nam si soluerentur sponsalia hoc modo, iam sponsa, sequuto osculo, lucraretur medietatem antefati, vt patet ex dictis supra quæst. 8. & ita in hoc casu lucratur integrum antefatum, dum, consumato matrimonio, integrum antefatum acquisiuit. Sed posset hic habere locum, quod dictum est d. quæstio. 8. de solutione sponsaliorum facta ex voluntate vtriusque coniugis à principio, nam ibi discussa, hic etiam locum habent, quoniam in vtroq; casu est acquisitum ius vxori in antefato.

8 Occasione prædictorum notandum est, quod si maritus mortuus esset, superstite vxore cum vno filio, vel filia, qui postea ingressus esset in aliquam Religionem, & ibi professionē emisisset, & post professionem emissam mortuus esset, superstita matre in sæculo, magna æquitas est in beneficium matris, vt lucretur antefatum, non autem monasterium, quia in hoc casu monasterium non videtur haberi loco filij, cum non reperiatur hoc expressum in Iure, vt notat Præses de Franch. decis. 469. vbi hanc illationem examinat, non tamen dicit fuisse decisā; & est etiam alia ratio in beneficium matris, quia durante eius vita est vsufructuaria dicti antefati, & sub cōditione est Domina proprietatis, si nempè superuiuat, & successiuè videtur factus casus acquisitionis in beneficium ipsius, dum ipsa superuixit filio; quāuis ex dictis d. p. 4. q. 65. possit vtcunque fundari opinio in beneficium monasterij, vt in hoc casu habeatur loco filij, Cogita benè.

SVM-

SVMMARIVM.



Ntefati interesse, an debeatur mulieri intra annum luctus. nu. 14.

Consuet. Quartam autem. §. prædicta. Ponderatur loqui in beneficium hæredum viri, non autem vxoris, vt intra annum luctus possit antefatum petere. nu. 2.

Dilatio anni, siue infra annum restituendi dotem, commodum hæredum, non autem vxoris viri præmortui respicit. nu. 9. & 10.

Electio in alternatiuis, an sit creditoris, vel debitoris. nu. 13. & 15.

Gramm. decis. 103. de interesse antefati, si debeatur vxori infra annum luctus, ponderatur contra mulieres, in beneficium hæredum viri. nu. 3. 11. & seqq.

Interesse dotium, & antefati, debitum mulieri post annum, à morte viri, taxatum est per nostras consuetudines. num. 4. An debeatur infra annum luctus, vel solum debita sint alimenta mulieri. nu. 7.

Maritus legans dotem vxori, quid commodi præstet vxori. nu. 12.

Vxor non habet electionem petendi antefatum intra annum luctus, & ita pluries decisum refertur. num. 1. 6. & seqq.

Vxor in antefato agit de lucro; in dote verò agit de damno, & vtilitas huius recensetur. sub nu. 14.

QVÆSTIO XI.

1 

Ndecimò quæro, an sit in electione mulieris intra annũ luctus post mortem viri, petere antefatum, vel debeat expectare integrum annum decurrendum in beneficium hęredum ipsius viri? Quęstio hæc pluries accidit in Sacro Consil. & fuit decisa in beneficium hæredum; quoniam igitur rationes pro vtraque parte fuerunt discussę in causa Hieronymæ Blanchæ cum hæredibus Octauij Guindatij, in qua causa tunc pro Aduocato interuenit Scipio Rouitus, ex cuius libro harum cõsuetudinum quæstionem istam deduxi, Ponam hic rationes prædictas.

2 Pro parte igitur mulieris, ponderabatur primò tex. in consuet. Quartam autem, in §. prædicta, in illis verbis (infra annum à morte viri computandum, vbi mulier non habet liberos ex marito præmortuo: Sed si habet liberos, annus ipse incipit à tẽpore, quo ipsa mulier discesserit de domo mariti mortui) & cum hac consuetudine cõcordat ius commune, vt testantur Purpur. in authen. præterea. C. vnd. vir, & vx. Ias. in l. si emancipati. col. 3. vers. Nota tu. & vers. ad idem facit. nu. 10. C. de collat. Vinc. de Franch. decisio. 621. Si igitur infra annum potest mulier ipsa antefatum petere, iam videtur habere electionem, cum etiam electionem habeat discedendi à domo viri mortui.

3 Secundò põderabatur in beneficium mulieris decis. 103. Grammatici, vbi decisum fuit deberi interesse vxori pro antefato à die petitionis: sed vxor habet electionem ad petendum, si sola eius petitio attendatur, & consequenter videtur electionem habere ad petendum,

4 † eo magis cum interesse dotium, & antefati taxatum sit post annum per has consuetudines, vt dicetur quæst. seq.

5 Tertiò addi potest, quia in alternatiuis videri potest electio creditoris, vt latissimè probat Purpur. consi. 287.

6 Verum in anno 1594. die 14. Iunij, referente Consiliario Marcello Fornario cum interuentu Præsidis de Franchis fuit determinatum in beneficium dictorum hæredum Octauij, videlicet intra annum luctus, non esse debitum interesse vxori, Processus est penes Fęlicem Actuarium. Idem iudicatum fuit in anno 1576. referente Consiliario Vincent. de Franch. in causa Angelellæ de Capite cum Principe Hostiliani, & creditoribus

7 Antonij Siluij, † nempè non deberi interesse dotium, & antefati intra annum luctus post mortem viri, sed alimenta tantum, Penes Balsamum Actuarium, & sententia legitur fol. 123. & iddem fuit decisum in eodem Sacro Consilio, iunctis aulis, referente Consiliario Fuluio de Constantio in causa Donnæ Victorię Spinellæ cum Principe Casertæ, penes Ciuitellam Actuarium, itaq; non potest hodie dubitari de veritate huius quæstionis, quam etiam opinionem, post Napodanum, defendit Stephan. de Caiet. in d. consuetud. Quartam autem. in princ.

princ. in apostill. incip. Nota ex hac aduersatiua. vers. dicit tamen quod post annum.

8 Probatur facilè hæc opinio, tùm quia hæredes mariti electionem habent intra annum luctus, restituere dotem, & antefatum mulieri, deducto commodo interusurij dicti anni, vt probatum est supra par.6.q.7.nu.15.& 16.tùm etiam, quia tam filij, quàm hæredes extranei tenentur intra prædictum annum luctus, soluere mulieri alimẽta, etiam ex dotibus, & iuribus dotalibus, & quod superest ex fructibus dictorum bonorum dotalium sunt ipsorum hæredum, vt dixi supr. par. 6.q.10.nu.23. & alibi. Signum igitur est,

9 † hoc commodum dilationis vnius anni respicere eorum beneficium tantùm, dũ in eorum electione est vti prædicto spatio, vt suo loco dictum est, ex textu in l. vnic.§.exactio.C.de rei vxor.act.& probat etiam tex. in consuetu. viro mortuo. supra titu. 1. non igitur respicit commodum mulieris.

10 Nec vigent contraria, nam illa dictio (infra annum) tam de iure communi, quàm etiam de iure consuetudinario, assignatur ad restitutionem dotium, & iurium dotalium, & tamen respicit commodum hæredum, vt nu. præcedenti dictum est, cum in eorum electione sit vti beneficio dicti anni.

11 Nec decis.103. Gram. vrget, nam dupliciter respondebatur, & primo, quia ibi erat elapsus annus à morte viri, ex quo petitio interesse fuit facta die 23. Decembris. 1536. vt prope finem decisionis habetur. Mors verò viri fuit de anno 1535. vt asseritur ibid. post nu.48. Ibi (vsque ad annum 35. quo decessit) & iterum post nu. 149. ibi (vsque & per totum annum. 1535. quo obijt Don Ar-

12 talis.) Secundò, † quia ibi aderat commodum repræsentationis per legatum factum à viro dotium, & iurium dotaliũ, prout ibidem asseritur num. 2. in fin. ibi (fuerit dos ipsa in testamento legata,) & num. 160. vers. circa testamentum. Ibi (Don Artalis legat dotes, & iura dotalia) quo casu tam de iure cõmuni, quàm etiam de hoc iure consuetudinario, statim vxori, & dos & iura dotalia restituũtur, vt patet ex dictis supra par.6. quæst. 7. & consequenter decisio prædicta non vrget.

13 Nec tertiò vrget de electione in alternatiuis, electio enim in alternatiuis tunc tantùm est creditoris, quando respiceret locum, vt quia in certo loco facienda esset solutio: sed quoad solutionem debiti semper est debitoris, si contrarium non appareat, vt patet ex dictis, & probat ẽt tex. in l.non vtique. ff. de eo quod cert. loc. vbi Bar. nu. 2. & 7. Castr. nu. 4. Vrsill. ad Affl. decis. 316. num. 4. Ann. consi. 95. vol. 2. Purpur. consi. 557. vol. 2. & successiuè, cum contraria non vigeant, remanet firma opinio pro defensione tot decisionum Sacri Consilij, pro quibus sine dubio iudicandum est, eo magis in hoc casu.

14 Postremò non vrget, vt intra annum luctus debeatur vxori interesse ratione dotium, vt in cõsuet. Viro mortuo. §. hæredesque mariti. supra tit. 1. & dictum est supra p. 6. q. 7. & alibi, nam id procedit, quia dos est proprium patrimonium mulieris, iuxta tex. in l. 3. §. sed vtrum. in final. verbis. ff. de minorib. Antefatum verò est merum lucrum, & in eo non est alterata dispositio iuris communis, quo sancitur, vt pendente restitutione facienda intra annum luctus, nihil mulieri debeatur, & hæc hactenus pro hac quæstione, nãm satis erat, decisiones tantùm referre.

SVMMARIVM.



Os, & antefatum non procedũt ad paria quoad hypothecam, sed solùm quò ad interesse; quàmuis nõ ad eandem rationem. numero 5.

Interesse antefati, siue augmenti dotalis, debetur secundùm ius commune. nu. 1.

Debetur etiam secundùm nostrat con suetudines. num. 2. & 14. Ad quam rationem taxetur de hoc iure consuetudinario, & an habeatur ratio interesse mulieris. nu. 6. & 7. Ad quam rationẽ taxetur de iure communi, & de iure Regni. num 8. Quid secundum morem Procerum & Magnatum. nu. 9.

Vsura est crimen, & nullo modo permitti debet ratione vsuræ. nu. 3.

QVÆ-

QVÆSTIO XII.



Vodecimò quæro, an ex antefato debeatur interesse, & ad quam rationem? De hac quæstione non attinet
1 disputare, † an debeantur vsuræ in donatione propter nuptias, siue in augmento dotali; clarum est enim deberi præcipuè dum mulier ex retardata solutione dicti augmenti, aliquod interesse passa fuerit, vt ex tex. in §. si autem omnis. Auth. de non eligend. secund. nuben. & alijs probat Thes. decis. 45. Couar. lib. 3. varia. resol. cap. 1. & cap. 4. Vincen. de Franch. decisio. 217. Et eo libentius
2 tius disputationem omitto, † cum per has consuetudines introductum fuerit, deberi interesse ratione dotium, & iuriũ dotalium, vt est communis obseruantia, ex tex. in consuet. Viro mortuo. §. hæredesque mariti. supra titu. 1. Et notat hic Napodanus num. 76. & seqq. Præses de Franch. loc. cit. Quæ quidem consuetudo, & obseruantia valida est, dum tollit disputationem Doctorum in hac materia, cum taxatio fit ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, non autē ratione vsurarum; clarum est enim
3 hoc modo non debere, † cum vsura sit crimen, & nullo modo promissa. cap. vlt. 14. q. 3. & tot. tit. de vsuris, & successiuè dum in casu nostro certum est de interesse, vt debitum sit, videndum est quoad secundam partem, ad quam scilicet rationem debeatur.

4 Nec vrget, vt Afflict. decisio. 281. & 291. quem sequitur Capyc. decis. 65. teneat, non deberi interesse pro antefato, quoniam contrarium seruatur, scilicet, debitum esse, vt ex dictis ceruitur, & ex dicendis etiam patebit; & probat etiam Gram. decis. 103. nu. 98. & seqq. Sic etiã
5 quatenus dicitur, † vt dos, & antefatum non procedant ad paria; nam intelligitur quoad hypotecam; quæ datur pro dote, in qua agit mulier de damno euitando; non autem pro antefato, in quo agit de lucro, vt ex tex. in l. assiduis, C. qui pot. in pign. habe. probat Præses de Franch. decis. 182. num. 3. & 16. quamuis etiam in hoc aliqui contrarium teneant, vt per Afflict. decis. 154. nu. 4. vbi Vrsill. num. 3. Gram. decis. 103. num. 123. Addentes ad Iul. Clar. in §. donatio. q. 11. in verb. Propter nuptias. At quoad interesse est introducta æquiparatio, vt post alios notant Addent. ad Capyc. decis. 65. in 1. addit. Quamuis non sit ad eandem rationē, vt ex dicendis patebit.

6 Igitur quoad secundam partem; In hac Ciuitate communiter practicatur, vt interesse antefati debeatur ad rationē quinque pro centenario; interesse verò dotium ad rationem septem pro centenario, minus quanta, hoc est ad rationē sex, & grana septuagintaquinque, quæ quidem summa regulariter non solet excedi, etiam si mulier passa fuerit interesse ad maiorem rationem, & ageretur iure assistendi pro bonis sitis extra districtum huius Ciuitatis, vt latissimè fundat Vinc. de Franch. decis. 217. nu. 2. & 472. Dixi
7 regulariter, † quia solet aliquando haberi ratio interesse mulieris, & vt liquidetur ad maiorem rationem, prout mulier illa passa fuerit interesse; & sic etiam antefatum liquidari solet ad rationem sex cum dimidio, & ad maiorem summam, vt à viris fide dignis percipi; & ideo Gram. d. decis. 103. dicit, liquidatum fuisse interesse ad rationem octo pro centenario, & cum Gram. determinauit Senatus Pedemon. teste Thesau. decis. 45. De quibus meminit prima additio ad Capyc. decis. 24. vers. Et quamuis Afflictus. Et ideo in causa Angelellæ de Capite, cum Principe Hostiliani, & creditoribus Antonij Siluij, referente Consiliar. Vincentio de Franchis. Fuit liquidatum interesse, etiam antefati ad rationem septē pro centenario, vt patet in d. processu penes Balsamum. fol. 195. & hoc summa ratione, quia æquum non est, mulierem pati damnum, & interesse ob mortem, & culpam hæredum viri: consuetudines enim voluerunt taxare interesse regulariter; non autem in omni casu, & successiuè in hoc seruatur ius commune, & ius
8 Regni, † vt interesse prædictum sit ad rationem septem, octo, nouem, vel decē, prout illa mulier passa fuerit interesse, vt patet ex dictis per Couarru. & Thesaur. loc. cit. nu. 1. & ita communiter seruari in praxi audiui, & faciunt cumulata per Surd. decis. 259. nu. 9. & seqq. vbi agit de liquidatione interesse.

9 Si verò quæramus, quando matrimonium contractum esset secundùm morē Procerum, & Magnatum, & tunc solet liquidari interesse dotium, & antefati ad ratio-

rationem octo pro centenario, & sic fuit liquidatum per decretum Sacri Consilij in anno 1588. die 22. Octobris, in causa Elionoræ de Aquino cum Marchione Lauri, & alijs conuentis, vt legitur in dicto processu fol. 241. penes Cioffum Actuarium, & faciunt discussa per Gram. tam d. decis. 103. quàm etiam decis. 108. nu. 101. in fin. & quæ tradunt ad Capyc. eius Addentes decis. 24. & 65.

S V M M A R I V M.



GNITIO iuris trāsmittēdi ad hæredes, necessaria est in bonis; quæ acquiruntur iure hæreditario, non autem in illis, quæ debētur ex pacto, vel ex Iuris dispositione. num. 24.

Antefatum, an debeatur hæredibus vxoris, si maritus illam occidat. num. 1. & seqq. Quid si non sit agnita acquisitio, uiuente vxore, nu. 19. & seqq.

Antefatum statim acquiritur vxori, vt maritus manus violentas, animo illam occidendi, in vxorem iniȷciat. num. 22.

Delictum consumatum magis punitur, quam delictum attentatum tantùm. num. 16.

Donatio propter nuptias non erat cognita de iure. ff. sed inuenta fuit de iure C. nu. 5.

Homo mortuus habetur pro viuo in damnum illius, qui illum occidit, quod explicatur. nu. 4.

Maritus occidens vxorem perdit lucrum dotis illi debitum ex forma statuti; sic etiam antefatum. Sic etiam si sua causa diuertit ab vxore, vel sua culpa soluit matrimonium. num. 2. 6. 7. & 14. Si vitæ vxori insidias parauerit, vel ei ægrotanti alimenta non præstauerit, vel medicum adhibuerit, idem euenit nu. 9. & 15. sic etiam si vxorem de adulterio accusasset, & illud liquidò non probasset. num. 17.

Maritus & vxor sunt correlatiua, & dispositum in vno, etiam in alio dispositum censetur, etiam in pœnalibus, & correctorijs Iuris communis. num. 11.

Procedere ostenditur etiam in amissione dotis, & antefati, etiam per actionē de adulterio, ciuiliter intentatam. nu. 12. & 13.

Taciturnitas coniugis an inducat remissionem criminis alterius coniugis. numero 20.

Stipulatus in casu mortis, an etiam præsumatur stipulatus esse in omni alio casu. nu. 25.

Textus in l. quod si nolit. §. si mancipium ff. de ædilit. edict. declaratur nu. 4.

Textus in l. ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matrim. etiam in donat. propter nupt. locum habet. num. 5.

Textus in l. consensu. C. de repud. explicatur. nu. 14.

Vxor præsumitur superuiuere viro, quò ad lucrum antefati, si maritus illam occidit. num. 3.

Vxor, occidens virum, perdit dotem, & hæredibus viri dos acquiritur, quod explicatur. nu. 9. & 31.

QVÆSTIO XIII.

1 

Ecimotertiò q̃ro, si maritus occidat vxorē, An debeaẽ antefatū eius hæredibus in pœnam vxoricidij cōmissi per virum? Hęc quęstio fuit agitata annis elapsis inter Antonium Musachiū patrem Annæ Musachiæ, vxoris Ioā. Iacobi de Curtis, qui sine causa dictam eius vxorem occidit, & dum causa prædicta agitabatur in Tribunali Auditoris exercitus, & in beneficium patris interuenisset Scipio Rouitus pro Aduocato, relata causa in Collaterali Consilio die 22. Maij 1603. fuit condemnatus prædictus Io. Iacobus vir, & Paulus de Curtis eius pater, & fideiussor ad soluendum antefatum dicto Antonio Musachio patri, & hæredi dictæ Annæ, de qua sententia facit decisionem Ioan. Franciscus de Ponte, & est decis. 24. De qua materia dixi aliqua supra par. 4. q. 47. præcipuè num. 25. Nunc verò ponam aliqua, quæ collegi ex allegationibus d. Consiliarij Rouiti, quæ ad meas manus peruenerunt, cum reliqua videri possint dicta decis. 24.

Primò

Primò igitur mouebatur, vir ille eximius, quoniam mors dictæ Annæ non fuit mors naturalis, sed violenta, & ab eodem viro iniustè illata; Vnde quemad-
2 modum, † quando vir interficit vxorem; perdit lucrum dotis, sibi debitum. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matrim. Eodem modo debet pati damnum, soluendi antefatum hæredibus vxoris, tum nè ex suo delicto, & scelere lucrum habeat; tum etiam, quia vxor si non esset interfecta, præsumeretur superuixisse eius viro, & quando ita non fuisset secundùm rei veritatem, vt quia ob aliquam acciden-
3 tia potuisset viro præmori; † tamen in odium viri interficientis præsumitur ei superuixisse; & ob hanc rationem maritus vxoricida amittit antefatum, siue donationem propter nuptias, vt in specie declarat Paul. de Castr. in dict. §. si vir. nu. 2. versic. Et si non fuisset interfecta, vbi etiam Cuman. probat etiam Alexan. de Neuo consi. 18. nu. 5. & 6. qui videatur quæso; nam satis ad materiam loquitur.

Confirmatur eorum opinio ex ratione textus, literis aureis scribenda, in l. quod si nolit. §. si plures hæredes. versic. si mancipium, quod redhiberi oportet. ff. de ædilit. ædict. vbi inquit textus,
4 † hominem mortuum, culpa eius, cuius interijt, haberi pro viuo, & omnia illa præstanda esse, quæ præstarentur, si ille viueret. Qui quidem tex. non loquitur in casu speciali, vt prætendebant aduocati prædicti vxoricidæ; sed loquitur generaliter, tradens regulam vniuersalem, vt homo mortuus habeatur pro viuo in odium eius, cuius culpa decessit. Quæ ratio extenditur ad omnes casus, vt tradunt Angel. in d. §. si vir. nu. 2. & Alexan. nu. 7. Et plures alij, qui rationem illius tex. tradunt ad corroborationem dict. §. si vir. Quod nullo modo facerent, si ratio esset ad casum specialem illius textus, & consequenter cum vxor mortua sit culpa viri, & ob eius vxoricidium, iam viua præsumitur in odium viri, qui antefatum prædictum præstare tenetur hæredibus d. vxoris.

5 Nec obstat, quod tex. in dict. §. si vir, non loquatur in donatione propter nuptias, & sic in antefato, sed de lucro dotis; Nam respondetur, tunc temporis non fuisse cognitam donationem propter nuptias, quæ fuit adinuenta de iure Codicis, vt explicat Castrensis in dict. §. si vir. num. sexto. vnde dum eadem est ratio de lucro dotis, & de illa donatione; meritò Doctores intellexerunt illum tex. etiam in illa donatione, tanto magis ob rationem tex. in d. §. si mancipium.

Secundò, circumscripta hac vxoris superuiuentia, alia irrefragabili ratione hic maritus, qui mariti nomen non meretur, debet perdere antefatum ab ipso constitutum vxori; quia de iure clare
6 sancitum est, † vt quotiescunque vir diuertit ab ipsa vxore sine iusta causa, nedùm dotem vxori restituere tenetur, sed etiam amittit donationem propter nuptias, vt in l. consensu. §. sin autem aliter. C. de repud. latissimè Io. de Amic. consi. 5. per totum, & faciunt dicta supra quæstio. 10. nu. 3. & faciunt etiam notata per
7 Afflict. decisio. 154. nu. 4. † Igitur multò magis debet donationem illam amittere, quando maritus proprio dolo matrimonium dissoluit, vxorem innocentem interficiendo, cum sua culpa dicatur à matrimonio diuertere, vt in particulare scripsit Cuman. in d. §. si vir. nu. 4. sic etiam Bald. in l. 1. vers. extra quæro. C. vnde vir, & vxor. Roland. in tracta. de luor. dot. quæst. 61. num. 11. & hoc argumento in specie vtitur Paulus de Castro
8 in dict. §. si vir. in fin. † contra mulierem occidentem virum, vt perdat dotem, & donationem, illi factam per virum, ex disposit. tex. in d. l. consensu, quia dolo dissoluit matrimonium, vt etiam facit Cuman. in dict. §. si vir, probat etiam post Bart. Bald. Carrer. Decian. & alios, Iaco. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. casu 356. nu. 79. & seqq.

Ex eadem ratione in fortiori casu dixit Rip. in tract. de peste. sub rub. de priuil. contract. con. pest. num. 203. & seqq.
9 † Quod si maritus non ministrat vxori ægrotanti alimenta necessaria, & vxor exinde moriatur; nè dum maritus priuãdus est dote, quam deberet lucrari ex forma statuti; sed etiam priuatur donatione propter nuptias, & iddem esset, si medicum vxori infirmæ non adhibuisset, quia ex hoc defectu præsumitur vxor mortua, & sic maritus priuatur lucro dotis, vt scripsit glos. in d. l. si ab hostibus. §. 1. ff. solut. matrim. vbi Bald dicit illam auream, & eandem sententiam, post ipsos Tiraq. Roland. & Phanut. probat Surd.

in tract. de alim. titu. 4. quæst. 5. num. 10.
10 † Si igitur maritus priuatur donatione propter nuptias, quando vxori ægrotanti non subministrat alimenta; multò magis illa priuatur, quando vxorem interficit: Et si mulier priuatur dote, quando virum interficit, sic è contra maritus priuari debet donatione propter nuptias, quando vxorem occidit, vt inter eos ser-
11 uetur æqualitas; † nam vir & vxor sunt correlatiua, & dispositum in vno ex illis, censetur etiam dispositum in alio. l. fin. C. de indicta. vid. tol. Barbat. consil. 64. nu. 23. vol. 1. Cuman. consi. 175. nu. 5. & sequentib. Quod etiam procedit in correctoriis iuris communis, & in materia pœnali. Barto. per illum tex. in l. liberorum. ff. de infamibus. Gemin. Abb. & alij plures, quos probat Surd. tit. 7. de alimẽ. quæst. 25. præcipuè nu. 5. 7. & 8. Sic etiã Iason in l. si prius. nu. 54. ff. de nou. oper. nunciat. latè Gab. lib. 6. commun. opin. in titu. de legib. & const. conclusione 3. tota, & pluribus exemplis exornat Lancel. Gal. in comment. consuet. Alexand.
12 in verb. Vxori. quæstio. 4. in fin. † etiam in terminis nostris in specie; id probat glos. in §. si verò altera harum personarum. In verb. pœnis. Auth. de nupt. Nam in pœnalibus dispositio, loquens circa lucrum, aut amissionem dotis, procedit etiam respectu quartæ, seu donationis propter nuptias, vt in terminis probauit Alexan. de Neuo d. consi. 18. in 2. dubio. Imo adest maior ratio in viro, vt antefato priuetur; cùm vxor lucretur antefatum ob virginitatem amissam, vt suo loco dictum est.

13 Sic etiam procedunt ad paria in actione Adulterij, ciuiliter intentata; nam sicut vxor adultera priuatur dote in pœnam adulterij; ita maritus priuatur donatione propter nuptias, vt plenè probat Roland. consi. 50. volum. 1. Sic etiam Parisi. consi. 54. nu. 43. vol. 4. Couarru. in Epit. de sponsi. par. 2. cap. 7. §. 6. sub nu. 4. & seqq. cum aliis cumulatis supra par. 6. quæst. 5.

Vlterius alio inconuincibili assumpto hic vxoricida debet perdere antefatum,
14 † Quod ex eadem l. consensu apertè depromitur; in illa enim statuitur, vt quotiescunque maritus committit aliquam ex causis, ibid. numeratis, mulier nè dum possit diuertere à viro; sed etiam dotem recuperare, & donationem propter nuptias lucro habere, vt habetur ibid. in vers. Si verò causam probauerit. Et inter
15 cæteras causas enumerantur illæ, † si vir vitæ vxoris insidiauerit veneno, gladio, vel alio modo simili, quæ quidem causa approbatæ sunt etiam de iure Canonico. cap. ex transmissa. & cap. literas. in fin. extra de restitu. spolia. vbi glos. Panor. & alij, pulchrè Pancirol. consil. 82. nu. 5. & 6. Et est aureus tex. omnino videndus, in §. Mitiores. Authen. de nupt. Et successiuè si maritus perdit antefatũ, si insidias tantùm parasset vitæ vxoris; multo magis illud perdit, quando insidiæ productæ sunt ad effectum, & sequuta est mors ipsa violenta: nam aliter
16 sequeretur inconueniens, † vt magis puniretur delictum attentatum, quàm consumatum, quod est contra omnia iura Mundi, ad tex. in l. is, qui cum telo, vbi Doct. C. ad l. Cornel. de sicar. cum vulgatis alijs.

Confirmantur prædicta, ex tex. in §. causas autem. versic. si vir de adulterio. Authen. vt lic. matr. & auiæ, vnde sumpta est Authen. sed nouo iure. C. de re-
17 pudijs, qua sancitur, † vt si maritus accusauerit vxorem de Adulterio, & illud non probauerit; mulier, misso repudio, recuperat dotem, & lucratur donationem propter nuptias; nec non & tantundem, quantum capit alia tertia pars eiusdem donationis propter nuptias: vnde si maritus antefatum perdit, quando accusat vxorem de adulterio, & accusationem liquidò non probauit, prout probare tenetur, vt habetur in dictis iuribus, & probant gl. in l. quamuis, la 2. in verb. Cõtineri. vers. Hodie autem. C. de adult. Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. sub tit. de adulteriis. nu. 14. Menoc. lib. 2. de arbitrar. iud. cas. 419. præcipuè nu. 61. & seqq. & post alios Sanch. lib. 10. de matrim. disp. 8. præcipuè num. 29. & seqq. Multò magis in hoc casu amittit antefatum, cum occidit vxorẽ innocentem, nè illi impedimentum esset in explendis, etiam domesticis libidinibus, & postea ad scælus suum cęlandum, finxit ob
18 adulterium illam occidisse. † Et quia hoc non probauit, fuit maritus condemnatus ad Regias triremes in perpetuum, & fuit etiam condemnatus simul cum patre ad restitutionem antefati, vt patet ex decis. 24 prædicti Regentis de Ponte.

Insuper non fuit habita ratio opposi-
tionis

tionis ex parte viri de doctrina Bald. in cap. 1. nu. 3. vt lit. penden. quatenus vide-
19 tur velle, † donationẽ propter nuptias, quæ deberur vxori propter adulterium viri, nõ deberi hæredibus vxoris. Primò, quia Bal. loquitur in moribus, lædẽtibus pudorẽ, nempè de adulterio; non autẽ in homicidio, & facta inscriptione adulterij, vbi ex iuris dispositione, maritus priuatur antefato ob eius delictum, vt etiã ipsemet Bal. relatus nu. 8. voluit.
20 Secundò, quia intelligitur quando vir, vel vxor de talib. moribus prauis habuisset notitiam, & tacuisset; secus verò si de illis notitiam non haberent, vt quia alter eorum morte præuentus, vel alio modo antefatum non exegerit, quo casu hæredes ipsius vxoris exigerent antefatum, vt ipsemet Bald. voluit in cap. 1. §. porrò. in verb. Secundò quærit glos. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. & ibi sic punctualiter declarat additionem ad Glos. in verb. Affalierit. in vers. Inquietare nõ poterit. Et ibid. Aluarot. nu. 3. post Ioan. Andr. in cap. fin. de reuoc. donat. in glo. vlt. & ita communiter per Feudistas teneri affirmat Curt. iun. in tracta. de feud. par. 4. in 2. dubit. princip. nu. 156. Et in terminis nostris etiam, hanc esse commu nem opinionem, docuit Salycet. in l. fin. nu. 4. C. de adulteriis. Campeg. in tracta. de dot. par. 3. quæst. 228. Roland. à Vall. consil. 81. nu. 16. vol. 1. Quorum opinio
21 confirmatur, † quoniam si vxor adultera interficeret virum, qui per prius in vita non accusasset vxorem de adulterio, iam vxor priuaretur dote, & applicaretur hæredibus viri, vt eleganter probauit Mar. Anguis. consi. 94. à nu. 12. vsque ad nu. 26. qui loquitur in coniuge ignorante, & idem est in morte præuento; & successiuè à pari maritus priuari debet
22 antefato, † quod statim acquisitum est vxori viuenti, cùm maritus iniecit manus violentas in vxorem, animo illam occidendi, vt constat ex tex. in d. l. cõsensu. C. de repud. & ex traditis in similibus per Præsid. de Franch. decisio. 599. nu. 2. per illam regulam. Quod initium est spectandum.
23 Nec obstat vltimò, † vt mulier lucretur antefatum, si superuixerit viro; Nam tripliciter fuit etiam responsum. Primò, quia maritus in pœnam vxoricidij priuatus fuit dicto antefato, quod fuit acquisitum vxori, & eius hæredibus, vt paulo ante dictum est. Nec fuit necessaria agnitio ex parte vxoris ad finem
24 transmittendi ad hæredes; † nam illa necessaria esset, quando quod transmittitur, habetur iure hæreditario, non autẽ quando competit ex dispositione Iuris, vel ex pacto, vt resoluunt Doct. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. præsertim Paul. de Castr. ad fin. Alex. nu. 6. vers. Itẽ sentit ista glos. l as. num. 6. & alij, quos citant Phanut. de lucr. dot. glos. 4. num. 6. vers. Et ne putes. Et Roland. in eodem tracta. quæstio. 47. tota. Et ita est in casu nostro cum ex pacto, adiecto in capitulis matrimonialibus, & ex iuris dispositione vxor acquisiuit antefatum, & etiam non agnitum ad eius hæredes transmisit.
25 Secundò respondebatur, † quia stipulatus in casu mortis, censetur etiam stipulatus esse in omni alio casu, per quem non solùm morte, sed etiam dolo fuerit solutum matrimonium. l. filiæ meæ. ff. soluto matri. Et Tertiò dicebatur, quia communiter promittitur restitutio, & lucrifatio antefati, tam in casu mortis, quàm in omni alio casu assecurationis, & lucrifationis, vt patet ex dictis supra part. 6. quæstio. 5. Et hic casus noster est vnus ex illis, vt ex ibidem discussis, & hic etiam traditis, clarè colligitur, & pro hac quæstione hactenus, cum in d. decisio. 24. Regentis de Ponte reliqua videri possint.

SVMMARIVM.



Antefatum, an debeatur filijs, tamquam filijs, vel vti patris hæredibus. nu. 1.

Antefatũ debetur omnibus filijs cuiuslibet matrimonij, dum modo ex omni matrimonio adsint filij. num. 4. & 6. Procedere ostenditur, etiã si antefatum datum esset à persona extranea, & ratione probatur. nu. 7.

Filij an habeant maternas dotes tamquã hæredes matris, vel tanquam filijs. numero 3.

Mater, an habeat antefatum iure proprio, vel vt hæres filij, dum mortuus est maritus, superstitibus filijs ex vxore, qui filij postea prædecedant matri. num. 2.

Mater si efficiatur monialis, an antefatum pertineat ad filias, vel ad Monasterium. nu. 5.

QVÆSTIO XIIII.



Decimoquartò quæro, an antefatum debeatur etiã filijs secundi matrimonij, & qualiter filijs debeatur? Hæc secunda pars non indiget discussione; nam ex dictis supra in hac eadem
1 7. par. q. 2. patet, † Antefatum secundùm ius commune deberi filijs tanquam filijs; de iure verò consuetudinario deberi illismet, tamquam hæredibus patris, & vt creditores patris, & etiam fratris præferantur filijs, vt loco citato explicatum
2 est, † Quod non procedit in matre; nam licet, mortuo viro cum filijs, mater lucretur antefatum quòad vsum fructum; nã quòad dominium tunc temporis, est filiorum. Nihilominus quia dominiũ prædictum quòad filios est sub conditione illis acquisitum, videlicet, si superuiuant matri, sed si prædecesserint, superstite matre, tunc mater habet etiam proprietatem antefati: & quia mater nec vt hæres filiorum, nec vt hæres viri antefatum habet, sed solùm iure proprio, nempe ex prouidentia & beneficio consuetudinũ; Idcirco non tenetur mater ad debita filiorum, nec etiam ad debita viri, sed solum tenetur pro illis bonis, quæ habet iure successionis, vt patet ex dictis per Napod. in consuet. Quartam autem. nu. 86. & 87. Et faciunt tradita per Pisanel. in d. consuet. fol. 250. in addit. incip. Ad intellectum huius consuet.
3 Verùm filij, etiam secundùm ius consuetudinarium dotes maternas non habent, vt hæredes matris, sed tanquam filij, nã quoties adest consuetudo, vt dos non reuertatur ad dotantem, vt est in hac Ciuitate; nam sæpissimè inculcatum est, nouem partes dotium ex prouidẽtia consuetudinũ pertinere ad filios, & præcipuè par. 4. q. 61. Quo casu succedunt filij ad dotes maternas, tamquam filij, non autem vt hæredes matris. Quod scripsit Bar. in l. in quartam. col. pen. ff. ad l. Falc. & post eum, Castr. Rom. & Alex. Capyc. decis. 176. nu. 24. & 25. De qua quæst. plura tradunt. Minad. in constit. In aliquibus. in 4. not. nu. 15. de Franch. decis. 89. Ann. consi. 74. de qua materia dixi aliqua infr. consi. 2. num. 21. si ex pacto apposito in capitulis matrimonialibus bona dotalia deberentur filijs, tunc enim est diuersa ratio, vt ibidem dictum est.
4 Igitur quòad primam partem quęstionis clarum est, antefatum deberi etiam filijs secundi, & vlterioris matrimonij, vt ad literam habetur in d. consuet. Quartam autẽ. §. qui vsusfructus. Ibi (qui vsusfructus, muliere ipsa mortua, consolidatur proprietati, & ad omnes liberos mariti, ex quacunq; vxore susceptos, à quo quartam habet, perueniet) Et ita plurie s determinauit Sacrum Consilium, vt testatur Pisanel. in d. consuetud. in princip. fol. 250. in apostil. incip. Mortuo Hieronymo de Ariano, latè Præs. de Franch. decis. 106. & 621. Et ratio est manifesta, quia dum antefatum sunt bona paterna, meritò ad omnes filios bona illa perueniunt, dum filij in hæreditate patris inueniunt proprietatem illam, vt notant Pisanell. & Præses de Franch. loc. cit. &
5 Napod. ibid. nu. 82. fol. 262. † Dicit habere locum, etiam si mater efficiatur monialis, ex tex. in l. si ex duobus. ff. de libe. agnosc. Quod procedit, si filij superuiuerent matri; nam aliter, ea viuente, vsusfructus est penes Monasterium, & ideò mortuis filijs, consolidatur vsusfructus proprietati in beneficium matris, & successiuè Monasterij, vt ex dictis par. 4. q. 65. cerni potest.
6 Hoc tamen intelligitur, nempè antefatum deberi omnibus filijs, quoties ex illo matrimonio, siue ex omnibus matrimonijs adessent filij, vt rectè notauit Pisanell. in d. consuet. Quartam autem, sub nu. 84. fol. 262. in apostil. incip. Non te decipiat, vbi dicit, se vidisse deceptos eximios Doctores, qui dicebant, prædicta habere locum, etiam si ex secundo matrimonio non adessent filij, vt tunc haberent antefatum secundæ vxoris filij primi matrimonij; Et verè decepti fuerunt, cùm antefatum eiusdem matrimonij lucretur vxor ipsius matrimonij, etiam in plena proprietate, dum non adsunt filij ex dicto matrimonio, vt sæpissimè replicatum est, & post Napod. notat Pisanel. loco citat. vbi sic dicit fuisse arbitratum per Io. Martialem die vltimo Iulij 1538. ipso Pisanel. patrocinante, in causa Virginiæ Martinæ.
7 Insuper hoc etiam habere potest locũ, si an-

si antefatum esset constitutum à persona extranea, & non ab ipso patre, ex ratione tex. in l. fi. §. similique modo. C. de iur. dot. Quoniã antefatum illud habet vxor occasione viri, & successiuè habet, vt bona viri, & secundùm dispositionem iuris cẽsetur datum à dicta persona extranea, ex regula sæpissimè replicata, vt quilibet cẽseatur se conformasse cum dispositione iuris, etiam municipalis, dum aliquem contractum facit, & ita est in hoc casu. & ideo debetur antefatum omnibus liberis cuiuslibet matrimonij, si ex illo matrimonio, cuius occasione fuit datum dictũ antefatum, adessent liberi, aliàs secus, ex dictis nu. præced.

SVMMARIVM.



Antefatum non potest peti sine instrumento dotali. nu. 1. Procedit etiam si in Curia Ecclesiastica peteretur num. 5. & 8. Sic etiam si instrumentum non esset in publica forma nu. 4. Quando hoc non procedat, vide in verb. Dos.

Assecuratio dotis, & antefati peti non potest sine instrumento dotali, & ita decisum refertur. nu. 3.

Assensus, an possit probari per testes. numero 12.

Capitula matrimonialia, an habeantur loco instrumenti dotalis. nu. 10.

Consuetudines Neapolitanæ an sint approbatæ per Ritus Curiæ Archiepiscopalis, vt etiam Ecclesiasticos ligent. num. 6.

Consuet. Dos, & Quarta, etiam in assecuratione procedit. nu. 3. Eius dispositionem esse validam, defenditur nu. 25.

Dos, etiam in iudicio assecurationis, peti non potest sine dotali instrumento. nu. 1. & 3. An procedat, si dos legetur vxori per eius virum. nu. 9. Quid si promissa fuerit dos in Capitulis matrimonialibus, num eius solutio probetur per testes, & Apocam publicam. nu. 10. Quid si instrumentum dotale esset deperditum. nu. 11.

Dos licet peti non possit sine instrumento dotali, potest tamen retineri, & compensari cum alio debito, quod declaratur num. 13. & 14. Potest peti sine instrumento in terminis iuris communis & quando matrimonium esset contractum, secundùm morem Magnatum. num. 15.

Heredes viri, an cogi possint ad conficiendum instrumentum dotale in beneficium vxoris. nu. 17.

Hypotheca mulieris, an incipiat à die promissionis, & solutionis dotis; vel à die insti instrumenti. nu. 18.

Interesse dotis potest peti sine instrumento dotali, num. 16.

Instrumẽtum dotale deperditum an possit probari per testes. nu. 11.

Multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. nu. 21.

Pactum, ne solutio probari possit per testes, num valeat. nu. 23.

Probatio, facta per testes, an valeat, si statutum requirat probationem per instrumentum. nu. 2.

Quantitas dotis, an probari possit per testes. nu. 19.

Quartula est nomen vsuale, & iddem est quod instrumentum, quo petitur quarta. nu. 20.

Rit. 22. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ declaratur. nu. 7.

Statutum, ne fieri possit probatio per testes, sed solum per instrumentum, An valeat. nu. 22. & 24.

QVÆSTIO XV.



1 Decimoquintò quæro, Antefatum de hoc iure consuetudinario, nũ peti possit sine instrumento dotali? Respondeo negatiuè, vt habetur in consuetud. Dos, & quarta. ibi (dos & quarta, siue quarta, peti non possunt absque instrumẽto dotali) & iddem esset de omni alio lucro mulieris, vt ibid. nu. 99. notauit Napod. quia eadem est ratio in omnibus prædictis. † Quæ quidẽ
2 quartula, vt ibid. not. Napod. nu. 95. in fi. Est nomen vsuale, quia in iure non inuenitur expressum hoc nomen, & sic idem est, quod instrumentum, & quartula nuncupari consueuit, quia eo mediãte, Quarta petitur.

3 Hoc primo procedit quocumque modo dos & quarta peterentur, tam soluto matrimonio, quàm etiam, constante matrimonio, in illis casibus, in quibus licitũ est mulieri petere dotem, constante matrimonio, ex traditis supra par. 6. q. 5. & 6. prout hanc ampliationẽ latissimè prosequi-

 sequi-

fequitur Gram. decif. 92. Et dum hæc caufa accidit in Sacro Confil. inter Beatricē Gattulam, & Thomam, & Ioan. Mariam de Iuncta, referente Hieronymo Seuerino Præfide, Sacr. Confil. inclinabat cōtra mulierem, vt confuetudo hæc etiam in affecuratione locum haberet, vt notat quædam additio in d. confuetud. Dos, & quarta in prin. fol. 264. incip. Si ifta confuetudo. Et additio feq. fubdit, Relatore Minadois die 26. Octobris 1547. fuiffe impofitum perpetuum filentium D. Beatrici Gattulæ vxori Petri Dominici Librarij, quia confuetudo fuit intellecta etiam in affecuratione; Et iure quidem; nam licet dominium dotis, pendente affecuratione non fit penes mulierem, vt dictum eft in d. q. 5. Nihilominus eft vera reftitutio, quia reftituitur dos & antefatum vxori, & ideo, vt peti poffint, feruanda eft forma confuet. quę generaliter loquitur, & proinde generaliter debet intelligi, dum ex hac ponderatione nullus refultet prauus intellectus. Quamuis contrarium tenuerunt Alex. confi. 58. vol. 4. Cuman. conf. 51. Affl. & Vrfill. decif. 332. in princ.

4 Procedit fecundò, etiam fi inftrumentum dotale non effet in publicam formā redactū, fed deberet reaffumi per concomitantiam aliarum fcripturarum, hæc enim concomitantia non facit inftrumētum publicum, prout hæc confuetudo expofcit, vt latius per Minad. decif. 6.

5 Procedit tertiò, fi antefatum, vel dos peterentur in Curia Archiepifcopali, vt notat Frez. in ead. confuet. in princ. in Apoftil. incip. An hæc confuetudo. vbi Camill Saler. fol. 265. in addit. incip. licet dos. verf. & fi clericus fuccedat in dote procedit ifta confuetudo; & hoc non ea

6 ratione, † quia per ritus Archiepifcopales funt receptæ omnes iftæ confuetudines, excepta confuetudine de iur. congr. vt habetur in Rit. 22. fecundùm ordinem Alberic. Oliu. nam in illo ritu folùm dicitur, vt in caufis Safinarum, fabricarum fiendarum, vel demoliendarum, eodem modo procedatur in illa Curia, vt procedatur fecundùm confuetudines Ciuitatis Neapolis, etiam refpectu bonorum Ecclefiafticorum, excepto iure congrui. Quibus verbis notat ibid. d. Abb. Oliua in fuis Comment. nu. 4. iftas confuetudines ligare Ecclefiafticos, ex quo fuerunt approbatæ ab Archiepifcopo, & toto Clero Neapolitano, cuius opinionem non puto veram, vt patet ex dictis fupra par. 2. in titu. de bonis. q. 7. & par. 4. q. 65.

7 nu. 54. & feqq. † Etiam quia ille ritus in vno cafu tantùm loquitur, nempè quoad Safinas, & voluit, confuetudines Neapolitanas habere locum etiam in Ecclefiafticis bonis, excepto iure cōgrui, fi nempè d. materia Safinarum contingeret difceptari de iure congrui, & fucceffiuè nō debet extendi generaliter quòad omnes alios cafus, vt ligent perfonas Ecclefiafticas, & bona Ecclefiaftica quòad difpofitionem, vt locis citatis dictum eft: Sed

8 procedit hæc limitatio ea ratione, † quia fi peteretur dos, & antefatum coram Ecclefiaftico, iam peterentur bona laicarū perfonarum, & ideò debeātur nec ne illa bona, & fi peti poffint; debet ipfe Iudex obferuare difpofitionem iftius confuetudinis; nam hoc eft fubftantiale requifitū ad ipfam petitionem, & Iudex in fubftātialibus Iudiciorum tenetur feruare confuetudines litigantium, vt dixi fupr. par. 1. cap. 5. nu. 48.

9 Limitatur primò conclufio, non habere locum, quando maritus legaffet dotem, & antefatum mulieri; quod intelligitur, fi non effet expreffa quantitas, vt quia fimpliciter maritus legaffet dotem mulieri, & antefatum illi debitum; tunc enim poffet vxor probare per teftes, fe confignaffe dotem viro, fecus tamē effet, fi maritus diceret, lego vxori meæ centum, quæ mihi dedit in dotem, prout in inftrumēto dotali continetur; tunc enim neceffariò requiritur inftrumentum, vt optimis mediis probat Napod. in d. confuet. nu. 96. fol. 266. quem ibi omnes Addentes fequuntur, & quando petitur legatum dotis, & antefati, petitur ex teftamento viri, vt etiam probat Salernus in d. addit. licet dos. fol. 265. verf. ifta etiam confuetudo.

10 Limitatur fecundò, quando dos effet promiffa in capitulis matrimonialibus; folutio tamē dotium probaretur poftea per Apocham Banci, & ita fuiffe fępe interpræatatum, & decifum per Sacr. Conf. affirmat Ant. de Alex. in d. confuet. Dos & quarta. nu. 104. fol. 267. in Apoftil. incip. Si non producitur, vbi Bucin. in addit. præced. notauit, vt in hoc cafu etiam per teftes poffit probari folutio dotium, quę latius difcutiuntur per Afflic. & Vrfill. decif. 332. Na capitula matrimonialia

lia in hoc casu habentur loco instrumenti, & solùm solutio probatur per testes, & faciunt dicta superius par.6.q.9. num. 15.& seqq. de dote confessata.

11 Limitatur tertiò, si instrumentum dotale esset deperditum, nam posset tunc constitutio dotis, & eius solutio probari per testes fide dignos, deponentes se vidisse, & legisse instrumentum prædictum, Quia tenor instrumenti probatur per testes, vt probat Napodan. loco cit. num. 105. & eius Addentes. ibidem sub num. 104. fo. 267. in fin. plures cumulant, præcipuè Afflict. decisio. 274. sic etiam decisio. 361. num. 17. latius Mascard. in tracta. de probationib. conclusio. 845.

12 † vbi etiam in assensu hoc probant; licet enim assensus principaliter per testes probari non posset, tenor tamen ipsius potest per illos probari, & idem est in hoc casu.

13 Limitatur quartò non habere locum in retentione; nam dos & quarta, siue antefatum possunt retineri sine instrumento, quia prohibitus petere, non est prohibitus retinere, vt post Deci. consil. 331. num. 3. & alibi Cagnol. in l. quod à quoque, in princip. ff. de regul. iur. probat Salern. loco cita. in d. addition. licet dos. versic. licet etiam ista consuetudo.

14 † Et idem esset in compensatione, quæ datur sine instrumento dotali; nam sufficit adesse rationem ex vtraque parte, vt probat Napodan. in dict. consuetud. Dos & quarta. num. 103. vbi prim. addit. fol. 267. quia eadem ratio est in compensatione, & retentione, & Salern. loco cita. versic. si autem matrimonium, di-

15 cit, † limitandum esse, quando matrimonium contractum esset more Magnatum, quia tunc attenditur ius commune, & sufficit probatio per testes, quod etiam probauit Coppul. in dicta consuet. fol. 266. in Apostill. incip. Intellige nisi esset factum matrimonium.

16 Postremò limitatur ratione interesse dotium, quia mulier, cui promissa fuit restitutio dotis, potest agere ad interesse dotium, quamuis non habeat dotale instrumentum, vt post Camerar. in cap. Imperialem. fol. 55. lit. R. de prohib. feud. alienat. per Feder. notat Salern. loco cita. versic. Et licet sine instrumento, & post Napodan. in consuetud. Instrumenta confecta. in verb. exemplatum. num. 54. fol. 297. probat Naucler. in suis addition. fol. 17. incip. In eadem gloss. ibi vel competit actio. Vbi ita dicit practicatum, ex quo stetit per maritum, quin instrumentum factum fuerit, & potest maritus cogi, ad exhibendum instrumentum, & faciunt tradita per Antonium de Alexan. in dict. consuetu. Dos, & quarta, in princip. fol. 264. versic. Licet enim dos. Vbi ex doctrina Salyc. in l. si quis argentum. §. fina. Cod. de do-

17 nat. & Cæpol. caut. 250. dicit, † adinuentam esse cautelam in beneficium mulieris, vt petantur condemnari hæredes viri, ad conficiendum tale instrumentum, & solutio dotium probari potest per testes, & dicit hoc maximè habere locum, si maritus tempore contracti matrimonij, promiserit in capitulis matrimonialibus cautelare vxorem per publicum instrumentum tempore receptionis dotium, quæ cautela etiam contra virum locum habet, vt etiam probat Salern. in dict. additio. Licet dos. versic. Et quod cogatur ipse maritus, vbi sic dicit esse decisum in causa cuiusdam mulieris de Turri Octaua, seu Græci, & faciunt tradita per Afflict. & eius Addent. decis. 61. 242. 274. & 333. Et per Gram. decisio. 97. & 103. Qui omnes docent in

18 hoc casu, † hypothecam mulieris currere non à die initi instrumenti, sed à die promissionis, & solutionis dotis, prout est de iure communi, vt etiam dixi supra par. 6 q. 2. & alibi.

19 Probatis autem per testes admittitur quoad quantitatem, vt si in instrumento dotali esset promissa dos, & maritus esset confessus, se recepisse dotem; non tamen expressit quantitatem, possit vxor probare per testes quantitatem dotis solutæ viro; vt post Barto. notat Anton. de Alexan. loc. cita. & facit ratio

20 tertiæ limitationis. † Si tamen admitteretur sine contradictione probatio per testes, tam quoad solutionem dotis; quàm etiam quoad constitutionem antefati, valeret probatio per testes; Et dos & antefatum tunc peti posset, ex illa probatione, vt post Bald. & Cępol. notat Antonius de Alexan. in d. consuetu. Dos, & quarta, in princ. versic. Quid autem si mulier. Frez. in consuet. contra instrumentum. in fine. fol. 274. in addit. Limita istam consuetud. ex vulgata illa

21 Regula, † multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. l. 1. §. earum. ff. de postul.

stul. l. à patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien.iur.cum vulg.aliis.

22 Ex his patet, † valere statutum, nè possit fieri probatio per testes, sed tantùm per instrumentum; sicut etiam valet huiusmodi pactum. l. contractus. C. de fid. instrumen. Alexand.& alij, quos probat Thesaur. decisio. 260.num.5.Et Præses de Franchis decisio. 361. num.4.

23 † Quamuis glos. Barto. & quidam alij, quos probat de Pont.consil.36.num.16. & 17.contrarium teneant in pacto, quia esset angustiare probationes; sed hoc non vrget; nam possunt partes se restringere per pactum, vt nequeat fieri probatio solutionis per testes, nisi reddatur instrumentum cancellatum, vt scripsit Specul. in titu.de probation.§.fin.versi. Sed quid si debitor iurauit. vbi Ioan. Andr.docuerunt etiam Abb. Lap. Domin.& Imol.quos probat Alexan. consi. 102. Viso processu.num.5.versic. Item quia in instrumento. volum. 5. De qua materia latissimè tractat Mascard. in tracta. de probationib. conclusio. 1318.

24 vbi num. 13. & sequentib. affirmat, † in hoc casu admitti probationem per quinque testes, quoniam hæc probatio æquiparatur instrumento; & successiuè, si pactum, vel statutum omnem probationē per testes tollerent non valerent, & sic

25 procedunt contraria. † At in hoc casu non est huiusmodi, sed solum introductum fuit ex nostra consuetudine, vt dos, & antefatum peti non possint sine instrumento dotali, quod maxima ratione introductum fuit, vt tolleretur omnis simulata donatio inter virum, & vxorem, Quæ fraus fieri posset, cùm facilè posset matitus confiteri, se recepisse dotem, quam re vera non recepit, etiam quia si constaret ex capitulis matrimonialibus, de constitutione dotis, posset probare eius solutio per testes, & per Apocham Banci, vt patet ex dictis num. 10. Itaque nostra consuetudo non tollit omnino probationem per testes, vt patet ex limitationibus relatis nu. 10. & seqq. & hic validissima est.



SVMMARIVM.



Onfessio propria nūquā intelligitur exclusa, si probationes essent prohibitæ. nu. 15.

Consuet.contra instrumenta venditionū. Declaratur. n.8. & seqq.

Exceptio compensationis non est prohibita contra instrumentum dotale, licet probibeatur probatio per testes. numero 16.

Exceptio doli, & compensationis, datur contra mulierem, & eius hæredes, si iterum peterent dotem, prius solutam, non cassato instrumento dotali. nu.17.

Exceptio rei non traditæ dicitur prouenire ex eodem instrumento, & etiam carcerationem impedit. nu. 13.

Expensæ factæ in bonis dotalibus, An minuant dotem. nu. 18.

Expensæ funerum mulieris ad quem pertinere dicantur. nu.20.

Instrumentum dotale, an admittat probationem in contrarium per testes, vel per instrumentum explicatur. nu.1.2. 3.5.& 9. Sic etiam nu.4. Vbi traditur, An locum habeat inter easdem personas, vel etiam quòad alias.

Instrumentum dotale habet pro se præsumptionem iuris, & de iure. nu.2.

Instrumentum pro se habens, debet obtinere, licet prætendatur nullum. nu.10.

Instrumentum publicum tātùm dicitur probatio probata, & manifesta. nu.11.

Probatio falsitatis, & simulationis admittitur contra instrumentum, quod non admittit statutum probationem contrariam. nu.12. Iddem esset de confessione satisfactionis, quod explicatur num. 14.

Psalliæ instrumentum, quidnam sit, & vnde dicatur, explicatur n.6. & seqq.

Retentio datur melioranti fundum, quousque illi soluantur meliorationes. numero 19.

Satisfactionis exceptio, An locum habeat contra instrumentum, non admitttens probationem in contrarium. nu. 14.

Sal vnde dicatur. nu.7.

QVÆ.

QVÆSTIO XVI.

1 
Ecimosextò quęro, An contra dotale instrumentum admittatur probatio in contrarium: & quod remedium detur hęredibus viri cõtra mulierem, quæ denuò peteret dotẽ, si solutio, prius facta non probaretur per instrumentum? Prima pars quæst. resoluitur ex tex. in consuet. contra instrumentum, qua expressè sancitur, contra dotale instrumentum non admitti probationem in contrarium, nisi mulier in vltimis constituta testamentum fecerit, & de eo, quod potuit testari, sit probata satisfactio legati in beneficium legatarij; & ratio est, quia
2 † pro instrumento dotali adest præsumptio iuris, & de iure, & proinde non admittit probationem in contrarium per testes, vt notat ibidem Napodan. sub nu. 114. vers. Præterea ex hac consuetudine, sic etiam in consuetud. si constante. in glos. in verb. Matrem. vers. Quod autem dixi. num. 24. fol. 285. de Franch. de-
3 cis. 367. sub num. 2. Dixi per testes; † quoniam per aliud instrumentum admitteret probationem in contrarium, vt probat Napodan. in dict. consuetud. contra instrumentum. nu. 116. Præses de Franchis loc. cit.
4 Declaratur insuper prædicta regula, vt locum habeat inter ipsos contrahentes tantùm: quia cùm hæc consuetudo sit contra ius commune, debet intelligi in casu suo tantùm, nempè inter ipsos contrahentes, & eorum hæredes, qui personam contrahentium repræsentant; non autem locum habet quoad tertios possessores bonorum viri, vel quoad alios extraneos, qui possent opponere quamlibet exceptionem legitimam contra dotale instrumentum, vt post Angel. Bald. Anchar. & alios probat Anton. de Alex. in d. consuet. contra instrumẽtum. in fi. fol. 274. vbi Consil. de Bottis iddem probat, & plures alios ad id probandum cumulat.
5 Declaratur secundò, habere locum in instrumento Psalliæ, non autem alterius speciei, iuxta tex. in consuetu. contra instrumenta. infr. de instrum. confect. per
6 Curial. Neapol. † Quod quidem instrumentum Psalliæ, est instrumentum dotale, in quo dantur viro certa bona in dotem, & soluto matrimonio, fugiunt à viro, & eius hæredibus bona prædicta, & eadem ad vxorem redeunt propriè, & non eorum æstimatio, vt ibid. docet Napodan. in verb. Psalliæ. num. 58. fol. 298. vbi hanc ponit esse vnam de explicatio-
7 nibus Psalliæ, † vt dicatur à sale, quod dicitur à salio, salis, ex eo, quia ex igne salit & fugit, vel dicitur Psallia, quia hoc instrumentum interuenit in contractu lætifero, in nuptijs enim consueuit cantus, & gaudium interuenire, & sic dicitur Psallia, idest lætitia, & iddem est instrumentum Psalliæ, quod instrumẽtum
8 lætitiæ. † Sed primus sensus magis congruit literæ; nam statim subdit consuetudo, dicens Dummodo reperiatur in possessione rei datæ in dotem illi, cui factum fuit instrumentum; itaque consuet. habet respectum ad bona data in dotem; Et si extent eo tempore, nulla tunc apponatur exceptio. Et successiuè si esset instrumentum alterius speciei, non procederet consuetudo, & admitteretur probatio in contrarium, vt est quando dos consisteret in pecunia numerata, & hanc interpretationem egit Stephan. de Caie. in consuetud. contra instrumentum. Hoc titu. fol. 270. in fin. de quo meminit Vincẽ. de Franch. d. decis. 367. sub
9 nu. 5. Vbi dicit, † fuisse repertum in diuersis processibus, vt semper quod fuerũt petitæ dotes in pecunia, fuerit datus terminus, & fuerunt receptæ, & admissę probationes per testes, & de eis fuit habita fides in decisione causarum, & iam de anno 1585. die 22. Octobris, refert in fi. d. decisionis fuisse hoc modo decisum, eligendo tutiorem viam, dum petebatur dos in pecunia, quæ honoris gratia dicebatur data. Quamuis num. 9. & 10. dicat fuisse dubitatum in Sacr. Consil. de opinione, & interpretatione prædicti Stephani de Caie. & num. 14. addit, non obstare processus, quia in illis non fuit opposita exceptio consuetudinis; & sic non potest contra eum videri decisum. Nihilominus interpretatio est admodũ subsistens, vt ius commune, quanto minus fieri possit, censeatur correctum, & vt tutior via eligatur: quæ semper eligi debet in

in omni negotio, vt dixi supra in titu. de Renunciatione. q. 9. nu. 30. etiam quia cum dos consistit in certis bonis, mulier habet fundatam eius intentionem, illa bona esse sua, quod non sic est, quando dos consisteret in pecunia, meritò tunc debet attendi ius commune.

Declaratur tertiò habere locum in dubio, & dum constat de instrumento;
10 † nam habens instrumentum pro se, debet interim obtinere, quamuis aliquis prætenderet, instrumentum esse nullum, quod procedit, si constet de solemnitate instrumenti, quod sit in forma publica, vt benè docet Napod. in d. consuet. contra instrumentum. nu. 112. & seqq. & post Bald. in cap. Imperialem. §. insuper. nu. 3. de prohib. feu. alien. per Federic. Afflict. in cap. 1. nu. 3. de controu. inter masc. & fœm. Ann. sing. 144. Plures alios cumulat & probat Scharader. in tracta. de feud. par. 2. quintæ par. princ. sect. 11. nu. 68.
11 † Quoniam instrumentum publicum tantum facit probationem probatam, manifestam, & euidentem, quæ non indiget fori disceptatione, vt etiam post Tiraq. & alios plures, probat Roland. à Val. consi. 57. nu. 2. vol. 3. & consi. 60. nu. 55. vol. 4. latissimè Ann. consi. 73. nu. 1. & conferunt discussa per Thesaur. decis.
12 26. † Sed admittitur probatio falsitatis, sic etiam simulationis, & etiam si testes, qui interfuerunt tempore, quo fuit confectum tale instrumentum, contradicerent, quas limitationes, & alias plures latissimè probat Napod. in d. consuet. contra instrumentum. nu. 16. cum seqq. fol. 270. Sic etiam Anto. de Alex. Consiliar. de Bottis, & alij in eadem consuet. fol. 274. Præs. de Franch. d. decis. 367.
13 Inter alias limitationes, est exceptio rei non traditæ, siue dotis non solutæ; quoniam hæc oritur ex eodem instrumento, vt videtur innuere Napodan. in consuet. vbi dos. §. hæredesque. in verb. data in dotem. nu. 83. & 84. post Roma. Dec. & alios de Bottis loc. cit. Cornaz. decis. 50. Surd. decis. 253. Immo hæc exceptio etiam carcerationem impedit, vt
14 probauit Carauit. in Rit. 166. nu. 50. † & iddem esset in confessione satisfactionis, vt notat Napod. in consuet. Dos, & quarta. nu. 96. fol. 266. & in consuet. contra instrumentum. nu. 132. Naucler. in suis addit. fol. 18. à ter. incip. In glos. in verb.
15 probatio nulla. Subdens, † in omni probatione, non intelligi exclusam, quando excluderetur omnis probatio. ex tex. Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Etiam quia hæc esset ad minus ex-
16 ceptio compensationis, † quæ quidem compensationis exceptio non est exclusa per d. consuet. vt ibid. not. Napod. in verb. solutum. sub nu. 129. vers. Sed an aliàs exceptio compensationis. fol. 272. vbi Frez. sic etiam Præs. de Franch. d. decis. 367. nu. 12. quoniam per hanc exceptionem arguitur instrumentum non habere vires, & esse sublatum, quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, vt est vulgatum Iuris Axioma, & benè probat Napodan. loc. citat. In omni tamen opinione, vt etiam notatum est quæst. præceden. nu. 20. Si testes admittantur, admittitur probatio, & valida est, vt ex ibid. dictis cernitur.
17 Quod attinet ad secundam quæstionis partem. Respondetur, posse contra mulierem, & eius hæredes, iterum petentes dotem, eis solutam sine cancellatione dotalis instrumẽti, opponi exceptione doli; & in vim compensationis; quia quod petunt, iam intus habent; quasi eorum singulis diceretur, Dolo facis petere, quod semel exegisti; & quamuis malè solutum sit, quia non fuit cassatum instrumentum; iam nunc deberes mihi instrumentum restituere, vel illud cassare. Igitur oppono contra te compensationem, vt in causam dotis tibi excomputes, quod ego indebitè solui, vt latius probat Napodan. in d. consuetud. contra instrumentum. nu. 129. & 130. Vbi iddem probat habere locum, si solutio dotis facta esset procuratori ipsius mulieris.
18 Postremò notandum est, † in restitutione dotium, habendam esse rationẽ de expensis fact. in bonis dotalibus, quando sunt expensæ necessariæ; nam istæ expensæ minuunt dotem, vt tot. titu. ff. de expens. in reb. dotalib. fact. Imò si re vera factæ essent meliorationes in dictis bonis dotalibus, maritus haberet retentionem bonorum, donec illi soluerentur
19 meliorationes, † nam melioranti fundo, datur retentio eiusdem fundi, quousque meliorationes illi soluuntur. l. in rebus. §. possunt. ff. locati. Dixi eiusdem fundi, quia non posset pro meliorationibus, factis in vna re, retinere aliam rem, quamuis esset eiusdem domini; quia retentio

solum

solùm conceditur respectu eiusdem fundi meliorati, vt latè probant Capyc. decisio. 17. Surd. decisio. 311. num. 7. Cornazzan. decisio. trigesimasexta, qui alios
20 cumulant; † Et hæc retentio datur etiam viro, & eius hæredibus pro expensis factis in funeralibus vxoris, quia expensæ funerum mulieris ad illum spectant, ad quem dos ipsa pertinet, & si mulier non haberet dotem, nec patrem, qui esset soluendo, tunc maritus in subsidium teneretur in honorem transacti matrimonij facere funerum expensas in honorem mulieris. l. Neratius. iuncta l. Quod si nulla. ff. de Relig. & sumpt. fun. Et hæc satis sint pro explicatione huius septimæ partis, & pro fine horum Commentariorum, omnia, & horum singula submittēs Iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & alterius cuiuslibet melius sentientis. Iterum Laus Deo, Beatissimæ Virgini Mariæ, DD. Andreæ, Thomæ Aquinati, ac omnibus Sanctis.

D. Andræas Molfesius Clericus Regularis.

Finis Commentariorum ad Consuetudines Neapolitanas.



AN RELIGIOSVS, FACTVS EPISCOPVS, poſsit reuocare renunciationem factam ante profeſsionem cum ſolemnitatibus Concilij Tridentini, non inutilis explicatio. Conſilium Primum, de quo facta eſt mentio in tit. de renunciatione, quæſt. 16. & alibi pluries.

SVMMARIVM.



Onſulentes debent ante omnia benè conſiderare factũ, nè ſcribãt in iure, & ob factũ diuerſum cauſas omittant. nu. 1. Obcœcantur pecunia, & quam fidem faciant, explicatur. num. 33. & 34.

Ius ex facto oritur. ſub nu. 1. Semel extinctum, amplius non reuiuiſcitur. n. 15. Sed qualiter hoc procedat, explicatur num. 38.

Doctor, vt ex cauſis victoriam conſequatur, bonus factiſta eſſe debet. nu. 2.

Renũciatio in dubio præſumitur eſſe realis. num. 3. Facit renunciantem haberi pro mortuo. nu. 10. Quod habet locum, re in eodem ſtatu permanente. num. 36. Conditionalis euaneſcit, deficiente cõditione. nu. 19. Semper præſumitur facta, re in eodem ſtatu permanente. nu. 20. & 36.

Renunciatio facta per Nouitium, ſeruata forma Conc. Tridentini, vt nõ poſſit reuocari, ſi ille religioſus fiat Epiſcopus, defenditur à nu. 4. ad 18. Contrariam ſententiam defendit Author à nu. 18. vſque in fin.

Monachus, factus Epiſcopus, ſecundùm aliquos retinet votum paupertatis. nu. 5. & 6. Contrarium probat Author nu. 35. Non recuperat bona donata monaſterio. nu. 17. Sed qua ratione id eueniat, explicatur. nu. 40. & ſeqq. Reuocat teſtamentum factum ante profeſſionem. nu. 21. Fit capax bonorum, vt tãquã merè ſæcularis ſuccedat. nu. 25.

Epiſcopus cum eius familia ali debet de bonis Eccleſiæ, cui præeſt. nu. 7 Poteſt legitimo iure eius patrimonium cõſeruare, & alijs relinquere, & fructus bonorum Eccleſiæ conſumere. nu. 8. Quicquid acquirit, ſuæ Eccleſiæ acquirit. nu. 14. De bonis patrimonialibus, etiã occaſione Epiſcopatus recuperatis, diſponit ad libitum. nu. 39.

Clericus poteſt eius patrimonium conſeruare, & quibuſlibet relinquere, & fructus beneficiorum Eccleſiæ conſumere. num. 9.

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione validiſſimum eſt, & inconcuſſum dicitur in iure. nu. 11.

Monaſterium non poteſt reuocare renunciationem factam per nouitium, ſeruata forma Concilij Tridentini, etiã poſt ſubſecutam illius profeſſionem. nu. 12.

Renunciantibus iura ſua, non datur regreſſus. nu. 16.

Monachus habetur pro mortuo in mundo, vt Deo ſeruire valeat. nu. 22.

Mortuus, reſurgens ex mortuis, recuperat eius bona, & ſic euenit in Lazaro reſuſcitato. nu. 23. & 24.

Renũciatio facta per nouitium, etiam in beneficium parentum, reuocatur, ſi ille nouitius exiret de religione. n. 26. et 27. Procedere oſtenditur, etiam ſi poſt profeſſionem emiſſam ex legitimi ſuperioris licentia exiret de monaſterio. num. 28. & ſeqq.

Religioſus, vt fiat Epiſcopus, duo ſunt neceſſaria, & quænam ſint, explicantur. num. 30.

Venditio, vel donatio, facta ſub conditione ſuſpenſiua, nõ transfert dominium in emptorem, vel donatarium, & ideo poteſt interim reuocari. nu. 31. & 32.

Conſilia quæ dicantur, & quæ allegationes, explicatur. nu. 34.

Habilitatio Religioſi, vt habeat propriũ, & recuperet ſua bona, nunquam intelligitur contra monaſterium. nu. 41.

Ceſſio non afficit cedentem. nu. 42.

Cedens non tenetur contra ſeipſum cedere. nu. 43.

CONSILIVM I.



Væstio non modica proponitur in hac consultatione,
si Religiosus, factus Episcopus, possit reuocare donationem, siuè renunciationē
per eum factā ante professionem. Et quia nō vidi instrumentū renunciationis,
vt ex eius lectura perspicere potuerim qualitatem renunciationis; finem, ob quem fuit facta;
& num in ea interuenissent omnes solemnita-
1 tes Concilij Tridentini; † nā necesse est consu-
lenti benè perspicere, & ponderare factum, ex
quo ius oritur, iuxta tex. in l. inclyuo. §. ex pla-
gijs. ff. ad leg. Aquil. cū alijs cumulatis per Dec.
in l. præcibus. nu. 3. vers. secundò noto C. de im
puber. & alijs substit. cum vulg. alijs; est enim
commune dictum, nō tamen ab omnibus pra-
cticatum; multi enim doctissimè scribūt in iu-
re, sed quia ius illud non cadit super factum,
amittunt causas, & multi è contra nō scribunt
in iure, & benè diuidunt, & ponderāt factum,
2 & victoriā ex causis reportant; † & ideo bonus
Doctor melior debet esse factista, vt sic & se-
cūdum veritatem causas defendere valeat, &
victoriam cōsequatur, vt dicebat ille oculatis-
simus Præses de Franch. & narrabat hoc, quod
supra expressum est, & in facto sic pluries suc-
cedere proprijs oculis vidi, & ob decentiam si-
leo Doctorum nomina.

Cùm, inquam, instrumentum non viderim,
& traditur esse omni solemnitate vallatum, &
3 continere renunciationem realem; † in dubio
enim sic præsumi solet renunciatio, iuxta do-
ctrinam And. in c. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. de
feud pat. De quo assumpto scripsi super Com-
mētarijs ad consuet. Neapol. par. 4. in tit. de re-
nunciat. q. 2. si possit talis Episcopus renuncia-
tionem illam reuocare, tanquā factam sub con
ditione, si permansisset in Religione, vel suffi-
ciat illam esse realem ad hoc, vt ipse renunciās
habeatur pro mortuo, nec possit amplius con-
tradicere, iuxta tradita in d. q. 2. rogatus fui, vt
scriberē quid mihi videretur de hoc articulo,
& requisitio fuit ab amico, & sine pecunia, &
pro sola veritate indaganda, & quando nō ha-
bebam propositum primum ingrediendi Reli-
giōnem, itaque non sunt allegationes, sed me-
rum Consilium, faxit Deus, vt veritatem at-
tingam.

4 Igitur pro parte negatiua cōtra Episcopum,
ne possit renunciationē reuocare, scripsit Con-
siliatius de Anna cons. 45. toto 1. vol. & eius al-
legationes ex pluribus confirmare nititur ad
Episcopi exclusionem; præcipua eius funda-
menta sunt infrascripta, quæ ex aliorum Do-
ctorum authoritatibus confirmare volui.

5 Primum est, quoniam monachus, factus Epi
scopus, non desinit esse monachus, & in specie
quòad paupertatem; nō enim potest proprium
habere, vt scripsit gl. in c. de monachis. 16. q. 1.
& in c. quia in tua. 12. q. 1. cum alijs cumulatis
per eūdem Ann. d. cons. 45. nu. 84. scripsit etiā
Surd. in tract. de aliment. tit. 8 priuil. 79. nu. 8.
sum. Tabien. in verb. monachus. n. 6. sum. Ang.
in verb. honor superueniēs. nu. 7. Brunor. à Solo
in compend. proposit. iur. in verbo monachus.
6 Bernardin. Bombin. cons. 5. nu. 12. † Si igitur
remanet monachus quòad paupertatē, rema-
net incapacitas posidēdi, prout erat, dum exi-
stebat in monasterio; sed tunc non poterat re-
nunciationem reuocare, ergo nec etiam dum
factus est Episcopus.

7 Nec vrget, vt religiosus, factus Episcopus,
maioribus indigeat alimentis, quā indigebat,
cùm erat monachus simplex; nam respōsio est
in promptu; Episcopus enim, & eius familia ali
debet de fructibus, & introitibus illius Eccle-
siæ, cuius est Pastor. c. 1. & c. præstitorū. de cler.
ægrot. cum alijs cumulatis per Surd. in d. tract.
de alim. tit. 1. q. 18. nu. 7. Et hoc eatenus est ve-
8 rum, † vt, licèt Episcopus haberet amplum pa-
trimonium, posset illud cōsanguineis reserua-
re, & fructus rerum Ecclesiæ consumere, quo-
niam ex illis ali debet, vt dictum est, & probat
tex. in c. cùm secundùm Apostolum. de præb.
probant etiam Innoc. & Abb. in c. Episcopus.
eod. tit de præb. Ias. cons. 222. nu. 12. vol. 1. Fel.
in c. cū deputati. nu. 9. de iudic. Brunor. loco cit.
9 in verb. Prælatus, lo primo. † Et hoc etiā proce
dit in alijs clericis, qui possunt eorum patrimo-
nium consanguineis reseruare, & fructus be-
neficiorum consumere ob easdem rationes, vt
ex pluribus probat Menoch. lib. 2. de arb. iud.
cas. 520. nu. 1. & 10. nec potest hoc habere sub-
sistentem contradictionem.

10 Secundum est, quia renunciatio realis facit
renunciantem haberi pro mortuo, vt scripsit
And. in d. c. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. de feud.
pat. Reg. de Ponr. cons. 40. nu. 11. Surd. dec. 14.
& dixi in d. q. 2. de renunciat. si igitur habetur
pro mortuo, certè in omnem casum tali modo
reputatur, & successiuè nō habet habilitatem
reuocandi; sufficit enim, vt fuerit habilis tēpo-
re renunciationis, & vt obseruasset solemnita-
tes requisitas per Sac. Concil. Tridentinum ita
arguit Ann. loco cit. nu. 93. & 103. (& conferūt
etiam, quæ dixi supra in tit. de renunc. q. 16.)

Tertiò deniquè arguit argumēto bisulcato,
siue a sufficienti partium enumeratione, reuo-
catio non potest fieri ex parte monasterij, nec
ex parte Episcopi, nec ex parte Ecclesiæ, ergo
11 nullo modo fieri potest; † hoc enim argumen-
tum est validissimum in iure adeo, vt dicatur
incōcussum. l. à patre furioso, vbi post alios Ias.
ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Idem Ias. in
§. omnium. nu. 20. instit. de act. Soc. iun. cons. 1.
nu. 47. vol. 4. Roland. post alios cons. 69. vol 4.
Itaque tota vis argumēti consistit in probatio-
12 ne minoris, quæ hoc modo probatur. † Quòad
monasterium facilè probatur; nam, secuta pro-
fessione, nullum habet ius reuocādi talem re-
nunciationem solenniter factam. quod latius
13 probaui d. q 16. de renunciat. † Quo verò ad
ipsum

ipsum Episcopum, supponit Anna, esse proba-
tum ex præcedẽtibus motiuis, vt quia habetur
pro mortuó, cùm sit renunciatio realis, & ean-
dẽ incapacitatem retineat: quò verò ad ipsam
Ecclesiam, cui Episcopus præest, etiã probatur,
14 † siquidẽ Episcopus illa bona acquirit Eccle-
siæ, cui pręest, quę post adeptum Episcopatum,
acquirit, vt ex tex. in c. statutum. 18. q. 1. & alijs
probat Anna loco cit. nu. 107. & probant etiam
vltra per ipsos relatos Menoch. lib. 2. de arbitr.
iud. cas. 436. nu. 32. in fi. & in additionib. n. 46.
Rodriq. tom. 2. quæst. regul. q. 58. art. 6. sed bo-
na renunciata ante professionem factam non
sunt penes Episcopum, sed penes alios, quibus
renunciata fuerunt, & successiuè extinctum est
15 ius, etiam penes ipsum renunciantem, † & ius
extinctum amplius non reuiuiscitur. iuxta tex.
in l. qui res. §. atcam. ff. de solut. & consequẽter
si extinctum est penes renũciantem, cuius fue-
runt bona, multò magis dicetur extinctum pe-
nes ipsam Ecclesiam, cuius nunquam fuerunt
illa bona.

Denique quòad ipsum renunciantẽ, de quo
16 solo est tota difficultas, cõfirmatur, † quia re-
nunciantibus iura sua, nõ datur regressus. l. se-
quitur. §. si venditor. ff. de ædilit. edict. Præs. de
Franch. decis. 239. nu. 4. Surd. cons. 395. num. 4.
vol. 3. & decis. 163. nu. 2. Et hæc sunt præcipua
fundamenta ipsius Consiliarij de Anna, etiam
ex aliorũ dictis cõfirmata, & potest etiam eius
opinio confirmari alia ratione magis particu-
17 lari; † nam monachus, factus Episcopus, non
recuperat bona, quæ suo monasterio donauit.
ita post Abb. in c. 1. de testam. vbi Couarr. n. 19.
scripsit Menoch. d. cas. 436. nu. 32. in nouis, er-
go multò minus recuperat alia.

18 His tamen nõ obstantibus, contrariam sen-
tentiã puto de iure veriorem esse, vt possit talis
Episcopus reuocare illam renũciationẽ, etiam
realem, & per pactum de nõ petendo factam,
& moueor ex infrascriptis rationibus, & etiam
19 particularibus decisionibus. Et primò, † quia
renunciatio conditionalis euanescit, deficien-
te conditione. l. cedere diem. ff. de verb. & rer.
sign. l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & demonst.
cum innumeris alijs cumulatis per Surd. cons.
332. nu. 6. vol. 3. & sæpius replicatum est in tit.
de renunciat. Sed nunc deficit conditio, sub
qua præsumitur facta renunciatio, videlicet, si
renuncians perseuerasset in monasterio, & cõ-
sequenter, dum ob Episcopatus dignitatem
exiuit de monasterio, cessauit conditio, & eua-
nuit renunciatio.

20 Secundò probatur, renunciatio enim pręsu-
mitur facta, re in eodẽ statu permanente, adeò
vt, si status mutetur, potest reuocari renuncia-
tio tanquam carens voluntate renunciantis. l. si
actionem. C. de pact. c. cùm inter. extra de re-
nunciat. Bald. Castr. & Dec. in l. pactum. C. de
collation. post ipsos, & alios plures, sic scripsit
Surd. in cons. 135. num. 29. vol. 1. & decis. 163.
num. 13. vbi Crauett. Bursat. Corbol. Gabriel.
Honded. & alios cumulat, quibus addo Ioan.
Vinc. de Ann. alleg. 21. nu. 18. quod est vulga-
tum axioma in materia renunciationis, vt nũ-
quam vires habeat, si varietur status; sed nunc
res non permanet in eodem statu; monachus
enim renuncians non permansit in claustris
monasterij, nec permansit monachus, quia fa-
ctus est Episcopus; igitur reuocari potest dona-
tio, tanquam carens voluntate renunciantis,
vt ad hunc casum non extendatur.

21 Tertiò cõfirmatur, quia monachus, perma-
nens monachus, non potest reuocare testamẽ-
tum factum ante religionis ingressum, ea ra-
tione, quoniam nec velle, nec nolle habere di-
citur, vt in Authent. ingressi. & in Auth. si qua
mulier. C. de sacros. eccl. & vtrobique omnes,
cum alijs cumulatis per Iul. Clar. in §. testamẽ-
tum. q. 28. nu. 9. vt omittam alios: attamen si fa-
ctus esset Episcopus, posset tale testamentum
reuocare, quia velle, & nolle recuperare dici-
tur, & primæuam libertatem, & disponẽdi fa-
cultatem, vt post Bald. explicat Ias. in d. Auth.
ingressi. num. 16. & seqq. Igitur eodem modo
primæuam libertatem recuperasse dicitur ad
reuocandam renunciationem.

22 Cõfirmatur, nam licèt monachus habeatur
pro mortuo in mundo, & Deo viuere dicatur,
iuxta tex. in l. Deo nobis. C. de Episcop. & cler.
cum vulgatis alijs; id procedit ea ratione, &
consideratione, quatenus monachus est, quia
in omnibus, & per omnia ab eius superioris vo-
luntate dependet; sed quando exit à monaste-
rio de sui superioris licẽtia, recuperat eius vel-
le, & nolle, vt numero præcedenti dictum est.
Igitur reuiuiscere intelligitur, quo casu succe-
23 dit alia regula, † vt mortuus, resurgẽs ex mor-
tuis, recuperet eius bona, quia idem homo esse
dicitur, prout erat ante mortem, vt docuit Bal.
in l. 1. C. de sacros. eccles. Imol. qui testatur de
communi in l. si marito. in princ. ff. sol. matrim.
probauit ẽt Alex. quos sequitur Troil. Maluit.
in tract. de canonizat. Sanct. in c. incip. Aggre-
dior tertiũ dubium. nu. 7. vt habetur tom. 14.
24 tractat. fol. 99. col. 4. † Et de Lazaro resuscita-
to, qui resurgens ex mortuis, recuperauit eius
bona, scripsit glos. in l. ex his. ff. de legib. vbi Al-
beric. nu. 1. eam dicit communiter approbatã;
probauit etiam Alex. in d. l. si marito. num. 5.
ff. sol. matr. & de communi testatur etiam Iul.
Clar. in d. §. testamentum. q. 86. & tamen bona
ipsius mortui peruenerũt ad alios successores,
vel testamentarios, vel ab intestato succeden-
tes, & nihilominus, quia præsumuntur perue-
nisse sub illa conditione, si mortuus perman-
sisset mortuus, ideò dum ille resurget, restituũt
bona ob conditionem cessantem; eodem mo-
do dicam ego in proposito, vt licèt religiosus
per professionem sit mortuus, & per renuncia-
tionem, intelligitur sub illa conditione, si cum
alijs mortuis in sepulchro permãserit, hoc est,
si permanserit in monasterio cum alijs religio-
sis, qui mundo dicuntur mortui, non autem si
ex monasterio exiret; tunc enim dicitur resur-
gere à mortuis, & bona recuperat.

25 Quarto, magis ad indiuiduum deueniendo,
confirmatur, quia monachus effectus Episco-
pus, efficitur capax bonorum, vt ad instar alio-
rum sæcularium succedat, vt probat tex. in d. c.
statutum. 18. q. 1. probarunt etiam Io. Andr. &
Abb. quos sequitur Couarr. in c. 1. nu. 19. extra
de testam. post alios Marant. in suis singularib.
in verb. monachus. probauit etiam Bombin. in
cons. 14. nu. 5. & 28. ergo tanquam reuiuiscens,
ius succedendi recuperat.

Quòdq; ille recuperet etiam ius reuocandi
renunciationem per prius factam, quæ facta
intelligitur, si monachus permansisset, proba-
26 tur; † quia, si ingressus renunciasset omnia bo-
na sua in forma, & post renunciationem exiret
de monasterio, reuocaretur donatio, siue renũ-
ciatio tanquam ob cessantem conditionem, vt
conceptis verbis determinat Concil. Trident.
sess. 25. in decret. de reform. cap. 16. & probat
post alios Borgnin. decis. 10. nu. 37. 42. & seqq.
27 par. 5. & hoc procedit etiam † si renunciatio
facta esset in beneficium parentum, & ante in-
gressum; quo casu viget dispositio iuris com-
munis, & nihilominus, si ingressus exierit de
monasterio, euanesceret renunciatio ob cessa-
tionem causæ, propter quam fuit facta, vt post
Tiraquell. & alios probauit Menoch. d. lib. 2.
de arbitr. iud. cas. 436. num. 5. & dixi etiam in
Commentar. ad consuetud. Neapol. par. 3. q. 8.
Et huiusmodi sunt termini huius consultatio-
nis, vt euanuerit renunciatio ob cessationem
causæ, propter quam fuit facta.

Et ne obijciatur, vt prædicta locum habeãt,
si professio secuta non fuerit, probatur etiã hoc
habere locum post emissam professionem;
28 † siquidem, si aliquis religiosus post emissam
professionem per multos annos vixerit in mo-
nasterio, deinde de ipsius superioris licentia
exiret de monasterio, posset reuocare renun-
ciationem, factam ante professionem in bene-
ficium agnatorum, & cognatorum, & hoc pro-
pter sæpius repetitam rationem, quia censeba-
tur facta illa contemplatione, & conditione, si
permansisset in monasterio, quæ post exitum
de licentia superioris cessat, & cessat etiam re-
nunciatio, sic particulariter scripsit Crauetta
29 cons. 192. qui plus dicit, † talem renunciatio-
nem censeri factam propter causam ingressus,
qua cessante, etiam renũciatio cessare dicitur,
& hoc iddem ante eum probauit Dec. cons. 86.
nu. 5. Socin. sen. cons. 183. inter consilia Ruini
cons. 204. vol. 1. Natt. cons. 180. num. 5. Rebuff.
in tract. de priuil. schol. q. 163. Tiraq. in tract.
cessan. caus. nu. 21 2. quos refert, & probat Ste-
phan. Gratian. in decisionib. March. decis. 42.
nu. 24. ibi [cùm prius de effectuali exitu con-
stare debeat, prout rectè facient, si à superiori-
bus impetrabunt, vt postea possit agi ad reuo-
cationem donationis.] & hoc iddem tenent
Borgnin. in 5. par. decis. 28. Bombin. d. cons. 14.
nu. 31. Cùm igitur in proposito religiosus exi-
uerit de monasterio de sui superioris licentia;
30 † duo enim requiruntur, vt religiosus fiat Epi-
scopus. Primo, vt à Summo Pontifice ad Epi-
scopatus dignitatem eligatur. Et secundo, vt
superior illius religiosi approbet personam il-
lius electi, & tunc censetur illi dare licentiam,
vt post alios probauit Abb. in c. ecclesia vestra.
nu. 16. de elect. & in c. super eo, nu. 3. de regu-
larib. cum vulgatis alijs, & ita seruatur, quam-
uis Summus Pontifex, etiam cõtradicente su-
periore alicuius religiosi, possit illum efficere
Episcopum; nam approbatio superioris est de
vita, & moribus, & sic ad melius esse, & conse-
quenter, dum in exitu dicti Religiosi interue-
nit & superioris, & etiam Summi Pontificis li-
centia, vtique procedunt decisiones prænarra-
torum Doctorum, renunciationem reuocari
posse ob cessantem conditionem; quas quidem
decisiones, imò nec aliquam, vt videre potui,
adduxit Consil. de Anna d. cons. 45. & conse-
quẽter luce clarius cerni potest, posse Religio-
sum, factum Episcopum, reuocare renuncia-
tionem antea factam, ob conditionem cessan-
tem.

31 Sed pro maiori cautela confirmatur; quo-
ties enim fit aliqua venditio, vel donatio sub
conditione suspensiua, vtique pendente hac
conditione, non est in emptorem; vel donata-
rium trãslatum dominium, sed remanet in su-
spenso. l. qui absentis. §. 1. ff. de acquir. possess.
cum innumeris alijs probatis per Menochiũ
cons. 388. nu. 15. vol. 4. quo fit, vt interim possit
32 reuocari donatio, & vẽditio; † in actibus enim
lucratiuis præcipuè, prout est donatio, datur
pœnitentia antequàm eueniat conditio, vt fir-
mauit Afflict. in c. 1. nu. 12. de vass. qui contr.
cõst. Lothar. post alios Menoch. loco cit. nu. 41.
Sed in proposito renunciatio monachi facta
intelligitur sub conditione suspensiua, si per-
mansisset in monasterio; nullum ergo interim
fuit translatum dominium in donatarium, &
proinde antequam eueniat illa conditio, vt re-
nuncians Episcopatui, permaneat in monaste-
rio, reuocat ipsam renunciationem, vt ex dictis
cerni potest.

33 Nec vrgent cõtraria, nam quatenus attinet
ad authoritatem Consiliarij de Anna, respon-
detur ipsum consuluisse pro clientulo, median
te pecunia; quo casu sunt merè allegationes in
beneficium partium, & sic non scripsit pro ve-
ritate articuli; quæ allegationes periculosę esse
dicuntur, vt post Præsid. de Franch. decis. 441.
nu. 4. & decis. 624. nu. 9. alibi probatum est; vbi
etiam ex doctrina Camerarij in cap. 1. par. 2.
nu. 35. in tit. an agnatus, & alios probatum est,
34 † consulentes obcœcari pecunia, & quatenus
hoc dici non posset de illo magno viro, nemini
enim ex hoc fit iniuria, clarum est nanque om-
nes consulentes huiusmodi esse solere qualita-
tis, tamen non fuit decisum iuxta consilium
ipsius de Anna; nam in illa causa variæ difficul
tates discussæ fuerunt, præter articulum renun
ciationis, & partes propter varias difficultates,
mediante transactione, determinauerunt litẽ,
& de dicta transactione testatur ipsemet de

Anna in quodam discursu Apologetico ad de-
fensionem cōsiliorum primi voluminis, quem
posuit in principio secundi voluminis, in quo
narrat casus decisos iuxta consilia, & dum de-
uenisset ad dictum consil. 45. affirmat, partes
deuenisse ad trāsactionem; imò audiui ab vna
ex partibus, non fuisse aliquam difficultatem
ortam circa renunciationem; quoniam illa nō
habebat vires tanquam carens solemnitati-
bus Concilij Trident.& transactionem initam
fuisse ob alias difficultates,& causas,itaq; tan-
tò fortius hic discussa locum habent in Episco-
porum beneficium.

Sed ex solutione contrariorum cerni potest
veritas motiuorum prædicti eruditissimi Con-
siliarij, quæ mihi videntur carere viribus, &
35 quod attinet † ad Primum respectu pauper-
tatis, & incapacitatis,vt nu.5. relatum est, non
vrget; nam monachus,factus Episcopus,recu-
perat ius succedendi, vt dixi supra num.25. ex
quo censetur absolutus à voto paupertatis, &
habilitatus ad habendum proprium, & ad di-
sponendum tanquam clericum de bonis suis,
vt est doctrina Cardin. communi consensu re-
cepta,in clem.2.§.sed & tales de vit.& honest.
cler. probarunt etiam Nauarr. comment.2. de
regularib.nu.10.Sot.lib.10.de iust.& iure.q.5.
art.7. Azor.par.1.moral.lib.12.cap.7.q.2.vers.
mihi ita videtur. & dixi in tract. de contract.
tit.2.de domin.Prælat. & consequenter moti-
uum non subsistit.

36 Ad secundum de renunciatione,vt faciat re-
nunciantem haberi pro mortuo, vt nu.10. no-
tatum est, respondetur habere locum re in eo-
dem statu permanente. si monachus perman-
sisset, & non aliter; nam si ex monasterio exi-
uerit,tanquam à mortuis resurgeos,bona recu-
perasse dicitur, vt patet ex dictis à nu.18.cum
seqq.

37 Ad tertium relatum nu.11.cum seqq.vt nec
monasterium,nec Ecclesia possint reuocare re-
nunciationem; iam concedo ex toto corde,ne-
go tamen minorem illam quòad ipsum Reli-
giosum; nam ipse potest renūciationem illam
reuocare, tanquam ob cessantem cōditionem,
vt sæpissimè replicatum est, itaque enumera-
tio,partium illius argumenti non est vera quò
ad ipsum Religiosum,factum Episcopum.

38 Nec confirmatio obstat, vt ius illud dicatur
extinctum, quia negatur assumptum; potius
enim dicitur mortificatum, siue manere in su-
spenso, si renuncians permansisset in eodem
statu. & non alio modo; sed nunc nō est adim-
pleta illa conditio; igitur non fuit penitus ex-
tinctum; & eodem modo respondetur ad id,
quod dicitur,vt ad ius renunciatum non detur
regressus; procederet enim; re in eodem statu
39 permanente, vt dictum est, † & proinde de
istis bonis disponeret ad libitum etiā in agna-
torum præiudicium, quia sunt bona patrimo-
nialia, prout iam disponere potest de omnibus
alijs bonis sibi obuentis aliunde, vt scripsit
Spec.in tit.de statu monach.in vers.24.proba-
uit Ias.in d.Auth. ingressi. C.de sacrosan. eccl.
probat etiam Sapia in addit. ad Abb. in c. cle-
rici.sub nu.17.in verb.regula monachi.de stat.
monach.prout etiam dixi in d.tract.de contra-
ctib.tit.2 de domin.Prælatorum.

40 Postremò non obstat, vt bona donata mo-
nasterio non possit reuocare; est enim diuersa
ratio. Primò,quia monasterio fuerunt irreuo-
cabiliter acquisita, & sine aliqua conditione
suspensiua, quod non est, quando renunciatio
41 fit in aliorum beneficium. Et secundò, † quia
habilitatio Religiosi non intelligitur contra
ipsum monasterium, sed quòad alios; nam in-
telligitur cedere iura sua, hoc est, liberare illū
Religiosum à voto obedientiæ, & ab omnibus
alijs, quæ de iure spectant ad ipsum monaste-
rium ex persona illius Religiosi, & successiuè
non præsumitur cedere contra seipsum, vt ce-
dere velit bona donata, est enim axioma vul-
42 gatum, † vt cessio non afficiat cedentem, &
cessionatius non potest vti cessione contra ce-
dentem, sed cōtra alios, ad quos fuit facta ces-
sio,iuxta notata in l.fin. C. de procurat. & per
Mascard.conclus.1357.& alios; est enim hæc
43 clausula etiam de stylo notariorum; † imò ce-
dens, regulariter non tenetur cedere contra
seipsum, iuxta text.in l.2.C.de fideiussor.cum
alijs cumulatis per Præsid.de Franch.dec.260.
427. & alibi; & consequenter termini nō sunt
pares respectu monasterij, & respectu extra-
neorum,& idcirco ex diuersis non est facienda
illatio ex illo vulgato iuris axiomate.

Ex omnibus prædictis concludo, posse Reli-
giosum, factum Episcopum, reuocare renun-
ciationem per ipsum factam, etiam cum omni
solemnitate, & per pactum de non petendo,
tanquam ob deficientem conditionem, & ita
mihi iuris esse videtur. Hæc causa non fuit de-
cisa, nec agitata in iudicio, scripsi tamen, vt
dixi, ad amici requisitionem pro veritate ar-
ticuli, faxit Deus ita esse.



AN DONATIO FACTA AB AVO FILIO, contemplatione matrimonij, & filijs nascituris ex dicto matrimonio, præsumatur facta nepotibus intuitu filij, vt bona donata non habeant, nisi tanquam hæredes, vel possint illa habere tanquam filij? Et an pater censeatur stipulari pro filijs, vt filijs, vel vt hæredibus. Consilium Secundum, promissum supra par. 2. in tit. de bon. quæst. 16.

SVMMARIVM.



Nepos habet bona donata filio, contemplatione matrimonij ex facto aui, & ex stipulatione notarij, non autem vti patris donatarij hæres. nu. 1. & 3. Et sic decisum refertur. nu. 2. Contrarium fundat Author, vt veniat tãquã patris hæres. nu. 8. Et sic etiam decisum refertur. nu. 17. & explicatur num. 41. Qualiter procedat decisio relata. nu. 2.

Bona acquisita pro filijs hæredibus, etiam ad extraneos transeunt. nu. 4.

In donatione facta cõtemplatione matrimonij, voluntas aui donantis inspicitur, non autem quo ordine pater donatarius acquirat. nu. 5. Sed qualiter hoc procedat, an semper sit verum, explicatur. nu. 40.

Donatio facta contemplatione matrimonij, irreuocabilis esse iudicatur. num. 6. Ostenditur autẽ procedere quoad vxorem, & dotantes, nõ autem quoad filios nascituros ex illo matrimonio. nu. 50. & seqq. & præcipuè quoad personas non comprehensas in donatione. nu. 53.

Pater in dubio præsumitur stipulari pro filijs, vt filijs, non autem pro filijs hæredibus. nu. 7.

Contrarium fundat Author, vt semper, si non appareat contrarium expressè de volũtate patris, præsumatur acquirere pro filijs hæredibus. nu. 22. & seqq. Præcipuè hoc locum habere ostenditur in bonis transitorijs ad hæredes. nu. 29. Sic etiã quando pater in principio contractus fuit stipulatus pro se, & hæredibus. nu. 30. Et ita decisum refertur etiam in materia feudali. nu. 31. & 32. Et ratione probatur. num. 33.

Donatio facta ab extraneo alicui ex filijs Petri præcipuè nascituro, facta præsumitur cõtẽplatione ipsius Petri. nu. 9. & 10. Iddem procedere ostenditur etiã si fieret ab auo, vel ab alia persona coniuncta. nu. 11. Et potest donatarius ad libitum alienare bona donata, etiam in filiorũ præiudicium. nu. 13. 14. & seqq. & nu. 24. & seqq. Indubitanter procedit, secundùm omnium sententiã, stante licentia alienandi, concessa donatario per illa verba, Ad habendum, alienandum, &c. nu. 34.

Affectio non potest cadere in non natis, & ratione probatur. nu. 12. & 37.

In donatione facta Petro, & suis, non veniunt filij Petri, si non sint eius hæredes. nu. 18.

Suorum appellatione veniunt existentes in potestate. nu. 19. Varias acceptiones suorum appellatio habet secundùm diuersas materias. nu. 20.

Filiorum appellatio varias habet significationes, secundum diuersitatem materiarum. sub num. 20. Non veniunt filij ad bona dotalia, si non sint matris hæredes, etiam si in capitulis matrimonialibus adesset pactum de lucranda dote, & sic pluries decisum refertur. nu. 21.

Votum commune parentum est thesaurizare filijs, & ad illos bona transmittere, iure tamen successionis. nu. 25.

Honor est alicui decedere cum hærede, & dedecus est, si hæredem non habeat, & ratione probatur. nu. 26.

Bona, donata filio Petri ab illius consanguineis, contemplatione Petri donata præsumuntur. nu. 27.

Dos relicta ab auo nepti, nondum nata, profectitia esse dicitur. nu. 28.

Pater

Pater in dubio magis præsumitur acquirere e filijs de iure communi, & ordinario, quàm de iure speciali. nu. 33.

Mulier, habens facultatem in capitulis matrimonialibus disponẽdi ad libitum de dote: non tenetur seruare consuetudines, & sic pluries decisum refertur. nu. 35. & 36.

Cautela adinuenta, ne pater disponere valeat de bonis donatis sibi, & filijs nascituris, recensetur. nu. 16. & 38.

Filij qualiter in antefato succedant, refertur. sub nu. 38.

Omissum habetur pro omisso, quando partes poterant illud exprimere, & omiserunt. nu. 39.

Stipulatio notarij in dubio regulatur secundùm stipulationem partium acquirentium. nu. 42.

Bartholi doctrina in l. Seia. ff. de don. cau. mor. ex alijs Bar. locis declaratur. n. 43.

Baldi doctrina in Authen. si quas ruinas. col. 3. C. de sacros. eccl. ponderatur, non prodesse filijs, vt tanquam filij bona donata habeant. nu. 44.

Decij consilium 239. num. 4. & Cassanei consilium 57. ponderantur. nu. 45.

Bertrandi opinio cons. 281. num. 2. vol. 3. expenditur, & ad concordiam reuocatur. nu. 46. Eius doctrina maximè preponderat Bartholi authoritas. nu. 47.

Nattæ opinio cõs. 531. expenditur. nu. 48.

Menochij sententia, vti sibi non constãs, reijcitur. nu. 49.

Sacrum Consilium semper iudicare solet secundùm æquitatem. nu. 52.

Hæres heredis testatoris hæres esse dicitur. nu 54.

CONSILIVM II.


Oannes Antonius Agosta cõtraxit matrimoniũ cum Maria Incarnata, & contẽplatione dicti matrimonij, Ioannes Baptista Agosta pater donauit dicto Io. Antonio, & filijs nascituris ex dicto matrimonio ducatos mille, quos voluit esse in dominio dicti Ioan. Antonij eius filij, vt de illis tãquam de proprijs bonis agere posset, & disponere ad libitum, cum alio pacto adiecto, vt præfata Maria pro eius dotibus, & antefato in bonis donatis dicto eius viro, & in defectu super alijs bonis donantis soceri, præferretur omnibus creditoribus dicti eius viri, quia hoc modo initum fuit matrimonium, & nõ aliter fuisset contractum. Alio etiam pacto adiecto, vt in antefato filij nascituri ex dicto matrimonio, succederent tanquam filii, non autem tanquam hæredes dicti Ioannis Antonii eorum patris.

Ex dicto matrimonio fuit procreatus Ioãnes Baptista Agosta iunior, post cuius natiuitatem, Ioan. Antonius eius pater obiit, & ante ipsum obierat auus donans. Verùm, quia præfatus Io. Antonius in vita ipsius cõtraxit debitum ducatorum mille pro emenda quadã Bança Actuariatus in Magna Curia Vicariæ, quãm emit cũ effectu; Nunc ad bona donata concurrunt creditores dicti Ioannis Antonii ex causa emptionis dictæ Bancæ, & prædictus Ioannes Baptista iunior (Maria enim causa est de dotibus, & antefato, vt ex actis cernitur.) Quæritur nunc, an filius Ioannis Antonii, vel eius creditores, sint præferendi ad bona donata?

1 Pro parte filii, vt præferri debeat creditoribus, Primò adducitur, quoniã ipse ad bona prædicta venit tanquam donatarius aui, & proinde ex facto aui. & ex stipulatione notarii est illi ius quæsitũ, quo fit, vt Ioannes Antonius pater non potuerit ei præiudicare in donatione prædicta, quam ipse vti nepos donantis habet tanquam filius non autem tanquã hæres dicti Io. Antonii patris, & successiuè præfert omnibus creditoribus dicti sui patris, & ita in propriis terminis donationis factæ cõtemplatione matrimonii, scripsit Dec. cons. 239. num. 4. vers. in secũdo dubio, quem sequitur Cassan. cons. 53. Bellamer. cons. 17 Purpur. cons. 353. num. 3. & cõs 402. nu. 18 Natt. cõs. 531. nu. 31. Bertrand. cons. 234. nu. 11. vol. 2. Menoch. cõs. 506. nu. 10. & 16. & iddem videtur sentire Soc. iun. cons. 58. vol. 2. quos omnes recenset Surd. decis. 322.
2 nu. 3. & 28. † & sic traditur decisum annis elapsis in Sacro Cons. in causa Donnæ Isabellæ de Gueuara, vxoris quondam Goffredi Palagani, cum creditoribus quondam Don Francisci de Gueuara eius patris, vt in donatione facta cõtemplatione matrimonii, venirent filii tãquam filii, non autem vti patris hæredes.

3 Confirmant prænarrati DD. eorum opinionem, illa præcipua ratione, quia hæc præsumitur esse volũtas aui donantis; aliàs enim sequeretur graue incõueniens, vt personæ extraneæ preferantur filiis in dicta donatione, & hac ratione
4 mouetur Bertrand. loco cit. † Et quod in stipulatione pro filiis hæredibus, veniãt extranei, probat gl. in l. si auus. ff. de pact. Bart. in l continuus. § fin. nu. 8. ff. de verb. oblig. & consequenter ex præsumpta voluntate aui donantis, nepos præferri debet creditoribus filii.

5 Addunt secundò siquidem, licèt sit maximè controuersa opinio, an pater stipulando pro filiis, censeatur pro illis stipulare tanquam filiis, vel tanquam hæredibus, in donatione tamen, contemplatione matrimonii facta, cessat controuersia, quoniam in ea inspicitur volũtas aui donantis, non autem quo ordine pater acquirat, vel qua mente stipuletur pro filiis, ita Bellamer. d. cons. 17. nu. 19. Natt. cons. 466 nu. 5.

&

& Purpur. quos recenset Surd. d. decis. 322. nu. 18. vbi nonnullas alias rationes pro confirmatione huius sententiæ adducit.

6 Potest etiam addi particularis ratio in hoc Regno, in quo huiusmodi donationes, cõtemplatione matrimonij factæ, iudicantur irreuocabiles, & nullo modo reuocari possint, & ita pluries fuit determinatũ in Sac.Cons.teste Pręside de Franch.decis.205.& alibi, & etiã Marchione de Pont.cons.25.vol.1.vbi sic refert iudicatum,iunctis aulis: adest etiam particulare consiliũ Fabij de Ann.cons.78. 1.vol.cons.134. cons.137.2.vol. vbi & Alexandri Turamini,& Menoch. consilia inseruit, qui scripserunt pro irreuocabilitate huiusmodi donationis. Si igitur donatio est irreuocabilis, sequitur hoc euenire in beneficium filiorum, quibus per talem donationem fuit ius quæsitum ex aui donantis voluntate.

7 Potest etiam hoc confirmari ex parte patris acquirentis; multi enim tenent, vt pater stipulando pro filijs, intelligi in dubio stipulari pro filiis, vt filijs, nõ autem pro filiis hæredibus, vt scripsit Bart.in l.Seia. nu.1. vers.ad secundum. ff.de donat.cau.mort.probant etiã Fortun.in l. Gallus. §.quidã recte. nu.60.ff de lib.& posth. vbi Ruin.nu.84. Soc.iun.nu.43.Bal.in Auth.si quas ruinas.col.3.C.de sacros.eccl. & hoc probant alii cumulati,nu.5.qui tenent,vt in donatione facta cõtemplatione matrimonii, attendatur potius voluntas aui donãtis, quàm stipulatio patris acquirentis,qui tamen,vt se conformet cum voluntate aui donantis, censeatur stipulasse pro filiis,vt filiis, nõ autẽ vt hæredibus.

His tamen non obstantibus,contrariam sententiam puto veriorẽ, & præcipuè in facto no-
8 stro, † vt prædictus Ioannes Baptista iunior nõ possit alio iure habere bona donata, nisi vt hæres Io. Antonii patris, & successiuè creditores debent illi præferri, quod probo tam ex parte aui donantis,quàm ex parte patris acquirentis; imò in facto nostro probabo,nullũ ex Doctoribus tenere cõtrariam sententiam,prout humanissimi Iudices ex illorum lectura inspicere possunt.

Ex parte aui donantis facillimè probatur, & Primò ex doctrina And.in c.1.de alien.feu.pat. vbi ponit hanc quæstionẽ,tam si donatio fieret à persona extranea,vt ibidem legitur num. 17.
9 † vt semper extraneus præsumatur talẽ donationem fecisse contemplatione patris,nisi contrariũ expressisset ibi [sed, cùm acquirit pater, stipulatur, seu paciscitur filio,nisi cõstet, quòd tanquam filio voluerit quæri,semper præsumitur, etiã vbi nominatim filiũ expressetit, quod tanquã hæredi acquisiuerit, vt supra,ipsi patri, dum viuit; filio, cùm post mortem fuerit eius hæres, eo ꝙ omnia nostra filiis nostris ex voto post mortem paramus.] & paulò ante dixerat
10 hæc alia verba [† nam extraneus dans patri, & filio,non plus diligit filium Titii, quàm ipse pater,imò minus, quia nõ est amor, qui vincat paternum.C.de cur.furios.l.fin.] itaque Andr. conceptis verbis loquitur de donatione facta contemplatione matrimonii patri, & filii; nam loquitur de filiis nascituris, sine dubio ex matrimonio contrahendo; prout sic illum intellexerunt Reg. de Ponte, Consil. de Anna, Surd. & alii infra cumulandi; & tamen & ex parte donantis, & ex parte acquirentis semper præsumitur facta donatio filiis tanquã hæredibus.

Et ne dicatur,hoc habere locũ in donatione facta à persona extranea, non autem à persona coniuncta.notentur verba eiusdẽ Andręę ibid.
11 nu.13.qui sic loquitur. [† Si verò à coniuncto, puta auo, vel proauo, præsumeretur donatum contemplatione patris, & personæ medię.ff.de collat.bon. l.dedit. per medias quidẽ personas memoriam retinemus &c. ff.de verb.sign. l.liberorũ,in fi.] subdit postea nu.19. vt raró eueniat in auo, vt donationem faciat tanquam fi-
12 liis, præcipuè dum non sunt nati, † quoniam in non natis nõ potest cadere affectio, cùm inuisos,& incognitos diligere non possimus. l.cũ ita.§.in fideicommisso. l.peto §.fratre.ff.de legat.2. Surd.d.decis.322. nu.43. vbi dicit esse vulgatum axioma. præcipuè procedit, cùm illi non sint in rerum natura: isti enim sunt nõ solùm inuisi, sed incogniti, & successiuè amari nequeunt ab agente libero, vt est homo, qui nõ mouetur ad agendũ, nisi per finem, non solùm secundùm esse cognitum, vt loquar secundùm Philosophos, hoc est, vt habeat cognitionẽ illius rei in intellectu, sed etiam secundùm esse reale, vt rem illam apprehendat; & iudicet sibi conuenientem, bonam,&c. vt ex D. Thom. 1.2.q.9. artic.1.ad 2. & aliis, probat Suarez in Metaph.disp.23.sect.7 & sect.8. præcipuè n.6.

Volui particulariter notare verba Andręę, & transcribere, vt cernere possint circunspecti iudicantes, quàm à casu loquãtur illi, qui contẽdere nituntur, Andræam loqui in bonis feudalibus, & sic non posse eius doctrinã adaptari ad casum nostrum; si enim verba ipsius nõ tergiuersentur, loquitur indistinctè; imò iura, quę allegat, particulariter loquuntur in bonis burgensaticis, prout loquuntur infrascripti DD.
13 & plus dicit Andr. d.nu.19. † vt dum donatio fuit facta nepotibus, vt hæredibus filii, vt possit filius bona donata alienare, quamuis feudalia sint.

14 Opinionem ipsius Andręę sequuntur indistinctè quòad omnia bona donata, si Surdo credimus, infrascripti Doctores, Ias.in d.l.Gallus. § quidam rectè. nu.40. qui loquitur in concessione Principis. Ruin.cons.122.num.3.vers.secundo verò casu. vol. 1. qui loquitur in donatione facta à coniunctis, & vt debeant esse hæredes. vbi ad hoc probandum citat gl. Bart. Imol.& Alex.eãdem sentẽtiam defendit Marcobrun.cons.111.nu.6. Gerard.Mazol.cons.1. nu.96. vbi expresè affirmat, filios non habere bona donata, nisi sint patris donatarii hęredes. Iddem defendit Bursat.cons.31.nu.8.vbi vult, posse patrem de bonis sibi donatis contemplatione matrimonii, disponere ad libitum, & hęc

fuit

fuit opinio Andreę, cum quo in omni donatio-
ne etiā transit Affl. decis. 393. nu. 3. vbi Vrsill.
nu. 6. dicit, ꝙ filij nascituri possent hæredes in-
stitui in talibus bonis donatis, ex Bellam. decis.
17. Boet. decis. 172. num. 4. & 5. & alijs, & hanc
eandem sententiam probat Liparulus ad And.
loco cit. nu. 13. in vet. & totù alienet. circa finē,
& ex pluribus defendit Surd. d. decis. 322. nu.
32. cum seqq. vbi subdit, quòd, licèt causa illa
non fuerit determinata, Senatus tamen incli-
nabat in illam sententiā, vbi etiam citat Bero.
in c. Raynutius. num. 106. vers. ex quibus extra
15 de testam. † Et hanc eandē sententiam in hoc
Regno defendunt Consil. de Anna consil. 53.
nu. 22. vbi ad id probandū citat Bertran. cons.
276. vol. 1. cons 75. vol. 2. & cons. 281. volum. 3.
Cappell. Tholos. decis. 454. Alciat. & Io. Fab.
probat etiam Reg. de Ponte cons. 88. nu. 6. vbi
16 docet, † adinuentā esse cautelam, vt ne pater
de bonis, donatis cōtemplatione matrimonij,
possit disponere, fiat donatio filiis nascituris
cum hoc pacto, vt succedant tanquā filii, non
autem tanquā hęredes patris, & ad id proban-
dum citat And. in d. c. 1. cum quo transit: & sic
eum intelligunt in donatione facta contēpla-
tione matrimonii: & iddem videtur velle Put.
17 decis. 66. nu. 2. lib. 1. † & ita annis elapsis fuit
arbitratum per Regentem Camillū de Curte,
& alios arbitros in causa Donnæ Laudoniæ
Russæ cum Paulo, & Liuio Caracciolis in qua-
dam donatione contemplatione matrimonij
per eosdem facta Flaminio Caracciolo, & filiis
nascituris ex dicto matrimonio cum d. Donna
Laudonia: nā arbitrauerūt hoc modo. Necnon
eandem Donnam Laudoniam supradicto no-
mine condemnamus ad dandum, soluendum,
& assignādum dicto Liuio alios ducatos 3783.
ipsi debitos per dictū quondam Flaminiū post
contractum dictum matrimonium, &c. Quod
laudum fuit executum per decretum Sac. Cōs.
vt cernitur in dicto ꝓcessu fol. 765. In quo qui-
dem processu sunt plura alia decreta eiusdem
Sacri Cons. quibus prouisum fuit de bonis do-
natis cōtemplatione dicti matrimonii, satisfa-
ciendum esse creditoribus viri, non obstante,
ꝙ debita fuerunt contracta post matrimoniū.
Si igitur hæc procedunt in alijs donationibus,
multo magis locum habēt in casu nostro, ob li-
centiam concessam dicto Io. Antonio disponē-
di de bonis donatis ad libitum, & etiam quia
in antefato expressern auus donans, vt succe-
derent filii dicti Ioannis Antonii tanquam fi-
lii, quod omisit in hac donatione, & hoc non
alia ratione, nisi vt venirent tanquam hęredes,
stante licentia prædicta alienandi, vt supra.
18 Confirmatur prædictorum sententia, quia in
donatione facta Petro, videlicet, & suis nō ve-
niunt filii Petri donatarii, nisi sint hæredes il-
lius, dummodo illa bona essent transitoria ad
hæredes; tunc enim & ex voluntate donantis,
& ex voluntate acquirentis ita præsumitur, vt
scripsit Dec. cons. 216. num. 5. vbi pro hac opi-
nione citat Alex. cons. 26. nu. 5. vol. 5. vbi loqui-
tur & in burgensaticis, & in feudis, & addētes
ibidem pro hac parte citant Guido. Pap. Castr.
Rube. Brun. & Bertran. & Rubeus hoc probat
in d. §. quidam recte. nu. 173. vbi citat ēt Imol.
& Ias. & hoc etiam probat Crau. cons. 22. nu. 1.
quos omnes probat Surd. d. decis. 322. nu. 61.
19 & 62. † Sed appellatione suorum veniunt filii
existentes in potestate parentum. §. sui autem.
instit. de hæredum qualit. & differ. & proinde
stipulatio ista iddem sonare videtur cum stipu
latione pro filiis, & consequenter in vtroq; ca-
su necesse erit qualitas hæreditaria.
20 Nec obstat, si dicatur, hoc nomen sui varias
habere significationes, & quandoq; etiā extra-
neos comprehendere tam ex mente acquirē-
tis, quàm etiam secundum subiectam mate-
riā, de qua agitur, vt post alios notauit Peregr.
in tract. de fideicom. art. 21. nu. 38. Nā respon-
sio clara est, etiam nomen filiorum secundùm
subiectā materiam, & mentem acquirentis ad
extraneos extendi, vt latius prosequitur idem
Peregr. loco cit. nu. 44. 50. & seqq. & cōsequen-
ter eadem ratio militat in vtroq; modo acqui-
sitionis, vt cōsideretur rei natura, si transitoria
esset ad hæredes, eo modo censeatur acquisita,
quia sic præsumitur mens acquirentis, vt pate-
re potest ex verbis Andreę relatis sup n. 9. in fi.
21 Confirmatur, quoniam si in capitulis matri-
monialibus fuisset appositum pactū de lucran-
do dotem, si vxor sine filiis cōmunibus deces-
serit, & sic primò per pactū vocētur filii, dein-
de in defectum ipsorum vocetur maritus, filii
succedunt ad dotem tāquam matris hæredes,
nō autem tanquam filii, vt scripsit Ioseph Ru-
stic. in tract. filii positi in cond. pat. 1. c. 3. nu. 2.
ex doctrina Bart. in l. si cùm dotem. in princ.
nu. 9. ff. sol. matr. ex glos. cōmuniter allegata in
l. Lucius. vbi Alex. ff. de hæred. inst. probāt etiā
Bart. cons. 130. Pater dedit dotem. Ruin. cons.
132. num 11. vol. 2. Fanut. in tract. de lucr. dot.
gl. 1 r. nu. 9. Pereg. in tract. de fideicom. art. 28.
nu. 29. & 30. & consequenter iddem dicēdum
est in casu nostro, vt semper ex parte aui do-
nantis præsumatur facta donatio contempla-
tione filii, & ob eius amorem in beneficium
nepotum, qui non possint bona donata conse-
qui, nisi sint patris donatarii hæredes.
22 Quòad secūdam partem probationis respe-
ctu Io. Antonii acquirentis, vt præsumatur ac-
quisiuisse donationem prædictam filiis nasci-
turis, non iam vti filus, sed vti hæredibus, dum
expresè non apparet eius voluntas in contra-
rium, quæ saltem colligatur ex necessaria con-
iectura, scripserunt infrascripti Doctores, qui
voluerunt, filios nascituros non posse habere
bona donata, nisi essent patris donatarii hære-
des, sic gl. in l. si tibi decem. §. si pactus. vers. pro-
derit ff. de pact. vbi Bart. nu. 8. dicit, eā optimè
loqui, Bal nu. 3. vocat illam auream, Ang. dicit,
nullā aliam inueniri meliorem, Castr. & Fulg.
dicunt ab omnibus reputari notabilē, esse ma-
gis communiter approbatam notant ibi Alex.
nu. 7. & Ias. nu. 2. cōmunem quoq; pronunciāt

Iul.Clar.in §.emphyteusis.q.28.sub nu.37.Co-
uarr.lib.2.var.resol. cap.18.nu.3. & Peregr.in
tract.de fideicom.art.32.nu.15.eam quoq; cō-
munem asserunt Bart.in d.§.quidā rectè. nu.9.
vbi Ang. Fortun.nu.53. & 60. ac cā esse magis
cōmunem ibidem dicūt Galliaul.nu.30.Ruin.
nu.79.& 82. Rube.num.149.& 151. Soc.Iun.
nu.43. (itaque etiam illi, qui citantur pro con-
traria sententia, opinionem istam communem
pronunciant) iddem tenent Aret. in §. ei, qui.
nu.4. instit.de inutilib. stipul. Alciat.cons.180.
nu.1.& de præsumpt.in 31.pręsump.Menoch.
in eodē tract. lib.3. præsumpt.58.in fi. & præ-
sumpt.48.in princ.Bero.in c.Raynutius.n.106.
& 115.de testam. Ruin.cons.122. nu.3. vol.1.
Corn. cons.288. col.2.vol.1. Cephal.cons.303.
nu.76.& 84. Burs cons.31.nu.8. Mazol.cons.1.
nu.76.84. 101. & seqq. Marcobrun.cons.111.
nu.1. & 25. Surd.d.decis.322.nu.32. sic etiam
And.in d.c.1.de alienat.feu.pater.num.12.ibi,
23 [† Sed cùm acquirit pater, stipulatur, seu pa-
ciscitur filio, nisi constet, ꝙ tanquā filio volue-
rit quæri, semper præsumitur etiam vbi nomi-
natim filium expresserit, quod tanquā hæredi
acquisierit, &c.] & cum Andræa transit Reg.
de Pont.d.cons.80.nu 6.& trāseunt etiam om-
nes alii, qui ipsum citant, quos numeraui supra
nu. 14. eandem opinionem sequitur Mascard.
in tract. de probat. conclus.1152. vbi etiam ad
id probādum citat Bal.in Auth. si quas ruinas.
nu.5. C.de sacros.eccl. Alex.cons.26.num.3. &
seqq. vol.5.& cons.31.nu.15.volum.6. & alibi,
probat etiam Iacob.Put.d.decis.66.nu.2.lib.1.
24 vbi ait, † quòd, dum pater stipulatur pro se,&
filiis suis, potest in bonis acquisitis & sibi,& fi-
liis præiudicare,& hoc iddem docet Vincēt.de
Franch.decis.213.nu.56.& seqq. Reg.de Pon.
d.cons.80. nu.16.probat etiā In.Bapt.Laderch.
cons.1.nu.8. vbi ita dicit esse Parisiis iudicatū.
25 Probāt hoc prædicti DD. multis rationibus,
& Primò, quia commune parentum est votum
thesaurizare filiis suis,& bona acquisita, ad fi-
lios transmittere, iure tamē successionis. l.scri-
pto.ff.vnde lib. cum aliis cumulatis per l.ser. d.
c.1. num.12. quod magnam habet rationem:
26 † maximus enim honor est patri habere hęre-
dem, qui eius voluntatem adimpleat, & à cre-
ditoribus hæreditatis cōueniatur; sicut è cōtra
magnum est dedecus alicui decedere sine hæ-
rede, vt habetur in §.valde. instit.quib.ex cau.
manumitt.non lic. cū aliis cumulatis per Surd.
d.decis.322. nu.33. vbi nu.52. & 54. subdit ex
27 cōmuni sententia, † vt bona, donata filio meo
à consanguineis meis, mihi acquirātur, ex quo
mei contemplatione censetur facta donatio,&
28 nu.49.& 50.probat, † vt dos relicta ab auo ne-
pti, nondū natæ, sit profectitia, quia patris con-
templatione donata præsumitur, cùm in non
natis non cadat affectio, quod etiam probaui
in Comment.ad consuet.Neapol.
29 Secundò hoc confirmant, quia in re transi-
toria ad hæredes, dum pater stipulatur pro se,
& filiis, in dubio censetur stipulari pro filiis, vt
hęredibus,& cōsequenter non possunt filii ha-
bere illa bona, nisi cum qualitate hæreditaria,
vt scripsit And.in rub.de success.feu. & in c.1.
§. huius autē generis. nu.11. ex quib.cau.feud.
amitt. Mascard. & alii, quos probat Surd. loco
cit.nu.38.& 39.& decis.324. præcipuè num.4.
& seqq. post Bertr. & alios Cons.de Ann.d.cōs.
52.nu.15.& seqq. Et possent ad hoc propositū
plures aliæ rationes cumulari, quas ad id pro-
bandū cumulat Surd.d.decis.322.quas ob bre-
uitatem omitto, vna tamen adnotata, & est,
30 † quando pater in principio contractus stipu-
latus fuerit pro se, & hæredibus, prout factum
cernitur in hoc casu, tunc hæc clausula, Pro hę-
redibus, semper repetita censetur in toto con-
tractu, adeò, vt, cùm pater deinde in alia parte
contractus stipulatus fuerit pro filiis, & nō ex-
pressit in specie pro filiis, vti filiis, censetur sti-
pulari pro filiis, vti hęredibus, sic scripsit Corn.
cons.13.col.2.& 3.vol.3.& post Spec.scripsit ēt
Natt.cōs.64.n.12.& post ipsos, Rimin. & alios
31 plures, Surd.loco cit.nu.69.vbi nu.70. † sic re-
fert decisum etiā in materia feudali, vt hęredis
mentio facta in vna parte cōtractus, censeatur
repetita in alia ad hoc, vt excludatur repugnā-
tia, & hoc iddem tenet Præs.de Franch.d.dec.
213.nu.59. vbi in materia feudali sic refert de-
cisum in Collaterali Cons. cum interuentu no-
uem Consiliariorum, ipso connumerato, & ēt
cum interuentu trium Regentium,& Præsidis
Sacri Cōsilii, videlicet, quòd, dùm pater in vna
parte contractus stipulatus fuerit pro se,& hæ-
redibus, dū postea in alia parte stipulatus fue-
rit pro se, & filiis, intelligitur stipulatus pro fi-
32 liis, vt hæredibus, etiā in materia feudali, † &
consequēter, dùm feudum, quod in dubio cen-
setur acquisitum pro se, & filiis, vt etiā euenit
in emphyteusi,& iurepatronatus, & nihilomi-
nus, dùm facta est mentio hæredū in vna parte
contractus, & postea stipulatur pater pro se, &
filiis, intelligatur pro filiis, vti hæredibus acqui
situm, multò magis hoc præsumitur in re om-
ninò transitoria ad hæredes, vt patet ex dictis
33 supra nu.29. † acquisitio enim pro filiis est de
iure speciali; pro hæredibus verò de iure cōi,&
ordinario, in dubio, pater magis cēsetur acqui-
rere secundùm ius commune, & ordinarium,
quàm secundùm ius speciale, vt rectè post alios
scripsit Surd.d.decis.322. nu.38. & 39. & con-
sequenter tā ex parte patris acquirentis, quàm
etiam ex parte aui donantis, donatio censetur
facta, & acquisita pro filiis nascituris ex dicto
matrimonio vti hæredibus prædicti Io. Anto-
nii, quibus præferendi sunt illius creditores.

Sed ne minima quidem subsistat dubitatio
in casu nostro, vt dictus Io. Baptista iunior so-
lùm, vt hęres Io.Antonii patris, veniat ad bona
donata, & non vt filius, etiam ex præsumpta,
imò expressa voluntate aui donantis, ex facto
donationis hoc luce clarius cernitur adeò, vt
nemo sit, qui teneat oppositū in hac donatio-
ne, siquidē Io.Baptista auus donauit illa bona
Io.Antonio, cum expressa licentia,& potestate
de

de bonis illis disponendi ad libitum ibi, [e di
quello fare, e disponere come cosa ppria,&c.].
ergo persona Io. Antonii est tātùm contēplata;
quo fit, vt succedat opinio omniū Scribentiū,
34 † vt quando donatatius habuit facultatem di-
sponendi de bonis donatis contēplatione ma-
trimonii, vel aliam concessionem, posse ipsum
donatariū ad libitū illa bona alienate, quam-
uis essent bona feudalia; nam per illā clausulā,
Ad habendum, possidendum,& alienandū ad
eius libitum, etiā feudi natura mutatur, & va-
let alienatio in preiudicium filiorū, pro quibus
pater bona acquisiuit; nam ante contractū, non
erat filiis ius quæsitū; dùm ergo in instrumen-
to, vel inuestitura est data licentia disponendi
ad libitum, in potestate patris acquirentis est
ad libitum bona illa alienare, ita post Pau. de
Cast.cons.256.nu.4.vol 1. Decium, Natt.Soc.
Gozad.Brun.Ruin.Paris.& alios plures, proba
uit Laderch.d.cons.1.num.8.in fi.& nu.15.vbi
nu.20. affirmat, neminem contradicere, stante
licentia prædicta, validam esse alienationem
in filiorum præiudicium, qui dùm nō possunt
ad bona donata venire, nisi vt patris hæredes,
illis præiudicat factū patris, iuxta tex.in l.cùm
à matre. C.de rei vendicat.
35 Confirmatur à simili; nam mulier secūdùm
consuetudines Neapolitanas, si habeat filios,
nō potest de dotibus disponere, nisi de decima
parte tantùm, & si filiis careat, de medietate.
At si in dotali instrumento habuisset facultatē
disponendi ad libitum de dotibus, cū illa clau-
sula, Ad habendum, possidendum,& alienan-
dum, prout sibi placuerit, tunc cessaret cōsuetu
do, & disponeret de dotibus ad eius libitum, vt
scripsit Dec.in l.fin.in 3.notab.nu.5.C.de pact.
36 probat etiā Crauet.cōs.24.nu.8. † & ita refert
iudicatum in Sac.Cons referente Domino Se-
uerino, Scipio Bucin.in consuet.si qua moriēs,
in add.incip. Statutum, fol.196. & fuit etiā iu-
dicatum de anno 1556. die 24. Decembris, ad
relationē illius eximii viri Consiliarii de Are-
tio, postea Clerici Regularis in nostra Religio-
ne, vt decisione prædicta testatur Cons de Bot-
tis in ead.consuetud.si qua moriens.fol.196.in
apostil.incip. Si mulier.& citat etiam dec.112.
nu.17.Senat.Pedemōt.& ibid.Scipio Sanctin.
in addit.incip.Pater in contractu matrimonii,
iddem probat,& in dictis apostill.diuersæ aliæ
decisiones recensentur. Iddē igitur erit in casu
37 nostro, & tantò fortius, † dùm nepotes nō erāt
nati, quo casu in eis nō cadebat affectio, vt dixi
supra nu.12. ex regul.tex.in l.dedit.vers.occur-
rit æquitas.ff.de collat.bonor.ibi [Quod pater
meus, filiæ meæ, propter me, dedit, proinde sit,
atque si ego dederim, &c.] & sunt aliī iura,
quæ ad hoc propositum citat Andr. locis cit. &
præcipuè d.nu.12.
38 Additur etiā in facto nostro alia ratio, quia
Ioannes Baptista auus pacto expresso voluit, vt
in antefato succederent filii nascituri ex dicto
matrimonio, tanquā filii, non autem tanquam
hæredes, itaque vbi voluerit, vt filii succederēt
tanquam filii, iam expressit: dùm igitur in do-
natione hoc non dixit, psumitur hoc reliquisse
in dispositione iuris cōmunis, & obseruantiæ
huius Ciuitatis, quæ est, vt expresſè apponatur
clausula à cōtrahentibus, filios succedere tan-
quam filios, aliàs venire tanquam hæredes, vt
nu.16. dictū est; clara enim est regula, contra-
hentes, in dubio, præsumi se conformasse cum
dispositione iuris cōmunis, & etiā municipa-
lis; imò cum obseruantia loci, vt notant omnes,
& præcipuè hoc locū sibi vendicat in casu no-
stro, tum quia expressum est in antefato, vbi
auus hoc voluit, & poterat id etiā exprimere in
donatione, & dum non expressit, præsumitur
39 nolle: † nam dum partes possunt aliquid ex-
primere, & non exprimunt, illud nolle præsu-
muntur. ex reg.tex.in l.vnica. §.sin autē ad de-
ficientis.C de caduc.toll.cū aliis cumulatis per
Surd.cons.160.num.33. & seqq.vol.2. & alibi.
Tum etiam, quia, dum dedit liberam faculta-
tem Io. Antonio disponendi de bonis donatis,
expresſè præsumitur voluisse se conformare
cum omnium sententia, vt ad libitum posset
illa bona alienare, etiam in filiorū præiudiciū.
40 Nec obstant contraria, quod enim dicitur
nu.3. & seqq. de præsumpta voluntate aui, vt
non præsumatur, extraneos hæredes præferen-
dos fore nepotibus, cessat hæc præsumptio in
hoc facto, vt ex supradictis cerni potest, & præ-
cipuè de potestate alienandi, & quod expressit
in antefato, & noluit exprimere in donatione,
vt dictum est.
41 Nec secundò obstat decisio Sac.Cons. relata
nu.2. in causa Donnæ Isabellæ de Gueuara; nā
poterat esse factū oppositū, vt adessent aliquæ
necessariæ coniecturæ, quibus iudicātes se mo-
uerint ad sic iudicandum, etiam quia aliunde
id euenire potuerit, cùm multoties Aduocati
defendunt causas per vnum iuris articulum, &
iudices causas determinant per alia media, vt
dixi in Comment.ad consuet.Neap. par.1.c.4.
nu.17. & seqq. & iddē euenire potuerit in illa
causa, etiā quia sunt variæ coniecturæ, quibus
ad bona donata præsumuntur vocati filii, tan-
quam filii, quas enumerat Surd. d. decis.322.
quarum nulla est in hoc facto; imò potius est
voluntas expressa in contrarium, quæ colligi-
tur ex facultate concessa Ioanni Antonio filio
disponendi ad libitum de bonis donatis.
42 Nec in stipulatione notarii vis aliqua faciē-
da est, dum enim expresſè ipse notarius ex par-
tium voluntate non est stipulatus pro filiis, vt
filiis, eius stipulatio regulatur, & interpretatur
secundùm stipulationē patris, cum quo simul
stipulatus fuit: itaque, dum patris stipulatio est
pro filiis hæredibus, ita etiam iudicatur stipu-
latio notarii, vt post Rom.Socin.Crot.Ruin.&
alios probat Surd.d.decis.322.nu.65.
Quod attinet ad Doctores pro cōtraria par-
te cumulatos, in facto nostro nobis non aduer-
santur; nam illis ad saturitatem respōdit Surd.
43 d.decis.322. † & dum nu.7.citauit Bart.in d.l.
Scia, ibi hoc non dicit expresſè, vt pater acqui-

rat filiis tanquam filiis; igitur standum est di-ctis per eum in aliis locis, vbi concludit intelli-gi, patrem acquirere filiis tanquam hæredi-bus, vt nu. 22. dictum est.

44 Baldus postea relatus d. nu. 7. in Auth. si quas ruinas. nec nobis aduersatur; sed hoc tãtum di-cit, tunc filios ad bona donata venire tanquam filios, quando ab ipsorum persona, & nõ à per-sona patris promissum inciperet, sed nunc do-natio incepit à persona Io. Antonii patris; igi-tur potius Bal. nostram firmat sententiam; imò quando data est licentia alienandi in cõtractu donationis, vt est in casu nostro; tunc ipsemet Bald. concludit etiam in materia feudali posse patrem illa bona alienare in præiudicium fi-liorum, vt consoluit cõs. 452. vol. 1. prout etiam consuluit Castr. conf. 44. volum. 2. & alibi, quos probat Ladetch. d. conf. 1. nu. 22.

45 Dec. relatus etiam d. nu. 7. in beneficiũ filii, Primò, sibi non constat, quoniam in donatione facta Petro, & suis, expressè tenet factã esse pro suis hæredibus; nam eadem ratio viget, dum sit donatio Petro, & filiis, vt patet ex dictis nu. 18. Secũdò, quia ipsemet Dec. stante licen-tia alienandi, vt est in casu nostro, docet posse patrem, donatarium illa bona alienare, & filios non habere bona donata, nisi sint patris hære-des. Et tertiò, quia, vt respondet Surd. d. decis. 322. nu. 81. in casu Decii, iuxta eius consilium relatum num. 1. supponitur ex donatione fuisse filiis quæsitum ius, tanquam filiis; & iddem erat in facto Cassanei conf. 57. & proinde pater non potuit filiis præiodicare.

46 Eodem modo respondetur ad conf. Bertrãdi nu. 1. relatũ; nam ipse Bertrand. conf. 281. nu. 2. vers. secùs verò vol. 3. expressè docet, quòd, si donatio, facta contemplatione matrimonii, in-cœpisset à persona patris, posset pater de bonis donatis ad libitum disponere, & consequẽter isti Doctores nõ sunt nobis contrarii, sed diuer-si sunt à facto nostro; nam consuluerunt in di-uerso facto; non omittimus dicere, quòd ipsemet Bertr. in casu cõs. 234 relatũ d. nu. 1. iam nu. 11. affirmat contra eum esse Bart. & communem sententiam, & dicit recedendũ esse ab opinione Bart. & cõmuni, ne extranei præferantur filiis;

47 † itaq; dum Bart. authoritas centuplum supe-rat authoritatem Bertrandi, potius Bartholo adhęrendum est, quæ disputatio cessat in facto nostro ex facultate concessa donatario alienan di ad libitum, vt sæpissimè replicatum est.

48 Nam nec etiã nobis aduersatur, tum ex di-uersitate facti, tum etiam quia ipse tenet, vt hæredis mentio facta in vna parte contractus, censeatur etiam repetita, dum pater in alia parte contractus stipulatus fuerit pro se, & fi-liis, vt intelligatur pro filiis hæredibus, vt cer-nitur ex dictis nu. 30. & seq.

49 Postremo, quod attinet ad Menochii autho-ritatẽ, iam, vt supra n. 22. notatũ est, ipse tenet, patrem intelligi acquisiuisse donationem pro filiis hæredibus, & cõseqoenter vel in cõs. 506. factum erat contrarium, & tunc nobis non ad-uersatur, vel erat iddem factum, & tunc tollen dus est de numero tanquam sibi cõtrarius, iux-ta notata per Præs. de Franch. decis. 140. nu. 16. vel et magis creditur in lectura, vbi inquirebat veritatem articuli, & non scribebat pro amico propter pecuniam; clarum est enim ob ratio-nem prædictam magis credi Doctoribus in le-ctura, quàm in consiliis.

50 Vltimo, quod attinet ad particularem ratio-nẽ in hoc Regno de irreuocabilitate donatio-nis, iuxta notata nu. 6. nec ẽt vrget, nã donatio est irreuocabilis respectu vxoris, & illorũ, qui dotẽ viro dederunt in maxima quantitate, ha-bita consideratione ad illam donationem; sed si vxor, & dotantes cõsentirent in reuocatione donationis, posset vtriq; maritus bona sibi do-nata contemplatione matrimonii, retrocedere in beneficiũ donantis, vt latissimè probat Præs. de Franch. d. dec 205. & oẽs DD. relati d. nu. 6. id probant, quod etiã docuit Reg. de Pont. cõs. 25. nu. 2. & per totum: quæ quidem reuocatio fieri nequiret etiã de cõsensu matris, & dotan-tium, si esset illis ius quæsitum tanquam filiis; vni enim per alterum nõ potest præiudicari, vt

51 dixi supra in tit. de renunc. q. 5. † & cõsequen-ter duo facta sunt admodum diuersa. Primum est, donationem illã esse irreuocabilem respe-ctu vxoris, & dotantiũ, & hoc modo procedunt decisiones, & consilia relata d. nu. 6. quod ego etiam libenter concedo. Secundum est, quo ordine sit acquisitum filiis in bonis donatis, & ex vno facto, nõ potest fieri illatio ad alterum, dũ sunt diuersa. & ideo Reg. de Põt. sui ingenii acumine hanc distinctionem tacitè indicauit, imò expressè, nã in consl. 25. consuluit, donatio-nem esse irreuocabilẽ respectu vxoris, & dotan tiũ, posse tamen reuocari cum illorũ consensu: postea in d. conf. 80. tractans articulũ nostrum, scripsit in hac donatione filiis esse acquisitum ius tanquã hæredibus, & cõsequenter credito-res patris donatarii preferẽdos esse dictis filiis.

Ex omnibus prędictis cerni potest, vt tam ex parte aui donantis, quàm etiam ex parte patris acquirentis censeatur facta donatio filiis na-scituris ex dicto matrimonio tanquam hære-dibus, non autem tanquam filiis, & ita credo fore iudicandum per circunspectos, & huma-nissimos Iudices. etiam quia, vt notaui nu. 17. sic alias iudicauit Sacrum Consilium.

52 Non omittimus dicere, vt dum Sac. Consil. semper iudicare soleat secundùm æquitatẽ, vt est praxis notissima, & axioma vulgatum, certè nulla maior ęquitas cõsiderari potest facto no-stro; nam iste creditor dedit pecuniã pro emen da dicta Banca, ex cuius emolumentis prænar-ratus Io. Antonius nonnullas pecuniarũ quan-titates percepit, & sic eius patrimonium auxit, & qui nunc agit in hoc iudicio est Incarnatus, dicti Io. Antonii socer, & fideiussor pro dicta pecunia, quæ igitur æquitas maior excogitari poterit, quàm liberare prænarratum fideiusso-rem à dicta obligatione sic legitima, & in aug-menti patrimonii prefati Ioan. Antonii facta?

Po-

53 Postremò addimus aliam considerationem, quia nunc prænarratus pupillus Ioan. Baptista iunior mortuus est in pupillari ætate, & bona ipsius ex pupillari substitutione, eidem facta per Ioannem Antonium patrem, peruẽta sunt ad Lucretiam Lõgam eius auiam paternam, & sic ad personam nullo modo contemplatam in dicta donatione, & venientem tanquam hęre-
54 dem dicti Ioan. Antonii eius filii; nam hæres hæredis testatoris est hæres, vt est notissima regula iuris, idcirco tanto magis nunc Sacrum Consil. pronunciare debet in beneficium prænarrati fideiussoris, nempe eidem præstandam esse assistentiam super bonis in iudicio deductis, iuxta petita à prænarrato Aloysio Anello Incarnato, & ita in omnibus respondendum, & iudicandum esse arbitror, & supplico per circunspectos Iudices decerni.

AN IN OBLIGATIONE VNIVERSALI, & generali bonorum veniat feudum, & quid in hac Ciuitate in beneficium mulierum Neapolitanarum, quæ habent assensum legis. Consilium Tertium, cuius fuit facta mentio supra par. 2. in tit. de bonis, q. 11.

SVMMARIVM.



Iudicium assecurationis, intentatum per vxorem, ob vergentiam viri ad inopiam, mortuo viro, trãsit in iudiciũ assistentiæ. n. 1.

Mulier Neapolitana tã pro dote, quàm etiam pro antefato habet assensum legis super bonis feudalibus viri, & soceri. nu. 2. Et sic decisum refertur. nu. 5. Et verba sententiæ recensentur. nu. 46.

Assensus concessus mulieribus Neapolitanis pro dotibus, & antefato, nõ in subsidium, vt malè Camerarius putauit, sed principaliter ad electionem mulieris cõcessus intelligitur, & sic decisum refertur. nu. 3. Fuit concessus instrumento dotali, & omnibus contentis in eo. nu. 4. Habet locum tam in feudis acquisitis tempore contracti matrimonij, quàm etiã in acquirẽdis. nu. 17. & 39.

Sententia lata cõtra mortuum, est nulla, & ratio assignatur. num. 6. Procedere ostenditur, si in persona mortui fundaretur, secus si in persona procuratoris, in damnum hæredis, dummodo cũ ipso procuratore omnia acta fierent. nu. 45. & 46. Valeret tamen cõtra mortuum, lata in causis ciuilibus, in quibus proceditur sine figura iudicij. nu. 47.

Nullitas, quæ non habet iustitiam causæ, non debet admitti, & ratio traditur. nu. 7.

Ille tantum potest de nullitate dicere, in cuius fauorem actus est nullus. nu. 8.

In obligatione generali venit feudum ex coniectura voluntate contrahentiũ, quoties adesset assensus præcedens. nu. 9. 12. & 13.

Prohibitus plus petere de bonis alicuius, etiam vitam militiam petere nequit, & ratio recensetur. nu. 18.

Dictio [omnia] est vniuersalis, & plura comprehendit, quàm obligatio generalis, & indefinita. nu. 11.

Obligans omnia bona sua, & feudum, & emphytheusim etiam ecclesiasticã, quò ad vtile dominium obligare censetur. nu. 12. Et ita decisum refertur Galliæ. nu. 14. Siciliæ. nu. 15. & Neapoli. n. 16. An hoc procedat in tacita hypotheca, explicatur. nu. 38. Præsumitur non solùm præsentia, sed etiam futura obligasse. nu. 40.

Feudum vigore præcedentis assensus iudicatur tanquam allodium, & nihil ab allodio differt. nu. 18. & 20.

Tex. in c. in generali. si de feud. defun. mil. fuer. controu. declaratur, & ponderatur non habere locum in dote. num. 19. & 34.

Qualitas personæ possidentis feudum, non autem rei natura attenditur, quando adest assensus. nu. 21.

Cannetij doctrina in extrau. ag. volentes. §. 6. nu. 6. declaratur. nu. 22. & 24.

Inciuile est iudicare, nisi tota lege, & doctrina Scribentium perspecta. numero 23.

Clau-

Clausula [& cætera] includit omnia ea, quæ sunt de natura contractus. nu.25. Includit etiam feuda. nu.26. Et eò magis hoc locum habere ostenditur, si ita extendi soleat de consuetudine. nu.27. Qualiter per notarium extendi soleat, recensetur. nu.32.

Notarius præsumitur rogatus apponere in cõtractu omnes clausulas consuetas in illo apponi. nu.28. Potest in contractu illas apponere etiam longo tempore post celebratum contractum. num.29. Potest quandocunque, iuxta eius consuetudinem, extendere clausulam, [& cætera] quam in contractu apposuit. num.31.

Clausula consueta apponi in instrumentis, etiam si omittatur per notarium, censetur virtualiter apposita. nu.30.

In dubio, pro dote iudicandum est. nu.33. Eius fauore receditur à natura feudi, & emphyteusis. nu.34. Et præsumitur obligata emphyteusis, quæ vigore statuti obligari non poterat. nu.35. Et ita pluries decisum recensetur. nu.36.

Antefatum an possit deduci ex bonis feudalibus, & emphyteoticis, recensetur. num.37.

In dubio, iudicandum est pro sententia, quæ semper lata præsumitur secundùm iuris dispositionem. nu.41.

Sententia releuat ab onere probandi, si legitimè fuerit interposita. num.42. Lata inter partes valet, quamuis non noceat fisco, qui in negocio erat author laudatus, nec auditus fuit tempore sententiæ. nu.48.

Circuitus inutiles sunt euitandi, & tollendi. nu.43.

CONSILIVM III.



N facto verificatũ est, Isabellam Cęsaranam in anno 1577. contraxisse matrimonium cum Petro Antonio de Vittorio cum dote ducatorum mille, & centum, pro quarum dotium, & antefati restitutione, dictus Petrus Antonius, & Ioãnes Andræas eius pater se obligauerunt cum eorum hæredibus, & successoribus, cum hac clausula, Bona omnia &c.

Constante prædicto matrimonio, in anno 1588. cùm dictus Petrus Antonius vir vergeret ad inopiam, prænarrata Isabella petiit assecuratione pro eius dotibus, & antefato, & in hoc iudicio fuerũt etiam intimati creditores dicti Petri Antonii eius viri, & in ipsa causa fuit compilatus processus vsque ad monitionem ad dicendum.

Pendente hoc iudicio assecurationis præfatus Petrus Antonius vir ab hac vita discessit,
1 ob quod ex iuris dispositione † iudicium assecurationis prædictæ fuit translatum in iudiciũ asistẽtiæ, & ideo in anno 1591. dicta Isabella per principalem petitionem petiit cõdemnari hęredes dicti eius viri ad restitutionem prędictarum dotium, & antefati, & petiit asistentiam, iam in bonis dicti Petri Antonii, quàm ẽt in bonis pręfati Io. Andręę, vt supra in solidum obligati in instrumento dotali, & hæc causa nec etiam fuit per sententiam determinata.

Insuper prædicta Isabella in anno 1601. petiit primum beneficium, in quo vt obtineret ẽt super bonis feudalibus petitam asistentiam, probauit se esse Neapolitanam; clarũ est enim
2 † mulierem Neapolitanam habere assensum legibus pro eius dotibus, & antefato per specialem gratiam cõcessam huic fidelissimæ, & inclytæ Ciuitati per Regem Carolum II. itaque non est opus alio Regis, vel Proregis assensu, vt habetur in c.21. dicti Regis Caroli, nunc registrato in pragmatica 2. in tit. de feud. quod est vulgatum axioma Regnicolorum; & quamuis
3 fuerit quæstio, † si gratia prædicta procederet in subsidium aliorum bonorum allodialium, vt prętendit Camerarius in c. Imperialem, fol.71. lit. M. vers. sublimitatur. de prohib. feu. alie. per Fed. quẽ refert Rouit. in prag. 9. de feu. quamuis ipse non disputet articulum, & in d. prag. 2. in annot. incip. Quid si sunt bona burgẽsatica; citat etiã Loffred. cons. 31. de qua materia plura tradit Ann. alleg. 115. & in cõst. Reg. constitutionem diuæ memoriæ. nu. 240. Menoch. de præsumpt. lib. 4 pręsumpt. 189. nu. 147. Intrigl. in tract. de feu. cent. 2. art. 5. nu. 7. nihilominus Sac. Cons. iudicauit assensum prædictũ procedere ad electionem, & arbitrium ipsarum mu-
4 lierum, nõ autem in subsidium, † quia assensus præstitus est instrumento dotali, & omnibus contentis in eodem instrumento, & ideò est in arbitrio creditoris, qualiter illo vtatur; de qua decisione meminit Ann. d. allegat. 115. in fi. & consequenter est in electione ipsius Isabellæ, si satisfactionem vellet in bonis feudalibus, vel in bonis burgensaticis; & quia pars de hoc non dubitauit, nec dubitat, & ideò soluenda sunt illius motiua. (Post hanc causam determinatã ęditus fuit tractatus de potest. Proreg. Regẽtis de Ponte, qui in tit. de assens. Reg. super dotib. mul. in princ. nu. 13. & seqq. latissimè materiã istam examinat, & dicit pluries fuisse decisum, etiam in Regia Camera contra Regium Fiscũ, assensum prędictum non esse subsidiarium, sed ad arbitrium dictarum mulierum, quoniam præstatur instrumento dotali.

Cùm igitur agitaretur hoc iudicium in Sac. Cons. inter creditores prædicti Petri Antonii, & habuissent processũ pro publicato, concluso,

5 ac monito ad dicendum, † iunctis Consiliariis duarũ aularum in anno 1603. referente Consiliario Gizzarello, fuit prouisum, ꝙ præfata Isabella pro quantitatibus suarum dotium, & antefati, eidem debiti per obitum Petri Antonio de Victorio eius viri, satisfactionem habeat super officio Magistri Actuariatus Curiæ Terræ Afragolæ tam super portione burgensatica, quàm etiam super portinnibus feudalibus dicti officii. Itaq; Sac. Cons habuit pro indubitato, assensum prædictum coucedi principaliter, nõ autem in subsidium, dum assistentiam præstitit ad electionem prænatratæ Isabellæ.

His peractis, Tyberius de Petio ab Aragonia, vnus ex creditoribus dicti Petri Antonii, dixit de nullitate prædictæ sententię, sub præ-
6 textu, † illam fuisse latam contra mortuum, & inaudito curatore hæreditatis dicti Petri Antonii, & consequenter esse nullam, iuxta tex. in l. in summa. §. fin. ff. de re indic. cum innumeris aliis relatis per Surd. cons. 99. nu. 11. cum seqq. vol. 1. & per Cornazan. decis. 145. nu. 4. vt alios omittam.

Nos verò, qui partes præfatæ Isabellæ tuemur, dicimus, friuolam, & inualidã esse pretensionem aduersariorum, & nullã habere subsi-
7 stentiam, † siquidẽ nullitas, quæ non habet iustitiam causæ, nequaquam debet admitti, vt ex pluribus firmauit Afflict. decis. 262 post nu. 7. vers. Domini de consilio. & hoc oẽs sciunt; qui enim iustitiam non habet in causa, prætendere non potest sententiam esse nullã in eius bene-
8 ficium, & proinde succedit regula. † vt ille tantũ possit dicere de nullitate, in cuius fauorem actus est nullus, vt scripsit glos. in l. 2. vbi cõiter DD. C. de iure emphyt. Affl. dec. 40. nu. 3. cum pluribus aliis relatis. & probatis per Surd. cõs. 284. nu. 7 & seqq. vol. 2. & cõs. 416. n. 27. vol. 3. & sic esset in proposito; dum enim isti creditores carẽt iustitia respectu prænatratæ Isabellę, quæ est creditrix anterior, & cum assensu legis, ad eius arbitriũ concesso, vt dictum est, ex omni iure debet obtinere, & successiuè omni tempore esset proferenda sententia in eius beneficium.

Deueniendo igitur ad iustitiã prædictæ Isabellæ, iam in aliis allegationibus. quatuor mediis probauimus, illam habere obligata etiam bona feudalia viri, & soceri; nam de burgensa-
9 ticis non est dubium. Et primò, † quoniam in obligatione generali venit feudum, quando in specie actus esset talis, per quẽ specialiter feudũ potuisset licitè obligari, vt si adfuisset assensus domini præcedens, ex coniectura ta voluntate obligantis veniret feudũ in generali obligatione, vt probauit Ias. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 44. ff. de lib. & posth. & in l. quod dicitur. la seconda, nu. 31. ff. de verb. oblig. Scharadet. in tract. de feud. c. 2. in 7. par. nu. 66. in fi. & docuit etiã Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. nu. 18 ;. & idem Ias. in Auth. vnde si parẽs. nu. 8. C. de inoff. test. Dec. cons. 389. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. iur. par. 2. q. 38. nu. 81. Affl. in const. Reg. ea, quæ ad decus. cum aliis infra cumulandis.

10 Confirmatur hoc assumptum, nam in materia vitæ militiæ, in qua adest assensus legis, bonorum appellatione comprehẽditur feudum, vt habetur in const. Reg. Comitibus. vbi Andr. & alii; & hac de causa, dum annis elapsis Excellẽtissimus Marcus Antonius Columna in eius testamẽto præcepisset, vt Illustrissimus Cardinalis Ascanius eius filius nõ posset plus petere de bonis ipsius testatoris, præter feudalia, & allodialia eidem Cardinali relicta, & Cardinalis petiisset vitã militiam à primogenito, ratione feudorũ, tamen in anno 1602. referente Cons. Scipione de Curte, iunctis aulis, facta relatione in Collaterali Consil. fuit exclusus Cardinalis ab eius petitione; & hoc ea ratione; quoniam, dum, pręcedente legis assensu, bonorũ appellatione venit feudum, potuit testator præcipere, vt Cardinalis non posset plus petere de bonis ipsius testatoris. At in casu nostro habemus assensum legis, vt dictum est, præcedentem obligationem, & datum instrumẽto dotali eoipso, quod contrahitur matrimonium: Vt igitur cõtrahentes se conformarent cum dispositione dictæ legis, cum qua præsumuntur, in dubio, se conformasse, sine dubio etiam bona feudalia obligasse censentur, & cõseqnenter rectè iudicauit Sacrum Cons. in fauorem dictæ Isabellę.

11 Secundo confirmatur, quoniam illa dictio, omnia, est vniuersalis, vt scripsit Bart. in §. omnem, in 1. const. ff. & comprehendit multa maiora, quàm comprehendit obligatio generalis, siue indefinita, vt scripsit idem Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. leg. probarũt Ruin. cons. 65. vol. 1. Crauet. cons. 86 nu 6. Roland. à Vall. cons. 96. nu. 4. Scharadet. in 2. par. princ. de feud. par. 9. sect. 3. nu. 22. Et habetur etiam in l. Iulianus. ff. de legat. 3. & in c. si Romanorũ, vbi gl. in verb. dicendo. 19. dist. & notant cõmu-
12 niter omnes in l. 1. ff. de legat. 1. Quò fit, † vt si aliquis obligaret omnia bona sua, etiã feudũ, & emphyteusim ecclesiasticam cẽseretur obligasse quoad vtile dominium, vt scripserũt Bar. Bald. Castr. & alii in l. tutor. §. fin. ff. de pign. act. idẽ Bald. in l. 1. vbi Rip. nu. 10. ff. de pig. Negus. in tract. de pign. in 2. memb. 2. par. princ. nu. 28. Menoch. cons. 622. num. 2. Quos omnes probat Surd. cons. 338. nu. 8. & seqq.

13 Et ne tendamus in infinitũ per regulas vniuersales, in casu nostro dicimus, præcedente assensu Regis, & legis circa obligationem, vel alienationem feudorum, eò ipso, quòd quis cõtraxit, & obligauit bona sua, etiam feuda obligasse dicitur, quę conclusio est adeò vera, quòd verè in omnibus orbis partibus fuit secundùm illam iudicatum, referam tantùm aliquas decisiones.

14 In Gallia enim, vbi vigore assensus Regis, permittentis feudorum obligationem, fuit decisum, feudi includi in hypotheca, nondum vniuersali, vt est in casu nostro, sed etiã in generali, vt refert Io. Fab. in rub. inst. de rer. diuis.

In

15 In Sicilia, vbi vigore assensus, concessi in illo
Regno per extrauag. Volẽtes. fuit determina-
tum, quòd in hypotheca etiam generali inclu-
duntur feuda, vt testatur Io. Aloys. Sicul. in di-
cta extrauag. Volentes.
16 In hac etiã nostra Ciuitate, vigore assensus,
antecedentis eodẽ modo decisum fuit in Col-
laterali Cons. vt in obligatione, nedum vniuer
sali, sed etiam generali veniant feuda, de qua
decis. testatur Frecc. lib. 2. subfeudor. q. 3. nu. 4.
17 cum seqq. Quo fit, † vt assensus dicti c. 21. non
solùm locũ habeat in feudis acquisitis in actu
tempore matrimonii, sed etiam acquisitis post
matrimonium contractũ, vt post Camer. proba
uit Vrsill. in add. ad Affl. decis. 385. in princ.
18 Omnium autem prædictorum, illa est irre-
fragabilis ratio, quia feudum vigore præce-
dentis assensus indicatur vt allodiũ; cùm enim
dominus concessit assensum, non attenditur
amplius qualitas rei, sed persona, penes quam
res ipsa reperitur, & ideò dum illa in specie po
terat feuda obligare, si generaliter, & eo magis
si vniuersaliter bona sua obligauerit, etiam ip-
19 sum feudum obligasse censetur, † tunc enim
cessat dispositio tex. in cap. 1. § in generali. si de
feu. defunct. mil. fuer. controu. vt ibidẽ notauit
Bal. in 1. opposit. & notarunt etiã Affl. nu. 21. &
seqq. Liparul. in addit. ad Andr. ibid. in verb. in
generali. Dec. in l. 1. in 2. lect. nu 10. ff. si cer. pet.
Frecc. lib. 3. subfeud. dist. 33. inter feu. hęred. &
ex pact. Scharad. in tract. de feu. par. 7. c. 2. n. 77.
& ex consulentibus scripserunt Ruin. cons. 72.
nu. 9. vol. 5. Natt. cons. 159. nu. 24. & seqq. Ce-
phal. cons. 27. num. 34. Surd. cons. 73. num. 7. &
decis. 220. num. 46. & seqq. (& conferunt di-
cta nouissimè per Regentem de Pont. in tract.
de potest. Proreg. in tit. de assensu Reg. super
dot. in princ. num. 23. & in tit de refutat. feud.
20 § 2. nu. 8. & 9. & § 8. nu. 16. vbi concludit, † in
feudis non esse differentiã ab allodio, quando
fit contractus præuio assensu domini: assensus
enim est ille, qui tollit omnem obstaculum, &
reducit ipsum feudum ad naturam allodii, vt
post Andr. Camerar. probat in c. Imperialem.
fol. 74. à ter. vers. nunc Isernia. de prohib. feud.
alien. per Fed. & probat etiam nouissimè idem
de Pont. in tit. de refutat. feud. § 11. nu. 17.)
21 Nec obstat, si dicatur, in Gallia esse redacta
feuda ad instar allodialium, vt indistinctè te-
nent Galli DD. quod non est in hac Ciuitate, in
qua feudi natura non est mutata, sed solùm est
inducta hypotheca pro dotibus, & antefato
mulierum Neapolitanarum, & succesiuè de-
cisio relata nu. 14. nõ videtur posse adaptari ad
casum nostrum; Nam respõdetur, quicquid sit
de mutatione naturę, tamen quòad hypothecã
est paritas, & æqualitas, & ideò, dũ adest assen-
sus tam in casu nostro, quàm etiã illius decisio-
nes, consequenter fit, vt nõ attendatur amplius
qualitas rei, sed solùm inspiciatur persona, pe-
nes quam res ipsa reperitur, vt patet ex dictis
num. 19. & 20. & probant etiam à simili tex. in
c. 1. de iurepatr. in 6. & in l. licitatio. § fin. ff. de
publ. & vectig. Bart. in l. Paulus. nu. 3. ff. de acq.
hæred. post Tiraq. Vasq. & alios Surd. cõs. 338.
nu. 9. & seqq. & proinde sufficit in casu nostro,
maritum fuisse personam habilem ad obligan-
dum expresè dicta bona feudalia.
22 Nec secundò obstat doctrina Cannetii in d.
extrauag. Volentes. § 6. incip. colligitur ex hac
lege, vbi nu. 6. videtur cõcludere, vigore assen-
sus dictæ Extrauagantis non venire feudum in
generali obligatione, prout videtur prætẽdere
pars aduersa per hanc doctrinam; respondetur
23 enim † esse inciuile, iudicare ex aliqua doctri-
na, vel lege, nisi tota lege, & doctrina perspe-
cta, vulg. tex. in l. inciuile. ff. de legib. & conse-
quenter debebant aduersarii totã ipsius Can-
24 netii doctrinam in d. c. 6. perquirere. † vbi Do-
ctor ille, discusso art. ad partes, nu. 29. & seqq.
affirmat, in obligatione, & hypotheca omniũ,
& singulorum bonorum, in qua expresè nõ est
facta specialis mentio feudorum, includi feu-
dũ: si igitur hoc procedit in illo Regno vigore
assensus dictæ Extrauagantis, per quam serui-
tus, & natura feudi adhuc retinetur; quinimò,
vt alienatio fieret alicui ęquali, etiam Rex cer-
tiorari deberet; saltem à pari, ne dicam à ma-
ioritate rationis, idẽ procedere debet in casu
nostro etiam si per assensum dicti cap. 21. feu-
di natura non mutaretur; sufficit enim adesse
assensum, quo mediante, potuerit maritus ex-
presè bona feudalia obligare.
25 Tertiò principaliter dicebatur in dictis alle-
gationibus, in instrumẽto dictæ Isabellę, adesse
illam dictionem [& cętera] cuius natura est, vt
includat omnia ea, quæ sunt de natura contra-
ctus, super quo apponitur, vt scripserunt Bart.
& Ias. in l. Gall. § iddem credendum. ff. de lib.
& posth. & ex pluribus probauit Borgn. Caual-
can. decis. 43. nu. 33. 34. & 43. in 1. par. & cõse-
quenter clausula illa [& cætera] virtualiter in-
cludit etiã feuda, imò formaliter, & expresè,
26 † quoniã illa clausula facit haberi ꝓ expresis
ea omnia, quæ similem qualitatem habent, vt
post alios fundauit Dec. in l. 3. ff. si cert. pet. sed
feudum habetur pro allodio, dum adest assen-
sus præcedens, vt dictum est. Igitur in hoc ha-
bet similem qualitatem cum allodio expresso,
& includitur in dicta obligatione bonorum.
27 Additur prædictis, quoniã de communi sty-
lo, & cõsuetudine notariorum in hac Ciuitate,
est, vt in capitulis matrimonialibus tã pro resti
turione dotiũ, & antefati, quàm etiã pro assecu
ratione eorundem bonorum, fiãt obligationes
omnium bonorum viri burgensaticorũ, & feu-
28 daliũ, vt est omnibus notum; quo fit, † vt no-
tarius rogatus esse præsumatur apponere om-
nes clausulas consuetas, & solitas apponi in si-
milibus instrumentis: consuetudo enim facit,
vt ipsæ clausulæ sint de natura contractus, vt
scripsit Bal. in l. vlt. C. de fideiuss. & ante ipsum
probauit Bart. in l. in die. ff. qui satisd. cog. pro-
bant etiam Dec. cons. 449. nu. 26. & plures alii,
quos simul cumulat, & probat Ant. Gabr. lib. 6.
commun. opin. in tit. de cõsuetud. concl. 3. post
ipsos

ipsos Mascard. Neuiz. Craueт. Roland. Rimin.
Menoch. & alios probat Borgn. d. decis. 43. nu.
33. in 1. par. Id, quod procedit nõ solùm in ipso
actu contractus, vt tunc notarius præsumatur
rogatus apponere dictas clausulas in instrumẽ-
29 to; † sed etiam post contractum perfectum, vt
adhuc possit notarius, etiam ex interuallo, clau
sulas illas apponere, vt notant omnes præcitati
Authores, & alii plures, quos nouissimè probat
Io. Pet. Surd. decis. 223. nu. 6. & proinde nunc
etiam posset notarius clausulam illã extẽdere.
30 Plus dicunt DD. vt clausula, cõsueta apponi
in instrumentis, habeatur pro expressa, & vir-
tualiter apposita, quamuis esset omissa, vt pro-
bauit Butr. per illu tex. in c. accepimus. de æta.
& qualit. c. cùm M. Ferrariensis. vbi idem Butr.
Abb. Imo. Barbat. Fel. Rip. & alii extra de cõst.
vbi tex. illum dicunt esse meliorem in iure in
hac materia, vt post alios probat Surd. d. decis.
223. nu. 9. & seqq. Si igitur hoc procedit in clau-
sulis omissis, & quæ nullo modo essent apposi-
tæ, tãtò magis hoc locum habet in casu nostro,
vbi apposita est clausula expressè, & solùm re-
quiritur extensio eiusdem clausulæ; quæ, dum
est eius naturæ, vt extendatur etiã quoad bona
feudalia, vtiq; sumus in claris, expressam esse,
& successiuè cessat Doctorũ disputatio in hac
materia. Et ne dicatur, hoc esse voluntariè di-
ctum, probãt in indiuiduo innumeri DD. quos
probat Surd loco cit. nu. 2. & 15. qui omnes do
31 cent, † posse notarium quandocunque exten-
dere illam clausulam abbreuiatam [& cætera]
ad omnes clausulas solitas, & consuetas, & præ-
cipuè, quæ non possent alium sensum habere,
32 & hic est casus noster, † hæc enim clausula, &
cætera, non potest alium sensum habere, nisi
hunc [obligauit omnia bona sua, &c.] nempe,
[præsentia, & futura, burgẽsatica, & feudalia,
acquisita, & acquirenda] huiusmodi enim ex-
tendi solet illa clausula, per omnes notarios, vt
etiam circumspectis iudicantibus notum est;
& proinde rectè dixi, cessare disputationem
Doctorum in casu nostro.
Quartò principaliter dicebatur in dictis al-
legationibus; quòd, si prædicta procedebant in
aliis contractibus bonæ fidei, in quibus Docto-
res disputant hunc articulum, eò magis procè-
dere debẽt in hac materia dotis, in qua versa-
33 mur; † dos enim adeò fauorabilis est, vt in du-
bio pro illa sit iudicandum. l. in ambiguis. pro
dotibus. ff. de reg. iur. & est vulgatum axioma
34 penes omnes in l. 1. ff. solut. matrim. † adeò
vt fauore ipsius dotis recẽdatur à regula feu-
dali, nẽpe à dispositione tex. in d. c. in generali.
si de feu. defunct. mil. fuer. controu. vt post Bar.
de Capua probauit Marin. Frecc. lib. 2. subfeu.
q. 2. nu. 18. sic etiã receditur à materia emphy-
teusis; quæ mediante statuto, nõ posset obliga-
ri; adhuc enim fauore dotis cẽseretur obligata,
35 † quia in omnibus causa dotis semper est præ-
cipua, vt ex innumeris post Bursat. & alios pro-
bauit Surd. decis. 160. nu. 3. cum pluribus seqq.
36 † vbi sic pluries decisum refert in illo Senatu,
prout etiam Frecc. loco cit. nu. 19. iddẽ refert,
37 & plus dicit, † fuisse determinatum in Regia
Camera, vt procedat etiam in antefato, quod
etiam probauit Præs. de Franch. decis. 182.
Nec obstat, q. Camerar. in cap. Imperialem.
concl. 9. de prohib. feud. alien. per Fed. videatur
38 tenere, † vt in tacita obligatione, quæ venit à
lege in hypotheca dotali, non includatur feu-
dum; de quo ad hoc propositũ meminit Surd.
decis. 220. num. 7. Siquidem Camerar. loquitur
in tacita hypotheca, quæ venit ex iuris cõmu-
nis dispositione; secùs tamen quãdo hypotheca
esset expressa, prout est in casu nostro, & hac de
causa ipsemet Camerar. loco citato concludit,
assensum dicti cap. 21. extẽdi ad feuda per ex-
pressum consensum Regis datum in beneficiũ
mulierum Neapolitanarum, vt etiam probat
Surd. d. dec. 220. nu. 42. vers. & tacita legis obli
gatio; nam, vt dictũ est nu. 4. assensus fuit præ-
stitus capitulis matrimonialibus, & sic expres-
sè, & consequenter venit fauore dotis, etiam
in generali obligatione.
Nec obstat secundò hæc bona feudalia, de
quibus nunc agitur, esse acquisita post contra-
ctũ matrimonium; nam quæstio ista caret hò-
39 die disputatione; † fuit enim decisa in Colla-
terali Cons. in fauorem mulierum Neapolita-
narum, vt assensus dicti cap. etiam ad bona feu
dalia futura extendatur, teste Frecc. lib. 2. de
subfeud. q. 3. & hoc iddem probat Camerar. in
c. Imperialem, concl. 10. fol. 56. lit. P. quem re-
fert, & probat Rouit. in annotat. ad tex. prag-
maticarũ, in tit. de feu. pragm. 3. in addit. incip.
An extendatur ad bona futura, vt alios omittã:
40 est enim clarũ, † vt obligans omnia bona sua,
etiã futura obligasse censeatur. l fin. C. quæ res
pign. oblig. poss. Bart. in l. si ita. ff. de aur. & arg.
leg. Negusant. in tract. de pign. memb. 2. par. 2.
nu. 1. & seqq. Et hoc eatenus est verum, vt vè-
niant etiam illa bona, quę verisimiliter nõ esset
in specie quis obligaturus, vt scripsit Dec. in l.
omnia. ff. si cert. petat. & post alios Roland. in
tract. de luct. dot. q. 29. nu. 9. & 12.
Ex omnibus prædictis luce clarius cerni po-
terit, quàm iustissimè Sac. Cons. iudicauerit, in
beneficium dictæ Isabellæ, & quòd creditores
prænarrati eius viri nullo modo sint audiendi
aduersus illam sententiam, dum carẽt iustitia.
41 Sed vt tollatur omnis dubitatio, etiam quò
ad prætensas nullitates, & omisso, quòd in du-
bio semper iudicandum sit pro sententia, quæ
in dubio lata præsumitur, prout de iure ferri
debebat, vt scripsit Bart. in l. si fundus. §. in ven-
dicat. ff. de pign. Mascar. concl. 1316. post alios
Surd. decis. 69. nu. 8. & cons. 379. nu. 6. & cons.
390. nu. 14. dummodò acta sint legitimè facta,
vt post alios probauit Mandos. in repet. c. quo-
niam contra. nu. 147. extra de probatio. & hoc
42 stante, † sententia releuat ab onere probandi,
vt post alios scripsit idem Surd. cons. 311. num.
37. vol. 3. Quæ acta legitimè facta sunt in casu
nostro, prout infra dicetur: hoc, inquã, omisso,
dum constat de iustitia ipsius sententiæ, vt ex

discussis cerni potest, vtique nullitas nō debet admitti; clarè enim colligi potest, nullitates esse oppositas ad dilatandum executionē dictę sententiæ; quæ, si de nouo esset pronuncianda, sic etiā pronunciari deberet, & successiuè omnia ex aduerso opposita, tanquam continentia inutilem circuitū, reiicienda sunt, ex reg. iuris.
43 † Circuitus inutiles esse tollendos. l. dominus testamento. ff. de cond. indeb. Clem. auditor. de rescript. Alex. Dec. & alii in l. cùm fundus §. seruum. ff. si cer. pet. & probant etiam Tiraq. Nat. Cacher. & alii, quos recenset, & probat Surd. conf. 248. nu. 18. vol. 2.

44 Sed, vt formaliter, & in specie dictam prætensam nullitatem eneruemus, dicimus, tunc verum esse axioma, sententiam latam contra mortuum esse nullam, si in persona ipsius mortui fundata esset; quoniam ex defectu iurisdictionis, quam non habet iudex contra mortuū, sententia esset nulla, & sic procedit text. in l. in summa §. fin. ff. de re iud. Capyc. dec. 1. nu. 26. cum aliis probatis per Surd. cons. 99. num. 11. & seqq. vol. 1. Sed, quando sententia fundata esset in persona procuratoris domini mortui, prout quotidie fundātur sententiæ in Sac. Cōs. in persona procuratoris, in damnum hæredis, tunc sententia validissima est. l. nulla. vbi Alex. & Ias. C. de proc. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. c. fin. nu. 106. & post alios Surd. d. cons. 99. nu. 5. Et est vulgata praxis in nostris Tribunalibus; solùm enim requi-
45 ritur, † vt cum ipso procuratore omnia acta fiant, & ipse citetur ad audiendam sententiam nomine defuncti, quod etiam post alios aduertit Surd. loco cit. nu. 28. & 29.

Vt igitur hæc omnia obseruata fuissent in hoc processu, patet; non enim sentētia fuit fundata in persona dicti Petri de Victorio mortui, sed in persona illius creditorum, siquidem hoc iudicium agitatum fuit inter creditores dicti Petri Antonii; qui quidem creditores prætendebant, ipsam Isabellam non esse graduandam inter creditores cū assensu, sed inter alios, qui non habebant assensum, & successiuè articulus non agebatur cum defuncto, sed tantum inter creditores illius, vt tandem Sacrum Cons. hunc articulum decideret, iunctis aulis, in dicto anno 1603. ad relationem dicti Consiliarii Gizzarelli, hoc modo sententiā protulit.
46 † [Visā supplicatione Isabellæ Cęsaranæ oblata die 17. Octobris 1588. &c. debere, & posse satisfieri tam pro quantitate suarum dotium, quàm pro antefato, eidem debito ob obitum Petri Antonii de Victorio eius viri, seruata forma instrumenti dotalis super officio Magistri Actuariatus Curiæ Terræ Afragolæ tam super portione burgensatica, quàm super portionibus feudalibus dicti officii, &c.] & consequenter sententia declarauit, Isabellam prædictam esse creditricem cum assensu tantùm, nec fundata fuit, nec fundari poterat in persona mortui.

Non omittimus dicere, quòd, etiam si dicta sententia fuisset lata contra dictum Petrum Antonium mortuum, adhuc valeret in casu nostro; nam sumus in causa ciuili, & in ciuilibus proceditur in Regno sine figura iudicii, & sola facti veritate inspecta, vt est notoria praxis,
47 quo casu succedit regula, † vt valeat sententia, ēt contra mortuum lata, quia sufficit negocii veritas, etiam si non seruetur figura iudicii, sic scripsit Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. & figura, quem refert, & probat Marant. in suo spec. par. 6. in verb. & demum feratur sententia. nu. 112.

Postremò ad confirmationem omnium prędictorum, & ad tollendam omnem dubitationem, dicimus, dato, & non concesso, præfatam sententiam esse nullam quòad hæredes dicti Petri Antonii, prout validissima est, adhuc valeret contra creditores, cum quibus fuit hoc iudicium agitatum, nec ipsi possent dicere de nullitate dictæ sententię, vt enim nu. 8. dictum est, ille tantùm dicere potest de nullitate, in cuius fauorem, & beneficium actus est nullus; nō autem alii, quorum respectu validus est actus,
48 † prout etiā dicitur in sententia lata inter partes in causa, in qua fiscus erat author laudatus, & fiscus non fuisset citatus in expeditione causæ, nec auditus in sententia; tunc, licèt sententia esset nulla quòad fiscum, valida tamen esset inter partes, vt scripsit Bald. cons. 462. vol. 4. & Boer. decis. 277. nu. 5. vers. faciunt notata, & est tex. in l. 1. & 2. C. vbi in rem act. vt alios omittam.

Ex omnibus prædictis satis enucleatè cernitur, vanam esse prætensionem aduersariorum, & nullitates propositas non militare, & proinde Sacrum Cons. iudicare debere, sententiam prędictam mandandam esse executioni, oppositis ex aduerso non obstantibus.

Causa hæc, in qua scripsi, dum eram in sęculo, non fuit aliter determinata; nam creditores cernentes non habere ius aliquod, & nullitates non subsistere, insteterunt, media transactione causam finire, & debito fine terminare, prout me Authore in anno 1606. postquam professionem emisi, partes transactionem prædictam compleuerunt, & quia iura dictę Isabellæ validissima erant, vt ex dictis cernitur, nihil remisit de capitale, sed parum de tertiis, & vix potui ad illam remissionem eam inducere, quæ dicta sint, vt sciatur quo fine fuerit causa determinata.

AN CONTRA FILIVMFAM. SVI IVRIS EFFECTVM, possit liquidari instrumentum, in quo simul cum patre se obligauit; & quid stante iuramento, & renunciatione beneficij l.2. quod cum eo, qui in alien.pot. declaratur tex.in l.fin.C.si maior fact.& alia plura scitu digna traduntur. Consilium Quartum, de quo facta est mentio in Comm. par. 2. in tit. de personis, pluribus in locis.

SVMMARIVM.



INstrumentũ etiam guarentigiatum, & iuratum non potest liquidari contra filiumfam. factum sui iuris, quando simul cum patre se obligauit, si bona paterna non possideat. nu.1. Et ita decisum pluries refertur. nu.2.7.& 47.

Exceptio l.2.ff.quod cũ eo. potest opponi etiam post sententiam condemnatoriã, nu.2.& 3. Potest inspecie renunciari dicto beneficio, & tenet renunciatio, quamuis iniusta dicatur. nu.4. In minore talis renunciatio non tenet, & restituitur minor aduersus talem renunciationem. nu.5.& 17. Vt autẽ valeat, etiam in minore, quæ requirantur, explicantur. nu.10. In dubio præsumitur apposita de stylo notariorum. nu.9.

Ioannes Andræas de Curte Sacri Consilij Præses laudatur. nu.8.

Clausula apponi solita in contractibus per notarios [sponte renunciauit &c.] non excludit iustum metum. nu.6.

Renunciatio mulieris, & rustici, vt valeat quidnam requirat, explicatur. num.11.

Contractus minoris, stante læsione, & metu reuerentiali, est nullius momenti. nu.12.& 13. Ob solum metum reuerentialem, & enormissimam læsionem etiam si minæ non præcesserint, nullus est contractus. nu.14.

Iuramentum non validat contractum, in quo non fuit seruata forma statuti. nu.15. Et ratione probatur. num.26. Nec etiam, stante læsione. num.27. Et iddem est per maiorem ætatem postea subsecutam. nu.28.

Instrumentum non dicitur liquidum, contra quod datur aliqua exceptio valida. nu.16.

Tempus quatriennij, competẽs maiori ex beneficio l.fin. C.si maior fact. procedit in actione, non autem in exceptione, quæ perpetua dicitur. nu.18.

Ratificatio cõtractus, facti in minori ætate, tunc præsumeretur, si maior factus interpellaretur ad soluendum, & non contradiceret, vel pro vna vice tantum soluisset. nu.19.

Nemo præsumitur consentire in sui detrimentum. nu.20.

Absolutio à iuramento vt valeat, quænam requirantur, traduntur. num.21.

Ea obtenta, non potest procedi ad liquidationem instrumenti. nu.22.

Filiusfam. obligatus in instrumẽto simul cum patre, dicitur fideiussor patris. num.23. De iure Regni non potest se obligare sine consensu patris, & si se obligat, est nulla obligatio. nu.24.

Pater non potest dare consensum filio, vt simul cum ipso obligetur, sed iudicis decretũ est necessariũ, sub nu.24.& 25.

Contrahentes, facientes contractum contra formam statuti, dicuntur venire contra ordinationem superioris, nec contractus validari potest per iuramentum. nu.26.

Minor eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, inducitur etiam ad iurandum, & renunciandum. nu.29.

Citatio, facta ante absolutionem à iuramento, si non fieret ad rescissionem contractus, sed ad alium finem, non facit actorem incidere in periurium. nu.30.

CONSILIVM IV.

IN anno 1580. Iulius Biancus, existens in potestate Gregorii Bianchi sui patris, simul cū illo se obligauit ad soluendū Victoriæ Russanę ducatos septingentū; & pendente dicta solutione facienda, correspondere eidem Victoriç ad rationem annuorum ducatorum 63.

Cumq; mortuus esset prænarratus Gregorius, nullis relictis bonis, remanente superstite dicto Iulio, nouo homine effecto, & ab hæreditate paterna se abstinente, præfata Victoria nunquam requisiuit ipsum Iulium ad solutionem debiti prædicti.

Ad præsens verò, cùm elapsi sint multi, & multi anni, prætendit dicta Victoria liquidari facere instrumentum prænarratum contra ipsum Iulium tam pro capitale, quàm etiam pro tertiis hucusque decursis, ad quam liquidationem de iure procedi non posse, ex infrascriptis inconfutabilibus iuris fundamentis demonstrabitur.

Etenim in facto verissimum est, præfatum
Iulium nulla paterna bona possidere, cùm prędictus Gregorius eius pater nihil in bonis reliquisset; & quod plus est, Iulius renunciauit paternam hęreditatem, & consequenter non potest tanquam hæres patris cōueniri, nec etiam
1 vti insolidum obligatus; † quia in dicto anno,
1580. tempore celebrati instrumēti erat in patris potestate, & minor, & nunc nouus homo effectus dicitur, ex quo est sui iuris, non potest contra ipsum liquidari instrumentum, etiam guarentigiatum, nec contra ipsum ad carcerationē procedi; sic scripsit Pau. de Cast. in l. 2. & in l. si filiusfam. nu. 3. ff. quod cū eo, qui in alien. potest. & post alios Præses de Franch. dec. 181. nu. 5. estq; communis omnium opinio, in iure verissima. & sic in practica seruata, vt post alios probauit Carauit. ritu 166. nu. 79. & in pragm. Perexcellentem. §. 12. num. 70. in fi. sub rit. de Macedonian. Tartaglia in pract. ciuil. c. 1. nu. 30. in fi. & hoc catenus verum est, vt locum habeat, etiam si instrumentum vallatum esset iuramento, quia, iuramento nō obstante, nō posset procedi ad liquidationem prædictam, nec etiam ad carcerationē; ita ex multis probauit
2 Io. Thom. Minad. in cons. 17. † & ita fuit iudicatum in Sac. Cōs. in causa Comitis Montellæ, non obstante sententia condemnatoria, teste eodem Minadoo in reper const. Reg. in aliquibus. in 2. notab. nu. 34. in fi. & hoc idem tenēt Ant. Canat. in tract. de execut. instrum. q. 28. Bernardin. Bard. in tract. de præsentat. & exec. instr. par. 5. declar. 3. Frecc. de præsentat. instr. par. 12. in princ. nu. 15. & seqq. & hoc nullam potest habere validam contradictionē, sed solùm hunc casum recensere volui, ad ostenden-
3 dam maiorem iustitiam prænarrati Iulii. † Si igitur in facto Minad. dicta exceptio l. 2. quod cum eo. fuit opposita post sententiam cōdemnatoriam, & obtinuit filius, multò magis obtinere debet in casu nostro, dum sumus in principio, nec aliquis actus inde secutus fuerit.

Hoc posito fundamento, non obstat, pręnarratum Iulium in dicto instrumento renūciasse
4 beneficio ff. & C. quod cum eo. † Quæ renunciatio, licèt diceretur iniusta, attamen teneret, nam sufficit volūtas renunciantis, ita post Alb. & Patis. scripsit Præs. de Franch. dec. 164. nu. 7. & decis. 181. in princ. siquidē responderut prędictam renunciationem nullius esse momenti.

Primò, quia ex dicto instrumēto, & fide Baptismatis, in actis deducta, apparet, tempore stipulati cōtractus prænarratum Iulium fuisse ætatis annorum quindecim, & sic minorem, ac paternæ terribili potestati suppositum; quo fit,
5 † renunciationem prædictam, vti à minore factam, nullius esse momenti; eadem enim facilitate, qua inducitur aliquis ad cōtrahendum, inducitur etiā ad renunciandum dicto beneficio, & ideò dicunt DD. tales renunciationes nō

de

de voluntate partium, sed de stylo notariorum
apponi, & ita in minore scripsit Soc.sen.cons.
23. circa prædictam. nu. 14. in fi. vol. 4. probant
etiã Affl. decis. 220. in 3. dub. Crauet. cons. 192.
nu. 10. Ann. in alleg. 114. sic etiam in alleg. 88.
num. 6. vbi Anna filius plures alios cumulat, &
6 probat etiã Thesau. decis. 165. nu. 7. & 8. † etiã
quia illa verba in cõtractu apposita [sponte re-
nunciauit &c.] non excludunt iustũ metum, vt
scripsit Aret. cons. 14. & probat idẽ Anna pater
sing. 341. (Farin. in vltimis decisionibus Rotæ
Rom. decis. 729. num. 1. circa fin.) & ideo dum
esset lis in Sac. Cons. inter Marchionẽ Campi
lactarii creditorem Marchionis Gensani cum
Andræa de Tufo filio dicti Marchionis, in soli-
dũ obligati cũ eius patre, vt est in facto nostro,
7 † fuerũt præsentatæ variæ sententiæ dicti Sac.
Cons. per quas fuit iudicatum, renunciationes
prædictas, etiam iuramẽto vallatas, nullius esse
momentis; Imò iddem Sac. Cons. iunctis aulis,
8 † ad relationẽ illius oculatissimi viri, paritérq;
doctissimi, & nunquã satis laudati Io. Andreę
de Curte, eiusdem Sac. Cons. meritissimi Præ-
sidis, iudicauit, Marcum Antonium Azia gau-
dere hoc beneficio, quãuis per binos actus eidẽ
9 beneficio renunciasset; † semper enim renun-
ciatio prædicta præsumitur de stylo notariorũ
apposita, nisi expreßè constaret de enixa volun
tate partium extra instrumentum, vt ex pluri-
bus fundauit Crauet. loco cit. què post Capyc.
Couarr. Rimin. iun. Cacher. & alios probat Cõ-
siliarius de Anna in addit. ad patrẽ d. alleg. 88.
nu. 9. & consequenter dum hæc voluntas enixa
nõ constet in facto nostro, nec est vallata pro-
mißio per plures actus, vtique tantò magis re-
nunciatio prædicta nulla, & inualida est.
10 Secundò principaliter confirmatur, quoniã,
vt valida esset talis renunciatio, Iulius etiam,
quia minor, certiorari debebat, non iam à no-
tario, sed à iudice, vt scire posset beneficiũ, cui
renunciabat; qua certioratione nõ facta, nulla
existimatur renunciatio. ita notabiliter scripsit
Fed. de Sen. cons. 199. aliàs 193. Quæritur Do-
mina Margarita. probant etiã Bart. in l. si duo,
§. idem Iulianus. vbi Alex. & alii. ff. de iureiur.
Abb. in c. cùm causam. nu. 12. de testib. & atte-
station. Vital. in tract. clausular. in tit. an pos-
sit renunciari beneficio diuisionis epistolæ di-
ui, &c. nu. 17. vt habetur tom. 18. tractat. f. 487.
11 Alex. cons. 42. nu. 5. vol. 1. † vbi hoc etiã habere
dicit locum in muliere, & in rustico, quod post
alios probat Thesaur. decis. 222. & post Dyn.
Io. And. Ant. de Bur. Card. & alios post longam
discussionem, sic scripsit idem Alex. in l. scien-
dum, nu. 36. ff. de verb. oblig. in l. repudianda.
num. 4. ff. de acq. hæred. Rubeus cons. 12. Dec.
cons. 619. & alii infra cumulandi.
12 Tertiò, iste contractus nullus esse existima-
tur, non solum ob prædicta, sed etiam, stante
enormissima læsione, & metu reuerentiali non
simplici, sed terribili, vt superius dictũ est, vel
saltẽ si nõ esset nullus ipso iure, deberet rescin-
di, iuxta tex. in l. 1. §. quæ onerandæ, vbi Bart. &
cæteri. ff. quarum rer. act. non dat. Barbat. cons.
60. vol. 1. & post alios Brunor. à Sole in suo com
pend. resolutor. in verb. renunciatio. lo 13. &
eò magis, si læsio esset enormissima, prout est in
casu nostro, vbi Iulius nihil habuit de pecunia
prædictæ Victoriæ, nec etiam de hæreditate
13 Gregorii patris, † eò magis enim tunc contra-
ctus iudicatur nullus ob metum reuerẽtialem,
iũcta dicta lęsione, vt post Ruin. Soc. iun. Crau.
& alios scripsit Rol. à Val. cõs. 100. n. 131. vol. 4.
plures alios cumulat Brunor. loco cit. in verbo
reuerentia patris. & vltra per eum cumulatos
iddem probauit Anna pater alleg. 174. & etiã
in alleg. 158. nu. 6. vbi Anna filius plures alios
14 recenset, & dicunt; † vt, data enormisima læ-
sione, sufficiat solus metus reuerẽtialis, quam-
uis in contractu nõ adfuerint minæ, & succes-
siuè meminisse debet pręfatus doctißimus Cõ-
siliarius, vt iudicet secundùm ea, quæ ipse scri-
psit, præcipuè dum tunc non pro clientulo, sed
pro veritate articuli Doctores prædictos cumu
lauit, & probauit.
15 Non omittimus dicere, quòd, dum pecunia
nõ est versa in vtilitatem prædicti Iulii, ipse ad
nihilum tenetur, nec iuramentũ potest contra-
ctum illum validare, vt scripsit Minad. cõs. 17.
post nu. 4. probant etiã Loffred. cons. 17. nu. 37.
Præs. de Franch. decis. 119. nu. 5. Gab. in tit. de
jure dot. concl. 1. nu. 8. & 10. Couarr. Dec. Soc.
Cephal. & alii, quos probat Simoncell. in tract.
de decret. nu. 1. tit. 8. nu. 131. vt habetur tom. 6.
tractat. par. 2. fol. 330. & successiuè quãdo adest
hæc exceptio, nõ potest procedi ad liquidatio-
nem, nec ad aliquam carcerationem, sed proce
16 dendum est via ordinaria; † clarum est enim
instrumentum non esse liquidum, quod exce-
ptionem aliquam patitur, vt omnes docent.
17 Quartò, & nouißimè cõfirmatur, quoniam,
dum Iulius erat minor, etiã si renunciatio fuis-
set valida, aduersus eam competeret ipsi Iulio
restitutio in integrũ, iuxta tex. in l. non omnia.
§. quod si minori. ff. de minorib. l. 1. & 2. C. si vt
omiss. hæredit. & post alios Sfort. Odd. in tract.
de rest. in integ. par. 2. q. 85. in princ. Io de Sel-
ua in tract. de benefic. 3. par. q. 32. nu. 8. & seqq.
Io. Brunell. in tract. de spons. & matr. concl. 18.
nu. 7. & Io. Coras. in tract. de benefic. c. 8. nu. 10.
18 Nec obstat, prænarratum Iuliũ ad præsens
esse annorum circiter 36. & consequenter, ela-
psum esse quadriennium, illi cõpetens ad petẽ-
dum dictam in integrũ restitutionẽ, iuxta ter-
minos tex. in l. fin. C. de temp. in integr. rest. &
c. 1. de in integ. rest. in 6. Respondetur enim id
locũ habere posse in actione, quãdo Iulius age-
ret, nõ autem quãdo sumus in exceptione; hæc
enim dicitur perpetua, & nũquam incipit, nisi
post conuentionem ad soluendum, iuxta tex. in
l. purè. §. fin. ff. de dol. mal. & met. except. & in
casu nostro nõ incipit, nisi à die, quo Iulius fuit
conuentus à dicta Victoria; tunc enim currere
19 cœpit quatriennium; † imò requireretur inter-
pellatio ad soluendũ, & vt saltem pro vna vice
soluisset debitum; tunc enim censeretur cõtra-
ctum

ctum ratificasse, vt scripsit Paris.cons.49.1.vol.
& post Bal. Soc.Dec.Crauer. Tiraq.Ruin.Me-
noch.& alios,Borgnin.decis.46.nu.86. 105. &
377.cum seqq.par.1. sed quando nulla præces-
serit interpellatio, nec inde fuit aliqua solutio
subsecuta, etiam si centum anni elapsi fuerint,
nõ censetur ratificasse contractum; & proinde
vti læsus in minori ætate, non obstante quouis
lapsu temporis, competit ipsi Iulio restitutio in
integrum,ita in terminis, vt aiunt, terminanti-
bus,scripsit Andr. Tiraq.more solito plures cu-
mulãs,de retract.lignag.§.35.nu.21. Menoch.
in tract. de recup.possess.remed.15. nu.115. &
post ipsos, & alios plures Simoncell.in d.tract.
de decre.lib.1.tit.9 nu.6.Cùm igitur hic cesset
consensus, imò potius præsumitur cõtradictio,
20 & repugnantia,† quia nemo præsumitur con-
sentire in sui detrimentũ, vtiq; ratificatio con-
tractus ex cursu temporis præsumi non potest,
nec temporis lapsus aliquid operatur in præiu-
dicium ipsius Iulii, vt scripsit Paris. consil.65.
nu.4.vol.5. post eum, & alios Borgn.d.dec.46.
nu.108. & 109 par.1.

Accedat ad confirmationẽ prædictorum, ex
quo ipse Iulius antequam fuisset citatus à Vi-
ctoria super tenore instrumẽti,ipsam præuenit
per modum præuentionis ad sibi cassandum
prænarratum instrumentum,& prius obtinuit
absolutionẽ à iuramento,vt in facto probatum
21 est; † quæ quidem absolutio, stãte metu reue-
rentiali, & enormissima læsione, iudicatur de
iure validissima, vt notant cõmuniter DD. per
illum tex.in Authen.sacramẽta puberum. C.si
aduers.vendit.& in c.cùm cõtingat.de iureiur.
Afflict decis.220. in 3. dub. & decis. 322. vbi
Addentes alios citant, & hoc est vulgatum,
22 † & stante prædicta absolutione,nec ad liqui-
dationem, nec ad carceratione procedi potest,
nõ obstante dicta renunciatione; sic in indiui-
duo probat Carau. in d.prag. Per Excellẽtem.
§.12. incip.vel fuerint emancipati.nu.70. in fi.
& in ritu 166. nu.79. in fi. quem post Cappell.
Tholos. probat Nuncius Tartagl.in sua pract.
ciuil.cap.1. num.30. in fi. qui dicunt, ita fuisse
semper practicatum, & decisum etiam in Sac.
Consil. prout etiam patere potest ex decisioni-
bus relatis num.8.

23 Insuper pro prædictorum omnium confir-
matione asseueratur, nõ posse procedi ad dictã
liquidationem,quia prædictus Iulius in instru
mento iam dicto se obligauit simul cum patre,
quo fit, vt dum ad dictũ debitum non erat obli
gatus,dicitur fideiussor ipsius patris, iuxta tex.
in l.2.ff.quod cum eo, qui in aliena potest.l.sed
Iulianus. ff. ad Maced. & dum per dictã prag.
Per Excellẽtem.cit.med.sub tit.de Senatuscõs.
24 Maced. † filiusfam.prohibetur contrahere,&
se obligare sine expresso consensu patris, dum
in casu nostro obligatio tendit in beneficium
patris, nulla est respectu Iulii ob defectũ con-
sensus paterni; nõ enim poterat pater dare con
sensum filio, dum contractus respiciebat com-
modum ipsius patris tãtùm, ita in propriis ter-
minis obligationis filiifamil.cum patre scripsit
Soc.sen.omnino vidẽdus d.cons.22. circa præ-
dictam,nu.15.cum seqq.vol.4.quem post alios
sectatur Vrsill. in addit. ad Affl.dec.308.n.22.
& hoc iddem probat Preſ.de Franch.decis.14.
nu.1.& 4. Qui,quæso,legatur;nam loquitur in
terminis: & hãc eandẽ opinionem in terminis
statuti sectati fuerunt Bald. cons. 289. & 290.
vol 3.Dec.cõs.279.nu.5. Iul.Clar.in §.donatio.
25 q 6.nu.7.vers.quæro etiam,qui subdunt,† ne-
cessariam esse in hoc casu iudicis authoritatem
ad integrandam personam filii, & ad supplen-
dum consensum,qui pro forma adhibetur;quę
forma non potest suppleri per patrem, dum
tractatur de eius commodo,vt dictum est.

26 Nec iuramentum, in illo contractu apposi-
tum, iuuat, quoniã dicta pragmatica fuit pro-
mulgata propter bonũ publicum,& consequen
ter, dum eius forma non seruatur ad vnguem,
contrahentes venire dicuntur cõtra superioris
ordinationẽ, quo casu iuramentum nõ validat
contractum, vt scripsit Bart. in l. si quis pro eo.
ff.de fideiussor. & post eum,Abb.Alciat.Corn.
& alios Couarr. in 2.par.relection. §.1.num.1.
27 Secundò,† quia,stante dicta enormissima læ-
sione,& re ipsa,prout supra deductum fuit,iu-
ramentum non potest talem contractũ valida-
re, vt scripsit Rom.cons.54. & plures alios cu-
mulat, & probat Vinc.de Frãch.dec.119.nu.6.
Ant.Gab.in tit.de iure dot.concl.1.nu.8.& 10.
cum aliis cumulatis supra num.15.

28 Eatenus prædicta vera sunt, vt talis contra-
ctus,etiam iuratus, sit nullius momenti, vt nec
etiam maiori ætate conualidari possit,dum nõ
habet solemnitatẽ dictæ pragmaticæ, prout in
similibus scripserunt Ruin. cons.170. num.29.
vol.1.Curt.iun.cons.118.nu.5. Natt.cons.262.
nu.10.Cęls.Vgo cons.108.nu.7. Rol.cõs.30.in
princ. & cõs.72.nu.52.vol.3. Cacher.dec.116.
Mandos.Borgnin.Gomet.Rimin. & alii, quos
probat Burs.cons.140.nu.16. & 17. vol.2.Cor-
29 naz.decis.40.& hoc maxima ratione; † nã ea-
dem facilitate, qua minor inducitur ad cõtra-
hendum, inducitur etiã ad renunciandum, &
iurandũ,vt post alios probat Simoncell.d.tit.8.
nu.135.cum aliis cumulatis supra nu.5.& cum
decisionibus nu.8.relatis:nam erant renuncia-
tiones factæ per contractus iuratos, & tamen
fuerunt declaratæ nullæ,& inualidæ.

Nec obstat, quatenus ex aduerso obiicitur,
absolutionem à iuramento non fuisse legitimè
impetratam, sub prætextu,Iulium ante prædi-
ctam absolutionem citare fecisse prænarratam
30 Victoriam: Respondetur enim,† citationem
prædictam non fuisse ad rescisionem contra-
ctus,sic enim procederet obiectio, & Iulius es-
set periurus;sed fuisse,vt actrix declararet Ban
cam,in qua expedire fecit citationem super te-
nore instrumenti,& successiuè,dum citatio est
ad alium finem, & non super rescissione con-
tractus,conuentus non incidit in periurium,vt
notabiliter post Ant.de But. & alios in propriis
terminis scripsit Io.Vincent. de Ann. alleg.83.

nu.

nu. 2.& seqq.& in singul. 362. Oblatio sola. vbi Anna filius alios cumulat.

Postremò non obstat, testes examinatos ex parte Iulii ad probandum metum paternum, & enormissimam læsionem, fuisse examinatos post citationem super tenore instrumenti, & consequenter non posse impedire illius liquidationem, Nam respondetur primam citationem fuisse circunductam, & effectum non ha-
31 buisse, vt patet ex actis, † & citatio circunducta nullius effectus est, nec arguit litis pendentiã, vt in propriis terminis probauit Affl. decis. 366. nu. 14. & in propriis terminis nostris iddẽ probauit Carau. omninò legẽdus ritu 121. vbi Inn. Abb. Felin. Bal. & alios plures cumulat; & quòd hoc sit verũ in facto nostro, patet; actrix enim de nouo fecit citare ipsum Iulium sub die 25. Maii eiusdem anni, & sic per decẽ dies
32 ante citationem, † fecit præuentionem formiter de soluendo debitum, & pœnam, seruata forma Regiæ prag. sub tit. de præuent. moderanda; qua præuentione facta, procedi nequit ad dictam liquidationem.

Ex omnibus prædictis concludimus, iudicandum esse per circunspectos Iudicantes, vt, suspensa liquidatione, procedatur via ordinaria, vt primo loco Magna Curia mandauit, & ita iuris esse censemus.

Iurium additiones in eadem causa, ad intellectum tex. in l. fin. C. si maior fact. alienat. rat. habuer.

FVndauimus in aliis allegationibus, benè iudicasse Magnam Curiam Vicariæ in beneficium Iulii Bianchi, non esse procedendum ad interrogationem super liquidatione instrumenti, sed via ordinaria esse agendum.

33 Nunc verò duo opponuntur contra præfatum Iulium. Primum est, quia, dùm in hoc facto lapsum sit tẽpus viginti annorũ à tempore, quo Iulius se obligauit, præsumitur omne vitium fuisse purgatum, vt scripsit Bal. cons. 184. Ad intelligentiam. nu. 3. vol. 2. Corn. cons. 36. nu. 22. vol. 2. Bero. cons. 43. Grat. cons. 47. in fi. vol. 1. Menoch. in tract. de recupe. poss. remed. 15. nu. 148. Paris. cons. 49. nu. 58. vol. 1. Borgn. in tract. de tut. & cur. nu. 146. in fi. Hieron. Gab. qui testatur de communi cons. 13. nu. 22. vol. 1. Et hanc opinionem dicit esse sequendã Octau. Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 9. nu. 25. & seqq. probant etiam Alex. Raudens. cõs. 10. nu. 126. vol. 1. Cephal. cons. 51. nu. 45. volum. 1. Sfort. Odd. in tract. de rest. in integ. q. 25. art. 8. nu. 27. Cùm igitur omne impedimentum, & vitium ex hoc temporis cursu sublata sint, non debet nũc discuti de viribus ratificationis prænarrati contractus, sed est, ac si ab initio legitimè fuisset initus, & nullum haberet iuris impedimentum.

34 Secundum, quod ipsi Iulio opponitur, est, quoniam tex. in d. l. fin. C. si maior fact. conualidat etiam contractum factum à minore, qui simul cum patre se obligauit, si intra legitimũ tempus quadriennii nõ contradixerit, sic scripserunt Ruin. cons. 179. nu. 29. volum. 1. Paris. cons. 100. num. 69. vol. 1. Natt. cons. 295. decis. Pedemont. 179. num. 13. Menoch. d. remed. 15. nu. 140. & in cons. 242. lib. 3. cons. 314. nu. 23. vol. 4. & cõs. 439. n. 47. & 48. vol. 5. Ant. Gamb. dec. 76. Rimin. iun. cons. 247. nu 62. & cõs. 248. vol. 3. & cõs. 439. vol. 4. & post alios hoc iddem affirmat in cons. 29. num. 19. & 20. vol. 1. eruditissimus Consil. de Anna, qui nobis prædicta dubia fecit, & consequenter, dùm non solùm quadriennium, sed sexdecim anni elapsi sint à tẽpore, quo Iulius maior factus fuerit, & plus; non potest nunc se iuuare beneficio dictę legis, & faciunt etiam ad confirmationem prędictorum tradita per Surd. decis. 245.

His tamen non obstantibus, adhuc asseueramus, & firmiter defendimus, per Sac. Consil. prouidendum esse in beneficium dicti Iulii.
35 Et primò, † quoniam dispositio tex. in d. l. fin. vt faciat prẹsumere ratificationem contractus, initi à filiofamil. minore cum patre, vel ab alio minore, duo tantùm defectus debẽt interuenire. Primus est, si nõ interuenit iusta causa alienandi, & secundus, si alienationi non affuerit decreti solemnitas, & has duas tantùm solemnitates supplet temporis cursus: sed, si aliæ solemnitates deficeret, quamuis longissimi temporis cursus interuenisset, ratificatio non præsumitur, & successiuè temporis lapsus nõ purgat omne vitium, vt præsupponit primum motiuum nobis factum, sic scripsit Corn. sibi contrarius cons. 207. nu. 7. volum. 3. quem probat Vrsill. ad Affl. decis. 249. nu. 10. quos primo loco tantùm allegauimus.

Vt igitur prænarrato doctissimo Consiliario de Anna satisfaciamus in cumulatione Doctorum; dixit enim, vt deberemus alios Doctores cumulare in hac materia, sic controuersa, addimus infrascriptos alios, qui eandem sententiam probant, videlicet.

1. Iacobum de Aren. in d. l. fin. vers. hoc principiũ.
2. Cyn. ibid. vers. item requirit, quod minor.
3. Salyc. ibid. nu. 4. vers. quæro quid si nõ tantùm.
4. Bald. sibi contrarium. cons. 45. Quandoque contractus. nu. 1. vol. 2.
5. Roderic. Suarez in tit. de las arras. l. 1. num. 67. circa finem.
6. Ant. Gabr. in recollect. commun. opin. in tit. de minorib. concl. 4. nu 5. & seqq.
7. Alciat. cons. 18. Pro dilucidatione. nu. 23. lib. 5. qui transit cum Comeo d. cons. 207. vol. 3.
8. Alberic. in d. l. fin. vers. item requirit. vbi transit cum opinione Iacobi de Aren.
9. Curt. iun. cons. 50. & 51.
10. Roland. à Vall. cons. 72. nu. 16. vol. 4.
11. Cornazan. decis. 99. nu. 34.
12. Hoc iddẽ videtur tenere gl. in d. l. fin. in verb. minorum. vers. porrò. cũ qua transeunt ibidem Bar. & Bal. nam illã referunt, & nõ impugnant.
13. Hoc iddem videtur sentire Cacher. dec. 179. nu. 13. & præcipuè stãte dolo, vt infra dicetur.

Ex

Ex dictis colligi potest, opinionem istã, iun-
cta glo. fulciri authoritate decem, & septẽ Do-
ctorum, connumeratis Bartholo, & Baldo; si
enim Baldus esset tollendus de medio, vti sibi
contrarius, etiam à prima opinione tolli debe-
ret, & iddem esset de Corneo, & succesiuè hęc
sententia maiori Doctorũ numero fulcitur etiã
in authoritate, iuxta tradita per Thes. dec. 162.
36 † si enim iudicandum esset secundùm Docto-
rum numerum, vt solent, vt plurimum Iudices
iudicare, sic in casu nostro iudicandũ est; sin au
tem vellemus authoritatem Scribentium pon-
derare, prout debent iudicantes inspicere, &
ponderare, vt tradit Thes. loco cit. sine dubio
DD. pro hac sententia relati maximæ sunt au-
thoritatis, & eò magis, dum ferè omnes in le-
cturis hanc veritatem cõfirmarunt, & Doctori
magis creditur in lectura, quàm in consilio, vt
sciunt omnes: non curaui alios enumerare Do-
ctores, quia in facto nostro nemo contrarium
tenet, vt infra dicetur.

37 Vnum tamen prius notandum est pro veri-
tate articuli ad interpretationẽ tex. in d. l. fin.
vt nõ procedat, nisi in casibus expressis nu. 35.
& in aliis, qui virtualiter in illis cõtinentur, di-
cunt etiam DD. nu. 33. cumulati pro primo mo
tiuo, vt dispositio illius tex. in quatuor tantùm
38 casibus locum sibi vendicet. † Primo, quando
alienatio facta fuisset à minore cũ tutoris, vel
curatoris cõsensu. Secundò è contra, si sciente
tutore, vel curatore, alienatio fieret præsente
ipso pupillo. Tertiò, si minor, curatorem non
habens, veniam ætati impetrasset. Quartò, &
vltimo, si minor, tutorem, vel curatorẽ habens,
sine ipsis veniã ætati impetrasset, & alienasset,
& consequenter, si minor, nec tutorem, nec cu-
ratorem habens, vltra casus prędictos bona sua
alienasset, vel se obligasset sine decreto iudicis,
nõ haberet locũ dispositio d. l. fin. & idcircò ex
temporis cursu non præsumeretur ratificatio,
vt ex pluribus probauit Menoch. cõs. 29. nu. 51.
vol. 1. post Corn. Ruin. Natt. Capyc. & alios, sic
scripsit Simoncell. d. tit. 9. nu. 10. 11. & idcircò
dum casus noster non sit aliquis ex quatuor re-
latis, etiam secundùm Doctores, qui contra nos
citantur, nullo modo præsumitur inducta ra-
tificatio huius contractus ex cursu temporis, &
successiuè prædicti Doctores non sunt nobis
aduersi, siue contrarii, sed diuersi, quia in facto
diuerso loquuntur.

Secundò, quia, vt fundauimus in aliis nostris
allegationibus, & præcipuè nu. 23. cum seqq. in
hoc casu erat necessarius cõsensus patris ad va
liditatem talis contractus, & cõsensus erat ne-
cessarius ad integrandam personam filii in
odium creditorum; qui quidem cõsensus dum
formiter adhibitus non fuerit, dicitur in con-
39 tractu interuenisse dolum, † & consequenter
ex cursu temporis nullo modo inducitur ratifi-
catio contractus, & cessat dispositio d. l. fin. vt
post Rom. Barbat. Ruin. Curt. & alios scripsit
Ant. Gab. d. cõcl. 4. nu. 10. probant et Simonc.
d. tit. 9. nu. 33. & Rol. cons. 60. nu. 43. vol. 4.

Tertiò, quoniam in facto nostro non solùm
adest defectus decreti non interpositi in dicto
contractu, sed etiã adest læsio enormissima, vt
in primis allegationibus fundatũ est, quo casu
40 succedit regula, † temporis cursum non tolle-
re enormissimam lęsionem, sed cursu temporis
non obstante, competere ipsi Iulio remedium
rescissorium aduersus talem cõtractũ, vt apertè
colligitur ex tex. in l. 1. C. si maior fact. alie. fact.
sin. decret. rat. hab. vbi Bart. Bal. Salycet. & alii,
& post ipsos Beroum, Gomet. Menoch. & alios
Simoncell. d. tit. 9. nu. 44. Borgn. in tract. de tut.
41 & cur. nu. 141. ea ratione, † quia hoc remediũ
etiam maiori competit, & non tollitur, nisi per
spatium triginta annorum, vt legi potest penes
eosdem Authores; quorum opinio, etiã si esset
vera, extra casus desuper relatos, quod nunc di
sputare omittimus, non procedit in facto no-
stro, ex quo non adest hic temporis cursus.

42 Quartò, ad confirmationem prædictorum,
additur; quia, stante prædicta læsione sic enor-
missima, non solùm in dicto contractu dicitur
interuenisse dolus re ipsa, vt docuit Rom. cõs.
54. vers. contrarium puto verius: sed etiã dolus
ex proposito, iuxta tex. in l. si quis cùm aliter.
vbi cõmuniter DD. ff. de verb. oblig. post alios
Thesau. dec. 165. nu. 6. in fi. Imò dicitur ipsi cõ-
tractui adesse dolus annexus, vt ex pluribus fir
mauit Præs. de Franch. vt cæteros omittamus,
43 decis. 119. nu. 5. & 6. Quo fit, † vt etiam si ra-
tificatio contractus expressè facta fuisset per
alium contractum, nec expressè esset remissus
dolus, adhuc non censetur ratificatus primus
contractus, sic notabiliter scripsit glos. in l. 1. in
verb. dolo. C. si maior fact. lib. 2. Rom. Curt. &
Ruin. quos probat Gab. d. concl. 4. nu. 8. & pro-
bant alii, quos recenset, & sectatur Cacheran.
44 dec. 57. nu. 32. † Igitur moltò minus præsumi
potest ratificatio cõtractus ex solo tẽporis cur-
su, vt rectè post alios infert Gab. vbi supra, sic ẽt
Simonc. d. tit. 9. nu. 3. & magis cumulatè nu. 31.
& vltra prædictos, hoc iddem probat Ann. pa-
ter singul. 525. vbi eius filius, Menochium, &
alios addit.

45 Vltimò, quando prædicta omnia non proce-
derent, prout iam verissima sunt, dicitur, tem-
pus ratificationis talis contractus incipere de-
currere à die scientiæ tantùm, & non prius, ita
more solito probat And. Tiraq. de retract. con-
sang. §. 35. glos. 2. nu. 43. Menoch. d. remed. 15.
Simõcell. d. tit. 9. nu. 6. & seqq. cum aliis cumu-
46 latis in primis allegationibus, num. 19. † Quæ
quidem scientia vt sit præiudicialis, non debet
esse in genere, sed in specie, vt Iulius sciret con
tractum cum omnibus eius qualitatibus; nam
aliter diceretur dubius de iure suo, & ex cursu
temporis solo nõ præsumeretur ratificasse con-
tractum, vt scripsit glo. notab. in c. concertatio-
ni. in verbo sciuit, de appell. in 6. Spec. in tit. de
appell. §. qualiter, vers. cautius etiam fit. plures
alios enumerat. & probat Natt. cons. 62. nu. 32.
& seqq. & cons. 456. nu. 18. Simoncell. d. tit. 9.
num. 39.

Ex

Ex his omnibus cerni potest, neminē ex Doctoribus in facto nostro tenere cōtra nos; Iulius enim nihil habuit de pecunia prædicta, nec ẽt de bonis paternis, & ideò fuit læsus enormissimè, & in dicto contractu dicitur interuenisse dolus re ipsa, & ex proposito, & consequenter ex cursu temporis, nūquam censetur introducta ratificatio dicti cōtractus, nec illi obest dispositio d. l. fin. C. si maior fact. & idcircò Sac. Cons. debet omni iure prouidere, vt, suspensa interrogatione, procedendum sit via ordinaria, & ita prouidendum fore speramus.

47 Hęc causa primo loco fuit decisa per Magnā Curiam in beneficium Iulii, nō esse procedendum ad liquidationem, sed agendum esse via ordinaria. Actrix appellauit ad Sacrū Cons. & dum causa referebatur in aula, vbi residebat Consil. de Anna, qui contra filiumfam. scripsit, vt notaui nu. 34. fuit per Sac. Cons. iudicatum, esse procedendum via ritus, à qua sententia reclamauit Iulius, & obtinuit à Præs. de Franch. iterum verbum fieri, & in causa hac reclamationis ego interueni cum Paulo Staibano meo Magistro, & dum diu, multumq; causa fuisset agitata; tandem in anno 1600. fuit decisum secundū has allegationes agendū esse via ordinaria. Processus videri potest in Banca Seraphini. Et quoniam iura ipsius Iulii manifesta, & clara erant, actrix nō institetit amplius, nec etiā via ordinaria; quę omnia adnotare volui, vt sciatur finis prædicti Consilii, sic enim vocari potest, cum nihil habui à dicto Iulio, sed scripsi ad requisitionem mei Magistri, pro scienda veritate, vt facere solent iuuenes.

CONSILIVM QVINTVM, DE QVO FACTA est mentio in Comment. par. 2. tit. de bonis, q. 23. num. 2. & non indiget argumento, nam compendium habetur num. 1.

SVMMARIVM.



Pupillaris substitutio expirat, adueniente pubertate. nu. 2.

Substitutus debet probare, pupillum fuisse mortuū in pupillari ætate, aliàs non obtinet. nu. 3.

Mater non potest facere filijs pupillarem substitutionem, & si illam faceret, valeret iure fideicommissi. nu. 4. Expirat tamen pubertate. nu. 10.

Fideicommissaria substitutio non inducitur, nisi fiat per verba expressa, vel per necessariam consequentiam, vel coniecturas necessarias resultet. nu. 5. Dicitur vniuersalis, si fieret instituto post aditam hæreditatem, et ratio traditur. num. 7.

Fideicōmissaria hæreditatis petitio quando detur contra tertium possessorem, traditur. nu. 6.

Substitutio est strictè interpretanda, & probari debet ab illo, qui eam allegat, & semper dici potest, substitutio hic non loquitur. nu. 8. Debet verificari in omnibus conditionibus eidem adiectis. nu. 9. Facta ad certum tempus, non extenditur ad aliud. nu. 13.

Pupillaris substitutio, facta per patrem filio emancipato, valet iure obliquo intra tempus pubertatis tantùm. nu. 11.

Pupillari substitutione extincta, etiam fideicommissum, relictum per patrem ab hæredibus impuberis, extinguitur, & ratione probatur. nu. 12.

Substitutio pupillaris expirat, si pupillus susciperet filios intra tempus pubertatis. num. 14.

Minor quatuordecim annis potest suscipere filios, sub nu. 14.

Lex nihil abhorret de his, quæ à natura gignuntur. nu. 15.

Emancipatus non transmittit hæreditatem non agnitam, & eò minus penitus extraneus. nu. 16.

Substitutio licèt de se non sit transmissibilis ad hæredes, vnita tamen cum iure accrescendi transmittitur. nu. 17.

Habitantes Neapoli per ordinariam habitationem, ligantur dispositione consuetudinum Neapolitanarum quoad bona sita in districtu, & etiam extra districtum, si sint dotalia. nu. 18. & 19.

Forenses possunt se obligare consuetudinibus Ciuitatis, vt quilibet non subditus potest se obligare legi alterius loci. nu. 20. Contrahentes in aliquo loco, tenentur obseruare solemnitates requisitas per statutum illius loci. nu. 21.

Doctores iuuenes maximam dicūtur habere mercedem, si gratis laborēt in praxi cum Aduocatis primarijs, & merces recensetur. nu. 22.

CONSILIVM V.



Vpponitur in facto, Catharinam Barbam fecisse sibi heredem vniuersalē Ioannem Frācifcum eius filiū; cui, si in pupillari ętate decesserit, & sine filiis, substituit Ioannē Vincentium, & Io. Andræam Barbam ipsius testatricis fratres.

Euenit casus, Io. Franciscum de anno 1570. sine filiis mortuum esse, nō tamen in pupillari ętate, cui tamen successit Maria Barba eius soror, quæ de anno 1575. nuptui se tradidit, & quamuis esset extera, & bona eius dotalia sita essent extra districtum Neapolis, tamen voluit se submittere consuetudinibus huius Ciuitatis tam pro testitutione, quàm pro dispositione dictæ eius dotis, vt ex capitulis matrimonialibus cerni potest.

1 Nunc de quatuor principaliter quæritur, Primò, si prædicto Ioan. Francisco dicta Maria eius soror, vel substituti succedere debeant. Secundò, si succederent substituti, quia Ioan. Vincentius hoc ius substitutionis cōditionalis non agnouit, an illud transmiserit ad eius hæredes extraneos, vel debeat accrescere dicto Ioanni Andręę eius fratri, & consubstituto? Tertiò, quia nec dictus Ioannes Andreas ius hoc agnouit, an illud transmiserit iure suitatis ad Antoniam Barbam eius filiam? Et quartò, an dicta Maria potuerit se submittere huius Ciuitatis consuetudinibus, cū ipsa sit extera, & bona sita sint extra districtum huius Ciuitatis.

2 Ad primum respondetur, si prædicta substitutio fuisset pupillaris, tunc nulli dubium erit, locum nō habere, quoniam per pubertatē fuit extincta. vulg. tex. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pupill. subst. cum aliis cumulatis per Pereg. in tract. de fideicom. art. 9. nu. 28. & hoc eatenus est verum,† q̄ substituturus habet onus probandi, institutū mortuum esse in pupillari ętate, vt ex magis vera, & recepta sententia probat Peregrin. loco cit. art. 43. num. 45. & 46. vt alios omittam, nam omnes hoc docent, nec facit ad casum nostrum, siquidem substitutio hæc non

3

4 potest esse pupillaris; † cùm enim mater non habeat filios in potestate, nō potest illis facere pupillarē substitutionem. l. 2. in 2. respon. ff. de vulg. & pupill. glos. in l. si mater. in verb. in pupillaribus. C. eod. & hoc omnes sciunt, etiam Institutistæ, & consequenter talis substitutio valet iure obliquo, nempe per fideicōmissum, vt notant omnes in d. l. si mater. & post alios probat Mant. lib. 7. de coniect. vltim. voluntat. tit. 3. n. 3. in fi. & nouissimè Lud. Morot. cōs. 56.

5 † licet enim in dubio nō inducatur substitutio fideicōmissaria, nisi, quādo aut verba expressa sic sonent, vel ex aliqua verborū significatione propria, vel impropria induceretur, vel nisi aliqua necessaria coniectura illam importaret, vt post Castr. & Ias. in l. potest. ff. de vulg. & pup. substit. Rip. Zanc. Menoch. & alios scripsit Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 11. toto, & art. 13. nu. 4. In hoc casu necessaria est coniectura ad inducendam talem substitutionem, cùm non possit alio modo valere.

Cùm igitur substitutio sit fideicōmissaria, quæ durat etiā post pubertatē, an substituti ex hoc capite possent obtinere ad exclusionē sororis dicti Io. Frācisci, quæ illi ab intestato successit: supponitur enim hic non esse tractandā

6 quæstionem,† si contra dictam Mariam tertiā possedit ricem bonorum, fideicommisso subiectorum, detur fideicōmissaria hereditatis petitio, sine dubio daretur; nō enim possidet titulo emptionis, vel alio titulo oneroso; quo casu stante bona fide, vt quia nępe ignoraret possessor, bona illa esse subiecta fideicōmisso; tunc enim non daretur talis actio ad rem alienatam auocandam, sed solùm ad pretium, vt notant omnes in l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. & post alios not. Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 45. nu. 24. & seqq. Sed solùm agitur de validitate dictę substitutionis, vigeat hodie, necne; si enim vigeret, esset de omnibus bonis; siquidē, † quoties

7 aliquis est institutus, & illi post aditā hæreditatem purè, vel sub conditione facta esset substitutio, tunc fideicommissaria est vniuersalis de omnibus bonis, & ratio est, quoniam post aditā hæreditatem non potest directè substitui, ideò substitutio vertitur in fideicommissariam, & subrogatur in locum substitutionis, quæ, quia vniuersalis erat, ita etiam & substitutio erit, vt post Parif. cons. 43. nu. 43. vol. 3. & alios plures scripsit Peregr. loco cit. art. 2. nu. 6. & art. 5. nu. 6. & 48. Et de hoc vltimo non posset subsistentet dubitari, ideò de sola substitutione agendum est.

Dico igitur, substitutionem prædictam esse extinctam tam ex legis dispositione, quàm etiā ex voluntate ipsius testatricis. Ex legis dispositione probatur Primò. Ius enim mādat, & pręcipit,† substitutionem semper esse restringendam, & eam allegāti incumbere onus probandi, habere locū in illo casu, & semper illi obiici posse, vt substitutio nō loquatur in hoc casu, ita scripsit Soc. cons. 91. col. 3. cons. 63. col. 8. & cōs. 16. col. 5. vol. 3. Crau. cons. 161. nu. 16. Ann. in cons. 28. nu. 7. & 8. & cons. 53. num. 71. & seqq. vol. 1. Mantic. d. lib. 7. tit. 5. nu. 11. & faciūt dicta per Presid. de Franch. decis. 150. † substitutio enim verificari debet in omnibus casibus, quos comprehendit: ideoq; si dictaret, si sine filiis, & ab intestato decesserit, vtrunque simul verificari debet. l. generaliter. C. de inst. & subst. cum aliis cumulatis per Vinc. de Franch. d. decis. 150. & successiuè, dum hæc substitutio dictet, si in pupillari ætate, & sine filiis decesserit, & defecerit primū, cùm institutus mortuus fuerit post pubertatem, substitutio euanuit.

8

9

10 Secundò probatur, quoniā substitutio matris non obliquatur in perpetuum, sed per illud tempus pubertatis, hęc enim obliquatio à lege, siue

siue à Doctoribus ex legis interpretatione fuit introducta ad hoc, vt dum mater non habet filios in potestate, & eis non possit pupillariter substituere saltem valeat iure obliquo, per illud tamē tempus, quo valeret pupillaris, in cuius locum subrogata est fideicommissaria, ex regula subrogati, vt sapiat naturam eius, in cuius locum facta est subrogatio, quæ non potest esse aliter in casu nostro, nisi ratione temporis, vt eodem tempore finiatur.

11 Confirmatur, si enim pater faceret substitutionem pupillarem directam eius filio emancipato, talis substitutio traheretur ad obliquā, cùm valere nequeat iure directo, vt testatur Bart. de Hucio in tract. de substitution. in tit. de substit. obliq. sub nu. 12. vers. aut ab initio. & in tit. de pupillari, nu 7. ex tex. in l. ex facto, in princ. ff. ad Trebell. & sine dubio obliquatur intra tempus pubertatis, non autem vltra, quia
12 illius naturam sapit, & hinc est, † quòd sicut pupillaris expirat pubertate, ita etiam expirat fideicommissum relictum per patrem à legitimis hæredibus ipsius impuberis. l. 1. §. fin. ff. de vulg. & pupill. substit. ex quo per aduenientem pubertatem illa bona sunt effecta ipsius puberis, & proinde non ex iudicio testatoris, sed ex iudicio ipsius puberis, eius hæredes habēt successionem. l. sed si fic. §. 1. ff. de leg. 3. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. substit. & probant Bart. Castrens. Alex. Paris. Cephal. & alii, quos sectatur Pereg. d. tract. de fideicom. art. 8. nu. 28. Iddem erit igitur in casu nostro; eò magis, cùm substitutio matris magis restringi debet, quàm substitutio patris.

Ex volūtate testatricis extinctam esse substitutionem, etiam patet; siquidem duo copulatiuè voluit in substitutione, videlicet, si in pupillari ętate substitutus decesserit, & si sine liberis
13 defunctus esset. clarè ergo colligitur, † factam esse substitutionem ad certum tempus, nempe ad tempus pubertatis, ergo vltra non extendi- tur ex regula tex. in l. si ita quis. ff. de vulgar. & pupill. substit. vbi Bart. & alij, Socin. Ias. Ruin. Menoch. Bero. & alii, quos probat Peregrin. loco citato, art. 15. num. 8. & proinde testatrix cum dispositione iuris censetur se conformasse, vt pubertate adueniente, euanesceret substitutio.

Nec obstat, si dicatur, matrem etiam ad pubertatis tempus habuisse respectum, dum voluit substitutos succedere, si institutus sine filiis decesserit, & sic respectum habuit ad filios, qui post pubertatem suscipi solent; siquidem dupliciter respondetur. Et primò contrarium præsumi tam ex voluntate testatricis, vt numero præcedenti dictum est, quàm etiam ex dispositione iuris, vt num. 8. cum seqq. probatum
14 fuit. Secundò, quia euenire potuit, † vt etiam intra tempus pubertatis dictus Ioannes Franciscus susciperet filios; solet enim malitia supplere ętatem. cap. de illis. de desponsat. impub. Quo casu pupillaris substitutio euanesceret, etiam intra pubertatem, vt post Bart. probauit Bald. de Vbald. in tractatu de substitution. in tit. de pupill. num. 40. vt legitur tom. 8. tractat. parte 1. fol. 206. probauit etiam Paul. Leon. etiam in tractatu de substitu. in tit. de pupill. num. 300. & 301. d. par. 1. fol. 292. ex tex. in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupillar. & subdit etiam
15 rationem ipse Leonius; † quoniam lex nihil abhorret ex his, quæ à natura gignuntur. l. si maior. C. de legitim. hæredib. & consequenter obiectio non militat.

Ex huius articuli resolutione cernitur, non esse necessariam secundi, & tertii articuli discussionem, dum enim substitutio extincta fit, sine dubio Maria, soror dicti Ioannis Francisci, ab intestato illi successit, eò magis, cùm nemo ex substitutis agnouisset ius talis substi-
16 tutionis; † si enim emancipatus non transmittit hæreditatem non aditam, vt ex veriori sententia alibi fundatum est; eò magis penitus extraneus non potest illam transmittere, vt ex multis probauit Surd. decis. 96. num. 12. & 13. quæ nunc non disputo; non enim necessaria sunt, vt dictum est.
17 Nec etiam tractari potest de iure accrescendi, cùm nemo ex substitutis hoc cognouerit; licèt enim substitutio de se non sit transmissibilis, tamen si esset vnita cum iure accrescendi, transmitteretur ad hæredes, l. qui patri. vbi Bart. & alii ff. de acquirenda hæredit. post alios Simon de Petr. libro 3. de interpret. vltim. volunt. interpretatione 1. dubitatione 10. solut. 4. num. 28. faciunt etiam tradita per Peregr. in tract. de fideicomm. art. 9. & etiam tex. in l. testamenta. vbi Ias. & alii, C. de impuber. & aliis substit. sed, vt dixi, hæc discussio non est hic necessaria.

Restat igitur, vt quartum articulum examinemus, pro quo sit responsio affirmatiua, nempe prædictam Mariam potuisse se submittere consuetudinibus huius Ciuitatis Primò, quia ipsa habitabat Neapoli tunc temporis,
18 † & habitantes ligantur dispositione consuetudinum huius Ciuitatis, pro bonis tamen sitis intra districtum huius Ciuitatis, & hoc est clarum, & tradidit Neapod. in pluribus locis, prout etiam dixi in Comment. dictarum consuetudinum, par. 2. in tit. de person. quæst. 1. & etiam in tit. de bonis, quæst. 1. Quod eò magis procedit in casu nostro, in quo agimus de do-
19 te, & de bonis dotalibus, † quæ etiā si sita sint extra districtum, subiacerent dispositioni istarum consuetudinum, vt docet Neapod. in consuet. pupillus, nu. 8. cum alijs relatis per Præsid. de Franch. decis. 472. nu. 6. & seqq. vbi sic pluries dicit decisum in eodem Sac. Cons. & dixi etiam in d. tit. de bon. quæst. 3. tota.
20 Secundò, quia, etiam si dicta Maria in hac Ciuitate non habitasset, poterat se submittere consuetudinibus huius Ciuitatis, quoniam nō subditus alicui legi, etiā si esset superior, posset se obligare secūdum illam legem, & illi se submittere. l. digna vox. vbi omnes. C. de legib. & post Bald. Castr. Io. And. Rol. & alios probauit

Surd.decis.13.nu.4. & faciunt etiam illa, quæ dixi in dictis Comment. par.1.c.4. sub nu.21.
21 vbi de hoc consilio fuit etiã facta mentio;† Et quando forenses contrahunt in aliquo loco, tenentur obseruare solẽnitates requisitas per statuta illius loci; vt scripsit Bart. in l.cũctos populos.col.6. C.de sum. Trinit. & Fide Cathol. post ipsum, Alex, Anchar. Soc. & alios Surd.d.decis. 13.nu.6. Quæ disputatio hic cessat, dũ expressè Maria voluit cõtrahere secundùm dispositionem nostrarum consuetudinum, & consequenter, dum aliter disposuit, quàm sit illi permissũ per dictas consuetudines, non valuit dispositio.

Hęc causa fuit collegiata inter quosdam primarios Doctores huius Ciuitatis, inter quos interuenit meus Magister, cuius iussu hęc scripsi, prout solent facere Doctores iuuenes, & tyrones, dum praxim discunt cum eorũ Magistris,
22 † quorum iuuenum est maior merces, dũ scribunt sine pecunia ad requisitionem Magistrorum, ex quo nõ solùm veritatem illius articuli discunt, sed etiam totam illam materiam perquirunt, quàm si, mediante pecunia, scriberent ad aliorum requisitionem; etiam quia non est minima merces, dum Magistrorum doctrinã, & orandi modum, & scribendi formam percipiunt; & si boni sint discipuli, multoties causas hæreditantur ob promotionem Magistrorum ad aliquam Senatoriam dignitatem, vel per illorum mortem, vel dum voluntariè se abstinent à negociis, vt praxis quotidiana docet. Discant ergo, & laborent hilariter.

AN TVTOR, DATVS FILIIS, CENSEATVR datus posthumo? An infans transmittat hæreditatem non aditam ad substitutum, vel ad matrem? Si tutor sine facto infantis possit adire hæreditatem. Locutio de posthumis an verificetur in vno? Mater an excludatur ex tacita pupillari comprehensa in compendiosa substitutione? Consilium sextum, de quo mentionem feci in Comment. par.4. quæst.59. num. 2. & alibi.

SVMMARIVM.



Tutor datus filijs, etiam posthumo datus censetur. nu.1.

Posthumus habetur pro nato, quãdo tractatur de eius commodo. nu.2. Cẽsetur institutus per fideicommissum. nu.6. Verè, & realiter est suus hæres. nu.8.

Filiatio comprehendit natos, & nascituros. nu.3.

Decedens cum posthumo, etiam in vtero existente, dicitur decedere cum liberis. nu.4. Procedere ostenditur esse verum etiamsi testator dixerit, si nullus filius mihi erit, cùm moriar. nu.5.

In tutela tractatur de regimine personæ pupillorum. nu.7.

In suis hæredibus non datur aditio hæreditatis, sed dominij continuatio, etiam sine facto tutoris, & curatoris. nu.9.

Pupillus, & infans ex potentia suitatis transmittunt hæreditatem etiam non aditam tam ad substitutum, quàm ad alios hæredes extraneos, & sic decisum refertur num.10.

Succedens iure transmissionis potest repudiare hæreditatem, et succedere ex vulgari substitutione, exclusa matre. n.11. Procedere ostenditur tam in hæreditate ascendentium, quàm etiam in transuersalibus, tam si ex verbis testamenti, quàm si ex alijs coniecturis constaret. nu.12. & 13.

Voluntas testatoris declaratur etiam ex actu nullo, & ante testamentum facto. nu.14. Declaratur etiam ex dictis per eundem testatorem ante testamentum, & in actu testamenti. nu.15. Sic etiam ex vsu, & consuetudine, quam habebat testator, dum viuebat. nu.16. Sic etiam ex testibus, qui fuerunt præsentes in actu testamenti, quamuis notarius per errorem contrarium scripserit. nu.17.

Minor

Minor ius petendi restitutionem in integrũ aduersus omissam hæreditatis aditionem, per tutorem non factam, transmittit ad hæredes. num. 18. Procedere ostenditur, transmissionem fieri etiam ad maiorem, infra tamen quadrienniũ à die mortis ipsius minoris. nu. 19. Locũ habere dicitur etiam si tutor esset soluendo, nu. 20.

Voluntas expressa est maioris potentiæ, & efficaciæ, quàm tacita. nu. 21.

Testator loquens in plurali de filijs, vel de posthumis, etiam in singulari sibi prouidisse censetur, quicquid Oldr, & alij dixerint. nu. 22. & 26. & ratione probatur. nu 24.

In plurali inest singulare, & minus. n. 23.

Regulæ, in dubio, standum est, & alleganti exceptionem, incumbit probationis onus. nu. 25.

Testator censetur sibi prouidere etiam in eo casu, de quo sibi prouidisset, si fuisset interrogatus. nu. 27.

Decisiones in terminis valdè conferunt ad quæstiones terminandas, nu. 28.

Tutor præsumitur adire hæreditatem delatam infanti, etiam sine facto illius, et ex sola administratione ipsius tutoris. nu 29. Locum habere præcipuè ostenditur, probata infantia. num. 33. Habet etiam locum, data ignorantia infantis, ad aditionem. nu. 35.

Faciens actum, qui fieri nequit citra ius, & nomen hæredis, dicitur adire hæreditatem nu. 30.

Pater est legitimus administrator bonorum filij, sic tutor bonorum pupilli. nu. 31. Retinendo dotem nomine filij infantis, dicitur adire hæreditatem matris. nu. 32.

Infans quicquid vidit ignorat, & non potest dare consensum aditioni hæreditatis. nu. 34.

Testator, cùm dicit, volo, vt vxor mea nec vnũ obulum habeat de bonis meis, excludit matrem pupilli ex tacita pupillari. nu. 36.

Substitutio tacita pupillaris comprehensa in substitutione compendiosa, ex receptiori, & veriori sententia excludit matrẽ etiam à legitima. nu. 37. Eò magis locum habere ostenditur stante enixa testatoris voluntate, priuandi matrem pupilli bonis ipsius. nu. 38.

Tacita pupillaris vt locum non habet contra matrem, defendit Bart. & eum eo circa triginta Doctores, vt recensetur. nu. 39. Contrarium tamen ex veriori, & receptiori sententia, maiori Doctorum cumulo roborata ostendit Author, num. 38. & præcipuè stante voluntate testatoris, volentis excludere matrem ab omnibus bonis. nu. 39. & 40.

CONSILIVM VI.



1 NOn obstantibus his, quæ ex
aduerso prætenduntur, concurro cum opinione peritissimi Consulentis, prænarratum tutorẽ datum filiis, etiã posthumo datum esse intelligi, ex tex. quem ipse allegat in l. si quis filiabus. ff. de testamentar. tutel. cui addo tex. magis singularem, & clarum in §. fin. incip. Si quis filiabus. vbi latius gl. in verbo qui filiis inst. qui testam. tutor. da. poss. vbi Addentes lit. A, & lit. C, vbi etiam Aret. nu. 4. Portius in princ. & nu. 6. probant etiam Bart, & Imo. in l. qui filiabus. ff. de legat. 1, Ang. de Gambelionibus in tract. de testam. glos. 7. nu. 4. inserto tom. 8. tractat. par. 1. fol. 161. Maran. in suis singularib. in verb. tutor. & hoc duplici ratione,
2 † tum quia in hoc facto tractatur de commodo posthumi, & ea de causa habetur pro nato. l. qui in vtero. la prima. ff de sta. hom. tum etiã,
3 quia totum hoc fit ratione filiationis; † quæ quidem filiatio tam natos, quam nascituros comprehendit, vt testatur Port. d. nu, 6. vt alios sileamus in negocio claro, & Institutistis etiã noto.

Nec obstant illa verba apposita in testamento à prædicto testatore, ibi [Che se à tempo di sua morte lasciasse figli mascoli, ò femine, &c. gli lascia tutori, &c.] quoniam illa verba non inducunt cõditionem, vt firmetur, quòd tutor censeatur datus sub cõditione, etiam quia verba illa apparẽt verificata, seu adimpleta, dum
4 reliquit posthumum; † qui enim decessit, relicto posthumo, etiam in vtero, dicitur decedere cum liberis, l. si quis prægnantem. ff. de reg. iur. l. iubemus. §. fin autem. C. ad Treb. & vtrobiq; omnes. & latè ꝓbat Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantum, nu. 55. ff. de lib & posth. & hoc eatenus est verum, quòd, etiã si testator protulisset
5 hæc verba, † si nullus filius erit mihi, cùm moriar, adhuc deficeret cõditio, relicto posthumo etiam in vtero existente, l Necatus. ff. de manumiss. testam. Quod eò magis procedit, quando agitur de commodo posthumi, vt superius
6 dictum est; & hac de causa † posthumus cẽsetur per fideicõmissum institutus, & facit deficere fideicõmissum, vt post alios probat Mant. lib. 11. de coniect. vltim. volunt. tit. 2. nu. 16. & tit. 6. nu. 9. Si igitur prædicta procedunt, dum agitur de successione, eò magis procedent in
7 tutela, † in qua agitur de regimine personæ filio-

filiorum, quæ rebus omnibus præferenda est,
etiã ex testatoris volũtate, l.si adulterium.§.li-
berto.ff.de adulte.cũ aliis cumulatis per Cagn.
in l.si in duabus,nu.3.ff.de reg.iur. Feli.& alii,
quos probat Surd. qui in propriis terminis, si
tutor censeatur datus sub conditione, hoc ar-
gumento vtitur, decis.207.nu.13.

8 Insuper nec obstat, prædictum posthumum
decessisse ante aditam hæreditatem; siquidem
assumptũ hoc est etiã inane; posthumus enim
verè, realiter, & secundùm veritatem est suus
hæres,§.ita demũ,vers.posthumi quoque, Inst.
de hęred.quę ab intest.deferun.cũ aliis conge-
stis per Io.Marc.Aquil.in l.Gallus.§.& quid si
9 tantum,in princ.nu.9.ff.de lib.& posth.† Et in
suis nõ consideratur aditio, sed datur dominii
cõtinuatio,& efficiuntur hęredes ipso iure.l.in
suis.ff.de liber.& posthum.quę dominii conti-
nuatio est effectus suitatis etiam sine facto tu-
toris,& curatoris Tex.est singularis in §.sui au
tem, vbi Aret.inst.de hæred. quæ ab intest.de-
ferun.Port.§.1.nu.5.eo.tit.Aquil.d.nu.9.& 21.
cum aliis cumulatis per Surd.dec.96.tota,& in
specie nu.14. est etiam tex.in l.2.in l.si infanti.
& l.si fratris, C.de iure delib. Soc.iun.cõs.119.
10 nu.14.vol.1. † Adeò, vt infans,& pupillus etiã
hęreditatem nõ aditam,transmittat ad substi-
tutos, & ad quoslibet hæredes, etiã extraneos,
l.apud hostes, C. de suis, & legit. d.l.si infanti.
vbi Bart.nu.10. dicit se pluries ita consuluisse,
& obtinuisse; habetur etiã in l.vẽtre, vbi idem
Bart.nu.3.& 12. Alciat.nu.23.ff.de acq.hæred.
Dec.cons.250. vbi etiam respondet contrariis,
& cons.351.nu.6.latissimè Suarez lib.1.recept.
sent.in verb.trãsmissio,post Ruin.& alios Soc.
iun.d.nu.14.& seqq.quia transmissio fit ex po-
tẽtia suitatis,vt notat Dec.in locis citatis,& est
tex.in l.senium, C.qui testam.face.poss.& locũ
habet etiam si esset furiosus, vt scripsit Rom.
cons.58.in 3.dub. Fulg.cons.64.cons.74.& cõs.
83. Corn.Ruin.& alii, quos probat Mant. loco
cit.lib.5.& tit.5.nu.14. Simõ de Pet. de interp.
vltim.volunt.lib.3.interpret.1.dubit.5.solu.4.
nu.6. qui testatur de cõmuni id, quod ampliat
in fortioribus casibus Vasq.lib.3.de successiõn.
creat.§.21.nu.266.latissimè Aquil.in d.§.quid
si tantum, nu. 226. & probat etiam nouissimè
Surd.decis.138.nu.9.referens ita iudicatum in
illo Senatu,qui ẽt respõdet aliquibus cõtrariis.

11 Quinimò iste Ioseph substitutus, qui venit
iure transmissionis,posset repudiare hęredita-
tem,sicut potuisset posthumus transmittere,&
posset succedere etiã ex vulgari substitutione
pro eo facta ad excludendam matrem,vt nota-
biliter consuluit Paũ.de Cast.cons.344. substi-
tutio ista,nu.11.vol.2.Ruin.cons.94.nu.9. am-
plians hoc idem habere locũ in fideicommis-
saria,vt etiã testatur cons.145.nu.6.& cõs.178.
volum.2.& probauit etiã Alex.cons.28.nu.8.&
12 cons.143.nu.7.vol.1.† Quod nõ solum proce-
dit in descendentibus, sed etiã in transuersali-
bus ipsius testatoris,vt notabiliter voluit Paris.
cõs.25.nu.8.& 9.cons.76.col.fin.cõs.77.nu.25.
13 & cons.91.nu.44. & seqq. vol.2.† Et etiã pro-
cederet, quando ex coniecturis, habitis ex di-
ctis,& verbis testatoris tam ante,quàm post te-
stamẽtum, teste Beroo cons.104.nu.18. qui sic
testatur iudicatum cons.110.num.35.vol.2. &
hanc esse veriorem,& receptam sententiã post
Cephal.Ant.Gab.Bursat.Odd. & alios, probat
Sim.de Petr.d.sol.4.nu.34.circa med. in verbo
adeò quod veniens iure transmissionis.

14 Si igitur supradicta procedunt in dubio, &
ex tacita voluntate testatoris, quæ etiã ex actu
nullo, & ante testamẽtum facto,declaratur, vt
ex multis firmauit Surd.decis.152.nu.18.pro-
bauit etiam Pereg in tract.de fideicom.art.11.
nu.69.& art.16.nu.51. multò magis habebunt
locũ in casu nostro, dum testatoris voluntas est
valde clara,tam ex ipso testamẽto,quàm ex di-
ctis per ipsum testatorẽ antequam testamẽtum
15 faceret.† Igitur cùm testator, tam ante testa-
mentum, quàm etiam in ipso actu conficiendi
testamentũ,declarauerit,vt si posthumus in pu
pillari ætate decederet. bona prædicta integrè
peruenirẽt ad dictum substitutum eius nepo-
tem, penitus exclusa matre dicti posthumi, &
vxore ipsius testatoris, apertissimè constat de
transmissione omnium bonorum ad substitu-
tum, vt est gl. ab omnibus reputata singularis,
in l.cùm proponebatur, ff.de legat.2. Bart.vbi
etiã communiter Scribentes in l. si quis infun-
di.in princ.ff.de legat.1. Afflict. loquẽs in casu
nostro dec.44.nu.27.& post prædictos,Cępha-
lum,Sim.de Pet.& alios in eisdẽ nostris termi-
nis probauit Surd.dec.54.tota,& in specie n.6.
16 & successiuè † dũ ex vsu,voluntate,& consue-
tudine loquendi testatoris habeatur,ipsum te-
statorẽ omnia bona voluisse peruenire ad eius
nepotẽ, exclusa eius vxore, ex illis vtique eius
voluntas interpretatur,& declaratur ad tex.in
l.diligenter, ff.mand. l.vel vniuersorum, ff.de
pign.act. Bart.Rom.Decian.Mant.& alii,quos
probat Mascard.in tract.de probat.cõcl.1415.
nu.13. Dum igitur testatoris voluntas probata
sit in hoc casu per septem testes testamẽtarios,
17 † qui specificè probãt, testatoris intentionem
fuisse excludere Camillam eius vxorem etiam
à legitima dicti posthumi eius filii, vtiq; nulla
remanebit difficultas,quin prædictus substitu-
tus debeat integrè habere omnia bona, nõ ob-
stante, ꝙ expressè in testamento nõ fuerit hoc
declaratum, sed omissum per errorem notarii,
quoniam ex depositione dictorum testium re-
manet probata volũtas ipsius testatoris, vt scri-
pserũt gl. Bart.Bal.Castr.& alii in d.l.cùm pro-
ponebatur, ff.de leg.2.Dec.cons.105.Gui.Pap.
decis.504.& 528. & nouissimè in propriis ter-
minis, vt aiunt, terminantibus, post alios hoc
idem probat Sim. de Pet.de interp.vlt.volun.
lib.1.interpret.1. dub.1.sol.5.nu.28. per tex.in
l.errore, vbi Ias.& alii, C.de testam. Et tantò
magis,dũ ipsemet notarius declarauit ita fuisse
intentionẽ testatoris,& per dictam formulam
verborum notarius ipse cogitabat,etiã ex con-
silio cuiusdã Doctoris, matrem esse exclusam.

In-

Insuper nõ omittimus dicere, ex alio capite,
assumptum hoc probari, quoniam prædictus
posthumus natus fuit, & vixit per spatium vi-
ginti dierum, & postea mortuus fuit; quo casu,
dum hæreditas culpa tutoris adita non fuit,
18 † vti minor transmisit etiam ad extraneos hæ-
redes ius petendi restitutionem in integrum
aduersus omissam hæreditatis aditionem, per
tutorem nõ factam; quod locum habet, etiam
si ipse minor esset hæres extraneus, & ageretur
de hæreditate ab extraneo peruenta. l. Panto-
nius, ff. de acq. hæred. vbi Dyn. Iacob. de Aren.
Cyn. Bart. Ang. Imo. Castr. & alii, l. non solum,
vbi Bart. & alii, ff. de rest. in integr. Alex. Bero.
Cephal. Borgnin. quos nouissimè probat Surd.
omninò videndus, hoc enim doctissimè, & ad
saturitatẽ probat, decis. 138. & in specie, nu. 10.
19 † Quinimò nõ solum ad minorem, sed etiã ad
maiorem trãsmitti hoc beneficium infra qua-
driẽnium à die mortis pupilli instituti, ex mul-
tis probauit Sim. de Pet. loco cit. lib. 3. interp. 1.
dubit. 5. fol. 4. num. 36. & 37. & magis in specie
nu. 38. Reg. de Ponte cons. 19. nu. 12. & seqq. &
sic etiam in Regno datur ista restitutio aduer-
sus hæreditatem non aditam, vt patet ex au-
thoritate dicti Marchionis, & probat etiam
Vinc. de Franch. decis. 473.
20 Ex dictis facillimè colligi potest, quòd, si in
extraneo datur in integrum restitutio, etiam si
tutor esset soluendo, vt probat Pręs. de Franch.
loco cit. multò magis hoc procedit in facto no-
stro, dum agitur de hęreditate ascendentis, qui
voluit omninò omnia eius bona transmittere
ad substitutum, exclusa matre dicti posthumi
etiam à legitima, vt in facto probatum est;
21 † maioris enim potentiæ est volũtas expressa,
quàm tacita, vt scripsit Bart. in l. Centurio. ff. de
vulg. & pupill. Crauett. cons. 200. nu. 8. & post
alios Sim. de Pet. lib. 1. interpr. 1. dub. 1. solut. 5.
nu. 57. vt alios omittamus.

Igitur ex prænarratis luce clarius cernitur, Anibalem Zelonem tutorem, datum filiis, intelligi etiam datum posthumo in singulari; qui quidem posthumus ex potentia suitatis transmisit etiã hæreditatem non aditam ad substitutum, exclusa penitus Camilla matre dicti posthumi, etiam à legitima, & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandũ esse censeo.

Iurium additiones in eadem causa.

FVndauimus in aliis allegationibus, tutorẽ, datum filiis in plurali, etiam posthumo in singulari censeri datum esse; & secũdò posthumum prædictum transmisisse hæreditatẽ non aditam ad substitutum, vt patet ex iuribus, & authoritatibus ibidem cumulatis, adeò vt non credebamus necessariam esse alias iuriũ allegationes, etiam quia dubia ex aduerso hæsitata partim resoluta sunt in dictis allegationibus, partim etiam, imò omnia ex professo resoluta fuerunt per Ioãnem Thomam Pelliccionũ ante illius Religionis ingressum (nũc Don Thomam nuncupatum in nostra Religione, cuius laudes dignis ex causis sileo) ex cuius doctissimis allegationibus posset integerrimus iudex resolutionem habere. Nihilominus, dum meũ etiam votum exposcitur, vt satisfaciam petenti, scribam pro resolutione dubiorum ad me transmissorum.

Primum igitur dubium est, si dum testator in numero plurali eius filios posthumos instituit, dum vnus posthumus natus fuerit, sit casus prouisus per testatorem, vel omissus, & remaneat sub dispositione iuris.

Secundum, si tutor possit hęreditatem adire nomine infantis hæredis, sine facto illius.

Tertium, dato, quòd hęreditas non sit adita, an posthumus illam transmiserit ad eius matrem, vel ad dictum substitutum.

Quartum, si compendiosa substitutio omni tempore sit fideicommissaria, vel, matre existente in medio, locum non habeat contra matrem, licèt in eadem substitutione contineatur tacita pupillaris.

22 Circa primum, luce clarius fundatum est in
allegationibus prædicti viri peritissimi Pellic-
cioni, istum non esse casum omissum per testa-
torem, sed prouisum, non obstante, q. Oldrad.
cons. 142. Ioan. And. Pau. de Cast. Corn. & alii
cõtrarium tenuerint; sic reprobata illorum opi
nione, testatur Ruin. in l. Gallus. § & quid si tã-
tum, nu. 49 ff. de lib. & posth. latissimè Decian.
cons. 1. nu. 163. vol. 1. post alios Menoch. qui te-
statur de magis cõi, in tract. de pręsumpt. lib. 4.
præsumpt. 65. num. 21. Quibus addimus Gabr.
Eugub. cõs. 127 nu. 41. cum aliis relatis, & ap-
probatis per Sim. de Per. lib. 3. de interp. vltim.
volunt. interpret. 2. dubit. 1. fol. 6. nu. 43. vers. vt
in quæstionibus propositis fol. mihi 250. Ea ra-
tione, quia testator, dum sibi posthumos, vel po
sthumum hæredem fecit, potius declarauit, &
demõstrauit in institutionibus, & substitutio-
nibus casuum cõtingentiam de natiuitate, vel
morte posthumorum; qui quidẽ casus euenire
possunt, considerando, & disponendo, eisdem
posthumis deficientibus, suam hæreditatẽ de-
uenire ad substitutũ, ab ipsomet testatore da-
tum, quàm quòd habuerit rationem testator
ipse, vel singularis, vel pluralis numeri posthu-
morum, vt benè aduertit Eugub. d. num. 41. &
facit tex. in l. qui cõcubinam, §. si Stichus, ff. de
legat. 3. & l. 2. §. fin. cum ibi notatis in glo. ff. de
23 cond. instit. † Quòd in plurali inest singulare,
vel minus singulare, l. quoties, §. sed si maiorẽ,
ff. de hæred. inst. & facit ratio d. l. qui concubi-
nam, §. cùm ita legatum. Ex quo non obstat lo-
24 cutio de posthumis in plurali, † quoniã testa-
tor credebat suam vxorem posse parere plures
filios, & hunc casum voluit prouidere magis
dubitabilem, & in quo includitur prouisio de
vno posthumo, & ita in specie respondet Bart.
cons. 54. Angelus Maciæ col. fin. sub nu. 4. vers.
23 non obstat, vbi docet, † asserenti, regulã istam
in quæstionibus propositis pati exceptionem,
incumbere onus probandi illã, & interim, non
ostensa

ostensa fallentia, standum esse regulæ, vt etiam
scripsit Alex. in l. non solùm, §. sciendum, col. 1.
ff. de noui ope. nunciat. Felin. in c. in præsentia,
col. 6. de probation. Sed in casu nostro non
adest fallentia destruens regulã, ideò illi stan-
dum est, sic per similia verba testatur Simon
loco citato, quamuis contrarium teneat Surd.
decis. 210. nu. 9.
26 Cùm igitur expressio posthumorũ in plurali
nihil operetur, dicitur per ipsum testatorẽ fa-
ctam esse prouisionem in fauorẽ substituti de
natiuitate vnius posthumi, vt ab euẽtu demõ-
stratur, & consequenter cessant rationes addu-
ctæ per Oldr. & illius sequaces: ita post Ruin.
Corn. Alciat. Zanc. Zabarell. Lud. Bolognin. &
Signorol. de Homod. probat Sim. loco citato,
d. nu. 43. 44. & seqq. Quæ omnia tantò fortiùs
locum habent in casu nostro, stante enixa vo-
luntate dicti testatoris, volentis in omnem ca-
sum sibi prouidere, vt, nõ existentibus posthu-
mo, vel posthumis, hæreditas ipsius deueniret
27 ad substitutum, etiã quia † si testator de hoc
in specie fuisset interrogatus, sic respondisset,
& hunc casum in particulari etiã expressisset;
quò fit, vt habeatur ac si expresè facta esset ab
eo talis prouisio, ex regula tex. in l. vel negare,
ff. quemadm. testam. aper. cum aliis cumulatis
per Surd. decis. 228. nu. 14.
28 Q 10 verò ad secundum dubium, deuenien-
do ad particulares decisiones, quæ multũ con-
ferunt, & dum illas habemus, non est eundum
per mendicata suffragia, vt post alios probauit
Pręs. de Franch. decis. 266. nu. 3. Borgn. dec. 15.
nu. 4. in 1. par. vt alios omittã, sic in indiuiduo
probant Boet. decis. 124 nu. 14. Barb. cons. 26.
nu. 12. vol. 2. Corn. & Castr. quos citat Boer. lo-
29 co cit. † qui loquitur in matre tutrice admini-
strante, & gubernante bona filii infantis, vt ex
illa administratione, & gubernatione intelli-
gatur esse adita hæreditas & si contrarium di-
ceretur, nunquã sequeretur hæreditatis aditio.
30 Confirmatur sentẽtia prædictorum Docto-
rum nõ solùm ex illo vulgato dicto, vt hæredi-
tas censeatur adita ex administratione, & ex
omni actu, qui fieri nequit citra ius, & nomen
hæredis, iuxta tex. in l. gerit. & l. pro hærede, ff.
de acquir. hæred. cum vulgatis aliis; sed etiam,
31 † quoniã sicut pater est legitimus administra-
tor bonorum filiorum infantium, ita etiã tutor
est legitimus administrator bonorum pupilli,
siue infantis, cuius est tutor, vt scripsit Salyc. in
l. emptorem, num 5. C. locat. & post alios Surd.
32 decis. 299. nu. 2. † Sed pater, retinendo dotem
vxoris nomine filii infantis, dicitur adiuisse hę
reditatem sine facto eiusdẽ filii; nam, dum illo
est minor, nullum eius factũ requiritur, sic scri-
psit Bart. in l. ex animo, nu. 3. ff. de don. inter vi.
& vxor. Corn. cons. 16. col. pen. & cons. 42. col.
pen. Natt. cõs. 74. nu. 10. vol. 1. Alex. Rom. Cast.
& Imol. quos probat nouissimè Mascat. tom. 1.
de probat. concl. 44. nu. 52. Et quãuis Bal. Aret.
& Corn. sibi contrarius, tenuerint oppositum;
prima tamen opinio tanquam communior est
recepta, etiam quia opinio cõtraria locum ha-
beret, si non constaret de infantia, tunc enim
esset necessarium factũ hæredis, de quo articu-
lo nunc non disputo, quoniam in casu nostro
33 constat de infantia dicti hęredis, † qua infan-
tia probata, etiam Doctores in cõtrarium alle-
gati tenent ex sola bonorũ retentione probari
aditionẽ hæreditatis; sic probat idem Bal. cons.
273. nu. 8. vol. 1. quem refert Mascard. loco cit.
nu. 54. qui sic cõcordat opiniones, prout etiam
agit Surd. decis. 140. pręcipuè nu. 10. & Sim. de
Pret. lib. 5. de interpret. vlt. volunt. interpret. 1.
dubit. 3. nu. 55. fol. mihi 495.
34 Probatur etiã ineuitabili ratione, quoniam
infans quicquid vidit ignorat. l. 1. C. de fal. mo-
net. & cõsequenter, si nescit quid facit, non po-
test eius factum adhiberi in aditione hęredita-
tis; quæ dicta sint ad maiorem euidentiam, &
satisfactionem clientuli, quoniam ex primis
35 allegationibus apertè constabat, † posse tutorẽ
sine facto ipsius infantis hæreditatẽ adire, etiã
illo penitus ignorante, ex tex. in §. sui autẽ. in st.
de hæred. quę ab intest. defer. vbi Aret. Port. in
§. 1. nu. 5. eod. tit. Aquilin. in l. Centurio. nu. 9.
& 21. ff. de vulg. & pupill. Surd. dec. 96. nu. 14.
36 Quod attinet ad tertium articulũ, quamuis
hæreditas nõ esset adita, potius transmissa esset
ad substitutum, quàm ad matrem dicti posthu
mi; vt in primis allegationibus fundatum est;
tantò magis, stante enixa voluntate testatoris,
præcipientis, vt vxor eius nec vnum obulum
haberet de bonis suis, vt post Bal. Anchar. Cast.
Ruin. Bero. & alios ex Simone de Pret. lib. 5.
interpr. 2. dubit. 1. solut. 6. nu. 14. fol. 246. Surd.
decis. 96. nu. 14. & aliis probatum est in dictis
allegationibus, præcipuè ex Mantic. lib. 5. tit. 5.
nu. 2. & seqq. de coniect. vlt. volunt.
37 Postremò pro resolutione quarti dubii con-
cludimus, matrẽ dicti posthumi ex dicta com-
pẽdiosa substitutione etiam à legitima esse ex-
clusam, non solum per dictam enixam testato-
ris voluntatem, vt fundauimus in primis alle-
38 gationibus, † sed etiã ex tacita pupillari, con-
tenta in dicta substitutione compẽdiosa; nam
illa venit ex verbis expressis testatoris, & exclu
dit matrem etiam à legitima, sic scripsit glo. in
§. 1. inst. de pupill. subst. pro cuius glosæ senten-
tia Surd. decis. 273. num. 2. enumerat quinqua-
ginta duos Doctores; quam sententiam dicit
veriorem; idem Surd. decis. 37. Aquil in l. Cen-
turio. par. 4. nu. 162. & seqq. ff. de vulg. & pupil.
probat etiam Borgnin. decis. 4. par. 3. & dec. 30.
num. 8. 9. & 10. par. 4. qui plures alios citant ad
hoc probandum.
39 Nec obstat, ꝙ Bart. & alii circa vigintiquin-
que, vel triginta Doctores teneant oppositum,
& sic in beneficium matris, nec etiã sunt nobis
aduersarii in facto nostro; nam ipsi cõcludunt
ex coniecturata voluntate testatoris, etiã matri
pręferendum esse substitutum, vt si ipse substi-
tutus esset de familia ipsius testatoris, vt est in
casu nostro, vt notauit Aquilin. loco cit. nu. 163.
Surd. d. decis. 273. nu. 4. & seqq. Imò in casu no

stro

ſtro conſtat de enixa voluntate teſtatoris, qui voluit omninò excludere dictam eius vxorem ab omnibus bonis, vt de illis nec obulũ habe-
40 ret: & in hoc caſu † etiam ſi eſſet pupillaris tacita, excluderet matrem non ſolùm ab hæreditate, ſed etiam à legitima debita filio, vt poſt alios ſcripſit Mantic. d. tit. 15. num. 2. & ſeqq. & conſequenter ex prædictis cernitur, partes iudicantis iudicis eſſe debere in beneficium ſubſtituti, vt illum abſoluat ab impetitis per matrem dicti poſthumi, & ſic mihi videtur hodie 9. Iulii 1603.

Hęc cauſa agebatur in ciuitate Venuſii, vnde originem habeo ex parte matris, & ibidẽ Gubernator illius iudicauit ſecundùm has allegationes, neſcio ſi pars aduerſa recurſum habuiſſet ad alios ſuperiores pro reuocatione dictæ ſentẽtiæ, quæ mihi etiã nũc iuſtiſsima videtur.

AN PENDENTE QVÆSTIONE SVPER fideicommiſſo, poſsit hæres alienare bona ſubiecta fideicommiſſo? Conſilium ſeptimum, de quo fuit facta mentio in Comment. par. 2. in tit. de bon. q. 5. & alibi.

SVMMARIVM.



HÆres poteſt alienare bona ſubiecta fideicõmiſſo conditionali. nu. 1. & 2. Sic etiã ſubiecta fideicommiſſo ad diem incertam. nu. 6. Non tamen, ſi fideicommiſſum introduceretur in caſum alienationis. nu. 3. Nec etiam, quando fideicommiſſum purè relictum eſſet, & ratione probatur. nu. 17.

Hæres, pendente conditione fideicommiſſi, eſt verus dominus, & poſſeſſor hæreditatis nu. 4. & 6.

Dies incerta in vltimis voluntatibus conditionem facit, & ratio traditur. ſub num. 6.

Dominia rerum non poſſunt ſtare in pendenti, ſiue in ſuſpenſo. nu. 7.

Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, eſt faciendum. nu. 8.

Cautio, ſiue ſatiſdatio de ſoluendo legato, vel fideicommiſſo cõditionali vna cum fructibus, adueniente cõditione, vt nõ ſit in vſu, defendunt aliqui, qui recenſentur. nu. 11. Contrarium fundat Author ex receptiori ſentẽtia. nu. 9. & 10. & ſic deciſum refertur, etiam iunctis aulis. nu. 12. Magis præſtanda eſt pro fructibus, quàm pro corporibus, & ratione probatur. nu. 14. Vt locũ habeat, peti debet in principio litis, ſed an concedi debeat, dum cauſa eſt in limine expeditionis, traditur. nu. 16.

Legatum, & fideicommiſſum præſtãdum eſt vnà cum fructibus. nu. 13.

Creditores hæredis præferuntur legatario, & fideicommiſſario in fructibus bonorum, & ratio recenſetur. nu. 15.

Dominium rei legatæ, vel fideicommiſſo ſuppoſitæ, adimpleta conditione, recta via tranſit in legatarium, & fideicommiſſarium. nu. 18.

Alienatio in bonis ſubiectis fideicommiſſo probibetur ex diſpoſitione legis, ne fideicommiſſum ſit eluſorium. nu. 19.

Lex non ita denegat expreſſam prouiſionem hominis, prout denegat ſuam tacitam legalem. nu. 20.

Iudex tunc habet arbitrium dandi licentiam alienandi bona ſubiecta fideicommiſſo, ſi iuſta cauſa adeſſet dubitandi, num ſub conditione, vel purè relictum eſſet fideicommiſſum. nu. 21. & 22.

Feudatarius, carens prole, non poteſt alienare feudum in agnatorum præiudicium, ſi tamen alienaret illud ſine illorum conſenſu, valeret alienatio, durante vita alienantis. nu. 23.

Feudis venditis per creditores cum aſſenſu, prætium, quod ſupereſt, ſatiſfactis creditoribus, implicari debet in emptionem aliorum bonorum. nu. 24.

Prætium bonorum fideicõmiſſo ſubiectorum conuerti debet in aliorum bonorum emptionem. nu. 25.

Bona ſubiecta fideicommiſſo num pro debito alienari poſſint. nu. 26. remiſſiuè.

CONSILIVM VII.


Ota difficultas, in hoc Col-
legio examinanda, reduci-
tur ad vnum iuris articulũ,
si nempe posśit hæres, pen-
dente quæstione fideicom-
misśi, alienare bona, quæ
prætenduntur subiecta fi-
deicommisśo prædicto, & vt dicam, quod mihi
1 videtur, † quæstio hæc dupliciter agitari solet,
vt post alios explicat Pereg. in tract. de fideicõ.
art. 40 in princ. Et primò quãdo fideicommis-
sum fuit relictum sub conditione. Secundò ve-
rò, si purè fuisset relictum, & sub his terminis
mihi videtur, vt causę defensio versetur, vt cõ-
sideretur factum qualiter sit hoc fideicõmisśũ.
2 Quod attinet ad primũ articulum, conclusio
est certa, & indubitata, si fideicõmissum reli-
ctum esset sub conditione, posse interim fidei-
cõmissarium bona subiecta fideicommisso alie
nare, & per talem alienationem, transferre in
emptorem tam rei dominium, quàm possessio-
nem, tex. est in l. seruo legato, §. si testator, ff. de
leg. 1. l. fin. §. sub cõditione, C. commun. de leg.
3 & in hoc omnes conueniunt, † nisi tamẽ fidei-
cõmissum committeretur per casum alienatio-
nis, vt quia fauore alicuius, res aliqua prohibi-
ta esset alienari, iuxta tex. in l. filiusfam. § diui,
vbi Castr. nu. 7. ff. de lega. 1. cum aliis congestis
per Pereg. d. art. 40. nu. 7. & etiam art. 11. & per
Surd. decis. 15. nu. 25. Ratio autem in regula est
4 manifesta, † quoniam, pendente conditione,
fideicommissi, hæres est verus dominus dicto-
rum bonorum, d. l. fin. §. sed quia nostra, vbi gl.
in verbo celebrata, C. commun. de leg. cũ aliis
traditis per Surd. d. decis. 15. & etiam cons. 73.
num. 74. 1. vol. Vnde, vt verus dominus, potest
illa bona alienare, & alienatio valida censetur
5 toto tempore conditionis, † qua postea adim-
pleta, absque alia traditione, & restitutione di-
ctorum bonorum, dominiũ transit in fideicom
missarium, vt patet ex iuribus citatis, & consu-
luit Castr. cons. 370. lib. 2. & Alex. cõs. 65. lib 5.
tenuit Osasc. dec. 24. Crass. in §. fideicommis-
sum, q. 53. nu. 3. & 4. Peregr. & Surdus in locis
citatis.
6 Insuper iddem erit, quãdo fideicommissum
fuisset relictum sub die incerta, dies enim in-
certa in vltimis voluntatibus conditionẽ facit,
l. dies incertus. ff. de condit. & demonstr. & hoc
per eandem rationem notatam num. 4. ex quo
sic grauatus est interim verus possessor, & ple-
no iure dictorum bonorum est dominus. l. ge-
neraliter. §. sub conditione, ff. qui, & à quibus.
quod etiam patet alia ratione, quoniam ante
conditionis euentum dominium dictorum bo-
norum non potest esse penes fideicommissariũ,
dum nõ cessit, nec venit dies; erit igitur penes
7 hæredem grauatum; † quia dominia rerum
non possunt stare in pendenti, siue in suspenso.
l. fin. ff. commun. prædior. & l. si ex duobus, §. 1.
ff. de in diem adiect. cum aliis probatis per Pe-
regrinum d. art. 40. nu. 6. in fine.
Potest etiam addi alia ratio secũdùm æqui-
tatem; nam fideicommissarius nullũ damnum
patitur ex tali alienatione, vt enim nu. 5. nota-
tum est, adueniente conditione, dominium di-
ctorum bonorum sine alia restitutione transit
in fideicõmissarium, & successiuè si ei aliena-
tio non nocet, & hæredi grauato prodest, fieri
8 debet, iuxta vulgatum illud axioma, † quod
tibi nõ nocet, & alteri prodest, est faciendum,
etiã quia si aliquod posset adesse dissipationis
periculum, iam est notum remediũ cautionis,
9 † nempe fideicõmissario pręstandam esse cau-
tionem restituẽdi eidem integrè, & sine dimi-
nutione omnia bona subiecta fideicommisso,
conditione adueniente, l. hæc stipulatio, ff. vt
legat. nom. cauea. l. cùm Archimedoram, C. vt
in possess. legator. post glos. Bart. Castr Alex. &
alios innumeros, probat Pereg. d. art. 40. nu. 10.
10 & seqq. † quæ quidem bona, si adueniẽte die,
vel conditione, non extarent, & culpa hæredis
consumpta essent, tunc restitui debet prætium
dictorum bonorum dicto fideicommissario, vt
scripsit gl. fin. cõiter recepta in l. si quis sub con
ditione, ff. vt legat. nom. caueat. l. si legati. ff. de
leg. 1. vbi Bar. & alii cõmuniter, quos probauit
Simon de Pret. lib. 5. de interpr. vltim. volunt.
interpr. 2. dubit. 1. nu. 60. cũ seqq. fol. mihi 503.
Et quamuis Moli. de primog. Hisp. lib 1. c. 19.
nu. 35. & Peregr. d. art. 40. num. 14. in fi. dicant,
11 † se nunquam vidisse practicatum hoc reme-
dium cautionis in fideicommissis de bonis sta-
bilibus, quoniam etiã si ad tertios possessores
peruenirent, possent ab illis auocari, stante do-
minii trãslatione in fideicommissarium, vt su-
perius dictum est. Nihilominus cautio hæc est
admodum vtilis fideicommissario, vt probant
12 Authores de super relati; † & fuit etiam deci-
sum, iunctis aulis, de anno 1597. die 14. Octo-
bris in Sac. Cons. referente Consiliario Vespu-
lo in causa Ferdinandi Bernaudi, cum Corne-
lia de Bernaudo, præstandam esse cautionem
de soluendis bonis vnà cum fructibus à die ad-
uentus cõditionis; in qua causa in beneficium
fideicommissarii interuenit meus Magister, &
de dicta decisione meminit Præs. de Franchis
post hæc scripta visus decis. 627. nu. 6. & 7. vbi
dicit, Sacrum Cons. sic iudicasse, non obstante
opinione Molinæ, & Peregrini.
Nec obstat, quòd, adueniente conditione,
fideicommissarius consequatur dominium di-
ctorum bonorum, vt superius fundatum est;
13 † debet enim etiã consequi fructus eorũdem
bonorũ, vt dicitur de legato alicui relicto. l. 1.
& fin. C. de vsur. & fructib. legat. cum aliis cu-
mulatis per eundem Peregr. art. 49. num. 85. &
14 seqq. † & cautio dum præstatur, eò magis prę-
stari debet de restituẽdis fructibus bonorum,
quàm de corporibus, de quibus cauendum est.
l. 1. §. bellissimè. vbi glos. in verbo ex mora, ff. vt
legat. nom. caueat. & consequenter, quia in iu-
dicio restitutionis bonorum, vt etiam nostro
malo

malo fato videmus practicatum, multæ dila-
tiones procurantur, & solent etiam quãdoque
fato accidere, iuxta tex. in l. etiam de præsenti,
ff. vt legator. nom. caueat. vbi gl. Bart. & alii cõ-
muniter, & proinde, dum fideicõmissarius non
15 habet reuocatoriam quòad fructus, † in fru-
ctibus enim præferuntur creditores ipsius hæ-
redis, vt post Neguſ. testatur idem de Franch.
decis. 374. nu. 12. consequenter præstanda est
cautio prædicta, ne iudicium intentatum red-
deretur elusorium, vt etiam probauit Archid.
in c. si res. 14. quæst. 6.

16 Plus dico, vt hoc remedium cautionis locum
habeat, petendum esse in principio iudicii, nec
pati debemus, vt in hac causa procedatur ad
aliquẽ actum sine tali petitione; esset enim du-
bium tunc, si concederetur, & pręcipuè cõcedi
non solet, dum causa esset in limine expeditio-
nis, vt est tex. vt aiunt, rotundus in l. si is, à quo,
ff. vt legat. nõ caueat. & per hunc tex. ita de fa-
cto seruauit Sac. Cõſ. de anno 1610. multis an-
nis post hoc consiliũ scriptum, nolo tamen per-
sonas exprimere, quia etiam adhuc pẽdet quę-
stio, & multis annis antea causa erat in limine
expeditionis, & post decretũ vsque in præsen-
tiarum elapsi sunt ferè tres alii anni, nec adhuc
causa decisa est, quod volui annotare, quia non
debent hodie iudices esse ita renitẽtes ad con-
cedendum tales cautiones, etiam in limine ex-
peditionis, quia hodie multiplicatæ sunt dila-
tiones, nec possunt causæ ita de facili termina-
ri, & cautio solet prodesse, & non obesse.

‡7 In secundo casu, quando fideicommissum
purè relictum esset, vel in diem certam, & tunc
siue esset fideicommissum vniuersale, siue par-
ticulare, nullo modo posset hæres alienare bo-
na fideicommisso prędicto subiecta, sit aliena-
tio quouis modo, sic probat tex. ad literam in l.
fin. §. sed quia nostra, C. commun. de legat. vbi
omnes Scribentes, & post alios Pereg. d. art. 40.
nu. 1. & ſ. qq. & etiam nu. 29. & rationẽ reddit
ibidẽ Imperator, quia satis absurdum esset, &
irrationabile, hæredem bona, quę purè nõ pos-
sidet, ad alios transferre posse, vel hypothecæ,
aut pignoris nomine obligare, vel seruos ma-
numittere, & alienam spem decipere, quasi di-
ceret Imperator, quoniam horum bonorũ hæ-
18 res nõ habet dominium, † cùm illud recta via
transiuit in fideicõmissarium, & legatarium,
l. si tibi homo, §. cùm seruus, ff. de legat. 1. cum
vulgaris aliis, nõ potest hęres dominium, quod
nõ habet, in alios transferre, & spem fideicom
missarii decipere, nempe litium expensis, &
dilationibus illum grauando pro recuperatio-
ne dictorum bonorum à tertiis possessoribus,
vt etiam notant prænarrati Doctores.

Ex his duobus casibus vltimus, si ego non
fallor, est in facto nostro; nam ex lectura testa-
menti cernitur, fideicommissum esse purè reli-
ctum, & successiuè mihi videtur, nõ posse hæ-
redem bona prædicta alienare, & addo, quia
testator expresè prohibuit alienationẽ dicto-
19 rum bonorum; quo casu, † quoniam duplex
vinculum concurrit, nempe ipsius testatoris, &
etiam legis; quæ, ne fideicõmissum sit elusoriũ,
prohibet alienationem dictorum bonorum, vt
scripsit Ang. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de
verb. oblig. & notant omnes in Auth. res, quæ,
C. commun. de leg. Decian. cõſ. 52. nu. 5. vol. 1.
& cons. 27. nu. 12. vol. 3. Peregr. & alii supra ci-
tati: imò quando adest expressa prohibitio te-
statoris, lex expressè prohibet alienationem, vt
20 notant præfati DD. ea ratione, † quia lex non
adeò denegat expressam prouisionẽ hominis,
prout denegat suã tacitam legalem, vt scripsit
gl. in l. assiduis, C. qui potio. in pignor. habean.
Castr. Alex. Soc. Rip. & alii, quos probat Pereg.
d. art. 40. nu. 39. §. rursus textum illum.

21 Nec obstat motiuum factum à peritissimo
Collega, vt hoc videatur esse arbitratium Sac.
Cons. vt fuit solemniter discussum in fideicom
misso illorũ de Galeota, vbi Sac. Cons. pendẽte
lite, & quæstione, si fideicõmissum subsisteret,
nec ne, iudicauit, licitum esse hæredi bona illa
alienare, tantò magis, quoniã & de corpore bo
norum, & de illorũ fructibus cautum est fidei-
commissario: dum igitur illi non nocet aliena-
tio, & prodest ipsi hæredi, fieri debet, ex dictis
num. 8.

22 Nam respondetur, motiuum habere locum,
quoties prætensio hæredis aliquã subsistentem
rationem haberet, & dubium esset, an fideicõ-
missum esset purum, vel sub conditione; tunc
enim est arbitratiũ iudici, permittere aliena-
tionem hæredi, præstita tamen per eũ cautione
in beneficium fideicõmissarii, tam de corpori-
bus bonorum, quàm de illorũ fructibus, & sic
procedit decisio Sac. Cons. relata num. præced.
At in casu nostro, hęres nullã habet subsistentẽ
rationem; nam fideicommissum est purè reli-
ctum, & successiuè nõ posset Sac. Cons. dictam
alienationẽ permittere; esset enim hoc aperire
viam fraudibus, & præbere ansam iniustæ litis
prædicto hæredi, quod nunquam Sacr. Consil.
facere solet, vt in simili in materia fideicõmissi
docet Præs. de Franch. decis. 613. sub nu. 19.

Hæc causa fuit collegiata tantùm paulò ante
meum ingressum, nec curo ponere nomina li-
tigantium; quia ad nihilum deseruiunt, dum
non allegaui decisionem huius causę; posui ta-
men allegationes, vt cerni posit, quãdo liceat
hæredi alienare bona subiecta fideicommisso,
nam deseruiunt etiam secundùm has consue-
tudines quò ad illa bona, in quibus cadit fidei-
commissum, vt dixi in Comment. par. 2. in tit.
de bonis, quæst. 23. & alibi.

Illud tamen notandum est ad confirmatio-
nem decisionis Sac. Consil. relatæ nu. 21. & ad
23 illius interpretationem datam num. 22. † quia
feudatarius, qui prole legitima caret, & possi-
det feudũ antiquum, non posset illud alienare
in extraneos, etiam cum assensu domini, nisi
agnati consentirent alienationi: qui quidem
agnati si consentire nollent, valida erit aliena-
tio, durante tamen vita alienãtis: quo mortuo,
feudum reuertitur ad agnatos, vt scripsit And.

CONSILIVM VII.


Ota difficultas, in hoc Col-
legio examinanda, reduci-
tur ad vnum iuris articulũ,
si nempe posit hæres, pen-
dente quæstione fideicom-
missi, alienare bona, quæ
prætenduntur subiecta fi-
deicommisso prædicto, & vt dicam, quod mihi
1 videtur, † quæstio hæc dupliciter agitari solet,
vt post alios explicat Pereg. in tract. de fideicõ.
art. 40 in princ. Et primò quãdo fideicommis-
sum fuit relictum sub conditione. Secundò ve-
rò, si purè fuisset relictum, & sub his terminis
mihi videtur, vt causę defensio versetur, vt cõ-
sideretur factum qualiter sit hoc fideicõmissũ.
2 Quod attinet ad primũ articulum, conclusio
est certa, & indubitata, si fideicõmissum reli-
ctum esset sub conditione, posse interim fidei-
cõmissarium bona subiecta fideicommisso alie
nare, & per talem alienationem, transferre in
emptorem tam rei dominium, quàm possessio-
nem, tex. est in l. seruo legato, §. si testator, ff. de
leg. 1. l. fin. §. sub cõditione, C. commun. de leg.
3 & in hoc omnes conueniunt, † nisi tamẽ fidei-
cõmissum committeretur per casum alienatio-
nis, vt quia fauore alicuius, res aliqua prohibi-
ta esset alienari, iuxta tex. in l. filiusfam. § diui,
vbi Castr. nu. 7. ff. de lega. 1. cum aliis congestis
per Pereg. d. art. 40. nu. 7. & etiam art. 11. & per
Surd. decis. 15. nu. 25. Ratio autem in regula est
4 manifesta, † quoniam, pendente conditione
fideicommissi, hæres est verus dominus dicto-
rum bonorum, d. l. fin. §. sed quia nostra, vbi gl.
in verbo celebrata, C. commun. de leg cũ aliis
traditis per Surd. d. decis. 15. & etiam cons. 73.
num. 74. 1. vol. Vnde, vt verus dominus, potest
illa bona alienare, & alienatio valida censetur
5 toto tempore conditionis, † qua postea adim-
pleta, absque alia traditione, & restitutione di-
ctorum bonorum, dominiũ transit in fideicom
missarium, vt patet ex iuribus citatis, & consu-
luit Castr. cons. 370. lib. 2. & Alex. cõs. 65. lib 5.
tenuit Osasc. dec. 24. Crass. in §. fideicommis-
sum, q. 53. nu. 3. & 4. Peregr. & Surdus in locis
citatis.
6 Insuper iddem erit, quãdo fideicommissum
fuisset relictum sub die incerta, dies enim in-
certa in vltimis voluntatibus conditionẽ facit,
l. dies incertus. ff. de condit. & demonstr. & hoc
per eandem rationem notatam num. 4. ex quo
fit grauatus est interim verus possessor, & ple-
no iure dictorum bonorum est dominus. l. ge-
neraliter. §. sub conditione, ff. qui, & à quibus.
quod etiam patet alia ratione, quoniam ante
conditionis euentum dominium dictorum bo-
norum non potest esse penes fideicommissariũ,
dum nõ cessit, nec venit dies; erit igitur penes
7 hæredem grauatum; † quia dominia rerum
non possunt stare in pendenti, siue in suspenso.
l. fin. ff. commun. prædior. & l. si ex duobus, §. 1.
ff. de in diem adiect. cum aliis probatis per Pe-
regrinum d. art. 40. nu. 6. in fine.
Potest etiam addi alia ratio secũdùm æqui-
tatem; nam fideicommissarius nullũ damnum
patitur ex tali alienatione, vt enim nu. 5. nota-
tum est, adueniente conditione, dominium di-
ctorum bonorum sine alia restitutione transit
in fideicõmissarium, & successiuè si ei aliena-
tio non nocet, & hæredi grauato prodest, fieri
8 debet, iuxta vulgatum illud axioma, † quod
tibi nõ nocet, & alteri prodest, est faciendum,
etiã quia si aliquod posset adesse dissipationis
periculum, iam est notum remediũ cautionis,
9 † nempe fideicõmissario pręstandam esse cau-
tionem restituẽdi eidem integrè, & sine dimi-
nutione omnia bona subiecta fideicommisso,
conditione adueniente, l. hæc stipulatio, ff. vt
legat. nom. cauea. l. cùm Archimedoram, C. vt
in possess. legator. post glos. Bart. Castr Alex. &
alios innumeros, probat Pereg. d. art. 40. nu. 10.
10 & seqq. † quæ quidem bona, si adueniẽte die,
vel conditione, non extarent, & culpa hæredis
consumpta essent, tunc restitui debet prætium
dictorum bonorum dicto fideicommissario, vt
scripsit gl. fin. cõiter recepta in l. si quis sub con
ditione, ff. vt legat. nom. caueat. l. si legati. ff. de
leg. 1. vbi Bar. & alii cõmuniter, quos probauit
Simon de Pret. lib. 5. de interpr. vltim. volunt.
interpr. 2. dubit. 1. nu. 60. cũ seqq. fol. mihi 503.
Et quamuis Moli. de primog. Hisp. lib 1. c. 19.
nu. 35. & Peregr. d. art. 40. num. 14. in fi. dicant,
11 † se nunquam vidisse practicatum hoc reme-
dium cautionis in fideicommissis de bonis sta-
bilibus, quoniam etiã si ad tertios possessores
peruenirent, possent ab illis auocari, stante do-
minii trãslatione in fideicommissarium, vt su-
perius dictum est. Nihilominus cautio hæc est
admodum vtilis fideicommissario, vt probant
12 Authores desuper relati; † & fuit etiam deci-
sum, iunctis aulis, de anno 1597. die 14. Octo-
bris in Sac. Cons. referente Consiliario Vespu-
lo in causa Ferdinandi Bernaudi, cum Corne-
lia de Bernaudo, præstandam esse cautionem
de soluendis bonis vnà cum fructibus à die ad-
uentus cõditionis; in qua causa in beneficium
fideicommissarii interuenit meus Magister, &
de dicta decisione meminit Præs. de Franchis
post hæc scripta visus decis. 627. nu. 6. & 7. vbi
dicit, Sacrum Cons. sic iudicasse, non obstante
opinione Molinæ, & Peregrini.
Nec obstat, quòd, adueniente conditione,
fideicommissarius consequatur dominium di-
ctorum bonorum, vt superius fundatum est;
13 † debet enim etiã consequi fructus eorũdem
bonorũ, vt dicitur de legato alicui relicto. l. 1.
& fin. C. de vsur. & fructib. legat. cum aliis cu-
mulatis per eundem Peregr. art. 49. num. 85. &
14 seqq. † & cautio dum præstatur, eò magis pręſ-
stari debet de restituẽdis fructibus bonorum,
quàm de corporibus, de quibus cauendum est.
l. 1. §. bellissimè. vbi glos. in verbo ex mora, ff. vt
legat. nom. caueat. & consequenter, quia in iu-
dicio restitutionis bonorum, vt etiam nostro
malo

malo fato videmus practicatum, multæ dila-
tiones procurantur, & solent etiam quãdoque
fato accidere, iuxta tex. in l. etiam de præsenti,
ff. vt legator. nom. caueat. vbi gl. Bart. & alii cõ-
muniter, & proinde, dum fideicõmissarius non
15 habet reuocatoriam quòad fructus, † in fru-
ctibus enim præferuntur creditores ipsius hæ-
redis, vt post Negus. testatur idem de Franch.
decis. 374. nu. 12. consequenter præstanda est
cautio prædicta, ne iudicium intentatum red-
deretur elusorium, vt etiam probauit Archid.
in c. si res. 14. quæst. 6.
16 Plus dico, vt hoc remedium cautionis locum
habeat, petendum esse in principio iudicii, nec
pati debemus, vt in hac causa procedatur ad
aliquẽ actum sine tali petitione; esset enim du-
bium tunc, si concederetur, & pręcipuè cõcedi
non solet, dum causa esset in limine expeditio-
nis, vt est tex. vt aiunt, rotundus in l. si is, à quo,
ff. vt legat. nõ caueat. & per hunc tex. ita de fa-
cto seruauit Sac. Cõs. de anno 1610. multis an-
nis post hoc consiliũ scriptum, nolo tamen per-
sonas exprimere, quia etiam adhuc pẽdet quę-
stio, & multis annis antea causa erat in limine
expeditionis, & post decretũ vsque in præsen-
tiarum elapsi sunt ferè tres alii aori, nec adhuc
causa decisa est, quod volui annotare, quia non
debent hodie iudices esse ita renitẽtes ad con-
cedendum tales cautiones, etiam in limine ex-
peditionis, quia hodie multiplicatæ sunt dila-
tiones, nec possunt causæ ita de facili termina-
ri, & cautio solet prodesse, & non obesse.
17 In secundo casu, quando fideicommissum
purè relictum esset, vel in diem certam, & tunc
siue esset fideicommissum vniuersale, siue par-
ticulare, nullo modo posset hæres alienare bo-
na fideicommisso prędicto subiecta, sit aliena-
tio quouis modo, sic probat tex. ad literam in l.
fin. §. sed quia nostra, C. commun. de legat. vbi
omnes Scribentes, & post alios Pereg. d. art. 40.
nu. 1. & seqq. & etiam nu. 29. & rationẽ reddit
ibidẽ Imperator, quia satis absurdum esset, &
irrationabile, hæredem bona, quę purè nõ pos-
sidet, ad alios transferre posse, vel hypothecæ,
aut pignoris nomine obligare, vel seruos ma-
numittere, & alienam spem decipere, quasi di-
ceret Imperator, quoniam horum bonorũ hæ-
18 res nõ habet dominium, † cùm illud recta via
transiuit in fideicõmissarium, & legatarium,
l. si tibi homo, §. cùm seruus, ff. de legat. 1. cum
vulgatis aliis, nõ potest hęres dominium, quod
nõ habet, in alios transferre, & spem fideicom
missarii decipere, nempe litium expensis, &
dilationibus illum grauando pro recuperatio-
ne dictorum bonorum à tertiis possessoribus,
vt etiam notant prænarrati Doctores.

Ex his duobus casibus vltimus, si ego non
fallor, est in facto nostro; nam ex lectura testa-
menti cernitur, fideicommissum esse purè reli-
ctum, & successiuè mihi videtur, nõ posse hæ-
redem bona prædicta alienare, & addo, quia
testator expresè prohibuit alienationẽ dicto-
19 rum bonorum; quo casu, † quoniam duplex
vinculum concurrit, nempe ipsius testatoris, &
etiam legis; quæ, ne fideicõmissum sit elusoriũ,
prohibet alienationem dictorum bonorum, vt
scripsit Ang. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de
verb. oblig. & notant omnes in Auth. res, quæ,
C. commun. de leg. Decian. cõs. 52. nu. 5. vol. 1.
& cons. 27. nu. 12. vol. 3. Peregr. & alii supra ci-
tati: imò quando adest expressa prohibitio te-
statoris, lex expresè prohibet alienationem, vt
20 notant præfati DD. ea ratione, † quia lex non
adeò denegat expressam prouisionẽ hominis,
prout denegat suã tacitam legalem, vt scripsit
gl. in l. assiduis, C. qui potio. in pignor. habean.
Castr. Alex. Soc. Rip. & alii, quos probat Pereg.
d. art. 40. nu. 39. §. rursus textum illum.
21 Nec obstat motiuum factum à peritissimo
Collega, vt hoc videatur esse arbitrarium Sac.
Cons. vt fuit solemniter discussum in fideicom
misso illorũ de Galeota, vbi Sac. Cons. pendẽte
lite, & quæstione, si fideicõmissum subsisteret,
nec ne, iudicauit, licitum esse hæredi bona illa
alienare, tantò magis, quoniã & de corpore bo
norum, & de illorũ fructibus cautum est fidei-
commissario: dum igitur illi non nocet aliena-
tio, & prodest ipsi hæredi, fieri debet, ex dictis
num. 8.
22 Nam respondetur, motiuum habere locum,
quoties prætensio hæredis aliquã subsistentem
rationem haberet, & dubium esset, an fideicõ-
missum esset purum, vel sub conditione; tunc
enim est arbitrariũ iudici, permittere aliena-
tionem hæredi, præstita tamen per eũ cautione
in beneficium fideicõmissarii, tam de corpori-
bus bonorum, quàm de illorũ fructibus, & sic
procedit decisio Sac. Coos. relata num. præced.
At in casu nostro, hęres nullã habet subsistentẽ
rationem; nam fideicommissum est purè reli-
ctum, & successiuè nõ posset Sac. Cons. dictam
alienationẽ permittere; esset enim hoc aperire
viam fraudibus, & præbere ansam iniustæ litis
prædicto hæredi, quod nunquam Sacr. Consil.
facere solet, vt in simili in materia fideicõmissi
docet Præs. de Franch. decis. 613. sub nu. 19.

Hæc causa fuit collegiata tantùm paulò ante
meum ingressum, nec curo ponere nomina li-
tigantium; qoia ad nihilum deseruiunt, dum
non allegaui decisionem huius causę; posui ta-
men allegationes, vt cerni posit, quãdo liceat
hæredi alienare bona subiecta fideicommisso,
nam deseruiunt etiam secundùm has consue-
tudines quò ad illa bona, in quibus cadit fidei-
commissum, vt dixi in Comment. par. 2. in tit.
de bonis, quæst. 23. & alibi.

Illud tamen notandum est ad confirmatio-
nem decisionis Sac. Consil. relatæ nu. 21. & ad
23 illius interpretationem datam num. 22. † quia
feudatarius, qui prole legitima caret, & possi-
det feudũ antiquum, non posset illud alienare
in extraneos, etiam cum assensu domini, nisi
agnati consentirent alienationi: qui quidem
agnati si consentire nollent, valida erit aliena-
tio, durante tamen vita alienãtis; quo mortuo,
feudum reuertitur ad agnatos, vt scripsit And.

in c.1. de alien. feu. pat. & in c.1. de success. feu. post illum, Bal. Aluarot. Camerar. & alios sic nouissimè scripsit Reg. de Ponte in tractatu de potestate Proregis, tit. 4. de regalibus imposit. § 7. num. 2. & seqq. vbi num. 7. & sequentibus, ex reg. tex. in c. 1. si de feu. vass. ab aliq. interpel.
24 fuer. docet, † quòd, si feudatarius in vita contraxerit debita super feudis cũ Regio assensu, & feudatarius careat prole, & esset conuentus à creditoribus ad vendendũ feudum, cogeretur illud vẽdere, sed satisfactis creditoribus ex prætio feudi, quod superest, implicari debet in emptionem aliorum bonorum in locum dicti feudi subrogandorum, vt illa bona subiiciãtur deuolutioni in beneficium fisci, & etiã aliorũ:
25 † quæ quidem cautela etiã in fideicommissis practicari posset, dummodo ex prętio dictorũ bonorum emantur alia bona, quæ subiiciantur
26 fideicommisso. † An autem possit fideicõmissarius illa bona alienare etiã pro satisfaciendis creditoribus, nõ est pręsentis speculationis, sed pertinet ad materiam tex. in l. Marcellus, §. res, quæ, ff. ad Treb. & in Auth. res, quæ, C. cõmun. de leg. & tractat Pereg. in locis citatis, & etiam art. 51. sic etiam Præs. de Franch. dec. 241. 290. & 519. vbi tradit, in subsidium alienari in causam dotis, quod probat Anna cons. 85. nu. 11. & seqq. An autem etiam pro interesse dotis alienari possint, idem de Franch. decis. 613. vbi videtur inclinare in partem affirmatiuam. An autem confiscari possint, Surd. decis. 254. & vt possint alienari, quando pro alimentis suis, & filiorum iudicaretur necessaria alienatio, idem Surd. dec. 86. Videndus est etiã Peregr. art. 51.

AN INSTRVMENTVM CENSVS VITALITII possit rescindi ob tertias non solutas, & quid ob alienationem corporis suppositi in constitutione ipsius census; & an contractus factus cum prodigo, valeat? Consilium Octauum, de quo mentionem feci in Comm. par. 2. in tit. de bon. q. 12. nu. 4.

SVMMARIVM.



Apitale annui census ad vitam, dicitur amissum, ne cõtractus sit vsurarius. num. 1. & 2. Amissio huiusmodi capitalis, dicitur ex parte emptoris, ne possit illud repetere, non autem ex parte venditoris; nã potest illud restituere. n. 21.

Canones instinctu Spiritus sancti fuerũt conditi, & eos negans, dicitur blasphemare in Spiritum sanctum, & hæreticus iudicatur. nu. 3.

Contractus annui census ad vitam, non esse licitos cum valdè iuuene emptore, multi tenent. nu. 4. Contrarium fundatur ex receptiori sententia, & ob periculum mortis, quod succedere potest. nu. 23. Validos esse, licèt census non sit constitutus super certo corpore, plures defendunt, qui recensentur. nu. 5. Contrarium fundatur esse verius. nu. 7. & seqq. & nu. 25. Adeo, vt ob non existentiam corporis, procedi possit ad rescissionem huiusmodi contractuum. nu. 16. & ita decisum quandoque refertur. num. 17. 18. & 19. Quamuis referatur etiam decisio in contrarium. nu. 51. Decisum etiã refertur posse liquidari instrumentum ob tertias non solutas. nu. 20. Sed in hoc etiam recensentur tenentes contrarium. nu. 52.

Contractus, cum prodigo initus, non subsistit, si decretum iudicis non interueniat, & cõsensus curatoris. nu. 6. & 31.

Annuus census, secundùm Bullã Nicolai Quinti, quæ pro lege seruatur in Regno, constitui nequit, nisi super certo corpore. nu. 8. An hoc sit verum, secundùm Bullam Pij Quinti, recensetur. num. 9.

Bullam Pij Quinti, quæ dat formam contractibus censualibus, nõ esse receptam in Regno traditur. sub nu. 9.

Contractus annui census ad vitam, tunc sapit naturam vsurariæ prauitatis, quando emptor esset securus de suo capitali. nu. 10. Quamuis multi teneant, vt possit esse securus de parte prætij. nu. 11. Eius iustum prætium, & pacta licita iudicãtur secundùm loci consuetudinem. nu. 13. Iustum magis indicatur

tur

CONSILIVM VIII.



PLura connumerãt aduersarii in hac causa Illustriss. Cardinalis Sauli cum Don Antonio Caracciolo, ex quibus prætendunt, non posse Illustrissimum actorem ob tertias nõ solutas, & alienationem corporis bonorum suppositorum censui, instrumentum census vitalitii rescindere contra dictum conuentum; quæ omnia ad duo capita reuocantur.

Primum est, quia contractus, de quo nunc agitur, est census ad vitã, & capitale est amissũ. Secundum est, quia contractus fuit celebratus cum prodigo, & sic est nullus.

1 Vt fundent primum atticulum, supponunt, quòd, dum cõtractus est annui census vitalitii, capitale est deperditum, vt scripsit Old. consil. 207. Alber. in Liubemus. sub nu.3. C. de sacros. eccl. Dec. cons. 123.& plures alii: igitur non potest fieri rescissio cõtractus pro capitali amisso. Nec potest subsistenter dubitari de amissione,
2 nam præcitati DD. asseuerãt,† vsurã esse, si capitale esset saluũ: vnde si vellemus hoc defendere, esset contra Canones, & præcepta Ecclesiæ, prohibentis vsuras. c. nauiganti. cũ vulgatis
3 alus, extra de vsur. † & qui vellet Canonũ authoritatem denegare, esset hæreticus, adeò vt Canonum trãsgressores dicantur blasphemare in Spiritum sanctum, cuius dono, & instinctu Canones ipsi fuerunt conditi, vt ex multis probauit Pauin. in tract. de visitat. par.2.q.7.n.38. Hieron. Alban. in tract. de potest. Papæ, par.3. nu.47.& seqq. vt alios omittam.
4 Confirmatur, quia Cardinalis tempore celebrati contractus erat valdè iuuenis, quo casu non solent huiusmodi cõtractus permitti, quoniam satis vltra capitale poterat emptor accipere, vt post alios probauit Surd. in tractatu de aliment. tit.9.q.11.
5 Probant postremò hoc primum caput, quoniam cõtractus annui census ad vitam, validus iudicatur, quamuis non esset assignatus super certo corpore, vt post alios scripsit Couar. lib.3. var. resol. c.7. nu.3 .& seqq. Et idcirco licèt corpus,

pus, super quo fuit census constitutus, sit alie-
natum, remansit census super aliis bonis dicti
conuenti, à quo posset actor per actionem per-
sonalem exigere censum, vt docent Oldrad. &
Surd. in locis citatis, & probat etiam Nauar. in
commentar. de vsur. nu. 128.

Vt autem probent aduersarii secundum ar-
ticulum, supponunt, prædicto cōuento, tanquā
prodigo, datum fuisse curatorem, & successiuè,
6 † dum in dicto contractu nō interuenit consen
sus curatoris, vtique nullius momenti esse dici-
tur, l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. vbi omnes.
Et hæc sunt præcipua motiua aduersariorum.

Verùm antequam deueniamus ad proban-
dam validitatem contractus, rogamus circun-
spectos iudicantes infrascriptarum reminisci
quæstionum, siue conclusionū in hac materia
census vitalitii, nam etiā ex illis patebit resolu-
tio obiectionum, ex aduerso factarum. Et cùm
causa sit grauis; & super ea magnus sit fabri-
catus processus, supplicamus eosdē iudicantes,
vt patienter infrascripta legant, quamuis mul-
ta videantur, sed non multa, cui omnes debe-
mus multa.

7 Prima conclusio, census vitalitius nō potest
in genere constitui super omnibus bonis, nec
etiam in persona venditoris cum obligatione,
& hypotheca omnium suorū bonorum, sed ne-
cessariò requiritur certum tempus, super quo
cōstituatur cēsus prædictus; ita reprobata opi-
nione Couar. & aliorum, scripsit Nauar. in c. 1.
nu. 81. 14. q. 3. & etiam in d. comment. de vsur.
vbi pro hac sentētia allegat Inn. Host. Io. And.
in c. in ciuitate, de vsur. & alios, iddē probauit
Aluar. Valas. in tract. de iure emph. q. 32. nu. 10.
Greg. Lopez in commentar. ad ll. Thauri. l. 28.
tit. 5. partit. 5. Guttier. & alii, quos, reprobata
eiusdem Couarruuię & aliorum sentētia, pro-
bat nouissimè Molin. in tract. de contractibus,
disp. 388. in verb. communior tamen sentētia,
& eisdē reprobatis. iddem probat And. Facch.
lib. 2. controu. iur. c. 44. probat etiā Surd. cons.
318. toto, & in specie nu. 13. vol. 3. & Rodoan.
quos duos vltimos probat Scipio Rouitus, Do-
ctor eximius, & Aduocatus aduersarii, in
pragmatica vnica, in tit. de censibus, num. 16.
& 17.

Confirmatur hæc sentētia ex Bulla Nicolai
Quinti, recepta in hoc Regno, & obseruata
pro lege, vt iussit Rex Alphonsus, vt habetur
8 in d. prag. vnic. de censib. qua cauetur, † quem-
libet annuum censum non posse constitui, nisi
super certo corpore in specie, vt etiam probant
Pet. Foller. in tract. de censib. in c. incip. Census
enim dici solet, nu. 49. vt legitur tom. 6. tractat.
par. 2. fol. 143. Cannet. in extrauag. Volentes, in
c. incip. Successiuè subnectitur, nu. 10. & seqq.
9 fol. mihi 164. Rouit. d. nu. 16. & 17. † Et quāuis
secundùm Bullam Pii Quinti possit etiā census
constitui super pluribus corporibus bonorum,
melius tamen est, etiam secundùm dictā Bullā,
vt constituat' super certo corpore, vt post Theo
logos, & Canonistas probat Ferdin. Rebell. in
tract. de obligation. iust. par. 2. lib. 10. de censib.
q. 4 nu. 1. & seqq. De qua re, cùm dubium sit, si
dicta Bulla Pii Quinti sit recepta in hoc Re-
gno, & Bulla Nicolai sit receptissima etiam
pro lege, ideò standum est Bullæ Nicolai, vt
constituatur census super certo corpore.

10 Secunda conclusio, contractus census vitali-
tii tunc sapit naturam mutui, & vsurariā pra-
uitatem, quando emptor certitudinaliter ha-
beret spem recuperandi sortem principalem,
& non aliter. Dant exemplum Doctores, vt ca-
pitale sit saluum, nec deperditū sit, si mors in-
teruenerit ante tot, vel tot annos, vel secundo,
si ad certum tempus capitale fuerit cōcessum,
puta ad decennium; quo elapso, capitale inte-
11 grè, vel pro parte restitueretur; † quāuis aliqui
Doctores dixerunt, vt hoc vltimum pactum nō
sit vndequaque improbatum, & possit capitale
pro parte restitui, vt cerni potest penes Oldr.
d. cons. 207. num. 1. Alberic. in d. l. iubemus, sub
nu. 3. col. pen. vers. quid de tali contractu, Dec.
d. cons. 123. Mol. d. lib. 2. de contract. disp. 389.
& conferunt dicta per Rebell. d. q. 4. vt omit-
tam alios, quia non est casus noster.

12 Tertia conclusio, si census vitalitius con-
stitueretur per contractum emptionis, & ven-
ditionis, tūc validissimus iudicatur tum ob in-
certitudinem, & dubium euētum mortis alte-
rius ex contrahentibus; tum etiam, quia in om
nibus locis approbātur huiusmodi contractus
13 per cōsuetudinem, † & in huiusmodi contra-
ctibus ad vitam cōsuetudini loci standum est,
tam circa taxationem iusti prætii, quàm etiam
circa alias cōditiones, & pacta in eisdē contra-
ctibus apponi solita, vt ex pluribus firmauit
Mol. disp. 388. in d. tract. de contract. §. quando
autem vitalitium, versic. standum autem erit.
Hieron. Gabr. omninò videndus cōs. 152. nu. 5.
vol. 1. & post alios Rebell. loco citato, q. 5. & ita
pluries in Rot. Rom. decisum fuit, vt scripserūt
doctissimi Romanæ Curiæ Aduocati in hac
causa, & clarum est; omnes enim Legistæ, Ca-
nonistæ, & etiam Theologi docent, in prætio
census standum esse locorum cōsuetudinibus,
sic etiam circa pacta.

14 Quarta conclusio, pactū de retrouendendo,
appositum in contractu census, vt capitale sit
saluum ex parte emptoris, improbatur à iure,
iuxta tradita in 2. conclusione. Si verò commo-
dum vēditoris respiceret, nempe vt ad libitum
posset prætium receptum restituere, pactū esset
validissimum, & iustum: imò si nō haberet li-
bertatē venditor se redimere ab onere census,
contractus esset illicitus, vt post Nauarr. in c. 1.
nu. 72. & seqq. 14. q. 3. Couar. lib. 3. var. resolut.
c. 8. nu. 7. & seqq. & alios probat Molin. d. disp.
389. in 4. & 5. conditione census, & disput. 391.
Et patet ad sensum, quia esset priuare vēdito-
rem libertate se redimendi ab onere census, vt
etiā probat Rebell. loco citato, q. 6. nu. 20. Imò
Pius Quintus posuit in eius Bulla, hanc esse
quintam cōditionem necessariam, vt post alios
15 notāt Mol. & Rebel. in locis cit. † & ita serua-
tur

tur in praxi in hac Ciuitate, & iã de anno 1603
Abbas Prosper Stribanus, qui per plures, &
plures annos retinuit quoddam capitale ad vi-
tam, restituit cuidam de Gambacurta, & post
restitutionem dicti capitalis vix Prosper vixit
per duos annos, & tamen ferè per triginta an-
nos correspondit ad rationem decem, & octo
pro centenario; & ita fiunt omnes contractus
census vitalitii in hoc Regno, nec aliter vale-
rẽt de iure, vt post alios not. Rebell. d. q. 6. n. 21.
Ex his cõclusionibus quarta respicit factum
nostrum; nam Illustriss. actor dedit pecuniam
prædictam prænarrato Don Antonio vendito-
ri cum pacto se redimendi ad libitum ab one-
re census, & successiuè dum ex iuris dispositio-
ne, & etiam ex Theologorum sententia, & ex
loci consuetudine hoc pactum existimatur va-
lidum, malè susurrat pars aduersa de iniustitia
pacti, dum potius susurrare deberet, si contra-
ctus careret hoc pacto.
16 Quinta conclusio, ob defectum corporis nõ
existentis, super quo census fuit constitutus, li-
citè proceditur ad rescisionẽ contractus; hanc
conclusionẽ probat Cannet. d. c. successiuè sub-
nectutur nu. 11. & seqq. fol. 164 post Casiodor.
Rolan. à Vall. cons. 35. nu. 41. vol. 1. Menoch. de
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106. nu. 17. & ita in
censibus in genere cõstitutis pluries resolutum
17 fuit in Rota Rom. † etiam quando venditor
promisit renouare fideiussores intra certũ tem
pus, & promissa non adimpleuit, prout vidi in
decisionibus allegatis in hac causa per dictos
Aduocatos almæ Vrbis, & probat etiã nouissi-
mè Farinac. decis. 827. tota, & præcipuè nu. 2.
18 Nec obstat si dicatur, decisiones prædictas
procedere in censibus realibus, & nõ in censi-
bus vitalitiis, esset enim diuinatio; nam, vt su-
perius dictum est concl. 1. contractus vitalitius
nequit constitui sine certo corpore, vt etiã post
alios probauit Mol. disp. 387. tota, in tract. de
contract. Facchin. lib. 2. cõtrou. iur. c. 44. & alii.
Et successiuè si corpus, suppositum censui vi-
talitio, alienetur voluntariè per venditorem,
vtique eadẽ ratio viget rescisionis contractus
ob non existentiã corporis, alioquin esset aper-
ta via fraudibus, vt in voluntate venditorum
19 esset fraudare emptores eorum pretio, † & ita
annis elapsis fuit decisum per Mag. Curiã Vic.
in causa Io. Angeli Montanarii cum quibusdã
Porteriis Sacri Consilii, procedendum esse ad
liquidationem instrumenti census vitalitii, ob
non existentiã corporis suppositi censuali con-
20 tractui: † imò in causa eiusdẽ Ioannis Angeli
cum eisdem Porteriis fuit decisum ob non so-
lutionem tertiarum procedendũ esse ad liqui-
dationem instrumẽti, & ita audiui iudicatum
in aliis causis, & consequenter nõ debet aduer
sariis videri durum, si per Sacr. Cons. fuit iudi-
catum, in hac causa ob alienationem corporis
procedendum esse ad rescisionem cõtractus,
prout eadem sententia mediante fuit rescissus,
& condemnati conuenti ad restitutionem ca-
pitalis vnà cũ tertiis, vt legitur fol. 40. in dicto
processu penes Virum Actorum Magistrum.
21 Nec obstant, quę in contrariũ adducta sunt;
verum est enim, capitale censeri deperditũ re-
spectu emptoris, si vẽditor seruaret pacta adie-
cta contractui, nõ autẽ si alienaret corpus sup-
positum censui, vt ex prædictis cerni potest, ri-
diculũ enim esset asserere, vt venditor volunta-
riè alienaret corpus suppositum censui, & em-
ptor amitteret pretium; esset enim in potestate
venditorum innumerabiles fraudes commit-
tere, & fraudare emptores bonis propriis; imò
plus dicimus, ꝙ etiam secundùm Bullam Pii
22 Quinti in locis vbi viget, † si corpus suppositũ
censui, periret culpa venditoris, teneretur ven-
ditor restituere prætium census, vel assignare
censum super aliis bonis ipsius, vt post Nauarr.
in comment. de vsur. nu. 118. & alios plures no
tat Rebell. d. quæst. 6. nu. 19. vt alios omittam.
Si igitur hoc procedit ob peremptionem cor-
poris, quis erit sanæ mentis, vt audeat illud ne-
gare ob alienationem voluntariam? Non in-
diget hoc cõmendatione, nec alia probatione.
23 Nec obstat secundum, ꝙ actor erat iuuenis
tẽpore celebrati contractus; hoc enim non ha-
betur in consideratione, secundùm receptiorẽ
sententiam; nam, dum prætium annui census
existimatur iustum secundùm cõmunem æsti-
mationem, iuuentus non attenditur; poterat
enim emptor propter casum repentinum, vt
multoties euenire solet, mori, & sic venditor
totum capitale lucrabatur, vt ex multis proba-
uit Couarr. lib. 3. var. resol. c. 7. nu. 3. circa me-
dium, & post alios innumeros Arius Pinell. in
l. 2. par. 3. num. 31. C. de rescind. vendit. vt alios
omittam; nam videri possunt penes Molin. &
24 Rebell. in locis cit. † Quod quidem prætium
in hoc casu iustissimũ est, quoniam alii contra-
ctus vitalitii fieri solebant in Regno ad ratio-
nem sexdecim, & decem & octo pro centena-
rio, & actor contentus remansit de summa ad
rationem duodecim pro centenario; ex quo fa-
cto possunt etiam integerrimi iudicantes con-
siderare, actoris optimam qualitatem, & pru-
dentiam quoque rei conuenti in contrahendo,
dum pro tanta minori summa sciuit inire con-
tractum.
25 Postremò, vt primũ hoc caput absoluamus,
non obstat, vt non sit necessarium certũ corpus
pro censu vitalitio, iuxta tradita nu. 5. quia, vt
patet ex prima conclusione, est verior opinio
in contrarium, & Surd. in tract. de alim. tit. 9.
q. 11. nu. 1. non loquitur de contractu censuali
ad vitam, sed de alimentis, ad vitam relictis,
in quibus non requiritur certum corpus, sed in
contractu census vitalitii, ipsemet Surd. consil.
318. nu. 13. vol. 3. defendit corpus esse necessa-
rium, & successiuè non potest allegari pro con-
traria sententia.
Ex his cernitur, vt dum pactum prædictum,
restituendi capitale, sit validum tam ex parte
venditoris, vt haberet libertatem se liberandi
ab onere census, vt cernitur ex quarta conclu-
sione, quàm etiã ex parte emptoris, vt ob alie-
nationem

nationem corporis, contractui ſuppoſiti, non
amitteret eius capitale, ſit validum, ne eſſet in
poteſtate venditoris illum priuare bonis ſuis,
26 debet pactum prædictum ſeruari; † nã omne
pactum validum, & legitimum per partes ini-
tum, ſeruari debet. l. fin. §. 1. C. de iure emphyt.
cum aliis cumulatis, & probatis per Surdum
deciſ. 259. nu. 6.

Vt autem vltra pacti, & contractus validita-
tem, adſit etiam in hoc iudicio mora ex parte
conuenti, ob quam debeat capitale reſtitui vnà
cum intereſſe, probatur facile, quia ſciebat cõ-
uentus pactum appoſitum in contractu, vt, ſe-
cura corporis alienatione, teneretur reſtituere
capitale cum terziis decurſis, quo fit, vt dũ vo-
luntariè corpus alienauit & non reſtituit capi-
tale, ſeipſum in mora conſtituit ſine aliqua in-
terpellatione Illuſtriſsimi actoris; ſiquidem,
27 † qui tenetur aliquid facere, & nõ facit quàm
primùm poteſt, eò ipſo conſtituit ſeipſum in
mora ſine alia interpellatione, eſt notabilis do-
ctrina Baldi in c. domino ad guerrã, §. ad hæc,
in princ. hic finitur lex, quem ſequitur Alexan.
conſ. 157. in princ. vol. 6. probãt etiam Crauett.
Rolan. & alii, quos cumulat, & ſecratur Surd.
deciſ. 226. nu. 10. ſic etiam Marc. Ant. Bauer. in
tract. de mor. par. 2. nu. 10. & ſeqq.

28 Confirmatur, quoniam cùm hoc pactum ſa-
piat naturã pacti de retrouendendo in benefi-
cium venditoris, vt dictum eſt in quarta con-
cluſione, eò ipſo, quòd alienauit corpus, ex na-
tura rei tenebatur reſtituere capitale, vt eſſet
abſolutus ab onere cenſus, & eſt dies ſaltẽ ta-
29 cita ex legis interpretatione; quo fit, † vt eò
ipſo aliquis conſtituatur in mora ſine interpel-
latione per tacitam diem, reſultantem ex di-
ſpoſitione legis, ac ſi eſſet dies expreſſa, vt eſt
gloſ. notab. in l. ſi duo, §. fin. in verbo conſtituti,
ff. de conſt. pec. & eſt tex. in l. quoties in diem,
iuncta l. ſeq. ff. de verb. oblig. Bald. & alii, quos
probat Surd. deciſ. 221. nu. 15. & ſeqq. Regens
Lanar. conſ. 20. nu. 5. vt alios omittam: nam in
hoc caſu cõuentus eò ipſo, quòd alienauit cor-
pus, ſuppoſitum cenſui, ob malam fidem adhi-
bitam, incidit in commiſſum; & priuari debe-
bat omni iure ſuo, vt notant Roland. Menoch.
30 & alii cumulati concl. 5. Quo fit, † vt dum ali-
quis ipſo iure priuatur re aliqua, nulla requira-
tur interpellatio. & à die, quo incidit in cõmiſ-
ſum, obligatus eſt ad fructus etiã, & intereſſe,
vt ex pluribus firmauit Rimin. iun. conſil. 333.
nu. 37. quem refert, & probat Surd. deciſ. 171.
nu. 10. & conſequenter in caſu noſtro tenetur
conuentus reſtituere capitale vnà cũ fructibus
decurſis à die alienationis dicti corporis.

Vt autem reſoluamus ſecundum caput du-
bitationis, in quo pars aduerſa videtur facere
31 maximam vim, † cõtractum iſtum eſſe nullius
momenti, tanquam à prodigo celebratum; nam
debebat interuenire decretum iudicis, & cu-
ratoris etiam cõſenſus, ex quorum defectu iu-
dicatur nullus, vt dictum eſt num. 6. & probat
Bald. in c. ad audientiam, il ſecondo, nu. 11. de
reſcript. cum aliis cumulatis per And. Tiraq. in
tract. de vtroque retract. par. 1. §. 1. gl. 6. nu. 6. &
32 ſeqq. Imò multi tenent, † ipſo iure interdictã
eſſe adminiſtrationẽ prodigo ſine decreto iu-
dicis, & contractum, à prodigo geſtum, nullius
eſſe momẽti, vt nouiſſimè teſtatur And. Facch.
lib. 2. cõtrouerſ. iur. c. 62. Dicimus enim in hoc
caſu, non eſſe neceſſariam iſtam diſcuſsionem,
quoniam factum diuerſum eſt ab eo, quod pars
fingit; nõ enim pars probauit furorẽ, vel fatui-
tatem conuenti, & debebat hoc probare per
actus ſpecificos, & factos ante celebrationem
contractus, & dum non probauit, eius aſſertio-
ni nulla fides venit adhibẽda, vt ſunt iura vul-
gata, cum particularibus Doctorum deciſioni-
bus cumulatis per Doctores infra allegandos.

33 Additur etiã aliud factum, quoniam per va-
rios teſtes probatum eſt, & per ſcripturas etiã
apparet, prænarratũ conuentum diuerſos actus
feciſſe, denotantes potius prudentiã, & ſapien-
tiam in agendo, quàm furorẽ, & fatuitatem; &
hoc etiam ante, & poſt celebratum contractũ;
nã in anno 1583. per duos annos poſt celebra-
tionẽ huius contractus, ipſe Don Antonius fuit
creatus Prior in Congregatione Sedilis Nidi,
vbi omnes Fratres dictæ Congregationis ſunt
Equites, & de principalioribus, & ſagacioribus
huius Ciuitatis, vt omnibus eſt notũ; quomodo
ergo poteſt eſſe veriſimile, vt Equites tã ſaga-
ces, & prudentes, in actu poſtea ita religioſo,
eligerent ſibi in Præfectum hominẽ fatuum,
& furioſum? Igitur hæc ſola inueriſimilitudo
tollit omnem partis prætenſionem; imò, quod
34 plus eſt, † teſtes, deponentes de furore, redar-
gui de falſo, tanquam deponentes inueriſimi-
lia, iuxta tex. in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib.
c. quia veriſimile, extra de præſumpt. Maſcard.
poſt alios in tract. de præſumpt. concluſ. 1370.
par. 2. ſecundùm nouam impreſſionem.

Non omittimus dicere, teſtes conuenti non
deponere cõcludenter de dicto furore, ſed po-
tius concludũt de facilitate, & ſimplicitate ad
contrahendum, & hoc non iam de anno 1581.
quo tẽpore hic cõtractus, de quo nunc agimus,
fuit celebratus, ſed de anno 1586. & 1587. ſex
annis poſtea; quo fit, ſi partis prætenſio vera
eſſet, prout vana cernitur, adhuc nõ probarent
35 furorem in præteritũ, † furor enim probari de-
bet in ſpecie tempore celebrati contractus, vt
in l. qui teſtamento, §. nec furioſus, de mil. teſt.
Boer. deciſ. 23. num. 67. & poſt alios Maſcard.
concluſ. 824. præcipuè nu. 14. & ſeqq. Et tantò
36 fortiùs, † quia huiuſmodi teſtes, etiam nõ in-
terrogati, tam quando deponunt de furore,
quàm etiã quando deponunt de prodigalitate,
debẽt deponere de cauſa ſcientiæ, & exprime-
re actus, quibus furor, & prodigalitas colligi-
tur, aliàs nõ probarent, vt notauit glo. in c. cùm
cauſam, extra de teſtib. l. ſolam, C. de teſtib. cũ
aliis cumulatis per Maſcar. in tract. de probat.
par. 1. concl. 227. & concl. 1375. vbi loquitur de
furore, & cõcl. 1240. vbi loquitur de prodiga-
litate, quæ quidem allegatio concluſionum, eſt
ſecun-

secundùm nouam impresionem,& cõsequen-
ter dum testes conuenti non deponunt de cau-
sa scientiæ huiusmodi prodigalitatis, nullam
faciunt fidem, etiam si Consiliarii integerrimi
vellent attendere illorum depositionem.

Insuper tanto magis vana redditur prætẽsio
partis, quanto ex parte actoris probatum fuerit
per testes omni exceptione maiores, etiam per
Aduocatos dicti conuenti, de illius recto iudi-
cio, de sagacitate, & prudentia eiusdem in
contrahendo, qui quidẽ testes de omnibus eo-
rũ dictis reddunt causam scientiæ, vnde tantò
37 magis probant ex dictis nu. præcedenti. † Eò
fortius probant, quia deponunt de sanitate, &
de qualitate, quæ vniuersaliter cuilibet inest,
cùm homo, vt plurimum, sit sanæ mentis, vt ex
pluribus probauit Ias. cons. 2. nu. 8. vol. 1. Dec.
cons. 127. nu. 35. Grammat. dec. 73. nu. 22. post
alios Mascard. d. concl. 827. nu 11. & 12.
38 Nõ omittimus dicere, testes Illustriss. actoris
esse maiores in numero, & ideò maiorẽ facere
fidem, vt ex innumeris probauit Cons de Ann.
cõs 59. 1. vol. Borgn. dec. 46. par 1. & in casu no-
stro hoc magis locũ haberet, etiã si essent mino
39 res numero; † siquidem testes deponentes de
sanitate, etiã minores numero, magis probant,
quàm maiores testes in numero, deponentes
de inualetudine, vt post Ias. Boer. & alios pro-
bat Mascard. d. concl. 826. nu. 13.
40 Cõfirmari potest depositio nostrorum testiũ
ex celebratione actus, & contractus gesti, clarũ
est enim furorẽ, vel prodigalitatem, & sanitatẽ
mẽtis, siue rectitudinẽ iudicii, probari ex actu,
& contractu gesto, iuxta tit. in l. is, qui, §. diuus,
ff. de tut. & cur. cum aliis innumeris cumulatis,
& probatis per Mascar. cõcl. 824. nu. 3. & seqq.
& concl. 1240. nu. 13. & seqq. Sed alii vendito-
res solebãt recipere pecuniam ad vitam ad ra-
tionem decem & octo, & ad minus ad rationẽ
sexdecim pro centenario, & hic contractus ce-
lebratus fuit ad rationem duodecim cum di-
midio, & successiuè prudẽtia conuenti in agen
do inspicitur, & etiam rectitudo intentionis,
& optima qualitas Illustrissimi actoris.

Nec demũ obstat, Beatricem Pignatellam,
conuenti socerã, petiisse eidẽ conuento tanquã
prodigo dari curatorẽ, vt ex petitione cernitur,
41 † & consequenter cũ decretũ præsumatur esse
cõforme libello, censetur datus curator cõuen
to, vti prodigo, & eò fortius, quia cõuentus effe-
ctus maior decẽ & octo annis, passus fuit viue-
re sub curatore prædicto, quo casu præsumitur
se prodigũ asserere, vt post alios probauit idem
Mascard. d. cõcl. 1240. nu. 6. Siquidẽ responde-
tur, curatorem petitũ fuisse à persona extranea,
vt est socrus dicti cõuenti, & petitum fuisse ob
duplicem causam, vnam quia minor, & alterã
ob facilitatem, & simplicitatem ad contrahen
dum, vt cernitur ex dicta petitione, fol. 397.
42 & successiuè succedit regula iuris, † q; tutor,
vel curator, petitus dari ex duplici causa, vna
naturali, vt quia minor, & [illegible] rali,
quia prodigus erat, vel furiosus; causa nat[illegible]alis
prævalet, vt censeatur datus tutor, vel curator
tanquã minori, non autem tanquam prodigo,
& cõsequenter, completa minori ætate, euane-
scit cura, sic probat text. in l. qui habebat, vbi
Batt. ff. de tutel. glos. in §. permissum, vbi Ang.
nu. 1. inst de tutel. Affl. in const. Reg. Si quis in
posterum, num. 59. Vinc. de Franch. decis. 167.
nu. 3. & successiuè non potest pars aduersa ex
sola datione curatoris prætendere, conuentum
fuisse prodigum, dum ei intelligitur datus cu-
rator tanquam minori.

Quodq; hæc fuerit Sac. Cons. intentio, colli-
gitur manifestè, quoniã in anno 1580. fuit in-
terpositũ decretum, licere dicto conuento, tan-
quam maiori, bona sua administrare, vt legitur
43 fol. 399. † & etiam, quia ipse cõuentus in anno
1584. mediante decreto Sac. Cons. fuit deputa-
tus in decoctione Bancherii de Marocccho, vt
legitur fol. 18. si igitur fuisset prodigus, & ne-
sciuisset bona sua administrare, quomodo Sa-
crum Cõsilium, Tribunal ita sapientissimum,
voluisset deputare in administratione bonorũ
decocti, in qua agebatur de præiudicio totius
Ciuitatis, vel maioris partis, personam prodi-
gam, quæ suamet bona nesciebat administra-
re? & consequenter cernitur, nullam haben-
dam esse rationem de prætensa datione cura-
toris.

Nec vrget partis replicatio, reuocationem
dicti curatoris nulliter factam fuisse sub præ-
textu, vt nemo fuerit auditus in tali reuocatio-
44 ne, † & dum decretum interponitur, nemine
audito, tanquam prolatum ex abrupto, nullum
esse dicitur, vt post alios probauit Menoch in
tract. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 75. sub
nu. 35. Et eò fortius, non citatis iis, qui ex pie-
tate petierunt curatorem dari eidem cõuento;
dum enim ipsi non fuerunt citati, nulla dicitur
esse reuocatio, vt scripsit Dec. cons. 174 etiam
quia causa dationis curatoris vigere præsume-
45 batur; † nam semel prodigus, semper prodigus
præsumitur, nisi probetur cõtrarium per actus
diuersos, quos in specie probare debet, vt exire
valeat de cura, vt ex pluribus probauit Mascar.
d. conclus. 1240. nu. 17. Siquidem respondetur,
assumptum fuisse verum, si curator datus esset
conuento tanquam prodigo, & probata esset
prodigalitas; sic enim loquuntur præcitati DD.
46 sed hoc non est factum nostrum; † nam asser-
tioni alicuius nõ creditur, aliquem esse prodi-
gum, nisi esset pater, qui in testamento dedisset
curatorem filio tanquam prodigo, vt post alios
notat Mascar. loco citato, nu. 12. sed potius cu-
rator datus præsumitur conuento tanquã mi-
47 nori; † quo casu, statim finita minori ætate, il-
licò & incõtinenti finitur tutela & cura, iuxta
tex. in §. 1. inst. qui. mo. tutel. fin. ibi [illico &c.]
vbi omnes, & hoc eatenus est verũ, vt nullum
decretum necessarium esset, vt probant prædi-
cti Authores, & etiã Affl. in const. minorũ iura.
& consequenter, vt tolleretur omnis ambigui-
tas, & dubitatio, fuit interpositum decretũ præ-
dictum, declarando conuentum maiorem, &

48 posse administrare eius bona, † & dum habemus decretum, illi in dubio standum est, pro quo semper, etiam in dubio, præsumitur, vt post Speculat. & alios probauit Surd.dec.231. num.20.

49 Ex dictis cernitur, vanam esse prętensionem partis, quę etiam probare debebat, fuisse interdictam administrationem bonorum conuento tanquam prodigo, sic enim practicatur in Regno ex veriori, & receptiori sententia, & dum non constat in specie de interdictione, contractus iudicatur validissimus, vt scripsit glos. in l.is, cui bonis, ff.de verb.obligat. vbi Bart. Bald. Angel. Castren. Rom. Alex. & Ias. quos ibidem probat Zas. nu.16. probauit etiam Imol. & Anchar. in c.1. de testam. quos probat Gomet. variar. resolut. in tit. de contractib. cap.14. nu.31. & est tex. in l. Iulianus, ff. de curat. furioso. ibi, [eos, quibus per Prætorem bonis interdictum est, nihil transferre posse] probat expresse Scipio Rouit. in pragmat.4. sub tit. de instrument.
50 liquidat. in addition. nu.8. vbi probat, † nullo modo dari restitutionem in integrum prodigo ad reuocandum gesta per eum ante bonorum interdictionem, ex Aret. Ias. & Lopez, & probat, et Præs. de Franch. decis.671. nu.3. vbi expresse docet, valere contractum factum per prodigum ante bonorum interdictionem, quamuis dicat, illum esse conueniendum ex illo contractu, via ordinaria, non autem via ritus, & hoc est, quod nos petiuimus, dum intentauimus rescissionem contractus ob alienationem corporis.

Cùm igitur contractus sit validus, quia non est probata bonorum interdictio, imò potius probatum est, licere conuento ad libitum contrahere: pactum appositum in contractu fit validissimum, & quod voluntariè conuentus alienauit corpus suppositum censui, iustissimè Sacrum Consilium iudicauit in anno 1601. per sententiam in beneficium Illustrissimi actoris, qua fuit rescissus contractus, & condemnati conuentus principalis, & eius fideiussores ad restituendum capitale vnà cum tertiis liquidandis, & consequenter debet etiam hodie suam sententiam debitę executioni demandare, condemnando conuentum etiam ad expensas, & ita iuris esse censemus.

51 Audiui fuisse in causa reclamationis reuocatam prædictam sententiam, & prouisum, soluendas esse tertias decursas, & decurrendas, & capitale esse deperditum, & sic iudicatum esse cōtra has allegationes, & fuit exercitatum remedium Nauarri, & aliorum num.22. relatum, vt remaneat census super aliis bonis ipsius conuenti, & potest etiam sententia confirmari ex traditis per prax. Archiepisc. Neapol. in prima impressione, cap.16. nu 6. & in addit.
52 in §. item notandum, vbi tradit, † ob tertias non solutas non posse liquidari instrumentum contractus vitalitii, dum capitale est deperditum.

53 Verùm habendo reuerentiam, quæ semper debetur Sacro Consilio, adhuc persisto in mea opinione, de hoc anno 1612. in prima die Decembris, nam illa sententia prolata fuit post emissam meam professionem, quamuis causa defensa fuit per eximios Aduocatos, & persisto in sententia ex eo, quia corpus suppositum censui, fuit voluntariè alienatum, & consequenter ex tali alienatione corporis suppositi debet procedi ad rescissionem contractus, vt præcipuè cernitur ex dictis num.16. & seqq. Nec me terret vltima decisio Sacri Consilii, nam aliàs iddem Sacrum Consilium nō solùm in diuersis causis, sed etiam in hac eadem iudicauit, ob alienationem corporis procedendum esse ad rescissionem contractus, vt dixi supra num.20. & consequenter sum contra decisionem Sacri Consilii, pro decisionibus eiusdem Sacri Consilii. Illud tandem aduerto, quòd Aduocatus Illustrissimi actoris mihi dixit, fuisse iudicatum iuxta Consilium, si verum sit, magis gaudeo, mihi enim non licuit videre sententiam, videri potest penes Viuum, pro Felice Actorum Magistro.

AN VITA MILITIA, DEBITA SECVNDOGENITIS, debeatur vnà cum fructibus? Quid sit, an debeatur personę Ecclesiasticę, ex quibus bonis debeatur, & cuius loco successit? Consilium Nonum, de quo fuit facta mentio in Commentar. par.2. in tit. de bon. q.7. in fi.

SVMMARIVM.



Vita militia quidnā sit, & quid significet vita, & quid militia, explicatur. nu.1. & 2.

Pro ea tenetur præstare secundogenitus seruitium personale per se, vel per substitutum, ad expensas tamen primogeniti, sub num.2. & seqq.

Non minus præstatur filio, quia filio, quam quia feudatario. nu.3.

Clerico, & etiam religioso professo, et si personaliter militare non possint, debetur vita militia, quia possunt serui-

re

re per substitutum. num.4. & 5.

Vita militia num debeatur in linea trāsuersali, traditur. nu.6. Debetur de fructibus feudi, capiendis tamen de manibus primogeniti. nu.7. vbi etiam explicatur qualiter fructus feudi considerentur.

Vita militia debetur ex fructibus separatis à solo, & potius præstatio commoditatum dicitur, quàm fructuum. nu.8. Vt debeatur ex corpore feudi, tenuit Consiliarius de Anna, contrarium fundat Author, vt debeatur ex fructibus. num.9. & seqq.

Vita militia non iuris ministerio, sed ex Doctorum dictis perfunctoriè, dicitur portio feudi, quod explicatur. num.10. 24. & 29. Qualiter autem sit onus feudi, explicatur. num.11. & 13. Debetur iure actionis, etiam contra tertios possessores. nu.12.

Auctis corporibus feudorum, num augeatur vita militia? traditur. nu.14.

Ius superueniens ex causa de præterito, auget patrimonium, & conualidat iudicium. nu.16.

Vita militia solùm quòad liquidationem æquiparatur legitimæ. nu.16.

Legitima debetur ex corpore hæreditatis vnà cum interesse à die mortis testatoris. nu.17. Licèt filius non possit illam sibi eligere in certo corpore, potest tamen iudex id facere. nu.18. Si præstari nō possit in certo corpore, debetur eius æstimatio. num.19. Transmittitur ad hæredes. nu.23. Non debetur iure successionis, sed ex beneficio legis etiā contra parentum voluntatē. nu.25. & 26. Pro eius fructibus non debetur interesse. num.37.

Primogenitus potest pro vita militia assignare secundogenito vnum ex feudis. num.20.

Hæres secundogeniti potest sibi retinere feudum, assignatum secundogenito pro vita militia, donec meliorationes illi soluantur. nu.21.

Vita militia finitur morte secundogeniti. nu.22. Debetur, si in præteritum non fuerit soluta, sed solui debet sine fructibus. nu.30.31. & seqq.

Portio hæreditatis alia est, & alia portio legitimæ. nu.28.

Pecunia non parit pecuniam, nec ex ea debentur fructus. num.32. Et hoc non solùm ostenditur habere locum in contractu mutui, sed etiam in omni contractu, vbi capitale non est liquidum, & certum. nu.33. & seqq.

Cambia sicca quænam dicantur, explicatur. nu.34.

Alimenta præterita regulariter non debentur, nisi eorum occasione contractum esse debitum. num.35. Debita in præteritum à die petitionis incipiunt deberi in futurum. nu.36.

CONSILIVM IX.



N facto, de quo agitur, si vita militia, debita in præteritum, debeatur vnà cum fructibus, siue interesse; quia agitur inter fratres, & coram arbitris, & consequēter causa decidenda erit secundùm equitatem, & semotis Doctorum disputationibus, & subtilitatibus. Idcircò sic procedam in his allegationibus, siue consilio.

1 Suppono primò, vt à nomine incipiam, vitā
militiam idem esse, vt vita condigna militi,
vt post And. in const. Reg. Comitibus, explicāt
Minad. cons. 1. nu.44. & 67. Ann. cons. 4. nu.48.
vol.1. & consequēter, vita, ponitur loco alimentorum, quibus secūdogenitorum vita substen-
2 tatur; † militia verò ponitur pro militari seruitio, quod tenentur præstare domino secundogeniti pro dictis alimentis, ad expensas tamen, arma, & equos primogeniti, vt scripsit gl. in d. const. Comitibus, post alios Afflict. decis. 138. & 252. vbi eius Addentes alios citant; & probat etiam Pet. de Greg. in tract. de vit. mil. q.1.
3 vbi plura scripsit de hoc nomine: † quæ quidē vita militia nō minus præstatur secūdogenito, quia filio, quàm filio, quia feudatario, eo quòd pro illa compellitur militare, vt dictum est, sic post Andr. in d. constit. Comitibus, scripsit Camerar. in c. Imperialem, fol. 102. col. 3. lit. N, de prohib. feud. alienat. per Federic.
4 Nec obstat, vitam militiam debitā esse etiā ecclesiasticis personis, vt clerico, & religioso professo, qui tamen militare nō possunt, vt probauit Affl. in d. const. Comitibus, nu.9. Præs. de Frāch. decis. 20. nu.5. Pet. de Greg loco cit. q.4. nu.6. vbi eius addentes ad hoc propositū citant Neapod. Parid. de Put. Menoch. & alios, & ita est vsu receptum, & practicatū in hoc Regno, & decisum pluries, vt testatur nouissimè Reg. de Ponte in tract. de potestate Proreg. in tit. de assensib. Regiis, §.4. nu.28. Nam respōdetur id
5 euenire, † quoniam huiusmodi personæ possēt seruire per substitutum, quando cogerētur militare, etiam si dominus repugnaret; nam, eius repugnantia nō obstante, admitteretur substitutus, & ratio est, quia in solo primogenito, qui succedit ad feudū, electa est industria personæ,

& hic tantùm non posset seruire per substitu-
tum cõtra domini voluntatem (ita doctissimè
resoluit post alios Reg. de Ponte d.nu.28. cum
seqq.) Quæ quidem discussio in hoc casu non
est necessaria, vt patet, etiã quia sumus in feu-
do paterno, de quo semper debetur vita mili-
6 tia ; † nã sola dubitatio fuit in feudo fraterno,
in quo pluries determinauit Sac. Conſ. nõ de-
beri vitã militiam, & præcipuè in anno 1592.
die 24. Maii, iunctis aulis, in causa Illustrissimi
mei Marchionis Campaneę cum eius secundo
genito, vt legitur penes Carbonum Actuariũ,
de qua materia latius scripsit Consil. de Anna
conſ.6. toto, scripsit etiam Intrigl. in tract. de
feud. cent. 2. q. 73. nu. 18. & seqq. Quamuis de
anno 1530. in causa Principis Hostiliani cum
Clerico Io. Frãcisco eius fratre fuerit decisum,
deberi vitam militiam in linea transuersali in
successione auunculi Comitis Aliani, de qua
sententia fuit valdè dubitatum in dicta causa
Marchionis Campaneæ mei Domini ; sed hæc
omitto, quia nõ concernunt factum nostrum,
& solùm incidenter notata sunt ad tollendam
obiectionem factam de militari seruitio.
7 Hoc igitur supposito, pono infrascriptas con-
clusiones, quarũ prima sit, vita militia prę̨stan-
da est de fructibus feudi. Conclusionem istam
firmauit gl. in d. const. Comitibus, in eod. verb.
vbi And. col. 2. in verb. audiui magnos peritos,
fol. mihi in nouis 243. col. 1. nu. 70. vbi Affl. q. 6.
idem Affl. dec. 252. nu. 2. Reg. de Pont. cõſ. 79.
nu. 1. & d §. 4 nu. 28. & 29. Vinc. de Franch de-
ciſ. 61. nu. 1. Estq; decisio in illa causa, pro qua
consuluit Reg. de Pon. d. conſ. 79. & idẽ tenet
Petr. de Greg. in d. tract. de vita milit. q. 3. nu. 4.
adeò vt secũdogenitus teneatur capere fructus
prædictos de manu primogeniti, non autem vt
propria authoritate possit illos capere, vt scri-
psit Affl. d. deciſ. 252. & probat Petr. de Greg.
d. q. 3. nu. 4. q. 5. nu. 4. & q. 11. nu. 5. & eius addẽ-
tes pro hac eadẽ opinione citant Pariſ. cõſ. 55.
nu. 45. vol. 4. Menoch. de adipisc. poſſ. remed. 2.
nu. 60. Surd. conſ. 155. nu. 3. & alios, probãt etiã
Pariſ. de Put. in tract. de reintegr. feud. fol. mihi
177. in c. incip. Nunc videndum, nu. 18. Franc.
de Amic. in c. 1. de his, qui feu. da. poſs. in c in-
cip. Illa etiã ratio, fol. 28. & Neapod. in cõsuet.
etsi testator, nu. 33. ibi [Non debetur corpora-
liter de bonis ipsis, quia sic feudum veniret di-
minuẽdum, quod est falsum] tenuit etiam Pi-
sanel. in consuet. verum. de alim præſt. fol. 223.
in apostil. incip. inferebam altàs.
8 Plus subdit Franc. de Amic. loco proximè ci-
tato, vt vita militia sit potius prę̨statio commo-
datum, quàm fructuum, quia debetur ex fru-
ctibus separatis à solo, adeo quod in eius liqui-
datione primogenitus ante partẽ prę̨capit me-
dietatem fructuum, tanquam æs alienũ, ratio-
ne seruitii personalis, quod præstare cogitur, &
alia fructuum medietas diuiditur inter omnes
fratres, computata etiã persona ipsius primo-
geniti, vt post Affl. in c. Imperialem, §. prę̨terea
ducatus, nu. 19. de probib. feud. alien. per Fed.
probat Franc. de Amic. in d. repetit. in c. incip.
Sed hic pulchrum erit, nu. 7.
9 Nec obstat, Consiliarium de Anna d. conſ. 6.
defendere cõtrarium, vt vita militia debeatur
ex corpore feudi, nõ autem ex fructibus illius,
ex quo fructus cõsiderantur in taxatione tantũ
ipsius vitæ militiæ, sed illam debet præstare pri
mogenitus in pecunia, quod probat idẽ Anna
conſ. 4. nu. 70. & tenuit etiam Minad. deciſ. 10.
nu. 5. verſ. & sic debet iudicari. Nam primò re-
spondetur Annam loqui cõtra veram, & rece-
ptam sententiam, tenentium, vitam militiam
præstandam esse ex fructibus feudi, non autem
de corpore illius. Secundò, quia glo. in d. const.
Comitibus, hoc expresſè decidit per illa verba,
[quod non respectu æstimationis feudi, sed re-
spectu fructuum] hoc est respectu fructuũ, qui
percipiuntur tempore mortis testatoris, nõ au-
tem respectu valoris feudi, vt ex pluribus pro-
bant Præſ. de Franch. d. deciſ. 61. Reg. de Ponte
conſ. 79. nu. 1. 20. 21. & 22. & d. §. 4. de assensib.
10 Reg. nu. 29. vbi plus subdit, vt dicere, † vitã mi
litiam succedere loco portionis, à qua secundo-
genitus excluditur, nõ operari ministerium iu-
ris, hoc est, vt veniat ex iuris dispositione, sed
esse verba à Doctoribus prolata, & sic perfun-
ctoriè dicta, non enim sequitur consequentia,
vita militia datur loco portionis feudi, à quo
excluditur secũdogenitus ; ergo est pars feudi,
vel feudũ ; nam vt tale sit, debet expresſè con-
cedi in feudũ, prout doctissimè id prosequitur.
11 Nec obstat secundò, q; vita militia est onus
feudi, imò onus reale, adeò vt si primogenitus
alienaret feudum, daretur actio secũdogenitis
contra possessorem illius feudi, etiam pro vita
militia præterita, vt post Neapod. in consuet.
quod si aliquis. nu. 33. tenet Camer. in d. c. Im-
perialem, fol. 50. lit. E. & fol. 102. lit. M, quem
refert, & probat Salern. sub d. nu. 33. in apostil.
12 incip. Ea ratione, † quia vita militia debetur
iure actionis, ex tex. in cap. Regni alienationis
actus. & probat etiã Præſ. de Franch. dec. 714.
par 4. post has allegationes impressa. Nam re-
13 spondetur, † vitam militiam nõ esse onus feu-
di, quia debeat ex corpore feudi, sed esse onus
feudi, quia de fructibus eius solui debet, vt pro-
bat Pet. de Greg. loco cit. q. 3. & proinde secun-
dogenitus etiã tertium possessorem conuenire
posset, vt de fructibus feudi eidẽ solueret vitã
militiã, siue eius victum ex causa militiæ, vt in
specie notat Salern. loco cit. & omnes conclu-
dunt, debitam esse ex fructibus feudi, vt etiam
docet Marchio de Ponte d. §. 4. num. 28. & 29.
14 adeò vt sola quæstio fuerit, † si, auctis corpori-
bus feudorum, debeat etiã vita militia augeri,
& quamuis Reg. de Ponte d. conſ. 79. defendat
partem negatiuã, nihilominus pro parte affir-
matiua scripsit Præſ. de Franch. d. dec. 61. & sic
decisum fuit contra Conſ. dicti Marchionis, ea
15 tatione, † quoniam ius superueniens ex causa
de præterito, auget patrimonium, & cõualidat
etiam iudicium, vt consuluit Alex. consil. 177.
nu. 2. vol. 2. & conſ. 44. nu. 3. vol. 7. latissimè pro-
bauit

banit Cornaz.dec.54.nu.6. Surd.dec.44.n.22.
Pereg.in tract.de fideicom.art.41.n.6.& fusius
in art.26. præcipuè nu.20. cum seqq. Barth.de
Capua in const. Regni. Generalia iura. Capyc.
decis.16.Lanar.cons.70.nu.2. & consequenter
si ius de præterito siue ex causa de præterito,su
perueniens,auget patrimonium,etiam fructus
illius auget,& successiuè augetur vita militia.
16 Secunda conclusio,vita militia æquiparatur
legitimæ debitæ filiis iure naturæ, sed quòad
taxationẽ tantùm:conclusio potius indiget ex-
plicatione,quã probatione; multi enim docue-
runt indistinctè,vitã militiam equiparari legi-
timæ, vt scripsit Molina lib.2. de primog.Hisp.
c.15.nu.2.Reg.de Pon.d.cons.79.Vinc.de Frã-
chis d.dec.61. Ann.d.cons.6.& etiam cons.75.
Bursat.cons.2.nu.79.vol.1. Menoch.cons.411.
nu.4.& seqq.vol.5. Surd.in tract.de alim.tit.5.
q.1.limit.2.num.31.Cannet.in repet.cap.si ali-
quem,§.& pariformiter,nu.4.fol.mihi 332.Ca
merat.in cap.Imperialem, fol.102.col.3,lit.M.
Sed, vt ex dicendis patebit, æquiparatio non
potest esse in aliquo alio, nisi in taxatione, vt
quemadmodum in taxatione legitimæ libero-
rum numerus, & patrimonii quantitas attẽdi-
tur,iuxta tex. in Auth.nouissima, C.de inoffic.
test.ita in taxatione vitæ militię numerus libe-
rorum, & fructuum feudorum quantitas atten
datur, vt post alios scripsit Petr de Greg.in di-
cto tract.de vita mil.q 7.tota, & in specie nu.4.
& 5 & patet ex prima conclusione.
17 Probatur tamen cõclusio,ex quo vita militia
debetur ex fructibus feudi, vt patet ex prima
conclusione, legitima verò debetur de corpore
hæreditatis, adeo vt licèt non debeatur de sin-
18 gulis corporibus, † nec possit filius pro legiti-
ma sibi eligere certum corpus,posset tamen iu-
dex, secũdùm boni viri arbitriũ, assignare filio
legitimam super certo corpore hæreditatis, vt
scripserunt Guliel,de Cun. Bal. & Cast.in l.sci-
mus,§.repletionem,C.de inoff.testa.Bart.in l.si
quis quoque,ff.de hæred inst. & in l.in quartã,
vbi omnes,ff.ad leg.Falcid. Pereg.d.art.36.nu.
19 28. & seqq. † & quando præstari non posset in
aliquo certo corpore, tunc præstanda est eius
æstimatio, vt scripserunt Bal.Castr.& alii in d.
§ repletionem.Reg.de Ponte cons.88.nu.33.&
post alios Pereg.d.art.36.nu.74.
20 Nec vrget ꝙ primogenitus posset assignare
secũdogenito pro vita militia vnum ex feudis,
vt scripsit Cannet. in d. c. si aliquem. fol.mihi
326.nu.14. in fi. tamen id procedit ex optione
primogeniti,vt loco fructuum debitorũ secun-
dogenito pro vita militia, percipiat fructus ex
dicto feudo, durante vita ipsius secundogeniti
tantùm quo mortuo,reuertitur feudum ad pri
21 mogenitum, & eius legitimos hæredes, † qui
solùm tenentur soluere hæredibus secundoge-
niti meliorationes factas in dicto feudo, si quæ
adsint,& interim,non solutis meliorationibus,
hæredes secundogeniti retinent feudũ, vt post
Iacob.de Ardiz.& alios,notat Saletn.sub d.nu.
33.ad Neapod.d.consuetud.quod si aliquis, in
addit.incip.Vita militia,vers.quid autem si se-
22 cũdogenito.fol.218. † nam vita militia morte
finitur, vt habetur in d.cõst.Comitibus, Capy.
decis.2. & nouissimè Præs.de Frãch.par.4.dec.
542.n.3.& in hoc sensu sunt intelligẽdi,qui di
cũt,vitã militiã ęquiparari alimentis,quia mor
te finitur ad instar alimentorũ,& sic vita poni-
tur pro victu,quo substẽtatur vita; militia verò
pro seruitio, quod præstare tenetur, vt scripse-
runt Frecc.lib.3.de subfeu. diff.19. inter feuda
ex pacto,&c.num.2. Pet.de Greg.loco cit.q.2;
Vrsill.ad Affl. decis.252. Cumia in c.si aliquẽ,
23 in verbo maritata,nu.438. † Sed ipsa legitima
transmittitur ad hæredes, etiã quòad proprie-
tatem,quia debetur ex corpore bonorum,vt di
ctum est,& successiuè debetur vnà cũ interesse,
siue cum fructibus à die mortis parentis. l. Pa-
pinianus,§.vnde si quis,ff.de inoff.testam.l.sci-
mus,C.eod. post alios Surd. decis.25. num.26.
vt omittam alios.
24 Tertia cõclusio,vita militia debita est secun
dogenito loco portionis, à qua per primogeni-
tum excluditur;hanc conclusionem probarunt
Paris de Put.de reintegr.feud. in c.incip. nunc
videndũ nu.10.fol 177.Camerar.in d.c.Impe-
rialem,f.102.lit.G,vers.circa secundũ. Minad.
in cons.1.nu.31.& seqq. Io.Lecier. in tract.de
primogenitura, lib.2.q.19.in fi. Reg.de Ponte
d.cons.79. Surd.in tract.de aliment.tit.7.q.15.
nu 26. And.in d.const.Comitibus,in princ.vbi
expressè hoc docet: & quamuis Ann.d.cons.6.
num.7. & seqq.conetur exponere dicta verba
And vt pars debita accipiatur ꝓ legitima,quæ
alio vocabulo vocatur debitum bonorũ subsi-
dium.Re uera tamen eius expositio non est ad
mentem,nec ad verba Andręę; nam secũdoge-
nitus nõ excluditur per primogenitũ à succes-
25 sione legitimę;† quoniã legitima non debetur
iure successionis, & qui excluditur à successio-
ne, non excluditur a legitima, iuxta tex. in l.si
quando §.generaliter,C.de inoff.test. cũ vulga
26 tis aliis;& eatenus hoc est verum,† vt legitima
debeatur filiis etiã contra parentum volunta-
tẽ, dummodo non sint exhæredati ex causa iu-
sta, secundùm terminos tex. in §.aliud quoque
capitulum, Auth.vt cũ de appell.cognoscit.&
ideò secundogenitus excluditur à successione
27 ipsius feudi, † quoniam de iure cõi feudorum
omnes filii pro æquali parte,& portione succe-
debant ad feudũ,iuxta tex.in c.omnes filii,si de
feu.defunct.nil fuer.controu. & consequẽter,
quia de iure Regni primogenitus solus vocat
ad feuda,exclusis secundogenitis à successione
illorum; ne igitur in totũ excluderentur, dedit
iddem ius Regni prędictis secundogenitis vitã
militiam loco dictæ portionis, vt habetur in d.
const.Comitibus. Cùm igitur vita militia suc-
cessit loco portionis, debitæ secundogenitis, à
qua excluduntur, & iam à feudo excluduntur,
ideò loco huius portionis,non autem loco legi-
28 timæ successit,& sic intelligitur And. † etiam
quia alia est portio hæreditatis, & alia est ipsa
legitima, l.1.vbi necata. ff.de acquiren.hæred.
&

& hanc interpretationem quidam non nominandi tuebantur, & hunc puto verum, & germanum sensum ad prædictum locum Andreę.

29 Benè verum est, hanc subrogationē non esse factam in omnibus, & per omnia in locum portionis feudi, à qua secundogenitus excluditur, & sic iudicaretur feudū; sed solùm vt loco eiusdem portionis haberetur quoad congruā sustentationem prædicti secundogeniti, & cum vita illius extingueretur, & vt audiui à magnis, & eximiis Aduocatis, hic articulus fuit discussus in dicta causa Marchionis Campaneæ cum eius fratre secundogenito, vt hęc vita militia habeatur loco dictæ portionis, à qua fuit exclusus, succedat tamen in locum alimentorum, adeò vt ex iuris rigore potius dici debeat, vt sit loco alimentorum, quàm loco dictæ portionis, & hoc videntur magis admittere nostri Regnicolę, & etiam Siculi, & gaudeo hāc eandem interpretationem defendere nouissimè Marchione de Ponte, vt patet ex dictis nu. 10.

30 Quarta cōclusio, vita militia debita de præterito soli debet secundogenitis, sed absque fructibus, & interesse. Primam partem conclusionis tenent Paris de Put. & Camill. Salern. in prædicta add. incip. vita militia, §. quid autem si secundogenitus. Nec potest ab aliquo subsistenter defendi contrarium.

31 Secunda pars conclusionis, in qua est tota controuersia huius consultationis, & causæ, facilè probatur ex dictis; si enim vita militia debetur ex fructibus feudi, & solui debet in pecunia, quod docent omnes, qui defendunt, illam succedere loco alimentorū, & etiam qui tenent succedere loco legitimæ, vt patet ex dictis per Annam in dictis cons. 6. & 75. & est pecunia non liquida; nam debet liquidari legitima per iudicem, vel saltem per partes, habito respectu ad fructus feudorum, existentes tempore mortis testatoris, & ad summum etiam cū augmento bonorum feudalium, aucto per ius superueniens ex causa de præterito, vt ex dictis cerni potest, vtique nullo modo ex tali pecunia, sic il-

32 liquida, deberi potest aliquod interesse; † quoniam pecunia non parit aliam pecuniam, nec ex illa debentur fructus, vt est tex. rotundus in l. neque eorum, ff. de vsur. l. rogasti, §. si tibi, ff. si cer. pet. cum aliis cumulatis per Ant. de Rosell. in tract. de vsur. in verbo summi, nu. 55. vt legitur tom. 7. tractat. fol. 68. Laurent. de Rondull. in eod. tract. in verb. consuluit, nu. 57. d. tom. 7. fol. 21. Gulielm. Bont. in tract. de vsur. in verbo quod libitum, nu. 7. d. tom. 7. fol. 75. probat etiā Purpurat. cons. 395. nu. 8. 1. vol. vbi Canonistas in rubr. de vsur. & alios plures cumulat, probat etiam Affl. in const. Reg. Vsuratiorum, nu. 33.

33 Nec obstat, si dicatur, regulam prædictam locum habere in contractu mutui tantùm, vt videtur defendere Frater Fabian. Genuens. in tract. de cambiis, cap. 7. nu. 6. vt legitur tom. 6. tractat. par. 1. fol. 417. per glos. in l. debet, ff. de ædil. edict. siquidem respōdetur, eius motiuum non militare in omnibus contractibus, sed solùm in contractibus, in quibus certa, & deter-

34 minata quantitas, & liquida cōtinetur, † prout etiam continetur in cambiis, dummodo sint cambia realia, non autē cambia sicca, vt quando literę non mittuntur ad nundinas, & per receptorem, vel per eius agentes pecunia nō soluitur, sed ipse creditor stat in domo sua sine aliquo periculo; quo casu contractus iudicaretur vsurarius, vt fundauit Nauar. in c. nauiganti, nu. 25. de vsur. & post alios Borgn. decis. 48. nu. 23. & seqq. par. 2. vt omittā alios; hoc enim est mutuum palliatum sub colore cambii; sed quoties summa non est certa, nec liquida, nunquam debetur interesse, nisi à die condemnationis, vt est etiam notissima praxis in nostris Tribunalibus, ideò non cumulo Authores, & consequenter dum vita militia non est liquidata, nec etiam ex consensu partium, nullo modo ex illa possunt deberi fructus.

Additur prædictis, quòd dum vita militia, secundùm receptiorem sentētiam, debetur loco alimētorum, vt superius fundatum est, esset

35 etiā dubium, si deberetur de præterito, † quia alimenta præterita non debentur, nisi quando per illa alimenta essent contracta debita; tunc enim deberetur alimentorum æstimatio, iuxta text. in l. cùm onus, §. 1. & l. de alimentis, ff. de alim. & cib. legat. cum aliis innumeris cumulatis per Thes. decis. 44. & per Præs. de Franch. decis. 103. & nouissimè decis. 605. vbi subdit,

36 † alimenta à die petitionis dici de futuro debita, et si debeantur de præterito, & proinde si dubium est, an debeantur capitale ipsius vitę militiæ, quomodo ex illa possint deberi fructus, & interesse? credo esse argumentum ad hominem, & tantò fortius dum legitima debita est vnà cum fructibus à die mortis testatoris, etiā

37 sine mora, vt superius dictum est, † & tamen pro fructibus legitimæ nullo modo solui deber interesse, vt post Ruin. cons. 55. & 56. volum. 2. & alios, probat Peregr. in tract. de fideicomm. d. art. 36. nu. 68. & 69. semper enim vt aliquid debetur ex fructibus, nunquam debitum est cum interesse.

Ex quibus omnibus concludo, vitam militiam debitam esse de præterito, habita consideratione ad illam quantitatem, quam primogenitus tenebatur soluere singulis annis ipsis secundogenitis, sed esse debitam sine aliquo interesse, & ita iuris esse censeo. Hæc causa non fuit decisa in Sacro Consilio, sed fuit compromissa in personam Cousiliarii Ioannis Dominici Imperati, & aliorum, nescio tamen quem habuit finem: fuit tamen inter Ioannem Antonium de Duce, siue del Dolce cum eius fratribus secundogenitis.

AN

AN SOROR EXCLVSA PER FRATRES à successione bonorum, excludatur ab eisdem à iure querelandi de morte fratris occisi? Consilium Decimum, de quo mentionem feci in tit. de renunc. q. 18.

SVMMARIVM.



Bsolutus, vel cōdemnatus de aliquo crimine, non debet amplius de eodem delicto inquietari. nu. 1.

Exceptio rei iudicatæ procedit etiam facta transactione super delicto. nu. 2.

Transactio in delicto succedit loco cōdemnationis. nu. 3. Qualiter autem fieri debeat, vt valida sit, secundùm ius pragmaticarum Regni traditur. nu. 4. 18. & alibi.

Sororem esse exclusam per fratres à iure querelandi, multi tenent, etiam de iure communi, qui recensentur. nu. 5. Et solùm iure speciali, & in subsidium esse admissam ad querelãdum. nu. 6. & 21. Præcipuè si esset dotata, & tēpore compositionis erat præsens, & sic decisum refertur. nu. 7. Et iddem esset, si renunciasset successioni bonorum. nu. 8. Contrarium tamē fundatur esse verius de iure communi, & secundùm ius constitutionum Regni. nu. 10. & seqq. Vt solùm procedat prima opinio, si masculorum remissio legitimè processisset, & colligi posset, sororem esse seductam ad accusandum. nu. 15. 28. & seqq.

Dotatio est causa exclusionis fœminarū. num. 9.

Renuncians hæreditati, censetur etiam, secūdùm aliquos, renunciasse iuri querelandi. nu. 7. Contrariū fundatur esse verius, secūdùm ius cōe. nu. 14. & seqq.

Ius sanguinis, et ius vindictæ nō posse per statutum tolli, multi dixerunt, qui recensentur. nu. 11. Contrarium tamen fundatur. nu. 12. et seqq. sic etiā nu. 27. Et præcipuè vt per statutum possit declarari, vt competat cum certis qualitatibus. nu. 24.

Statutum si mandet, habendam esse pacem ab hæredibus occisi, etiam à fœminis haberi debet. sub nu. 11.

Ius faciendi pacem, & querelandi non competit iure successionis, sed iure sanguinis. nu. 13.

Renunciatio non extenditur ad ea, quæ competūt alicui iure sanguinis. nu. 14.

Præsens, & tacēs, sibi præiudicat in actibus iudicialibus. nu. 16.

Ius querelãdi, ad illum spectare dicitur, secundùm ius pragmaticarum Regni, ad quem defertur successio, & qui proximior est in gradu. num. 17. & seqq. Et ita decisum refertur. nu. 20.

Remissio iniuriæ, secundùm ius pragmaticarum Regni, fieri debet ab omnibus proximioribus iniuriati, & proximioribus in gradu. nu. 18. 19. 22. & 30.

Legitima competit filijs iure sanguinis, et potest reduci, vt detur filijs, cum certa qualitate. nu. 25.

Ius testandi, licèt tolli non possit per statutum, potest tamen restringi, vt fiat cum certis solemnitatibus. nu. 26.

Argumentum de pacto ad statutum, & è contra, validum est. nu. 27.

Mulier semper præsumitur seruare odiū in animo, & ob odium animi, dicitur inimica. nu. 28. De facili decipitur, ob sexus fragilitatē, & præcipuè per eius virum. nu. 29. Multoties dicuntur aduersus propria commoda laborare, & propria iura negligere, sub nu. 29.

Spes, quæ non fundatur in Deo, & in iustitia, fallax dicitur, & iniqua. nu. 31.

CONSILIVM X.



Dsit Deus. Tota vis cōsultationis reducitur ad hunc iuris articulū, si sorores fratris occisi, de quo nūc agitur in Curia Baronis, admittantur de iure Regni ad accusandum de morte fratris, dum adsunt alii fratres? & ideò, an sicut fratres eas excludūt à successione bonorum, ita etiam excludant illas ab accusatione de morte fratris?

Dixi, hanc solā esse ad præsens disputationē; quia, licèt inquisiti de hoc crimine, præcedēte remissione fratrum viuentium dicti occisi, fuerint per Curiam Baronalem ad cōpositionem, &

1 & tranſactionem debitam admiſſi, † & omnia
iura, & etiam æquitas abhorreant, abſolutum,
vel condemnatum de vno delicto, iterum pro
eodem inquietari, & vexari, c. de his, extra de
accuſat. cum vulgatis aliis; obſtat enim tūc ex-
2 ceptio rei iudicatæ. l. fin. C. de custo. reor. † qua
quidē exceptione poteſt taliter abſolutus, vel
cōdemnatus, ſe defendere, nè iterum indebitè
vexetur; hac enim de cauſa fuit introductū re-
mediū appellationis, vt qui ſenſerit ſe grauatū
de aliqua ſentētia à iudice inferiori, recurſum
habere valeat ad ſuperiorem, à quo liberetur à
dicto grauamine, vt ſunt termini notiſsimi, &
eadē ratio procederet in tranſactione pro deli-
cto, quæ fit de voluntatę partium, nec fieri poſ-
ſunt huiuſmodi trāſactiones ſine partium vo-
3 luntate: † & dū fit tranſactio, illa ſuccedit loco
condēnationis, vt probat Paris de Put. in tract.
de ſyndic. in verb. compoſitio. c. 1. nu. 6. & c. 4.
nu. 2. Grillan. in tract. de relaxat. carcerat. q. 6.
adeò, vt obſtabit exceptio tranſactionis, nè ite-
rum pro eodē delicto poſſent inquiſiti vexari,
vt poſt alios probauit Farin. in ſua pract. crim.
in tit. de inquiſitio. q. 1. nu. 51. & q. 4. nu. 1. & 2.
Attamē huiuſmodi ſorores haberēt exceptio-
nem cōtra dictam tranſactionem tanquā nul-
4 liter factam; † quoniā de iure Regni tradita eſt
forma, qualiter fieri debeant huiuſmodi trāſa-
ctiones, nempe cū conſenſu omnium illorum,
qui tenebantur illā facere, & dum perſona de
nouo accuſat inquiſitū, tenetur Baro recipere
accuſationem, ſed habēda eſt ratio ab ipſo Ba-
rone de prima cōpoſitione, vt not. Paris de Pu-
teo loco citato, & notant etiam Scribentes in
prag. 8. ſub tit. de compoſitionib. quæ adnotare
volui, quia in quibuſdam allegationibus ipſo-
rum inquiſitorum totam vim vidi factam ſu-
per hac tranſactione, ſed non vrget, ſi fœminæ
non ſunt excluſæ ab accuſatione.
5 Deueniendo igitur ad propoſiti articuli di-
ſcuſsionem, multi tenuerunt contra ſorores, vt
quemadmodum ipſæ excluduntur per fratres
à ſucceſsione bonorum, ita etiam excludantur
à iure querelandi de morte propinquorū, & ita
bis iudicatū refert Iul. Clar. in §. fin. q. 58. verſ.
ſed quid ſi inter hæredes, nu. 54. quē citat Scip.
Rouit. in d. pragm. 8. nu. 3. & 4. vbi etiam citat
Nuntium Tartagl. qui tenet contrariū, vt infra
dicetur; & hanc eandem opinionem contra ſo-
rores videtur defendere Foll. in d. prag. 8. n. 32.
6 dum vult, † vt fœmina ſolùm admittatur iure
ſpeciali, quando maſculi non proſequerentur
accuſationē propinquorum, quod etiam defen
dit Pręſ. de Franchis deciſ. 100. num. 9. & ſeqq.
7 † Et hoc idem in ſorore dotata, quæ erat prę-
ſens tēpore compoſitionis, & non querelauit,
vt ſit excluſa à iure querelādi, ex pluribus pro-
bauit Farin. in tit. de accuſ. q. 13. nu. 8. & 27. &
q. 14. nu. 19. 21. & 26. & ita pluries fuit deciſum
in Sac. Conſ. vt refert Marchio de Pon. in tract.
de poteſt Proreg. tit. 1. de prouiſio. fieri ſol. §. 4.
8 nu. 18 † Et in ſpecie, ſtante renunciatione hæ-
reditatis, vt etiā excludatur à iure querelandi,
poſt Bal. Gerard. & Rolan. tenet Foll. d. prag. 8.
nu. 46. Et in caſu noſtro, licèt nō conſtet de re-
nunciatione, cōſtat tamen de dotatione, & con
ſequenter ſoror dotata habetur pro renūcian-
9 te; † dotatio enim eſt cauſa excluſionis ſororū,
vt poſt alios probat Præſ. de Franch. deciſ. 543.
nu. 4. par. 4. & ideo in hoc caſu videbatur cōclu
dendum, etiā ſecundùm terminos iuris cōis, ad
excluſionē dictarum ſororū à iure querelandi.
10 Contrariam tamen ſententiā defendit Tar-
tagl. loco cit. nempe d. prag. 8. c. 2. nu. 18. vt, etiā
ſtante dotatione, non excludatur ſoror à iure
querelādi, & iddē probat c. 1. nu. 20. ea ratione,
11 † quia ius ſanguinis, vt eſt ius vindictę, nō po-
teſt per ſtatutū tolli, iuxta tex. in l. iura ſangui-
nis, ff. de reg. iur. & eandē ſententiam defendit
Baiard. in additio. ad Iul. Clar. d. q. 58. nu. 54. &
Carau. in ritu 191. nu. 8. & 9. dicit quotidie pra
cticari, ſorores, etiā ſi excludantur per fratres à
ſucceſsione bonorum, admitti tamen ad accu-
ſandum de morte propinquiorum; & hanc opi-
nionem in terminis iuris cōmunis dicit verio-
rem Reg. de Pon. d. §. 4. nu. 25. etiam quia ſtāte
ſtatuto, vt habeatur pax ab hæredibus occiſi,
deberet etiam à fœminis haberi, vt ex communi
ſententia, poſt Rip. & Iul. Clar. probat Maſcar.
concl. 1050. Mentiri, nu. 20. in tit. de probat.
12 Plus ſubdit Tartagl. d. c. 1. nu. 21. vt, etiam ſi
ſorores renunciaſſent futurę hæreditati, adhuc
earum remiſsio neceſſaria eſſet, vt excludantur
à iure querelandi, ex regula text. in l. fin. ff. de
ſuis, & legit. hęred. l. 3. C. de collat. & hoc ea ra-
13 tione, † quoniā ius faciendi pacem nō eſt hæ-
reditarium, vt veniret in renunciatione hære-
ditatis, ſed competit iure ſanguinis, vt ſcripſit
Bart. in l. damni, § Sabini, nu. 2. in fi. ff. de dam.
infect. poſt eum Dec. Bonacoſ. & Fanut. probat
Tartagl. d. nu. 21. & ob hoc rationē refert Pręſ.
de Franch. deciſ. 611. par. 4. fuiſſe iudicatum in
Sac. Conſ. quòd, licèt aliquis inſtitueret extra-
neum hæredem, & excluderet eius proximio-
res à ſucceſſione bonorum, adhuc proximiores
non cenſentur excluſi à iure querelandi, quia
non iure ſucceſsionis, ſed iure ſanguinis admit
tuntur ad querelādum, & ſic excluſus ab vno
non excluditur ab alio.
Confirmatur hoc aſſumptū in beneficiū ſo-
rorum, ſiquidē in materia renunciationis ſem-
per fit ſtrictiſsima interpretatio, vt nunquam
extēdatur de caſu ad caſum, nec de perſona ad
14 perſonā, vt ſunt termini clariſsimi, † & in ſpe-
cie nunquā renunciatio extenditur ad ea, quæ
cōpetunt renuncianti iure agnationis, ſiue iure
ſanguinis, iuxta text. in l. pro hærede, §. ſi quid
tamen. ff. de acq. hęred. poſt Igne. Præſ. de Frā-
chis deciſ. 690. nu. 2. par. 4. Vnde ex prædictis
cernitur, iſtas ſorores, etiā ſi bonis renūciaſſent
in ampliſsima forma, non eſſe excluſas à iure
15 querelandi de morte propinquorū: † quę qui-
dem opinio defendi poteſt pro veriori, ſecun-
dùm terminos iuris cōmunis, & conſtitutionū
Regni, quam tamen non admitterem in omni
caſu, ſed ſolùm quando remiſsio maſculorum

non

non fuisset legitimè facta, sed fraude, dolo, vel
alio modo indecenti; sed si prima compositio
masculorum legitimè processerit, & sorores es-
sent præsentes tempore dictæ compositionis,
& non contradixerint, vt euenit in hoc casu,
tunc reiicere deberet iudex tales accusationes,
& declarare, nullum ius competere prædictis
sororibus. & ita procedunt Authores, & deci-
siones relatæ nu. 7.

16 Nec hoc videtur inconueniens, licèt enim
regulariter præsens, & tacens nō censeatur sibi
præiudicasse, quia sciebat ius suum duraturū,
hoc tamen non procedit in actibus iudiciali-
bus. quia per solam præsentiā censetur renun-
ciare iuri suo, iuxta tex. in l. si eo tempore, C. de
remiss. pign. faciunt cumulata per Surd. decis.
302. cum aliis; & successiuè melius esset ad tol-
lendam omnem ambiguitatem, vt etiam mu-
lierum remissio interueniret.

17 Ad cōfirmationem prædictorum accedit in
facto nostro; quia, licèt secundùm ius cōmune,
& secundùm ius constit. Regni, In aliquibus.
quęstio hæc videretur dubia; attamen secundū
dispositionem d. prag. 8. de compos. quæstio est
indubitata, sorores esse exclusas à iure quere-
landi, vt doctissimè & ad saturitatem, vt nihil
addi possit, probauit Reg. de Pon. d. §. 4. nu. 27.
& seqq. & videtur etiam de mente Præsid. de
18 Frāch. d. dec. 611. vt mox subiiciam: † Etenim
duo copulatiuè sunt necessaria secundū dispo-
sitionem d. prag. vt aliquis admittatur ad que-
relādum. Primò, vt sit proximior in gradu ipsi
mortuo, & vt nemo alius sit proximior: & se-
cūdò, vt ex iuris dispositione illi deferatur suc-
cessio, quamuis alius sit heres institutus à testa-
tore, & ita determinauit Sac. Cons. d. dec. 611.
Quorum vno deficiente, nemo admittitur ad
querelandū, vt prædictus Marchio sapientissi-
19 mus fundat, † & in hoc illa pragm. corrigit ius
cōe, & tollit Doctorū disputationes, & semper
per quatuor vices, & plus, dū loquitur de pro-
ximioribus, qui admittuntur ad accusandum
de morte propinquorum, annexè adiungit illa
verba [Alli quali si deferisce la successione]
quæ verba pluribus, & pluries ponderat præ-
narratus Marchio loco citato.

20 Ad confirmationem addi potest, Sac. Cons.
hac habuisse pro absoluto d. dec. 611. dum de-
cidit, ad eum spectare ius querelandi, ad quem
competit successio bonorum secundùm dispo-
sitionem d. prag. & ita ille nepos admissus fuit
ad querelandū de morte patrui, quamuis alius
fuerit hæres institutus, & successiuè Sac. Cons.
videtur habuisse pro absoluto à contrario sen-
su, vt cui non competit successio, nec etiam
competat ius querelandi.

Nec obstāt contraria, si enim DD. benè pon-
derentur, solus Tartag. tenet oppositum, quod
manifestè probatur; nam Foll. expresè docet,
21 sorores esse exclusas, stāte renunciatione, & dū
non adest renunciatio, admittit sorores ipsas in
subsidium masculorū, vt patet ex dictis nu. 6.
Imò ipse Foll. nu. 39. 41. 44. cum seqq. sic etiam
Carau. in rit. 272. loquendo in terminis d. prag.
22 dicunt, † secūdùm illā ab illis tantùm requiri
remissionē, qui sunt in eodē gradu, & ad quos
defertur successio bonorū, & successiuè admit-
tūt illa duo requisita copulatiuè, vt dixi nu. 18.
& iddem tenet Baiard. d. q. 58. nu. 59. ibi [Item
adde, q̄ in Regno Neapolitano per Regiam
pragmaticam Regis Philippi, quæ est octaua,
sub tit. de compos. remissio, siue pax est habēda
ab omnibus, quibus defertur successio] Ne igi-
tur isti DD. sibi contradicant, & tanquam con-
trarii, tollantur de medio, iam in locis citatis,
nu. 10. & 11. debēt intelligi esse locutos secun-
dùm terminos iuris cōmunis, & secundùm con
stitutionē Regni; in vltimis autē locis loquun-
tur secundùm dispositionē dictæ Regiæ prag-
maticæ, vt in hoc Regno nemo admittatur ad
querelandū, qui non sit proximior in gradu, &
23 qui admittitur ad succedendū, † & hanc ean-
dem sententiā videtur defendere Rouit. in d.
prag. 8. nam licèt nu. 3. & 4. citet Doctores pro
vtraq; parte, adeò vt nihil de hac quęstione vi-
deatur affirmare, tamen, vt etiā aduertit Reg.
de Pont. loco cit. in princ. d. prag. vers. secūdum
verò, docet, vt hoc ius vindictæ non spectet ad
omnes cōsanguineos, sed ad eos tantū, ad quos
spectat successio, & proindè nostrā potius con-
firmat sententiā; clarum est enim, vt nobis non
24 aduersetur. Itaque solus Tartaglia tenet con-
trarium, vt sorores admittantur, sed eius ratio
non militat, siquidem licèt statutum nō possit
in totū tollere iura sanguinis, potest tamen de-
clarare, vt iura sanguinis certis tantùm compe
tant personis, quæ habent certas qualitates, &
huiusmodi est in proposito, vt ius querelandi,
quod iure sanguinis competit, ad illos tantùm
deferatur, ad quos defertur successio.

25 Confirmatur, quoniam legitima competit
filiis iure sanguinis, & per statutum non potest
tolli in totum, potest tamē reduci, vt debeatur
cum certa qualitate, & vt etiam minui possit,
vt scripsit Cyn. in l. sancimus, C. de nupt. Butr.
& alii in c. Raynutius, extra de testam. & hoc
dicit esse de mente omnium, Pereg. in tract. de
fideicom. art. 36. & alibi etiam probatum est:
26 sic etiā ius testandi non potest tolli per statu-
tum, potest tamen restringi, vt fiat cum certis
qualitatibus, siue solemnitatibus, vt habetur in
l. nec enim, §. deportati, ff. de mil. test. l. milites,
C. de test. milit. cum aliis cumulatis per Sim. de
Pret. in tract. de interp. vlt. volun. lib. 1. solu. 13.
nu. 13. sol. 26. Peregr. loco cit. art. 52. nu. 110. &
seqq. vbi in specie loquitur de solemnitate te-
stamentorum, quæ mutari potest, & de nouo
induci tam per legem, & Principem, quàm
etiam per consuetudinem.

Plus dico, vt respectu mulierū, & certarum
personarum possit in totū tolli ius querelandi
27 ex dispositione statuti & pbatur facilè, † quo-
niam valet argumentū de pacto ad statutum,
& cōtra, nempe, quod fieri potest per pactum,
etiā per statutum fieri valeat, & è contra, l. fin.
C. de fideiussor. vbi omnes, & post alios Morot.

 cons.

consf.7.nu.9. sed per renũciationem,& pactum potest aliquis se excludere ab hoc iure querelandi, vt patet ex dictis supra;& pręcipuè nu.7. & seqq. Ergo non pugnat, quin etiã per statutum hoc fieri posit, etiam quia vulgatum est, vt pacem fieri, quę fit per huiusmodi compositiones, & remissiones, bonum publicum respicere, quæ quidẽ compositiones, & pax non ita de facili fieri posset, si etiam fœminarum remissio requireretur, vix enim fœminæ iniurias remittere solent, vt notissimum est.

Ex omnibus prędictis cõcludo, stante dispositione dictæ Regiæ pragmaticæ, exclusas esse sorores à iure querelandi, & tanto fortius, dum erant præsentes tempore cõpositionis, & transactionis, & siluerunt etiam per multos annos

28 postea, † vnde ad præsens prænarratæ mulieres præsumuntur circumuentæ, & seductæ ad accusandum ob illarum fragilitatem, & etiam ob odium intestinum, quod semper mulieres in animo seruare pręsumuntur, & ob odiũ animi cadit inimicitia in muliere, vt post Ioan.de Anan.Felin. & alios probat Mascar.in tract.de probat.tom.2.in antiquis,concl.1050.Menriri, nu.19.& concl.1030.latissimè explicat illatio-

29 nem istam, † vt mulieres ob fragilitatẽ, & imbecillitatẽ præsumãtur circũuenię, & deceptæ, iuxta tex.in §.his cõsequẽs, Auth.de equal.dot. & præcipuè per eatũ viros, & multoties aduersus propria commoda laborant, & propria iura negligunt, iuxta tex.in l.4.C.de sponf & mat.

30 Visis his allegationibus, & præcipuè doctissimè cumulata per dictum Marchionem d.§.4. cuius dicta transcripsi ab originali, quod nondum erat æditum, & prefatus Marchio ob eius innatam benignitatem mihi commodauit ad transcribendum, destiterunt mulieres ab accusatione, nec officiales Baronis amplius in causa processerunt, & fuit cum maxima lætitia inquisitorum, quorum magnus erat numerus, & cum magno dolore officialium, qui ex causa prædicta cogitabant marsupium implere:

31 spes autem illorum fuit fallax, quia non erat secundùm Deum; nam de illo dicitur esse spem veram, de quo scriptum est in Psal.39. [Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas] prout videbatur iste respectus, vexando eosdem inquisitos de eodem delicto ad instantiam personarum, quæ non habebant actionem, & consequenter vnusquisque esse debet, vt dicitur in Psal.36. [Spera in Deo, & fac bonitatem, inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.] istæ enim sunt veræ diuitiæ, etiam quę timore Dei acquiruntur, & plus diuitiis impiorum; nam alibi dicitur; Melius est modicum iusto, quàm diuitiæ peccatorum multæ: & in Ps.61. omnes admonentur his verbis, [Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite cõcupiscere; diuitiæ si affluent, nolite cor apponere.

AN ALBARANA FACTA INTER PATREM, & filium, quibus retroceditur donatio facta filio contemplatione matrimonij, sint valida, & quid si non retrocedatur capitale, sed fructus, & an saltem valeant quò ad tantundem? Consilium Vndecimum, de quo fuit facta mentio in Commentar. in tit. de renunciat. quæst.7.

SVMMARIVM.



Lbarana quibus retroceditur donatio, facta contemplatione matrimonÿ, sunt nulla, nisi accedat consensus omnium, quorum interest. num.1.& seqq. Facta per filium in beneficium patris, quibus illi retrocedit annuos introitus, filio tantùm promissos, valida sunt. nu.37. 48. et præcipuè si vallata sint iuramento. nu.56.

Alexãder Turaminus Lector Primarius in Neapolitano Gymnasio, & Authoris Magister laudatur. nu.3.

Allegans, actum esse factum simulatè, & in fraudem alterius, nõ est audiendus, nec ad eius instantiam debet actus annullari. nu.11.

Annui redditus sunt bona immobilia, quamuis soluãtur ex fructibus. nu.15. Qualiter constituantur, secũdùm Bullam Pÿ Quinti, & qualiter secundùm Bullam Nicolai Quinti, explicatur. nu.16. Res illis subiugata, cẽsetur vendita pro rata sortis principalis. nu.17. Non possunt cõstitui super feudis sine assẽsu domini, et ratio traditur. nu.18.

Ante

factam, contemplatione matrimonij; ideò decipi non debent fraudulentis retrocessionibus. nu.4. & 6.

Præsens, & tacens, præsumitur consentire actui. nu.32.

Promissio simplex, quãdo promittentem obliget sub peccato mortali, explicatur. nu.54.

Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. nu.8.

Renunciatio facta per vxorem, si declaretur nulla, maritus non est obligatus, nisi accesserit tanquam principalis. nu. 45.46.& 49.

Stipulatio notarij nõ acquirit nouum ius contrahentibus, sed ius priuatum reducit in publicam formam. nu.28.& 31.

Transactio inita dolo alicuius, non debet ad eius instantiam rescindi, & ratio traditur. nu.12.

Vxor non potest exigere fructus dotis, per virum, vel eius hæredes non exactos, si maritus, vel eius hæredes non cedant ei actionem ad exigendum. nu.40. Si assecuretur pro dote, & iuribus dotalibus in bonis viri, non habet nisi alimenta pro se, & familia, & reliqui fructus sunt creditorum viri. nu.42.

CONSILIVM XI.



Diuino implorato Numine. Vt pateat resolutio quæstionis, quæ nunc vertitur inter patrem, & filiũ ex donatione facta per patrẽ filio, contemplatione matrimonii, si retrocessio huiusmodi donationum valeat, subiicio infrascriptas cõclusiones, cõcernentes & capitalis, & annuorum introituum retrocessiones; est enim materia admodum frequẽs, & occasio etiam maximi odii inter consanguineos, & affines; idcirco vtilem censeo explicationem. Quarè sit

1 Prima conclusio; donatio facta per patrem filio, contẽplatione matrimonii, de aliqua proprietate, in qua esset acquisitum ius vxori donatarii, iudicatur irreuocabilis ad instar matrimonii, & consequenter albarana, quibus filius retrocederet patri bona donata, essent nulla, & inualida, nisi fierent de consensu vxoris, omniumq; illorum, quibus per talem donationem esset quæsitum ius.

2 Prima pars conclusionis est ferè omniũ, assentientium, tales donationes sapere naturã contractus matrimonii, adeò vt quemadmodum matrimonium est irreuocabile, ita etiam sint irreuocabiles huiusmodi donationes, sic firmauit Guid. Pap. decis. 145. quem post Padill.
& Tell. Fernandez probat Præs. de Franch. decis. 205. Natt. cons. 609. nu. 42. & seqq. Reg. de
Pont. cons. 25. & etiã in tract. de potest. Proreg.
in tit. de assen. Reg. super dot. §. 2. n. 21. & seqq.
Menoch. cons. 723. nu. 21. & seqq. vol. 8. & cõs.
967. toto, vol. 10. Quod consilium reperitur inter consilia Fabii de Anna in 2. vol. cons. 139. &
3 cons. 134. inserit ipse de Anna Cons. † Alexãdri
Turamini mei Magistri in lectura vespertina,
qui in subtilitate, & acumine ingenii, vt notũ
est Neapolitanis, & ex eius operibus cernitur,
alter Papinianus dici potest, & eandem senten
tiã defendit ipse Cons. de Anna cons. 78. 1. vol.
defendit etiam Surd. cons. 143. 1. vol. & decis.
322. nu. 28. Quod procedit etiam in foro conscientiæ, vt probauit Sair. post alios, lib. 9. Clau.
Reg. c. 16. sub nu. 10. Et hoc probant illa præci-
4 pua ratione, † quoniam cùm parentes nuptui
tradunt eorum filias, & dotes constituunt, habent respectum non tantùm ad personam viri,
sed ad donationem illi factã per parentes matrimonii cõtemplatione, & successiuè donatio
illa potest dici causa matrimonii, sine qua non
esset contractum, & ideò sapit naturam matrimonii, vt ad instar illius sit irreuocabilis, cùm
5 hac tamen differentia, † quia matrimonium
morte tantùm alterius coniugis soluitur, & de
consensu coniugum solùm separari potest quò
ad thorum; sed huiusmodi donationes dicũtur
irreuocabiles sine cõsensu illorum, quibus fuit
ius quæsitum, sed cum illorum consensu reuocari potest, vt notãt omnes præcitati Doctores.

6 Secunda pars conclusionis probatur per eosdẽ Authores, & patet facilè, dum enim huiusmodi donationes sunt irreuocabiles, & per illas est aliis ius quæsitum, nõ potest donatarius illos decipere per occultas, & dolosas retrò donationes, siue reuocationes donationum; ius enim abhorret, vt ius mihi quæsitum, tollatur à me, sine facto meo, & proinde Pres. de Frãch. d. dec. 205. affirmat, semper per Sacrum Cons. fuisse iudicatum, huiusmodi albarana esse nulla, & inualida, si non fiant ex omnium consensu, quibus ius quæsitum est.

7 Confirmatur tota cõclusio, quia donatio facta vtrique coniugi, non potest reuocari sine
consensu vtriusque, vt ex multis probauit Iul.
Clar. in §. donatio. q. 10. Guttier. libro 2. quæst.
ciuil. q. 121. tota, & probat etiam Mol. in tract.
de cõtractib. disp. 430. nu. 4. & 5. & ratio com-
8 munis est, † quòd enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet. l. vltima. C. de author.
præstan. c. accedentes, §. volentes, extra de præscription. vbi glo. in verb. ab omnibus, & est regula in c. quod omnes, de reg. iur. in 6. & proin-
9 de, † si maritus solus donaret, non valeret donatio, nisi quòad eius portionem tantùm, cùm
de bonis vxoris disponere nequeat, vt post alios
fundauit Guttier. d. q. 121. & probat etiã Mol,
in d. tract. de cõtractib. disp. 275. nu. 6. cũ seqq.
& successiuè cùm per hanc donationẽ sit quæsitum ius etiam vxori, non valet retrocessio mariti in præiudicium portionis vxoris.

Nec

10 Nec obstat, si dicatur, ita per pactum fuisse
cõuentum inter patrem & filium, vt talis do-
natio non sit realis, sed potius apparẽter, & ad
pompã, & super huiusmodi pacto esse firma-
ta, & confecta albarana, & proinde pacta ser-
uanda esse; Nam respondetur esse pactum do-
losum, & in fraudem tertii, & contra disposi-
tionem legis, & proinde inualidũ, iuxta tex. in
11 l. non dubium, C. de legib. † Imò, qui talem si-
mulatam conuentionem allegaret, nõ esset au-
diendus, tãquam detegens turpitudinẽ suam,
etsi eam allegaret, illi non prodesset. text. est ad
literam, in l. cùm profitearis, C. de reuoc. don.
Quam reuocationem nec eius hæredes facere
possunt. l. filios, C. de reuocan. his, quæ in frau.
12 credit. † prout etiam dicimus, transactionem
initam dolo vnius, non posse reuocari, si ille ta-
lis dolum allegaret, benè tamen si allegaretur
ab alio, l. transactione finita, C. de trãsact. cum
vulgatis aliis; quia nemo admittitur ad allegan
dam propriam turpitudinem, vt habetur in di
ctis iuribus.
13 Secunda conclusio; donatio facta contẽpla-
tione matrimonii annuorum introituum per
patrem filio, nec etiam potest retrocedi in prę-
iudicium vxoris, & aliorum, quibus per talem
donationem fuit ius quęsitum. Conclusio pro-
batur eodẽ modo, vt prima probata fuit; nam
eædẽ rationes hic militant, vt ad sensum patet.
Nec obstat, vt donatio ista consistat in pecu-
nia, & sic in fructibus, qui sunt marini, constãte
matrimonio, vt ex dicendis patebit. Quoniam
14 respondetur, † annuam præstationem tantùm
consistere in fructibus, sed donationem istam
consistere in proprietate, & probatur facilè;
15 † nam annui introitus soluuntur ex fructibus
bonorum, sed quia habetur ratio capitalis, &
bonorũ stabilium, super quibus constituti sunt,
idcircò veniũt appellatione bonorum immo-
bilium, vt in clem. exiui, §. cumq; annui reddi-
tus, de verb. signif. Præs. de Franchis decis. 362.
nu. 7. Bart. Bald. Castr. Alex. Abb. Tiraq. & alii,
quos probat Surd. decis. 204. vbi hoc ait esse in-
16 dubitatum, † si annui census constituti essent,
seruata forma Bullæ Pii Quinti super bonis im
mobilibus, quod etiã probauit Thes. dec. 154.
& probant omnes in vtroque foro, clarum est
enim, vt constitui debeat annuus census super
bonis immobilibus, & super certo corpore, &
in defectum super aliis bonis venditoris, quod
procedit etiam secundùm Bullã Nicolai Quin
ti, quę in hoc Regno recepta est, vt est commu-
nis forma instrumentorum, & communis sty-
lus, & obseruantia notariorum in hoc Regno,
17 † adeò vt quotiescunque vẽduntur annui in-
troitus super bonis stabilibus, redditus rei, sub-
iugatæ censu, censentur venditi vnà cum rata
eiusdem rei pro concurrente quantitate sortis
principalis, & consequenter si res subiugata
non esset tanti redditus, non subsisteret cõtra-
ctus, quoniam esset tantùm obligatio persona-
lis, reprobata à iure, ita post Lauren. Rodulph.
in tract. de vsur. q. 12. tenet Cannet. in repetit
c. si aliquem, §. successiuè subnectitur. fol. mihi
164. quod procedit secundùm dictam Bul-
lam Pii Quinti, quę requirit, vt corpus rei sup-
positæ sit [illegible] at secundùm Bullam
Nicolai Quinti [illegible] esset necessarium; nam
corpus subiicitur loco demõstrationis, & obli-
gatio [illegible]ligitur postea super omnibus aliis
bonis venditoris, de qua materia nunc non di-
sputo; satis est enim, secundùm vtranque Bul-
lam, rem suppositam censui, censeri venditam
pro concurrenti quãtitate sortis, quod tantùm
18 vult ista conclusio; † & hac de causa venditio
annuorum introituum, facta super feudo sine
assensu domini, nõ valet ob dictam rationem,
quia censetur alienatum feudum pro concur-
renti quantitate sortis principalis, vt probat
Cannet. loco citato, & probat etiam Intrigl. in
tract. de feud. art. 5. nu. 230. & 231.
Verùm prædictæ conclusiones locum habe-
re intelliguntur, quoties dos promissa ita inte-
19 grè solueretur, prout fuit promissa; † sed si in-
tegrè non solueretur, tunc pro illa etiam rata
diminueretur hęc donatio, pro qua dos promis
sa nõ soluetur, & ratio est manifesta; quoniam
eadem ratio est de hac donatione, & antefato,
& idcircò dum est contractus, qui magis par-
ticipat de permutatione dotis receptæ, pro ea
rata diminuitur antefatũ, pro qua dos promis-
sa non solueretur, & sic pro ea parte diminue-
retur etiam ista donatio, vt latissimè probauit
Menoch. cons. 723. nu. 22. vol. 8. & etiam alibi,
vt habetur inter consilia Fab. de Ann. cõs. 139.
nu. 18. & seqq. vol. 2. probat etiam Surd. d. cõs.
143. & faciunt dicta superius nu. 5. Cùm enim
hæc donatio facta sit contemplatione dotis, &
ea ratione non potest reuocari, quia parentes,
dotando filias, eneruant eorum patrimonium
ob tales donationes, & aliter nõ contraxissent,
vtique etiam maritus aliter non contraxisset,
nec donatio facta esset, nisi donatio esset facta
in illa quantitate: cùm igitur illa minuitur,
etiam ista minui debet.
20 Confirmatur hoc assumptum; nam maritus
remittens talem donationem, vel procurans vt
vxor remitteret antefatum sibi debitum, nihil
faceret, quia maritus teneretur de proprio, &
remissio illa non teneret, etiã in foro conscien-
tiæ, vt post Gabr. & Pet. Nauar. tenet Sair. d. c.
16. nu. 10. & consequenter patet veram esse li-
mitationem, vt pro illa quantitate, pro qua dos
diminuitur, quia non soluitur, diminui etiam
istam donationem.
21 His duabus conclusionibus positis, sola con-
trouersia est, si pater donaret filio contempla-
tione matrimonii, vt fieri solet ex nũc, pro tũc,
& è contra, secuta morte, quo casu est donatio
inter viuos, quia inter viuos translatum est do-
minium; possessio verò transfertur post mortẽ,
vt sunt termini clari, & dixi etiam in Cõment.
ad consuet. Neap. par. 3. q. 5. & successiuè nec
etiam valerent albarana; quibus retrocedũtur
huiusmodi donationes; nam etiã in illis vigent
rationes primæ cõclusionis; sed interim paren-
tes,

tes, durante ipsorum vita, solent donare liberis
certam annuam quantitatem, vt puta ducato-
rum quingentum, quæ extinguatur, adueniẽte
casu donationis; quæstio, inquã, est, an valeat
remissio talium annuorum introituum, facta
per filium in beneficium patris, & hic est pro-
prius casus noster, de quo nunc agimus, & pro
illius faciliori intelligentia posui duas, imò po-
tius tres præcedentes cõclusiones. Quæstio hęc
dupliciter agitari potest. Primò, si per talem
annuã præstationem esset acquisitum ius vxo-
ri, & filiis dicti matrimonii; & secundò si facta
esset in beneficium filii tantùm; & hic secun-
dus videtur esse casus noster.

22 In primo casu, quando per talem annuam
præstationem esset acquisitum ius vxori, & fi-
liis, vtique clara est resolutio, retrocessionem
non valere, nisi pro ea parte, quæ respicit com-
modũ ipsius viri; sed pro illa parte, pro qua fuit
acquisitum ius vxori, nullo modo remissio va-
let; ita ex pluribus firmauit Guttier. d. libro 2.
quæst. ciuil. q. 120. tota, & faciunt etiã rationes
traditę pro prima cõclusione, ne cõditio vnius,
fiat deterior per conditionem alterius; & quia
nemo potest remittere ius alteri quæsitum, &
hoc etiam procedit in foro conscientiæ, vt post
alios probat Sair. d. c. 16. nu. 12. & ideò impe-
trata absolutione à iuramento, potest filius re-
trocedere ab albarano, tanquam inualido, &
contra dispositionem iuris. An autem tunc te-
neatur alia via adimplere promissa in albara-
no, dicam infra nu. 37. & seqq.

23 In secundo casu, quando huiusmodi annui
introitus, promissi essent ipsi filio tantùm, &
nec vxoris, nec filiorum fuit facta mẽtio in do-
natione (&. vt dixi, hic est propriè casus noster,
vt clarè colligitur ex instrumento donationis,
24 ibi; Al detto N. tantùm) † nam illa dictio, tan-
tùm, est dictio taxatiua, & impedit extensionẽ
omninò, & excludit omne id, quod in illa ora-
tione non includitur, ita Bal. in tract. de statut.
nu. 14. Ioan. Dilect. de art. testan. cautel. 5. nu. 5.
Rebuff. in tract. de nominatione, q. 14. princip.
num. 35. & alii plures, & successiuè dictio illa
[à N. tantùm] resoluitur hoc modo, sibi tãtùm,
25 & non aliis, † quoniam dictio sibi, tibi, & hu-
iusmodi, resoluitur, siue refertur ad solã perso-
nam expressam, non autem ad dignitatem, l. 3.
§. cum Titio, ff. de adimend. legat. l. si aduersus,
C. si aduersus vendit. Bart. Dec. Gozad. & alii,
quos probat Brunor. à Sole in compẽd. propos.
iur. in verb. dictio tantùm, est restrictiua. Laur.
Syluan. in tract. de recogn. feud. q. 109. nu. 43.
& successiuè prædicta donatio restringitur ad
personam filii tantùm, & ad matrimonium
nullo modo extenditur.

26 Confirmatur, siquidem quando in donatio-
ne facta cõtemplatione matrimonii, exprime-
retur persona filii tantùm, licèt fiat occasione,
& causa matrimonii, nihilominus ex illa nullũ
ius acquiritur vxori, ita ex tex. in l. de diuisio-
ne. ff. solut. matr. probat Nicol. Valla in tract. de
reb. dub. in tit. de var. iur. quęst. quotidie occur.
num. 1. & 2. vt legitur tom. 18. tractat. fol. 333.
col. 4. probant etiam Guttier. d. q. 120. nu. 2. in
fi. & Moli. in tract. de contractib. disp. 432. sub
nu. 5. Et ratio est, secundùm Nicolaum Vallam
27 loco cit. † quia sicut dos est proprium patrimo-
nium mulieris, quamuis viro promittatur, &
eiusdem viri sint fructus, durãte matrimonio;
ita hæc donatio est ipsius filii, quãuis vxor sen-
tiret commodum ex fructibus dictæ donatio-
nis, quia pinguius, & cõmodius viueret, & hoc
iddem probat Guttier. d. q. 120. nu. 8. & seqq.
& successiuè, si hoc procederet, quãdo essemus
in dubio, vt præsumeretur facta in beneficium
filii tantùm, vtique in casu nostro quæstio est
sine difficultate, dum expressè donatio facta
sit in beneficium filii tantùm, vt dictum est; in
claris enim non egemus coniecturis.

Nec obstat, donationem istam annuorũ in-
troituum fuisse deductam in contractu matri-
monii, & notarii stipulatione vallatã, nam re-
28 spondetur, † notarii stipulationem aliud non
facere, nisi promissionem priuatam reducere
in publicam formam, & aliud ius nõ acquirere
contrahentibus, nisi quod in conuentione per
prius fuerat deductũ, vt post alios scripsit Surd.
decis. 322. nu. 65. & alibi dictum est. Et hoc ea-
tenus est verum, vt verba notarii, dicantur ver-
ba partium, & quod notarius expressit, censea-
tur expressum ab ipsis partibus, vt scripsit Bald.
in l. 3. nu. 6. C. de rei vend. Dec. cons. 450. nu. 3.
plures cumulat, & ꝓbat Menoch. lib. 2. de arb.
29 iud. cent. 2. cas. 144. nu. 10. & successiuè, † quia
notarius antequam stipuletur instrumentum,
& illud in publicã formam producat, tenetur
omnia contenta in illo legere contrahentibus
eo modo, & forma, vt iacent, cùm nõ possit fa-
cere instrumẽtum, nisi de illis tantùm, quæ co-
ram se gesta fuerunt, vt scripsit Inn. in c. frater-
nitatis, extra de hæret. Affl. decis. 245. nu. 7. &
alii, quos probat Menoch. d. casu 144. nu. 7. &
30 seqq. vbi nu. 9. subdit, † quòd, dum instrumen-
tum legitur coram partibus tempore stipula-
tionis, & partes audiunt, & approbant illum
actum, iam verba notarii sunt verba partium,
nec aliud operari potest stipulatio notarii.

31 Ex his plura deducuntur, & primò ex nota-
rii stipulatione illud tãtùm ius partibus acqui-
ri, quod ex verbis instrumenti colligitur. Secũ-
dò, dum hoc instrumentum fuit lectum vulga-
riter coram partibus tempore stipulationis, &
vxor prædicti N. & illius consanguinei clarè
intellexerint, promissionem dictorum annuo-
rum ducatorum quingentum fuisse factã præ-
fato N. tantùm, nec contradixerunt, vtiq; cen-
sentur donationem illam approbasse, remane-
32 re in beneficium dicti N. tantùm, † nam quo-
tiescunq; aliquis est præsens actui, & non con-
tradicit, & contradicendo poterat illum actum
impedire, habetur pro consentiente, & appro-
bante. l. si non remunerandi, §. passus, ff. mand.
c. qui tacet, de reg. iur. in 6. cum aliis cotis com-
munibus.

Deducitur tertiò, vt illa verba adiecta in
dona-

donatione facta ducatorũ viginti mille, secuta
morte patris, in beneficiũ filii, vxoris, & filio-
33 rum nasciturorum ex dicto matrimonio, † vt
nempe nec in totum, nec in partẽ donatio illa
reuocari valeat, & quoties reuocatio fuerit fa-
cta, sit nulla, & inualida & toties sit de nouo fa
cta donatio, quoties apparebit illius reuoca-
tio, &c. non extendantur, nec extendi valeãt ad
donationẽ annuorum introituum, de qua nũc
agimus; hæc enim donatio non est simul facta
in eodẽ capitulo, in quo fuit facta donatio du-
catorum vigintimille; sed in alio capitulo sepa-
rato, & post plura alia diuersa capitula apposi-
ta in dicto instrumento donationis; quo fit,
34 vt disposita in vno capitulo, non possint extẽdi
ad disposita in alio capitulo separato, præcipuè
quando diuersam materiam tractãt, vt ex plu-
ribus probauit Ant. Gabr. in recollect. cõmun.
opin. in tit. de clausulis, conclus. 9. num. 8. & 12.
probat etiã Prosp. Farinac. cons. 42. nu. 21. in fi.
ea ratione, cùm enim sint capitula separata,
vnumquodque habet suã claram, & determi-
natam dispositionem, nec de vno fit extensio
ad aliud, etiã si in vno capitulo adesset aliqua
reseruatio: sed in hoc casu vna est donatio fa-
cta filio contemplatione matrimonii ducatorũ
viginti mille, & super illa quãtitate cauta esset
vxor de eius iuribus dotalibus, & alia est hæc
donatio annuorum introituum facta viro tan-
tùm, de vna non potest fieri illatio ad alteram;
sed quælibet regulatur secundùm propriam
dispositionem.
35 Deducitur quartò, albaranum factum pro
retrocessione huiusmodi donationis annuorũ
introituum in beneficium eiusdem donantis,
esse validum, & firmum. Probatur facilè hoc
dictum; cùm enim hæc donatio cõcernat com-
modum ipsius filii tantùm, & illi solùm, & non
alteri sit ius quæsitum per illam donationem,
vtique sola reuocatio ipsius sufficiens est, vt ex
dictis cernitur etiam si vxor pinguius, & com-
modius viuere posset per tales fructus, vt patet
ex dictis nu. 26. & seqq. Quæ quidem nõ solùm
procedunt in foro exteriori, si vera sint, prout
sunt verissima, sed etiam in foro cõscientiæ lo-
cum habent, & successiuè nõ obstat motiuum
in hac causa factum per quendam religiosum,
vt reuocatio prædicta non haberet locũ in foro
conscientię; quod probatur facilè etiam secun-
36 dùm Theologos; † cùm enim in foro fori non
proceditur per coniecturas, & ambages iuris,
sed per veras, & reales rationes, vt hic procedi-
mus, cùm huiusmodi donatio facta sit filio tan
tùm, tunc disposita in foro fori, procedunt etiã
in foro conscientiæ, vt post alios probauit Sua-
rez in tract. de censur. disp. 40. sect. 5. nu. 16. &
sect. 6. nu. 1. & dixi in Commentar. par. 4. q. 65.
num. 9.
Sed ad tollendam omnem dubitationem,
supposito pro vero, per talem donationem esse
aliquo modo quæsitũ ius vxori, & pro illa parte
37 esse inualidum albaranum prædictum, † an
filius ex vi dictæ promissionis teneatur ex fru-
ctibus bonorum suorum, & etiam dotis, resar-
cire in beneficiũ patris, & adimplere dictã pro-
missionem? Et respondeo affirmatiuè, si mari-
tus vltra victum conuenientem suæ familiæ,
haberet alios annuos introitus, ex quibus pos-
set illam promissionem adimplere, quod faci-
lè probatur.
38 Suppono primò pro indubitato, maritũ esse
dominum omnium fructuum, non solùm do-
nationis factæ cõtemplatione matrimonii, hoc
enim est euidens, sed etiam esse dominum fru-
ctuum ipsius dotis, adeo vt cùm seipsum, vxo-
rem, & eius familiam commodè substentet ex
dictis fructibus, potest de aliis fructibus ad li-
bitum disponere. l. 1. 2. & l. dotis fructus, ff. de
iure dot. l. pro oneribus, C. eod. & hoc est certis-
simum etiam in foro conscientiæ, vt post alios
probauit Mol. in tract. de contract. disput. 423.
nu. 5. & disput. 432. nu. 4. & seqq. Plus dicunt,
39 quòd etiam si maritus fructus prædictos dissi-
paret, quamuis peccaret ob indebitam dissipa-
tionem bonorum, quia bona sua malè cõsume-
ret, attamen ad nullam restitutionem tenere-
tur, vt post alios probat idem Molin vbi supra
disp. 520. vt alios omittam; est enim adeò verũ,
40 vt si fructus dotis non essent exacti, & vxor
vellet illos exigere, nõ posset, quoniam careret
actione, & vt ageret, maritus, & eius hæredes
tenerentur cedere illi actionem ad exigendos
tales fructus, vt post Corn. cons. 28. sub num. 2.
lib. 3. & alios probat Farinac. in decisionibus
Rot. Rom. 769. & licèt hęc regula sit verissima,
tamen ipse Farin. loco cit. eam non admisit in
facto suo, ex quo aderat stipulatio notarii in
41 cõtrarium, † qui quidem notarius fuit stipula-
tus pro omnibus, quorum interest, & interesse
posset; quæ stipulatio est eius naturæ, vt etiam
absenti, & sine alia cessione ius acquiratur, vt
scripsit Natt. qui testatur de communi, consil.
534. nu. 8. post eum, Paris. Corn. Affl. Crauett.
& alios, probat Farinac. loco citato.
42 Additur etiam ad prædictorum confirma-
tionem, ex quo si vxor ob vergentiam viri ad
inopiam, obtinuisset assecurationem in forma
pro eius dote, & iuribus dotalibus super bonis
viri, adhuc fructus remanerent ipsius mariti,
& consequenter deductis alimentis vxoris, &
eius familię, attenta illorum qualitate; alii fru-
ctus, qui supersunt, tãquam bona prædicti viri
sunt distribuendi inter creditores eiusdẽ viri,
vt scripsit Bart. in l si constante, q. 7. vlt. part.
ff. solut. matr. quem ibi sequuntur Alex. Claud.
Seysell. Lãcellott. Dec. & Bal. Nouel & Barbos.
in princ. nu. 47. scripsit etiam Surd. & alii, quos
probat Præs. de Franch. decis. 617. præcipuè ea
43 ratione, † quia in hoc iudicio assecurationis
profertur sententia, vxorem esse assecurandam
pro dotibus, & antefato super bonis viri, vt de
fructibus dictorum bonorum se, & suos alat, &
consequẽter dominium illorum bonorũ adhuc
remanet penes virum, deductis vxoris, & fami
liæ alimentis; & ob hanc rationem alii fructus
sunt creditorum dicti viri, & iddem est in pro-
posito,

posito, vt de fructibus, qui supersunt filio, de-
ductis alimentis familiæ, teneatur satisfacere
patri, & adimplere promissa in albarano.
44 Nec obstat, quòd dum contractus principa-
lis non tenet, nec inde solui debeat interesse,
eò magis, quãdo cõtractus declararetur nullus,
tanquam fraudulentus, & læsionem cõtinens,
vt dicitur de renunciatione, vbi si filia renun-
ciaret, recepta dote, in ampla forma, & mari-
tus promitteret, vxorem non contrauenire re-
45 nunciationi, vtiq; † si renunciatio declarare-
tur nulla, tanquam fraudulenta, & læsionem
continens, maritus ad nihilũ teneretur, ex quo
intelligitur eius promissio facta, quatenus re-
nunciatio vxoris valida esset, & dum est inua-
lida, nec etiã deberi potest interesse, quod nun-
quam debetur ex contractu nullo, vt ex multis
probauit Præs. de Franch. dec. 247. tota, & etiã
dec. 624. de qua decisione meminit nouissimè
Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 9.
de success. mulie. in princ. nu. 10. & seqq. Nam
respondetur, in casu nostro diuersam esse ra-
tionem, siquidem in decisionibus allegatis fa-
46 ctum erat diuersum à nostro: † ibi enim renun
ciatio nec etiam de iure communi tenebat, ex
quo fuit facta coactè, & ex falsa causa, nã filia
declarauit habuisse quandam quantitatem de
bonis maternis, quam re vera non habuit, &
sic dolo, etiam re ipsa, fuit inducta ad renun-
ciandum; quid ergo mirum, si mariti obligatio
non subsistebat? erat enim accessoria ad con-
tractum vxoris, & dum contractus principalis
non valebat, nec etiam valere poterat obliga-
tio mariti, tanquam accessoria, etiam quia
47 dum cõtractus de iure communi rescinditur,
nec etiam fideiussor tenetur ob rationem iam
dictam, l. 2. C. de fideiussor. minor. cum aliis cu
mulatis per Præsid. de Franch. locis cit. Sed in
casu nostro nulla considerari potest læsio respe
ctu filii, sed potius respectu patris, qui nullo
modo talem annuam præstationem fecisset fi-
lio, nisi ob albaranum illi factum, & conse-
quenter termini non sunt pares.
48 Accedat prædictis, quoniam si albaranum
prædictum declararetur nullum, esset de iure
speciali, quia respiceret damnum tertii, nempe
vxoris, quæ abundantius alimenta haberet, si
illa annua præstatio solueretur; sed quando
contractus rescinditur de iure speciali, tunc,
rescisso contractu, tenetur fideiussor. l. 1. vbi
Alberic. Paul. & alii, C. de fideiussor. minor.
Præs. de Franch. d. decis. 247. nu. 2. Reg. de Pon.
49 loco citato, nu. 13. vbi ait, † quòd quando ma-
ritus accessit vt principalis, quamuis vxor ob-
tineret, & declararetur nulla renunciatio, vti-
que maritus remanet obligatus, & hoc est in
casu nostro quam etiam si vxor obtineret, ma-
ritus, qui principaliter talem promissionem fe-
cit, teneretur adimplere promissa, saltem de
aliis fructibus, deductis alimentis familiæ, vt
sæpissimè replicatum est.
50 Potest etiam cõfirmari hæc opinio alio me-
dio; si enim vxor haberet alia bona extra dotẽ,
& sine cõsensu viri illa donaret, vtiquè in foro
exteriori non valeret donatio, sed in foro con-
scientiæ consulenda est mulier, vt si sponte do-
nauit, & ex aliis bonis potest adimplere pro-
missa, teneatur illam promissionem adimple-
re, vt probauit Nauar. lib. 3. consilior. in tit. de
donat. cons. 3. Rodriq. in sua sum. par. 1. cap. 92.
num. 3. in fi. Sed in casu nostro maritus potest
promissionem adimplere ex aliis bonis; vnde
etiam si in foro exteriori albaranum declara-
retur nullum, adhuc in foro conscientiæ, de
quo nunc agimus, teneretur ad obseruantiam
promissorum.
51 Nec vrget, quatenus dici soleat, vt exceptio,
quæ locum habet in foro exteriori, habeat etiã
locum in foro conscientiæ, vt dicunt de exce-
ptione Macedoniani, vt scripsit Innoc. quem
alii ibidem sequũtur in c. plerique, de immun.
eccl. Bart. Gomet. & alii, quos probat Molin. in
tract. de contractib. disp. 301. nu. 3. Guttier. &
alii, quos nouissimè sectatur Sanchez lib. 6. de
matr. disp. 38. nu. 29. Primo, quia multi tenent
52 oppositum, † vt si filiusfam. bona fide contra-
xerit debita, factus sui iuris, teneatur in foro
conscientiæ adimplere promissionẽ, & soluere
debita, si commodè id facere valeat, vt post
Armill. & alios scripsit Ludouic. Lopez in suo
instruct. conscient. par. 2. c. 23. §. adhuc resolu-
tio quæstionis.
53 Secundò, quia id procedit, ex quo lex ciuilis
denegauit actionem, & sic annullauit contra-
ctum factum per filiumfam. & hoc ob bonum
publicum, vt habetur toto tit. ff. & C. ad Mace-
donian. & dum creditores voluntariè contra-
xerunt cum filiofam. contra dispositionem iu-
ris, iam fuerunt in mala fide, & voluntariè re-
miserunt omne ius, dum sciebant, vel scire de-
bebant, se non habere actionem; quæ ratio hic
non militat; ius enim non annullat istam pro-
missionem, nec denegat actionem; imò potius
vult, vt ex aliis bonis adimpleat promissa, &
consequenter non potest fieri illatio de vno ca-
su ad alium.
54 Postremò ad confirmationem prædictorum
adducitur, quoniam omnis promissio, etiam
simplex, dummodo sit vera, hoc est, facta sit si-
ne metu, & dolo, sit deliberata, voluntaria, &
cum animo se obligandi, sit de re licita, & pos-
sibili, & de notabili quantitate, obligat promit
tentem sub peccato mortali ad adimplemen-
tum, dummodo res sit in eodẽ statu, & sic ma-
neat immutatus status rerum, & personarum,
ita docuit S. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 3. ad 5.
Syluest. in verbo pactũ. q. 4. Nauarr. in manual.
c. 18. nu. 6. Aragon. Valent. Rodriq. & alii plu-
res, quos probat Sair. lib. 6. Clau. Reg. c. 6. nu. 16.
& seqq. Rebell. in tract. de obligation. iustit.
par. 2. lib. 18. q. 4. nu. 5. & seqq. & ratio est ma-
nifesta; hæc enim promissio non solùm perti-
net ad virtutem veritatis moralis, qua præci-
pimur veritatem dicere, sed reducitur etiam
ad iustitiam commutatiuam, vt fides seruetur;
55 fides enim est ipsissimum iustitiæ fundamen-
tum,

tum, iuxta tex. in c. vbi sana fides, 24. q. 1. cui fidei nituntur omnium hominum pacta, & conuentiones, etiam quia conuictus humanus periret, & fides, si sibi persuaderent homines in promissis frangere fidem, & non esse, nisi tantùm veniale peccatum, vt explicant præcitati Doctores, qui subdunt, cò magis hoc locum habere, si conuentio vallata fuerit iuramento, vt post Syluest. Canum, Victor. & alios probat Lopez d. par. 2. c. 30. Suarez, & alii, quos congerit Rebell. d. q. 4. tota, & præcipuè in §. ab hac tamen doctrina.

56 Sed in proposito hoc albaranum est publicum, est vallatum iuramento, & cômodè adimpleri potest, igitur cò magis obligat promittentem ad illius obseruationem.

Ex dictis cerni potest prænarratum N. obligatum esse in vtroque foro ad obseruantiam prædicti albarani, & ita mihi iuris esse videtur.

57 Causa hæc fuit agitata inter patrem, & filium, non tamen in iudicio, & fuerunt reducti ad amicabilem compositionem, quæ omnia discutere volui, quoniam quotidie euenire solent, & vt fraudes, & peccata euitentur, non sunt consulenda partibus huiumodi albarana, si tamen de facto fierent, quando sint valida, ex dictis patere potest.

AN LEGATVM, FACTVM MVLIERI, vt nubat eius consanguineo, & si secus fiat, careat legato, debeatur, si conditio illa non adimpleatur? & num valeat statutum, nè mulier nubere posit extra territorium sub pœna amissionis hæreditatis? Consilium Duodecimum, de quo facta est mentio in Comm. par. 1. cap. 5. nu. 61.

SVMMARIVM.



Matrimonia tam in contrahêdo, quàm in distrahendo, debent esse libera ab omni pœnarum genere. nu. 1. 5. & seqq.

Pœna apposita in matrimonio nô debetur, si matrimonium aliquis contrahere nolit, etiam si iuramentum interuenerit. nu. 2. Propriè dicitur in diminutione proprij patrimonij, non autem in amissione lucri. nu. 5. 6. & 7.

Ius canonicum prohibet matrimonium inter consanguineos, vsque ad quartum gradum. nu. 3.

Legatum, factum alicui puellæ, vt nubat consanguineo, debetur, non obstâte illa conditione. nu. 4. & ita iudicatum refertur. num. 31. Contrarium fundat Author, validis rationibus, legatû non deberi, quando additum est, vt obtineretur dispensatio à Sede Apostolica num. 9. cum sequentibus.

Legatum factum puellæ, vt ducat certum virum, validum est, nec illi debetur, si nubere cum eo nollet, si posset tamen commodè nubere. num. 6. cum sequentibus.

Actus, dependens à voluntate Principis, tunc iudicatur impossibilis, quando non solet à Principe concedi. num. 10. & 18.

Dispensatio super matrimonio contrahendo inter consanguineos, iudicatur impossibilis, secundum aliquos, qui recensentur. num. 12. Contrarium fundat Author, vt potius iudicetur difficilis, & ideò peti debet, si testator id iusserit. num. 13. 16. & 18. Solet concedi in secundo gradu, difficilè tamen. numero 22.

Henriquez non est constans, & certus in allegatione Doctorum. nume. 15. & ideò illius opera sunt suspensa. numero 17.

H Di-

CONSILIVM XII.



IN facto supponitur, Illustriss. Ducissam Seminariæ in eius vltimo testamẽto, inter cetera legasse eius filiæ ducatos sexaginta mille de ipsius testatricis dotibus, & iuribus dotalibus, hac tamen adiecta conditione, si matrimoniũ contraxerit cũ Domino Don Vincentio Spinello primogenito Illustriss. Marchionis Ypsironis, & si matrimoniũ cum illo non contraxerit, legatũ prædictũ pro medietate esset dictæ eius filię, & pro alia medietate dicti D. Vincẽtii: addidit ei testatrix, vt obtineretur dispensatio à Sũmo Pontifice ad contrahendũ dictum matrimonium, vt ex lectura testamenti prædicti cerni potest.

Nunc vertitur in dubium, quia legataria, & Don Vincentius sunt in secundo gradu cõsanguinitatis, si teneat illa conditio, vel tanquam impossibilis sit reiicienda, & licitum sit legatariæ cum integro legato ducere alium virum.

1 Pro parte legatarię infrascripta media afferri possunt. Et primò, matrimonia tam in contrahendo, quàm in distrahendo debent esse libera ab omni pœnarum genere, ad tex. in l. Titia, ff. de verb. oblig l. 2. C. de inutil. stipulation. c. gemma. de sponsal. cum aliis innumeris recollectis per Sanchez in tract. de matrimon. lib. 1. disput. 30. tota, vbi ex iuribus prædictis,
2 & aliis latissimè ostendit, † vt etiam pœna promissa non sit debita ab eo, qui violauit fidem, & hoc etiam in foro conscientiæ, quia talis pœna impedit matrimonii libertatem, & ex probabiliori sententia hoc procedit, etiam si medio iuramẽto fuerit pœna promissa, quamuis multi contrarium in hoc teneant, quos etiã recenset idem Sanchez dicto lib. 1. disput. 32. num. 20. & 24. Sed nunc legataria amitteret in pœnam medietatem legati, ergo conditio reiici debet.

Secundò, fortius vrget, quoniam legataria, & Don Vincentius sunt in secũdo gradu con-
3 sanguinitatis, & † inter eos nõ potest esse matrimonium, c. non debet, de consang. & affinit.
4 cum vulgatis aliis: quò fit, † vt conditio prædicta, tanquam turpis, & contra ius diuinum, sit reiicienda, & legataria cum integro legato posit liberè ducere alium virum, & ita in indiuiduo scripserunt Cyn. Petr. de Bellapert. Alberic. Salycet. & alii in l. 2. C. de institut. & substit. quos recenset, & probat Regens Loffr. conf. 16. probat etiã Mantic. lib. 11. de coniect. vltim. volunt. tit. 18. num. 6. Morot. consil. 77. Molin. lib. 2. de primogen. Hispan. c. 13. nu. 12. & 13. Henriquez lib. 12. de matr. c. 10. num. 4. Et hæc sunt præcipua fundamenta pro parte legatariæ.

Ego

Ego verò, qui partes prænarrati Don Vincē-
tii mei discipuli, & domini, ex viribus tueor,
contrariam sententiam de iure puto veriorem,
& consequenter, quamuis legataria possit du-
cere aliom virum, amittat tamen medietatem
legati, & cedat in beneficium dicti Don Vin-
centii, seruata voluntate testatricis.

5 Vt autem certa ab incertis secernamus, sup-
pono vnum, tanquam verissimum, illam tãtùm
veram pœnam dici, impedientem libertatem
mattimonii, & reiiciendam, quæ consistit in di-
minutione proprii pattimonii; exemplum est
commune, quando sponsalibus adiicitur pœna
certæ quantitatis, soluēdæ ab eo, qui nolit spon
salia contrahere, & hæc est propria pœna, quæ
à iure improbatur, vti restringens libertatem
matrimonii & ita procedũt iura, & Doctorum
authoritates relatæ nu. 1. & 2. vt est videre pe-
nes Sanchez d.lib.1.disp.30.nu.1.& seqq.& de
hac pœna hic non loquimur, quia non est casus
noster, vt ex facto proposito cerni potest.

6 Si verò quantitas promissa non consisteret
in proprio patrimonio minuēdo, sed in aliquo
lucro non acquirendo, tunc omnes cõcludunt,
hoc esse licitum, et si legataria potest honestè
nubere cùm illa persona, teneatur cõditionem
illam adimplere, quam si adimplere noluerit,
amittat legatum, sic de iure respondit Caius
Iureconf. in l.cùm ita, §.si Titio nupserit, ff.de
cond.& demonst vbi Bart.& communiter alii,
l.vter ex fratribus, C.de cond. & substitut. sub
condit.fact.quod etiam procedit de iure cano-
nico, vt in c.de illis, extra de sponsal. & matr.
Oldrad. conf. 16. Soc. Ias. & alii, quos probat
Grat.conf.108.nu 6.vol.2. Felin. Crauett. Rol.
& alii, quos sectatur Mantic. d.lib. 11. tit. 18.
nu. 1. & seqq. & in hac conclusione in his ter-
minis posita, nemo contradicit, teste Sanchez
d.lib.1.disp.33.nu 6.cum seqq. & ratio est ma-
7 nifesta, † dum enim non est propria pœna, quę
à iure improbetur, sed potius sit quodam præ-
mium, quo homines allecti inuitentur ad ma-
trimonium contrahendũ, vtique in potestate
legatariæ fuit, nolle lucrum accipere, & nube-
re ad libitum cuicũque, sed præmium debetur
illi, cui per testatricem fuit relictum, & hoc ea-
8 tenus est verum, † vt solùm reiicietur cõditio,
quoties illa persona non esset paris conditio-
nis, tunc enim haberetur conditio pro impos-
sibili, & reiiceretur; sed aliàs deberet adimple-
ri, vt habetur in d.l.cùm ita, cum aliis cumula-
tis per Sanchez d.disput.33.nu.11. Sed in casu
nostro præfatus Don Vincentius est persona
habilis non solùm secundùm ætatem, sed etiã
secundùm qualitatem ad contrahendum ma-
trimonium cum dicta legataria, & successiuè
si matrimonium non sequatur, succedet ex so-
la voluntate eiusdem legatariæ, & priuari de-
bet prædicto legato.

9 Confirmatur hæc opinio, siquidē valet con-
ditio adiecta legato, vt quis ducat consangui-
neam in vxorem, vel puella ducat consangui-
neum in virum, obtenta dispensatione Summi
Pontificis, vt ex multis probauit à Costa lib.1.
selectar.cap.8.nu.14. Molin. lib.2. de primog.
Hispan.cap.15.à nu.8. vsque ad nu.13. Melch.
Palaez in tract.de maiorat.par.1.q.50 num.2.
& parte 4. q.40.nu. 2. Guttier.conf.18. num.9.
Curt.iun. conf.54. num.13. & 14. Sanchez in
tract.de matrim.lib.5.disput.5.nu.19. qui plus
subdit, vt licèt aliqui in hoc casu contrarium
10 teneant, † conditionem illam reiiciendã esse,
tanquam turpem, & impossibilem, & vti de-
pendentem à voluntate Principis supremi, vt
est Summus Pontifex, eorum opinio procedat,
quando testator non expressisset, vt obtinere-
tur dispensatio à Summo Pontifice, sed si id ex-
pressisset, vt matrimonium contraheretur, prę-
cedente dispensatione prædicta, tunc conditio
adimplenda esset in forma specifica, ex doctri-
na Cornei conf.54.num.13.& 14.quem probat
Mantic. d.tit.18. num.6 & aliorum plurium,
quos ipse Sanchez d.disput.5.nu.26. cumulat.
Imò nu.25. refert Molin.Guttier.Soc.iun. Sor.
Tabien.Armill.& Scribentes in l.heredes mei,
11 §.cùm ita, ff.ad Trebell.† vt etiam si à testato-
re non esset expressum, obtinendã esse dispen-
sationem à Sede Apostolica, adhuc conditio-
nem illam, adiectam legato, adimplendã esse
in forma specifica; sed quando id expressum
esset per testatorem, omnes concludunt con-
ditionem illam specificè esse adimplendam.
Sed in casu nostro testatrix expresse mãdauit,
obtinendam esse dispensationem. Igitur su-
mus in casu ab omnibus recepto, conditionem
esse validam, & adimplendam esse in forma
specifica.

12 Nec obstat, quòd nunc sumus in consobri-
nis, & sic in secundo gradn consanguinitatis,
in quo nõ solet Summus Pontifex dispensare,
nisi inter magnos Principes, vt habetur in Con
cilio Trid.sess.24.de reform.matrim.c.5. & ob
hanc rationem Molin. & Henriq. citati nu. 4.
tenuerunt, talem conditionem reiiciendã esse
tanquam impossibilem, & illa reiecta, valere
legatum tanquã purè relictum, prout est, quan
do non fuit expressum, obtinendam esse talem
dispensationem, vt tenent multi, quos recenset
Sanchez d.disp.5.nu.26.in fi. Nam responde-
13 tur, † veriorem, & receptiorem sententiã esse,
conditionem illam esse validam, & obligare
legatariam ad obtinendam dispensationem,
vel saltem ad illam procurandam, & ratio est,
quia licèt dispensatio iudicetur difficilis, hoc
potius ad difficultatem, quàm ad impossibili-
tatem pertinet, & successiuè non reddit actum
impossibilem, vt probauit à Costa d.c.8.nu.14.
14 Guttier.d.conf.18. num.9. † Et licèt Molina
prius tenuerit contrarium, vt retuli num.4. ta-
men postea mutauit sententiam, & scripsit,
conditionem illam adimplendam esse in for-
ma specifica, vt est videre in suis adnotationi-
bus, quas ponit in fine 3.libri de primog Hisp.
nu.12. Et hanc eandem sententiam defendit
Sanchez d.disp.5.nu.20. §.sed verius.

15 Nec DD.relati per Henriq. probant eius in-

teſtum;nam citat Couarr.in 2.par.de matrim.
cap.3.§.2.num.7. qui loquitur in caſu, quando
non fuit expreſſum, obtinendam eſſe diſpen-
ſationem;quo caſu multi tenent,conditionem
iſtam eſſe reiiciendam, ſed hic non eſt caſus
noſter. Secundò citat Molin.qui,vt dixi num.
pręcedenti,mutauit ſententiam,& tenet,adim-
plendam eſſe conditionem in forma ſpecifica.
16 Citat etiam Palaez in tract.de maioratibus,
par.1.q.50. qui tamen num.2.in fi. tradit,con-
ditionem iſtam eſſe potius difficilem,quàm im
poſsibilem, & conſequenter, diſpenſationem
eſſe obtinendam,vel ſaltem petendam, præci-
puè dum fuit expreſſum,vt diſpenſatio obtine-
retur, ita quòd etiam hi Authores, qui contra
nos citantur, noſtram defendunt ſententiam
17 contra ipſum Henriq. † & vt audiui à quibuſ-
dam viris fide dignis, hæc fuit vna ex cauſis,
cur illa ſumma Henriq. fuerit ſuſpenſa, quo-
niam innumeros citat Authores; qui, vt pluri-
mum,non dicunt id, ad quod citantur,& pro-
inde indigere expurgatione.
18 Quod autem dicitur, diſpenſationem, pen-
dentem à voluntate Principis, eſſe impoſsibi-
lem, iuxta opinionem gloſ. in l.continuus, in
verb. relictè, ff.de verb.obligat. Bart. in l.apud
Iulianum,§.conſtat,nu.2.ff.de legat.1. & alio-
rum,quos citat Sanchez d.diſp.5.nu.5.& ſeqq.
non eſt ſimpliciter verum, nam procedit in his
tantùm caſibus, in quibus non eſt ſolita conce-
di diſpenſatio;at quando ſolita eſt concedi,ſed
cum difficultate,tunc non dicitur impoſſibilis;
ſed difficilis, ſic ſcripſerunt Cuman. in dicto §.
conſtat, vbi Alex.nu.5 Iaſ.qui teſtatur de com
muni nu.13. ſic etiam Rom. Soc.iun.Præpoſit.
Dec.Cagnol.Couarr.Lopez.Pinel.à Coſt.Tell.
Gomez.Palaez, Molin. Gutier. & alii plures,
quos cumulat, & probat Sanchez dicta diſp.5.
num.12.
19 Confirmatur, nam licèt conditio,à volunta-
te Principis dependens, reputetur impoſsibi-
lis, attamen quoties eſt præambula, & neceſ-
ſaria ad valorem diſpoſitionis,& actus,qui ge-
ritur, licèt ſit ſummè difficilis,non eſt reiicien-
da, ſed eius euentus expectari debet, ita Bal.in
l.1.q.6.nu.17.C.de inſt.& ſubſtit. Alex.in d.§.
conſtat,nu.5.vbi Iaſ.nu.16.qui teſtatur de com
muni,& poſt prædictos, Soc.& Gomet.iddem
probat Sanchez d.nu.12.§. ſecundò principa-
liter probatur. Sed in caſu noſtro hæc diſpen-
ſatio eſt neceſſaria, vt legataria obtineat lega-
tum, dum ſub illa conditione, & non aliter le-
gatum fuit factum; igitur omnino obtinenda
eſt diſpenſatio,vel ad minus petenda, vt appa-
rere poſſit, per ipſam legatariam non ſtetiſſe
adimplere conditionem, adiectam legato per
teſtatricem.
20 Quodq; ad minus poſtulatio neceſſaria ſit,
quando Princeps non ſit ſolitus in ſimilibus di
ſpenſare,ex pluribus firmauit Crauet.cõſ.121.
nu.10, & probãt alii,quos congerit,& ſectatur
Conſiliarius de Bottis in ſuis additionibus, in
d.§.conſtat. ſic etiam Palaez in d.tract. de ma-
ioratibus, par.4.q.40.nu.11.& 12. vbi Rebuff.
& alios ad hoc probandum cumulat, & tenet
etiam Sanchez d.diſput.5.nu.21. qui ſubdunt,
21 imputandum eſſe legatario, ſi talem diſpenſa-
tionem,ſolitam concedi,non obtinuerit; ſed in
propoſito,licèt ſimus in ſecundo gradu conſan
guinitatis, non tamen eſt impoſſibilis diſpen-
ſatio, ſed difficilis; multoties enim vidimus in
caſibus ſimilibus,conceſſam fuiſſe diſpenſatio-
nem, & ne aliarum familiarum, & nationum
referam exempla, vnum ſufficiat de hac eadẽ
22 familia, † ſiquidem annis non longè decurſis
Clemens Octauus, nunc etiam Summus Pon-
tifex meritiſsimus, dignatus fuit diſpenſare, vt
primogenitus Illuſtriſsimi Ducis Aquarii du-
ceret in vxorem Illuſtriſsimã Marchioniſſam
Vici eius conſobrinam, & conſequenter idem
Pontifex,in eadem familia,& in eodem gradu
diſpenſauit, non eſt alienum, nec impoſsibile,
vt in hac eadem cauſa diſpenſet, tantò magis
quia maior ratio conſeruationis bonorum in
eadem familia adeſt in hoc caſu;nam prędicta
teſtatrix expreſsè proteſtata fuit, ſe facere le-
gatum prædictum, ita exorbitans eius filiæ, vt
matrimonium contraheret cũ dicto Don Vin-
centio eius nepote;conſiderauit enim ipſa Do-
mina Duciſſa, ſe habuiſſe omnia eius bona à
prędicta familia de Spinello,& proinde voluit
vt in eadem familia bona ipſa conſeruarentur,
vt ex lectura dicti legati cernitur;& cõſequen-
23 ter, † cùm diſpoſitio reſpiciat cõſeruationem
bonorum in familia,eſt admodum fauorabilis,
& vt talis, & publicam reſpiciens vtilitatẽ, de-
bet adiuuari,& benignè interpretari,ac omni-
nò adimpleri, ſi iuſtè adimpleri poſsit, & ſem-
per pro eiuſdem adimplemento iudicandum
eſt, ita ex tex.in l.hoc modo,ff de condit.& de-
monſt. & aliis probarunt Fulgoſ.conſ.49.circa
fin.Cuman.conſ.2.nu.4.Crauet.conſ.878.in fi.
& alii, quos probat Mantic. lib.6. de coniect.
vltim.volunt.tit.1.nu.44.& ſeqq. Ea ratione,
24 quoniam familia diù conſeruari nequit ſine
bonis,& publicè intereſt, familiarum dignita-
tem conſeruari. l.1.§.penult.ff de ventr.inſpic.
Ioan.And.Iacob. de Aren. & alii, quos probat
Mantic.loco cit.nu.45.

Ad confirmationem prædictorum adduci-
tur,quoniam legatum relictum ducatorum tri
gintamille, ſi nollet legataria matrimonium
contrahere cum dicto Don Vincentio, longius
excedit legitimam,imò portionem ipſius lega-
tariæ, & ſucceſsiuè in libera poteſtate teſtatri-
cis fuit, relinquere tale legatũ, & allicere eius
filiam ad tale matrimonium contrahendum;
25 nam parentes,relicta filiis legitima,poſſunt de
aliis bonis ad libitum diſponere, quamuis in
mare illa proiicerent,iuxta gl.in l.1.C.de inoff.
teſtam.Bal.Ang.Imol.Bertran.Rolan. & alios,
26 quos probat Surd.deciſ.21.nu.14. † Cùm igi-
tur diſpoſitio ſit iuſta,etiam de facto adimple-
ri deberet, quãdo ius repugnaret.l mulier, §.1.
vbi Bal.& alii C.de cond.inſtitut.Paul.de Caſt.
27 conſ.5.nu.6.vol.1.† Quia mutare voluntatem
teſta-

testatoris non pertinet ad alterius arbitrium,
sed potius seruari debet ad vnguem, si commo
dè adimpleri potest, vt post Bald. in l. vnum ex
familia, §. si duos, vbi Imol. nu. 16. ff. de legat. 2.
Boet. decis. 204. nu. 32. Natt. & alios probauit
Manic. lib. 3. de coniect. vltim. volunt. tit. 3. per
totum. & successiuè cùm ista conditio sit licita,
nam in similibus in eadem familia fuit cōcessa
dispensatio ab eodem Pontifice, debet ipsius
testatricis voluntas ad vnguem obseruari, vt
ad minus peratur, & procuretur cum diligen-
tia solita in similibus adhiberi.

Nec obstat, non potuisse testatricem tale le-
gatum facere; est enim Neapolitana, & ideò
subiecta dispositioni consuetudinum Neapo-
28 litanarum, † sed per ipsas consuetudines est
introductum vt mulier non possit disponere
de bonis dotalibus, nisi de decima parte, si fi-
lios habeat, quod etiam procedit secundùm
nouum vsum Capuanæ, & Nidi, vt ex pluribus
firmauit Præs. de Franch. decis. 537. Nam re-
spondetur, discussionem istam non esse neces-
29 sariam in hoc casu. † Primò, quia maior pars
dictorum bonorum est de bonis nouiter acqui-
sitis, de quibus etiam secundùm dictas consue-
tudines, poterat testatrix ad libitum dispone-
re, reseruata filiis legitima, & iam in casu no-
stro quantitas ducatorum trigintamille est lon
gior legitima dictæ legatariæ, vt dictum est.
130 Secudò, quia matrimonium in hoc casu fuit
contractum more magnatum, & secundùm
hunc morem, reducitur successio, ac bonorum
dispositio ad formam iuris communis, vt ha-
betur in reassumptione capitū dicti moris ma-
gnatum, ad Neapodan. fol. 162. & seqq. probat
Reg. de Ponte cons. 61. nu. 74. & seqq. vt alios
omittam; & consequenter dum medietas lega-
ti excedit legitimam dictæ filiæ, omni iure iu-
dicanda est valida dispositio ipsius testatricis,
& ita iuris esse censeo.
31 Hæc causa in anno 1604. fuit relata in Col-
laterali Cons. & prius fuit explorata voluntas
legatariæ, quæ declarauit, velle ducere alium
virum, & ita fuit iudicatum, licere ipsi legata-
riæ alium virum ducere, sed ex prædictis credo
remanere absolutum, vt solùm legataria con-
sequi deberet medietatem tātùm dicti legati.
32 Ex dictis resolui potest quæstio, cuius oc a-
sione hoc consilium hic inserui, si valeat statu-
tum, vel consuetudo, vt mulier non possit nu-
bere extra territoriū sub pœna amissionis hæ-
reditatis, & iam in dictis Comment. c. 5. nu. 61.
defendi, veriorem esse sententiam, tale statu-
tum, vel consuetudinem esse inualidam, quia
est contra libertatem matrimonii, quæ opinio
ex discussis in hoc consilio cōprobatur, & præ-
cipuè, quoniam etiā secundùm ius ciuile, dum
pœna apposita in matrimonio, respicit diminu
tionem proprii patrimonii, reiicitur tanquam
contra libertatem eiusdem matrimonii, vt scri
pserunt Io. And. in c. statutum, de hæretic. in 6.
quem sequitur Io. de Plat. in l. edicimus, C. de
muri regul. lib. 11. Felin. in cap. ecclesia sanctæ
Mariæ, nu. 61. & seqq. de constit. Curt. sen. qui
testatur de magis communi cons. 27. Marin. de
Caramanic. in const. Reg. cùm hæreditarium.
Thom. Campeg. in tract. de authorit. Pap. sub
tit. de offic. Princip. Christ. vbi ait, esse officium
Principis Christiani reuocare huiusmodi sta-
tuta.
33 Verùm sunt nonnulli, qui tenent, tunc hu-
iusmodi statuta esse nulla, & inualida etiam
quòad pœnam, si mulieres non possent commo
dè nubere intra territorium; sed si commodè
nubere possent, valeret statutū, quia esset quo-
dam impedimētum secundùm quid, & sic ac-
cidentale, & non contra substantiam, & liber-
tatem matrimonii, ita ex Beroo in c. in præsen-
tia, nu. 89. de probation. And. & Camer. probat
Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit.
de assensu Reg. sup. dotib. in princ. nu. 6. probat
etiam Io. Lup. in c. per vestras, §. 7. versic. & pro
ista, de donat. inter vir & vxor. & fuit originale
dictum Bartholi in d. l. edicimus. quem ibidem
probat Ang. sic etiam Bal. in l. 1. §. ius naturale,
nu. 4. ff. de iust. & iure, in c. 1. nu. 33. de constit.
Corset. sing. 9. in verbo statutum, Soc. cons. 35.
34 vol. 1. Dicunt enim, † si statutum mandaret,
vt matrimonium esset nullum, & irritum, tunc
non valeret statutum, quia directè tolleret li-
bertatem matrimonii, sed quando solùm prohi
bet matrimonium sub certa pœna, tunc vale-
ret statutum, si commodè matrimonium cum
ciuibus eiusdem territorii contrahi posset, tum
vt bona cōseruentur inter ciues, tum etiam ob
alia commoda, quæ resultant ex matrimonio
contracto inter ciues; quorum opinio saltem
de facto aliquibus in locis seruatur, vt dixi in
dictis Comment. par. 1. c. 5. citato, & secūdùm
iuris rigorem non esset statutum contra liber-
tatem matrimonii directè, & ad minus esset
quodammodo indirectè. quia non adest omni-
moda libertas contrahendi matrimonium ad
libitum, & sic impedimentum esset per acci-
dens, quod substineri posset ob maiora bona
Reipublicæ.
35 Ego tamen veriorem existimo sententiam
pro inualiditate huiusmodi statuti, & vltra
prædicta moueor ex duobus aliis; Et primò,
quoniam nulla maior conuenientia adesse po-
test, quàm vt puella nuberet de consensu parē-
36 tum; † imò sacri Canones iubent. filios debere
matrimonium contrahere de consensu paren-
tum, & peccare mortaliter, si contra parentum
37 voluntatem, sine causa, nuberent: † at si fieret
statutum, vt puella, etiam annorum quatuor-
decim (in qua ætate cadere potest deceptio)
non possit matrimonium contrahere sine con-
sensu parentum, statutum esset nullum, quia
impediret libertatem matrimonii, vt etiam
Ciuilistæ probant, inter quos est Alex. cons. 47.
volum. 1. & alii plures, quos probat Couarr. in
epith. de sponsal. par. 1. c. 3. §. 8. nu. 6. Menoch.
lib. 2. de arbit. iudic. cas. 453. nu. 10. & seqq. vbi
38 subdit † esse nulla, & inualida, & contra liber-
tatem matrimonii, statutum Patauinum, &
Bri-

Brixiense, quæ statuunt contrarium, & successiuè à maioritate rationis erit nullum statutum in casu nostro ob pęnam appositam contra mulieres illas, quæ nubunt extra territorium.

39 Secundò, quia si multi tenent, & iam Collaterale Consilium iudicauit, reiiciendam esse conditionem ab hoc legato, ad hoc vt legataria liberè posset nubere cui vellet, & tamen cōmodè nubere poterat, cum dicto Don Vincentio, & poterat obtineri dispensatio, aderat conseruatio bonorum in familia; & tamen legatum hoc erat tantùm allectio ad contrahendum cum tali persona, & iudicauit cōtrarium, cur igitur poterit iuridicè affirmari, valere statutum, & consuetudinem, quæ in pœnam priuant personas proprio patrimonio, si nubant extra territorium? & ita mihi iuris esse videtur, salua correctione melius sentientis.

SI ECCLESIA SIT CREDITRIX IN ACTIONE personali, & concurrat cum alijs creditoribus etiam in actione personali, an sit præferenda, tanquam priuilegiata, in eius credito, vel solutio fieri debeat pro rata inter omnes creditores, & quid in foro conscientiæ? Et an legata pia debeant etiam diminui pro rata, si bona testatoris non sufficiant pro soluendis omnibus legatis, etiam non pijs, vel deducenda sint ante omnia, & de eo, quod superest, soluantur legata non pia? Consilium Decimumtertium, de quo fuit facta mentio in Commentar. parte 3. quæst. 10. in fi.

SVMMARIVM.



Reditores in actione personali, pares in tempore, æqualiter admittuntur ad bona debitoris. num. 1. Procedere ostenditur in pari causa, sed qui habent causam fauorabilem, præferūtur. nu. 6. & 15. Dos primo loco prefertur. nu. 7. deinde fiscus. nu. 8. postea Ecclesia, quando agitur de bonis Prælati. nu. 9. deinde magis indigens. num. 10. & seqq.

Legatarij habent personalem actionem ad consequendum legata. nu. 2. Si vni fiat solutio, & hæreditas non sit soluendo pro omnibus, repetunt alij solutionem, illi factam, per conditionem indebiti. sub nu. 3.

Legata non debentur vltra vires hæreditarias. num. 3. Si hæreditas non sit soluendo, diminuūtur pro rata. sub nu. 2. Procedere ostenditur etiam quòad legata pia. nu. 4. & sic decisum refertur. nu. 5. Contrarium fundat Authòr ex veriori, & receptiori sententia, vt legata pia sine diminutione solui debeāt, & præcipuè nu. 16. & seqq. nu. 23. & seqq. Etiam ex Bartholi doctrina verum esse probatur. nu. 26. Etiam secundùm authoritatem Regentis de Ponte nu. 37. Doctores, qui contrarium videbantur velle, ad concordiam reducuntur. nu. 18. & seqq.

Fiscus dicitur habere æquale priuilegiū cum dote. sub nu. 8.

Ecclesia habet tacitè hypothecata bona Prælati pro mala administratione bonorum eiusdem Ecclesiæ. sub nu. 9.

Restitutio bonorum in pari causa semper fieri debet magis indigēti. nu. 10. & 11.

Fit

Fit ad euitandum damnum, & iniuriam proximi. num.13. Fieri debet, vt tam à Deo, quàm à creditore obtineatur liberatio. nu.28. & 29.

Necessitas est causa, vt charitas vrgeat iustitiam, vt in pari causa fiat solutio indigenti, ne afficiatur iniuria. nu.12. & 13.

Amico sufficit in paucis consulere. nu.14.

Ioseph de Cydonia, Authoris amicus, & condiscipulus, laudatur. nu.17.

Diminutio legatorum fieri debet, etiam in legatis pijs, inter se tantùm. nu.19.

Causa pia non vtitur priuilegio aduersus aliam causam piam. nu.20.

Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio aduersus pariter priuilegiatum. numero 21.

Legata pia dicuntur habere diuersa priuilegia. nu.22. remissiuè. Qua ratione deducantur post dotem, legatam filiabus, aperitur. num.23. Solui debent integrè, & sine detractione Falcidiæ. num.25.

Legatum relictũ pauperibus pro alimentis, debetur præcipuè, sine vlla diminutione. nu.27.

Legatum pium, & pro anima relictum, præsumitur factum pro exoneratione conscientiæ. nu.28.

Debitum soluens, nõ dicitur legatum facere, nec liberalitatem exercere. numero 30.

Argumentum de causa pia ad dotem validum esse traditur. nu.31.

Dotis causa dicitur pia, & ad pietatem tendere. sub nu.31. Qua ratione dicatur æs alienum, aperitur. nu.33.

Legatum dotis deducitur tãquam æs alienum præ cæteris legatis, & sine diminutione. nu.23. & 32. Procedere ostenditur etiam si fieret filiæ nuptæ. numero 34.

Iudicibus imperitis malum est relinquere alienas causas iudicandum. num.35. & 36. Grossis iudicibus non sunt committendæ causæ subtiles. sub nu.35.

Ecclesia debet ab omnibus defendi. numero 38.

Author precatur, vt omnes in gremio Ecclesiæ viuant, & moriantur, & eius iudicio, & correctioni opus suum submittit. sub nu.38.

CONSILIVM XIII.



Vpponitur in facto, plures creditores concurrere, & omnes in actione personali quondam pictoris Carauagii super quoddam deposito de bonis eiusdem debitoris, inter quos est quoddam monasteriũ pro ducatis centum quinquaginta, vertitur in dubium, si pecunia prædicta distribui debeat pro rata inter omnes creditores, vel monasterium prædictum, tanquam à iure priuilegiatum, debeat præferri etiam in pari causa, & actione.

1 Contra monasterium duo obstant. Primum
est, quia regula est generalis, vt in cõcursu cre-
ditorum in actione personali in satisfactione
seruetur æqualitas inter omnes creditores, iux-
ta notata in l. priuilegia. ff. de priuileg. cred. vbi
glos. & communiter DD. & iam ita in practica
seruatur; vnde, dum Ecclesia in hoc non inue-
niatur priuilegiata, etiam quò ad illam debet
regula, & praxis seruari.

2. Secundum est, quoniam in legatis, in quo-
rum exactione actio personalis tantùm datur,
vt est notissimum, si legata non possent integrè
solui, vt quia hæreditas non esset soluendo pro
omnibus, legata diminuerentur pro rata, vt
probat tex in l. si post missionẽ, & l. in ratione,
§. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. l. si verò compo-
sita §. 1. ff. de testam. mil. vbi glos. Bart. Alex &
alii cum pluribus aliis infra cumulandis, & ra-
3 tio est, † quia legata nõ debẽtur vltra vires hæ-
reditarias, vt in l. 1. §. is, qui. ff. ad Trebel. & cõ-
sequenter iniquum esset, quosdam legatarios
esse melioris conditionis, & esse præferendos,
& si alicui legatario facta esset solutio, daretur
repetitio cæteris collegatariis per cõditionem
indebiti, vt scripsit Bal. in l. 2. §. 1. vbi Alexand.
nu. 3. & 4. ff. de cond. indeb. vbi etiam Ias. Præs.
4 de Franchis decis. 236. † Quæ quidem regula
locum sibi vẽdicat, etiam si inter collegatarios
adesset Ecclesia; nam etiam legata pia dimi-
nuuntur, vt scripsit Bart. quem allegat Ias. in l.
si quis testamento, §. 1. nu. 2. ff. de legat. 1. quos
probat Præs. de Franchis loco citato, num. 2. &
Bart. iam hoc probat in Authen. similiter, nu. 4.
C. ad leg. Falcid. ad quem se remittit Peregr. in
5 tract. de fideicom. art. 4. num. 63. in fi. † & ita
fuit iudicatum annis elapsis in Sacro Consilio,
inter legatarios hæreditatis Comitis Morconi,
& sic practicatur in Tribunalibus; vt dum hæ-
reditas non est soluendo pro omnibus legatis,
fiat diminutio pro rata ab omnibus legatis etiã
piis, & successiuè dum in hoc facto, etiam aga-
tur de creditoribus in actione personali, idẽ
ius seruari debet, vt respectu omnium, etiam
monasterii, fiat diminutio pro rata, & teneatur
iudex singulis creditoribus pro rata crediti de-
positum prædictum liberare.

His tamen non obstantibus, contrariam sen-

sententiam

tentiam puto de iure veriorem in vtroque ca-
6 pite; Et primò, † quando sunt creditores in
actione personali, semper præferuntur haben-
res causam fauorabiliorem; qui enim habent
eandem causam, illi tantùm erunt æquales in
satisfactione, & ita probat ad literam tex. in d.
l. priuilegia. vbi glos. & communiter DD. ff. de
priuileg. cred. Bart. in l. 1. sub nu. 4. C. de priuil.
dot. l. assiduis, C. qui potior. in pign. habean. &
ibi communiter omnes Scribentes, & ex dicē-
dis verius apparebit in vtroque foro: siquidem
7 si inter tales creditores in actione personali
adesset causa dotis, tunc ante omnia solui de-
bet dos tanquam de iure priuilegiata, vt habe-
8 tur in d. l. assiduis. † Secundo loco debet fieri
satisfactio fisco, qui dicitur habere æquale pri-
uilegium cum dote. l. 2. C. in quib. cau. pign. vel
hyp. tacitè contrahat. & vtrunque hoc dictum
de dote, & fisco, post glos. in c. ex literis, de pig.
Nauarr. Couarr. Siluestr. Petr. Nauarr. Rodriq.
& alios probat Sairus lib. 10. Clau. Reg. tract. 5.
cap. 10. num. 14. & seqq.
9 Tertio loco debet fieri solutio Ecclesię, si in-
ter dictos creditores adsit Ecclesia, quādo de-
bitor esset Prælatus, cuius bona sunt tacitè hy-
pothecata Ecclesiæ, quæ etiam contra tertium
possessorem bonorum dicti Prælati agere po-
test, prout ageret mulier pro consequenda do-
te vt scripsit glos. in d. c. ex literis, in verb. obli-
gata. vbi Abb. num. 11. & alii extra de pignor.
post Syluest. & alios Sayr. d. c. 10. nu. 18. & con-
sequenter patet, Ecclesiam habere æquale pri-
uilegium in suis creditis, prout habet mulier
pro dote, & ideò illi prius fieri debet satisfa-
ctio.

Sed dato pro vero, assumpto, vt omnes cre-
ditores essēt æquales, & sine hypotheca, adhuc
in casu nostro ante omnia fieri debet solutio di-
cto monasterio, tanquam magis indigenti, &
pauperi, cùm alii creditores non sint in æquali
necessitate; imò potius diuites. Probatur facilè
10 assumptum, † quia in materia de restitutione
semper inter creditores in actione personali
fieri debet restitutio magis indigenti, vt pro-
banit Diuus Thom. opusc. 63. c. 18. Medin. Pet.
Nauar. & alii, quos probat Ferd. Rebell. par. 1.
de obligationib. iust. lib. 2. q. 19. nu. 13. Valent.
Rodriq & alii plures, quos probat Sayr. d. c. 10.
11 nu. 36. Primò, † quia nemo potiori iure frau-
datur; nam omnes habent ius æquale, & suc-
cessiuè nemo conqueri potest ex aliis credito-
ribus. Secundò, quoniam in magis indigente
12 adest necessitas, † quæ ex omni parte suadet,
vt indigenti potius, quàm alteri creditori solu-
tio, & restitutio fiat; in tali enim casu charitas
imperat iustitiæ, vt ipsi indigenti subueniatur.
13 Tertiò, † ex quo restitutio, & solutio debiti fit
ad euitandum damnum, & iniuriam proximi,
sed maius damnum, & maior iniuria fit indi-
genti, si illi prius non fiat restitutio, & conse-
quenter tam ex parte charitatis, quàm ex par-
te iustitiæ debet solutio fieri magis indigenti,
vt post D. Th. notāt oēs Authores relati nu. 10.

Indigentia dicti monasterii est manifesta
indicantibus; nam lis, & causa ista non fuit ex
parte dicti monasterii agitata, sed quidam de-
uotus dicti monasterii iudicium prædictum
agitauit, & successiuè aliud motiuū succedit,
vt creditores alii possint diligentiam adhibe-
re, & ex aliis bonis dicti debitoris satisfactio-
nem recipere, quæ diligentia fieri nequit ex
parte dicti monasterii, dum lites nō sit solitum
agere, nec onus hoc relinquendum est deuotis
14 amicis, est enim vulgare dictū, † sufficit ami-
co in paucis consulere. l. tutori. C. de neg. gest.
And. in c. Imperialem, §. Imperator Lotharius,
num. 18. vers. item quod subuenit in prætio, de
prohib. feud. alie. per Feder. & sic satis est mo-
nasterio, si dictus eius amicus hucusque iudi-
cium prædictum suis expensis agitauerit.
15 Nec obstant contraria; Primum enim de
actione personali, relatum num. 1. non habet
hic locum; nam habens fauorabiliorem cau-
sam, quamuis sit etiam creditor in actione
personali, debet prius satisfactionem recipere,
vt ex dictis cerni potest.
16 Secundum argumentum, sumptum à dimi-
nutione legatorum nec etiam vrget, nā verior
est opinio in puncto iuris, vt legata pia ante
omnia soluenda sint tanquam æs alienum, &
de eo, quod superest, soluantur legata non pia,
ita in indiuiduo scripserunt Oldr. ad. cons. 200.
Paul. de Cast. in l. si quis testamento. §. apud Iu-
lianum, nu. 5. ff. de legat. 1. vbi etiam Io. Porti.
Bertachin. in tract. de Episc. lib. 4. par. 4. nu. 84.
vt habetur tom. 13. tract. par. 2. fol. 341. videtur
etiā probari opinio à Tiraq. in tract. de priuil.
piæ caus. priuil. 72. probāt expressè Bal. Nouel.
in l. 1. nu. 471. ff. sol. matr. Surd. cons. 269. nu. 7.
vol. 2. qui dicit, legatum pium deducendū esse
ad instar dotis tanquam æs alienum, & hoc te-
nent plures alii, quos referam inferius nu. 26.
17 in consilio inito in eadem causa † per Ioseph
de Cydonia meus charissimus amicus, & con-
discipulus, iuuenis perspicacissimi ingenii, sa-
nissimæ, & verissimæ doctrinæ, qua etiam su-
premi Iudices vtuntur, quos sileo, optimis or-
natus moribus, ac aliis præditus virtutibus, &
verus est de illis paucis amicis, qui dicuntur cu-
stodes animi, & maximè laudantur à scriptura
diuina.
18 Imò Doctores, qui ex aduerso citantur, non
dicūt expressè, vt etiam legata pia diminuan-
tur pro rata, quando concurrunt cum legatis
non piis. & Pau. de Cast. in d. §. apud Iulianum,
nu. 5. dicit esse etiam de mente Bart. vt legata
pia ante omnia deducātur, prout expressè hoc
19 dicit Bart. vt dicam infra nu. 26. † Ias. hoc ex-
pressè non dicit, sed solùm, vt defalcatio fiat
pro rata, etiam in legatis piis, & sic dicit Præs.
de Franch. d. decis. 236. nu. 2. qui possunt intel-
ligi in casu suo, nempe inter ipsamet legata
pia, non autem, si concurrant legata pia, & non
20 pia, & ratio est, † quoniam vna causa pia non
vtatur pari priuilegio contra aliam causam piā,
vt in §. sed hoc præsenti, in fi. Auth. de sanctiss.
Episc.

Episc. Tiraq. loco cit. priuil. 26. & est vulgatũ,
21 vt priuilegiatus nõ vtatur suo priuilegio contra æqualiter priuilegiatum, præcipuè in pari causa; tunc enim semper priuilegia cõquassantur, l. sed & militis, ff. de excus. tutor. Cyn. Bart. Ias. & alii in Auth. quas actiones, C. de sacros. eccl. Præs. de Franch. decis. 16. num. 3. & decis. 553. nu. 4. Petr. Rebuff. in tract. de priuil. schol. priuil. 115. Octau. Simoncell. in tract. de decre. art. 5. inspect. 5. nu. 56. vt legitur tom. 6. tractat. par. 2. fol. 307. vt alios omittam, & successiuè cùm prædicti DD. possint ad bonum sensum reduci, quando concurrunt plura legata pia, sic debent intelligi, etiam quia pro nostra sententia est maior Doctorum numerus, & ipsamet veritas.

22 Additur prædictis, quoniam in legatis piis sunt penè infinita priuilegia, quæ in vnum cõgerit Rom. in Authen. similiter. à nu. 51. vsque in fi. quæ priuilegia non sunt in legatis nõ piis, quid ergo mirum, si habeant hoc priuilegium, vt deducantur ante omnia alia legata?

23 Postremò non obstat, quòd legata pia sint deducenda post dotem relictam filiabus, vt notant aliqui ex prædictis Doctoribus; nam respondetur id euenire, quoniam dos legata filiæ succedit loco legitimæ, & deducẽda venit tanquam æs alienum, quę ratio non militat in aliis legatis, nec inde inferri potest, quin legata pia non sint præcipuè deducenda ante alia legata non pia, ex illo vulgato iuris axiomate, ex diuersis non esse faciendam illationem.

Ex omnibus prædictis concluditur, partes iudicantiũ esse debere, vt liberent depositum prædictum pro integra quantitate, debita monasterio, & de eo, quod superest, fiat distributio inter alios creditores, & ita mihi iuris esse videtur.

Consilium Ioseph Cidonia in eadem causa.

Adeò doctè, copiosè, & subtiliter in vtroq; foro scriptum, & allegatum fuit per religiosissimum Consulentem, vt neque scribendi, vel addendi locus remanserit; nihilominus, ne omninò, manibus illotis transeam, paucissimis contentus ero, vt iussui satisfaciam.

24 Concurro igitur cum prædicto consulente circa principalem conclusionem, vt præcipua solutio fieri debeat loco pio; deinde, aliis concurrentibus creditoribus, ex receptiori senten-
25 tia illius propositionis; † vt si cõcurrant legata pia, & non pia, integrè solui debeant pia legata absque detractione Falcidiæ, ex dispositione d. Authen. similiter. C. ad leg. Falcid. vbi Rom. in eius repetitioné, cum aliis supra adductis per Consulentẽ, & vltra adducta per eum,
26 hoc etiam voluit Bart. in l. si quis seruum. §. fin. circa fin. ff. de legat. 2. Barbat. in tract. de Episc. par. 4. lib. 4. nu. 84. vbi allegat Oldrad. in alleg. cons. 200. & Tiraq. de priuil. piæ cau. priuil. 72. & hãc conclusionem veriorem censet alia sententia Bartholi in d. Authen. similiter. doctissimus Surdus in tract. de alimen. priuil. 30. nu. 3. circa fin. qui etiam pro hac opinione adducit solemne consilium Federici de Sen. 250. in fi.

27 Confirmatur hæc conclusio alia consideratione; nam si testator pro eius anima relinqueret pauperibus certam quãtitatem pro alimentis, & alia legata fecerit, talia legata alimentorum non patietur diminutionem, sed deducetur ante omnia legata, secundùm Dyn. & Ang. in l. doli clausula, ff. de verb. oblig. quos allegat Barbat. d. tract. de Episc. lib. 4. par. 4. num. 85. quem sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, nu. 29. ff. de liber. agnos. sequitur Surd. loco cit. num. 2. post Federic. de Sen. in d. cons. 250. sed sic est, quòd isti Patres ex eorum instituto, & regula, non retinent aliquid, nisi pro alimentis, & consequenter hoc creditum ipsorum habet hoc priuilegium legati alimentorum, vt ante omnia alia soluendum sit.

28 Confirmatur etiam alia ratione, quia legatum pium, & pro anima, regulariter censetur factum pro exoneratione conscientiæ, & pro restitutione malè ablatorũ, meritò dicitur continere æs alienum, tum propter peccatũ, quod obligat peccatorem Deo, à quo tanquam à creditore, indulgentiam, seu remissionem expostulare debet, vt inquit Fed. de Sen. d. cons. 250.
29 num. 2. † tum etiam respectu eius, à quo fuit malè extortum, cui est facienda restitutio, vt impetretur liberatio, c. peccatũ, de reg. iur. in 6.
30 vbi verò quis soluit debitum, non sapit naturam legati, & consequenter non patitur diminutionem, ita ferè in indiuiduo concludit Fed. de Sen. in alleg. cons. Castr. in d. l. si quis testamento, §. apud Iulianum, in fi. ff. de leg. 1. sequitur Surd. loco citato, nu. 4. circa med. vsque ad num. 5.

31 Denique probatur alia ratione, cùm validũ sit argumentũ de causa pia ad dotem, quinimò à fortiori, cùm dos dicatur causa pia, & ius dotis tendat ad pietatem, l. cum his, §. si in ea. ff. de cond. indeb. l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab. Surd. in d. tract. de aliment. q. 16. nu. 28. f. 359.
32 Sed si concurrat legatum dotis, & alia legata, legatum dotis non patietur diminutionem, imò tanquam æs alienum deducetur. l. 2. §. 1. ff. de priuil. cred. Castren. in d. §. apud Iulianũ, nu. 4. in fi. Barbat. loco citato, nu. 84. Alex. in l. si cum dotem, §. si patet, nu. 7. ff. sol. matrim. Bald. Nouell. in l. 1. num. 471. ff. sol. matr. Natt. cons. 455. nu. 8. Roland. cons. 25. num. 21. volum. 4.
33 quia habetur illa dos, tanquam æs alienum: quinimò Roland. loco citato ampliat etiam,
34 quando in legato non fit mentio dotis, † puta quando fit filiæ, quia cùm in dubio præsumatur factum in causam dotis. Bart. in l. quod autem, ff. de iure dot. Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonstrat. sapit eandem naturam, quod etiam ampliatur, si legatum fieret filiæ iam nuptæ, quia non desinit continere æs alienum, quem refert, & sequitur Surd. loco citato nu. 4. Ergo iddem dicendum

in legato pio per prædicta, vt ante omnia tanquam æs alienum deducatur, & ita mihi eſſe de iure iudicandum.

35 Fuit allegatum hoc cuidam Officiali, qui reſpondit rem inſolitam Doctoribus, vt eſſet ei nouum, vt Doctores tenuerint, legatum pium ante omnia deducendum eſſe: ſed nouum eſt certè, imò malum, vt in manibus talium aliena bona eſſe dicantur; groſſis enim iudicibus non ſunt cauſæ ſubtiles committendæ, Bald. in l. fin. q. 16. C. de hæred. inſtit. Maranta par. 6. actu 2. verſ. & quandoque appellatur. nu. 67. Maſcar. de probat. concl. 951. nu. 24. Quidam alius iudex, cui primæ allegationes præſentatæ fuerũt, reſpondit, ſe velle eas conſiderare, quæ conſideratio nunquam fuit deducta in actum pra-
36 cticum, † & ex abrupto liberauit depoſitum pro rata ſingulis creditoribus; mihi tamen ſufficit oſtendiſſe veritatem ſecundùm terminos
37 iuris, & ſecundùm veriorem ſententiã, † quam veriorem etiam mihi eſſe dixit ille ſapientiſſimus vir, Regens de Ponte, cuius ſola authoritas ſufficeret pro quęſtione iſta determinanda; nam ex dictis etiam cernitur, vt Bart. eandem ſententiam defenderit, quamuis in Authent. ſimiliter, docuerit cõtrarium; & ita pauci ſunt, qui contra Eccleſiam in hoc caſu teneant.
38 Faxit Deus, vt omnes Eccleſiam defendant, omnes in eius gremio viuant, & moriantur, prout ego viuere, & mori proteſtor, & cupio, & eius iudicio omnia prædicta, & eorum ſingula corrigenda propono, & omni humilitate ſubmitto, ſic me Deus adiuuet. Amen.

Andræas Molfeſius Clericus Regularis.

Finis Conſiliorum.

Iterum laus Deo, ac beatiſſimæ ſemper Virgini, ac omnibus Sanctis.



Imprimatur. Petrus Antonius Ghibertus Vic. Cap.

Magiſter Cornel. Tirob. Præd. Ord. Curiæ Archiep. Theologus.

INDEX RERVM OMNIVM, quæ in hoc volumine continentur.

De litera A

Du-

Index rerum.

vide

co-

De litera
C

cor-

Con-

De Consuetudine Neapolitana in scriptis redacta.

De Consuetudine, siue Nouo vsu Capuanæ, & Nidi.

De Consuetudine, seu More Procerum, & Magnatum.

Contractus. Contrahentes.

Con-

&

est

Dos. Dotare.

Dotarium.

Dubium.

Dynus.

De litera
F

Fide-

An

Ca-

Iustitia.

De litera
L

Laicus.

Laudimium.

Legatum. Legatarius.

de-

An

Est

An

De litera
N

Priui-

Pupil-

Quod

An

De litera
V

Vti-

Index rerum.

F I N I S.

Laus Deo, B. Mariæ semper Virgini, DD. Andreæ, Thomæ Aquinati, & omnibus Sanctis.



